6 quibuſdam. † vbi dixit, ꝙ Doctor qui conſecutus eſt dignitatem a Doctoribus corruptis, vel per corruptionem non gaudet priuilegio doctoratus per l. j. C. de Athletis. li. 11. Secundo adducit
7 tex. cum gl in l j. C. de anno. ciuili. eo. li. vbi patet ſm glo.† ꝙ ſcolaris idoneus præfertur doctori non idoneo, & per illum tex. di-
8 xit ibi Bart.† ꝙ Doctor q non bñ legit, non debet habere ſalariũ, licet hẽat ſcolares, ſed ille tex. potius facit in oppoſitum in prin. dum dicit, ꝙ illud eſt ideo quia ſalarium nõ datur dignitati, ſed merito: ergo ſi priuilegium daretur dignitati, non attenderetur meritum, nec ſeruitiũ. Pro hac concluſione facit optime, quod ſingulariter ponit Bar. in l. 3. C. de tironibus. lib. 12. vbi dixit per
9 illum tex.† ꝙ Doctor iuuenis qui diu non laborauit in exercitio dignitatis ſuæ non habet priuilegium prælationis, quod conceditur ſuæ dignitati, ſi hoc eſt in Doctore iuueni licet ſit erudit⁹, quia non diu fecit experimentum doctrinæ ſuę: quanto fortius in illo, qui non habet doctrinam, vel modicam, & hanc opi. approbat Bald. in prima conſtitutione fforum in vlt. quæſt. vbi di-
10 xit † ꝙ Doctor inſufficiens non præfertur militi, ſed Doctor illuſtris, quia parum meretur. Tertio pro his poteſt adduci text. & quod ibi per Bar. in l. ſemper. §. quibuſdam. ff. de iure immun. & in l. fi. in prin. ff. de excu. tut. & in l. ſcriniarios. C. de teſta. mil.
11 in quibus patet † ꝙ priuilegium cõceſſum artificibus vnius collegij, vel militibus, non habet locum in his, qui artem non exercent vel militiam, licet forte exercere ſciãt, & poſſint: & hoc notauit gl. de milite in l. pen. ff. de teſtam. mil. iuxta fin. & Bal. in l. in teſtamento. in vlt. q. e. ti. ponens exemplum de militibus noſtri tẽporis. ſi ergo illi non gaudent priuilegio, qui non exercent actum officij ſui, multo minus debet gaudere ille qui non exercet, nec poteſt exercere, & poteſt iſte appellari Doctor honorarius, de quo verbo fit mentio in ſimili. C. vt dignita. ordo ſeruetur. Sed in p̃rium fortiter facit,† quia licet Doctor ignorans ſit
12 indignus doctoratu, dignitas tamen in ipſum collata vĩ valere, vnde quouſq; non priuatur doctoratu debet gaudere priuilegio conceſſo dignitati, vt vĩ probari in d. l. j. C. de anno. ciui. circa prin. ꝙ aut dignitas conceſſa indigno, dummodo non ſit infamis valide conferatur, colligitur ex his quæ habẽtur in l. 2. C. ſi ſeruus aut liber ad decurio. aſpira. per Bart. & probatur clare in l. 2. circa medium. ff. de orig. iur. vbi patet ꝙ valuit collatio dignitatum facta furi, quem tamen conferens ignorabat, ſm glo. ibi. pro his benefacit quod tradunt Moderni in c. cum in cunctis. §. fi. ſ. de elect. & in c. dudum. eo. ti. & Inn. in c. cum noſtris. ĩ. de conceſ. præb. Si ergo dignitas valet, & eſt dignitas, vtiq; debet habere locum priuilegium dignitatis, alias dignitas nullius eſſet effectus, hoc enim ſonat dignitas honorem. l. & prœminẽtiam, vt plene declarat Bar. in l. j. C. de digni. lib. 12. & Anto. de But. & Moder. in c. de multa. ĩ. de præb. & c. j. de conſuetudine. lib. 6. Pro his facit optime text. ſingu. quem ibi ad hoc ponderat Bart. in l. j. C. de colle. & nummula. lib. xj. vbi dixit per illum tex.
13 † ꝙ deſcriptus in collegio, vel matricula alicuius artis, licet artẽ non exerceat, gaudet priuilegio, quouſque per officium iudicis non caſſetur de matricula, debet tñ caſſari, quod dictũ non procedit in omni priuilegio, quia eſſet ꝑ iura ſ. allegata, ſed priuilegio, ideo poteſt dici quaſi poſſideri reſpectu tertij, vel alteri⁹. vel dicas melius, ꝙ procedat in priuilegio ꝙ non reſpicit ſolum fauorem priuilegiati, ſed etiam collegij in quo eſt. Vnde in iſta
14 materia probabilior vĩ eſſe iſta concluſio, † ꝙ doctor licet ignarus gaudeat priuilegio doctoratus. Sed pro ſolutione omnium ꝓriorum conſidera. Quod aliqñ priuilegium conceditur propter aliquam qualitatẽ, quæ cauſatur in homine ex facto ſuo: Exemplum, ſi conceditur priuilegiũ artifici, mercatori, vel negociatori, quia iſta nomina cauſantur in iſtis, ex ipſorum factorum exercitio, & tunc impoſſibile eſt, ꝙ non exercenti tale officium, vel miniſterium competat priuilegium, quantumcunq; ſit deſcriptus in matricula collegii, quia iſta nomina nõ poſſunt cauſari, niſi ab exercitatione, & frequentia actuum, vt l. j. §. j. in tex. & gl. ff. de tribu. & declarat Bal. egregie in rubrica. C. de conſti. pecu. in vlt. quęſtione. vnde talibus non ineſt, neq; poteſt ineſſe qualitas proprer q̃ conceditur priuilegium, l. j. in fi. cum l. ſeq. & quod ibi no. ff. depoſi. Aut priuilegium conceditur ratione alicuius qualitatis, vel officij ꝙ confertur ab altero, ſicut eſt dignitas, & officium publicum, & in talibus verum eſt dicere, ꝙ aliquis eſt talis, licet non exerceat officium ſibi collatum, etiam in materia ſtricti iuris, ita ꝓbat tex. no. in l. ſi quis tutor. in princ. ff. de ritu nup. & ita diſtinguit Bar. ad propoſitum in l. legatis, in prin. ff. de leg. 3. vbi omnino videas. Sed tunc remanet, quia ſm hoc cum militia de iure ſit officium publicum, quia nemo gaudet priuilegio militum niſi, qui a ſuperiore eſt electus ad militiam, vt l. eos. de offi. præfec. vrb. videretur, ꝙ miles deſcriptus in matricula deberet gaudere priuilegio militari, licet militiã non exerceat, ꝙ eſt ꝑ tex. in l. ſi quis tutor, præallegato. ſed ad hoc eſt dicendum, ꝙ aliqñ ꝓceditur priuilegium propter officium ſine dignitate, ſicut eſt militia de iure communi, ſm Bar. in l. penul.

ff. de

ADDITIO.

a VIN. GOD. Quòd Doctor decretorum debeat præferri Doctori iuris ciuilis determinat Fely. in c. clerici. de iud. ubi etiam ꝙ Doctor utriuſque iuris debet præferri Doctori in uno iure tantum, ſecundum Abb. in d. c. clerici. ubi videas.

ff.de teſt.mil. Aliquando conceditur priuilegium propter officium,ſiue dignitatem,vel officium habenti dignitatem. Primo caſu ille, non habet priuilegium, qui officium non exercet, nã qñ officium non eſt dignitas, vel honor nõ eſt cauſa cur priuilegium ſibi detur, niſi recompenſatio laboris & ideo qui nõ laborat,non habet priuilegium,ita dicit tex.no.in illa l.3.C.de tironibus,li.12.qui proprie loquitur in milite. Secundo caſu,priuilegium principaliter vr̃ concedi dignitati, & non actui,vel adminiſtrationi,quia reperitur dignitas ſine adminiſtratione, vt l.2. C.vt dignita.ordo ſeruetur, & ideo ſatis eſt ad obtinendũ, ꝙ aliquis habeat dignitatem,hæc diſtinctio probatur ſingulariter in l.maximarum.& ꝙ ibi ponit Bart. C.de excu.mu.li.x. vbi ꝺt per
15 illum tex. †ꝙ priuilegium conceſſum ratione dignitatis, nõ expirat,licet ſit finita adminiſtratio dignitatis. Illud autem eſt ve-
16 riſſimum,ꝙ hic ponit do.Abb.†ꝙ Doctor antiquior qui non legit,non debet præferri Doctori iuniori legenti,quia prælatio, q̃ fit ratione antiquitatis,debet intelligi cæteris paribus. i.in eadẽ dignitate,nõ in præiudicium maioris dignitatis per ea,quæ hñr in c.j.& c.ſtatuimus.s̃.de ma.& obe.& in l.j.ff.de albo ſcrib.Do
17 ctor aũt actu legens vr̃ eſſe honorabilior Doctore nõ legẽte,†qa iſte eſt actus præcipuus in Doctore,ita ꝺt tex. in j. conſtitutione fforum.& in §.in capite.in ver.pręcipuum.& ibi per gl.amplius
18 ꝺt tex.no. ad propoſitum nr̃m †ꝙ ẽt ſi detur paritas dignitatis, dummodo Doctor iunior ſit multo excellentior, nihilominus præferr̃ antiquiori,ita probat tex.& ibi per Bar.in l.deniq;.circa medium,C.de prox.ſacro.ſcri. li.x. quod bene no.& tene mẽti.

SVMMARIVM.

1 *Monachi appellantur quandoq; fratres.*
In materia vero pœnali appellatione fratrum,non venirent monachi,inf.nu.3.
2 *Fratres de communi vſu loquendi, appellantur mendicantes, monachi vero qui habent proprium in communi.*
4 *Frater largo modo dicitur quilibet Chriſtianus.*
5 *Iudex poteſt ſupplere ex officio vbicunq; videt omitti aliquam ſolemnitatem in iudicio,propter quam redderetur nullum.*
6 *Iudex ex officio ſupplet,quando agitur de vtilitate publica.*
7 *Capitulum quàmuis ſine prælato non poſſit agere in aliquibus caſibus,poteſt tamen impetrare iudicem,& reſcriptum ad lites.*
8 *Monachi, qui inſtituuntur in eccleſia Cathedrali,nunquid poſſint dici canonici ſeculares.*
Et an tali monacho poſſit committi cauſa a ſede Apoſtolica.
9 *Lex determinans duo determinabilia,debet ea pariter terminare: Non eſt verum,quando eſt diuerſa ratio.inf.nu.12.*
10 *Diſpenſatio in dubio non præſumitur,vbi verba poſſunt ad aliud referri.*
11 *Canonicatus non eſt dignitas.*
13 *Abbas non minus eſt obligatus ad obſeruationem regulæ,quàm monachus ſibi ſubiectus.*
14 *Monachus eo caſu quo poterit eſſe procurator, poterit etiam eſſe pro conſorte eiuſdem litis.*
15 *Sententia lata in fauorem collegij agentis ſine auctoritate prelati, an valeat ipſo iure.*
Diſtinguitur inf.nu.19.
16 *Minor,& eccleſia æquiparantur.*
17 *Sententia lata in fauorem furioſi vel abſentis, qui non potuit citari, ipſo iure eſt nulla,ſicut ſi eſſet lata contra ipſum.*
18 *Tutor qui non ſatisdedit,ſi agat nomine pupilli,& feratur ſententia pro eo,valet ſententia.*
20 *Diſpoſitio facta in minore trahitur ad omnes perſonas ſibi ſimiles.*
21 *Monachus ſi agit pro eccleſia ſine mandato,ſententia non valet ipſo iure,quàmuis ſit lata pro eccleſia.*
22 *Tutor qui non ſatisdedit,cenſetur eſſe legitimus adminiſtrator, quo ad reſpiciẽtia fauorem pupilli.*
23 *Minor qui eſt habilis pro ſe, ad aliquid agendum, poteſt illud idem facere per procuratorem.*
24 *Sententia lata pro falſo procuratore,an poſſit ratificari.*
25 *Inæqualitas in iudicio,vbi reſultat dicto vel culpa eius contra quem inſurgit, toleratur.*
26 *Ratificatio non poteſt fieri in tempore, quo actus de nouo geri non poſſet.*
27 *Proceſſus ſemel factus ſi eſt nullus,poteſt vnico verbo validari.*
28 *Ratificatio poteſt fieri extra terminum contractus valet in perſona gerentis.*

CAP. IX.

AVſam, quæ. Iudex debet prouidere, ne collegium agat in iudicio,
1 ſine auctoritate ſui ſuperioris. Secunda eſt ibi, prouideas. Tertia eſt ibi, ne ſi fratres. ¶No. † primo ſm Doc.ꝙ monachi appellantur qũque fratres, vnde patet per iſtũ tex.ꝙ iſta eſt appellatio generalis, non ſolum comprehendens fratres mendicantes,ex propria ſignificatione vocabuli, de quibus in c.nimis iniqua.de exceſ.præl. & in cle.dudum. de ſepul. & in cle.exiui.de verb.ſign.ſed etiam monachos habentes pro-
2 prium in communi, † de communi tñ vſu loquendi vocamus fratres mendicantes, monachos autem habentes proprium in communi,non tñ omnes,quia quidam ex talibus dicuntur monachi regulares,vt in c.quod Dei.j.de ſtã.mona. & ibi nor.ideo
3 putat d.Abb.ꝙ† in materia ſtatuti pœnalis, vel reſtringibili appellatione fratrum,non venient monachi,quia ſtatuta recipiũt interpretationem a communi vſu loquendi ſm Bar.in l.omnes populi.ff.de iuſti.& iu.& probatur in l.Labeo. & ibi per Bar. ff. de ſupel.lega.& l.librorum §.ꝙ tamen Caſſius.ff.de leg.j. & in c. ex literis. j. de ſpon. appellatione autem monachorum econ-
a tra,non veniunt fratres, quia ipſi ſunt quædam ſpecies fratrũ, a vnde genus continet ſpeciem,ſed non econtra, vt l.pen. ff.vnde legi.& habent qualdam qualitates particulares,quia debẽt eſſe in ſolitudine,& nõ immiſcere ſe prædicationibus,& aliis huiuſmodi, vt dicitur,16.q.1.c.placuit,cum multis aliis eiuſdem cau-
4 ſæ,& hæc ſunt vera de ſtricta interpretatione.† Nam largo modo quilibet Chriſtianus dicitur frater. 12.q.1. c.dilectiſſimus. & ſic appellabantur in primitiua eccleſia, priuſquam imponeretur eis nomen Chriſtianorum, vt traditur 22.diſ. c.ſacro ſancta.
5 In tex.& gloſſ. ij.no.perpetuo ex iſto tex. ſecundum Doct.ꝙ iudex poteſt ſupplere ex officio, vbicunque videt omitti aliquam ſolẽnitatem in iudicio, propter quam redderetur nullum, hic enim verba dirigũtur ad iudicem, ergo videtur excitari officiũ iudicis,l.ꝙ ſi minor.& ibi no.ff.de mino.in c.j.in verb.abſentia. de elec.lib.6.& Spec.in tit.de iura.calum.§.ſequitur.ver.quid ſi tutor.& Inno.in ſimili,in c.j.j.de libel.obla.vbi dicit,ꝙ iudex ex officio poteſt reiicere libellum ineptum,& eſt ratio prędictorũ, quia Reipublicæ intereſt lites ſopiri, vt l.ſi quis ingenuam. §.in
6 ciuilibus. ff. de captiuis. † & ideo iudex ex officio poteſt ſupplere,quia ſupplet vbi agitur de vtilitate publica, vt l. ſi quando.C. de bon.vacan.& in c.cum nobis olim.s̃.de elect.& in c.cum veniſſent j.de inſti.cum multis aliis. Tertio nota ſingulariter ſecũ
7 dum do.Ant & Moder.† hic,ꝙ quamuis capitulum ſine prælato non poſſit agere in aliquibus caſibus,poteſt tamen impetrare iudicem,& reſcriptum ad lites,& ſicut hoc poteſt collegium ſine prælato,ita econtra poterit prælatus ſine collegio, etiã vbi ſine licentia collegij agere non poſſet:ita dicit no.Ioã. And. per iſtum tex.in addi.Specu.in tit.de reſcr.præſentatione. §.ratione quoq; eius.Sed tamen aduerte,quia Doct.hic intelligunt dicta Io.Andr.ꝙ etiam in caſu quo adminiſtratio prælati, & capituli eſt diuiſa,prælatus poteſt impetrare iudicem in cauſa pertinente ad capitulum,ꝙ Io. An.non dicit aliquo modo, immo ſentit clare,vt patet ex principio verborum, & fine.ꝙ ſicut capitulum in cauſa communi, & multo fortius in cauſa pertinente ad ſe duntaxat poteſt per ſe impetrare reſcriptum, licet nõ poſſit agere ſine conſenſu epiſcopi,ita econuerſo, ſolus prælatus poterit in cauſis communibus, vel diuerſis impetrare,per c.edoceri.de reſcr.Si ergo querſio ſit retentis eiſdem terminis de cap. ad prælatum,quis non videt aliam eſſe mentem Io.An.& vult in effectu,ꝙ ſi adminiſtratio ſit diuiſa pro cauſa pertinente ad ipſum prælatum,ipſe ſolus poſſit impetrare,non pro cauſa pertinente ad ipſum prælatum,& nulla ad collegium,ꝙ in ratione dicunt.
8 Pro declaratione literę querit hic do. Abb.†nunquid monachi qui inſtituũtur in eccleſia cathedrali poſſint dici canonici, ſicut dicuntur canonici ſeculares?& rñd.ꝙ ſic,allegat gl.in c.2.58. diſtin.& bonus caſus in c.quorundam.24.diſt.& ex hoc arguit ipſe,ꝙ monacho, qui eſt canonicus in eccleſia cathedrali poteſt committi cauſa a ſede apoſtolica,iuxta c.ſtatutum.in prin.de reſcri.lib 6.pro hoc adducit ſubtilem rationem,quia in c.ſtatutũ. dr̃ ſimpliciter,ꝙ cauſa a ſede apoſtolica, vel eius legato non dẽt committi niſi poſitis in dignitate, vel canonicis cathedraliũ eccleſiarum. ſicut ergo præcedens clauſula de dignitate comprehendit religioſos, vt in cle.& ſi principalis.e.ti.de reſcr.ita eſt cla
9 ſequens de canonicatu,†quia qñ lex determinat duo determinabilia,debet ea pariter terminare,ſecus ſi eſt diuerſa ratio, qa tunc non poteſt ea pariter determinare,vt j.not. & in l.iam hoc iure.in prin.ff.de vul.& pu.Sed tu aduerte,quia d.Io. Cal.tenẽs opin.Arch.in c.ſtatutum,prælegato,rñdet elegantiſſime huic rationi dicens,ꝙ intentio. c. ſtatutum. non eſt diſpenſare s̃ aliquam inhabilitatem, ſed ſolum requirere certam qualitatẽ in perſonis,quib.fit delegatio,ꝙ patet duplici ratione, primo qui-
10 dem,†quia diſpenſatio in dubio non præſumit, vbi verba pñt referri ad aliud,vt in c.dudum.j.de deci.& in c.cum dilectus s̃.de ꝓſue.Secundo,quia inducta ad diminutionem, non debẽt operari augumentum,vt l.legata inutiliter.ff.de adim.leg. ſed text. in c.ſtatutum.reſtringit poteſtatem delegãdi, & propter hoc inducitur,ergo non debet operari diſpenſationẽm.hoc præſuppoſito,dicit ipſe,non eſt eadem ratio comprehendẽdo monachũ, in ſecũda cla de canonicatu,ſicut in prima de dignitate, quia ſi ꝓprehenditur ſub prima, nulla diſpenſatio inducitur ꝓ ius, quo niãmonachus poſit in dignitate, ſicut Abbas, Prior, & ſi les, de

iure

ADDITIO.

a VIN. GOD. An fratres,religioſi ſancti Franciſci dicantur, Socin.conſi.145. omiſſa in prin.uer.tertius ordo,cum ſeq.lib.2.

iure antiquo poterat esse iudex. ita no. glo. in c. de præsentium. 16. q. j. & probatur ista conclusio, quia Abbas põt esse ꝓcurator, vt in c. ꝓtingit. de transa. & c. sopitæ. de cēsi. ergo põt esse iudex, qa ista parificant quo ad monachũ, vt pz in c. 2. de post. & hoc tenet gl. in c. cũ olim, el. 2. j. de priuil. sed monachus nõ positus in dignitate, non poterit esse iudex de iure antiquo, vt probatur in iuribus prẽallegatis, & in c. monachi. 16. q. j. ergo non pote-
11 rit deputari in iudicem delegatum, qñ est canonicus, † quia ſm hoc, cum canonia non sit dignitas c. statutum, dispẽsaret ꝯ iura
12 antiqua, quod est falsum, vt s. ostendi. † & vbi est diuersa ratio, lex determinans plura determinabilia, non vr̃ ea pariter determinare, vt l. q̃uis. & ibi no. C. de impub. & alijs substi. Et profecto si tenemus, ꝙ de iure antiquo monachus positus in dignitate, possit esse iudex, sicut communiter sentiunt Doc. in d. c. statutum, & gl. in cle. & si principalis. in gl. prima, dum dicit, ꝙ illa declarat iura antiqua: in hoc vera est ista opi. & optime rñdetur ad rationem d. Ab. quam scripsit Io. An. in nouel. in d. c. statutum. quam opi. sequitur d. meus per rationes prædictas in l. 2. in prin. ff. de ver. ob. Sed si sentimus, ꝙ de iure antiquo monachus positus in dignitate nõ possit regulariter esse iudex, vel ꝓcurator, tunc esset necesse dicere, ꝙ c. statutũ. in prima clausula, cũ loquitur de dignitate, inducat dispensationem in persona religiosi, & per consequens idem esset dicendum in secunda clausula ratione præmissa, & tunc esset vera opi. Abb. & vr̃ prima facie dicẽdum, quicquid senserint Doc. ꝙ Ab. religiosus existẽs in dignitate, regulariter non possit esse procurator, vel iudex.
13 Quod probatur fortissima ratione. † quia non minus obligatur Abbas ad obseruantiam regulæ, q̃ monachus, sibi subiectus, vt est tex. cum gl. in c. ea quæ. §. j. de sta. mo. & probatur in c. cum ad monasterium. §. prior. & ver. ꝙ si prætiaricator, eo. ti. sed causa, ꝓꝓ quam monachus prohibetur esse iudex, est quia si hoc ꝓmitteret, non posset obseruare, quæ Deo promisit. ita dicit tex. in c. de põtium, prælegato, ergo cum ista rõ eodem modo, vel fortius vrgeat in Abbate, appellatione monachi, comprehenditur Abb. & idem erit in vtroque, in c. fi. in prin. de simo. Et quia in ista materia, vbi est eadem rõ, statuitur idem ius, vt patet in c. 2. de post. vbi est bonus textus est casus. Præterea rõ gl. in c. de põtiũ, est falsa. dicit. n. glossator, ꝙ Abbas potest esse iudex, & ꝓcurator, quia nullum habet supra se, vel nulli est subiectus. sed ex ista ratione sequeret, ꝙ monachus de licentia Abbatis semp posset esse iudex, vel ꝓcurator, quod est ꝯ tex. in c. monachi, eadem cã, & quæstione, & ꝯ gl. in cle. religiosus, de procu. nã non sufficit licentia Abbatis, nisi concurrat vtilitas monasterij. illa ratio, quæ prohibet monachũ, prohibebit Abbatem, quia qñ monachus habet lñiam superioris, non potest amplius in eo cõsiderari subiectio. est. n. libet, sicut Abbas, & sic termini sunt pares. Non ob. tex. in c. sopitæ, de cēsi. quia ibi Abbas erit procurator in casu ecclesiæ suæ, & similiter in c. contingit, de transa. & cum dr̃, ꝙ in c. sopitæ. erat ẽt procurator aliorum monasteriorũ, rñdeo, ꝙ hæc ꝓmittunt sibi de iure spãli, quia ibi erant consortes eiusdẽ litis, casus est sin. in cle. religiosus. in secundo rñso, de pro
14 cu. vbi patet, † ꝙ eo casu, quo monachus potest esse in iudicio pro se, põt ẽt esse procurator consortis eiusdem litis, sine licentia Abbatis, vnde qõ relinquitur dubia. sed tñ pro nunc, plus placet communis opi. vt dicamus rõnib. s. dictis, ꝙ ꝓ c. statutũ, nulla inducatur dispensatio. Et ad rõnes superius factas potest dici, ꝙ quia Abbas positus in dignitate, debet esse excellentior cęteris. 18. q. 2. c. Abbatem. & in d. c. cum ad monasteriũ. §. prior. & j. q. j. c. vilissimus. iccirco nõ ꝓsumit canõ. ꝙ ita de facili extrahatur a deuotione, & ꝯtẽplatione saltẽ mentali, & ab obseruantia regulæ, sicut minus perfectus & inferior. & hoc est tenendũ, quicquid alr̃ scripserim super ista decretali. Secundo quærit hic
15 Io. And. & do. Ant. & Mod. post eum † nunquid sententia lata
a in fauorẽ a collegij, agentis sine auctoritate prælati valeat ipso iure. in qua qõne duo sunt videnda seperatim. primum est, vtrũ ista snĩa valeat ipso iure, ẽt si superior eã non ratificet. secundũ, vtrũ posito, ꝙ sit nulla ipso iure, possit ratificari ꝓ superiorem, Circa primum dicit hic, Io. And. ꝙ snĩa valet ipso iure, per l. nõ
16 eo minus. C. de procu. † nam minor, & ecclesia æquiparant, vt in c. j. de resti. in integ. sed valet snĩa lata in fauorem minoris litigantis sine autoritate tut. vel cura. vt in d. l. non eo minus. ergo idem in ecclesia. sed do. Ant. hic tenet oppositum, per ea quæ hñtur in tex. & gl. & ibi per Bar. in l. furioso. & in l. quæsitũ. ff. de
17 re iud. vbi dr̃, † ꝙ snĩa lata in fauorem absentis, vel furiosi, qui non potuit citari, est nulla ipso iure, sicut si esset lata ꝯ ipsum, & ita tenẽt communiter Doc. in l. ea quæ. C. qũo, & qñ iudex. Nõ ob. tex. in l. non eo minus. quia ibi iudicium non est nullũ, vel nõ annulletur, nisi in fauorẽ minoris, & ideo nõ debet retorq̃ri ad eius læsionẽ, sed hic iudiciũ est nullũ, nõ in fauorẽ collegii litigantis, sine auctoritate superioris, sed potiꝰ ex defectu potestatis, quia solum capitulũ non est legitimꝰ administrator rerũ ecclesiæ, vnde nõ est eadẽ rõ. sed d. Abb. Mod. hic, & Io. de Imo. tenent opi. Io. An. multiplici ratione, primo per gl. or. in l. si tu-
18 tor. C. in qui. cau. in inte. resti. nõ est necess. † Dicit, ꝙ si tutor qui non satisfecit, agit nomine minoris, & fertur sententia pro minore, valet sententia per d l. non eo minus, & tamen ibi iudiciũ erat nullum ex defectu potestaris. Secundo adducit ipse tex. in d. l. non eo minus, vbi patet, quod procurator constitutus a minore, non erat verus procurator, & tamen valet sententia lata in fauorem minoris, ergo idem ĩ ecclesia. Tertio adducit ipse tex. 12. q. 2. c. si qua de rebus. & gl. in c. j. ne se. va. sed ista iura melius
19 faciunt ad secundam. q. j. discutiendam. † Tu vero, pro concordia istarum opi. potes distinguere, ꝙ aut loquimur in causis proprijs capituli, sicut est cum est diuisa administratio, & tunc quia consensus superioris non videtur requiri, nisi ad fauorem ecclesiæ, quæ repręsentatur in cap. hoc casu. idem si in ecclesia, quod in minore, & sic valebit articulus sententiæ, sine sententia
20 ipsa secundum Io. An. † quia dispositio facta in minore, trahitur ad omnes personas sibi similes, secundum gl in l. 2. C. de curato. furio. & bene facit tex. in le. qui neque. §. fi. ff. de re. eo. & quia minor & ecclesia æquiparantu, vt dictum est. Si autem collegium non potest agere sine prælato ex eo capitulo quia causa est communis, & pertinet ad vtrunque, & tunc aut iudicium est diuisibile, vel ius, & videtur ꝙ valeat sentẽtia respectu ecclesiæ, sed non respectu prælati, vt l. j. & 2. C. res inter alios acta. Sed tamen melius potest dici, quod siue ius sit diuisibile, siue non, nõ valeat sententia lata in fauorem capituli, & hoc casu procedat opi. d. Ant. quia non ꝓtnegari, ꝙ hoc casu iudicium non annullatur in fauorem collegij litigantis, sed in fauorem superioris. ne ius suum deducatur in iudicium ipso non consentiente, ipso ergo non ratificante, non valebit iudicium, vt l. licet. C. de procu. & in c. ex parte, & ibi no. s. de rescrip. adduco gl. no. quæ hoc te-
21 net. 16. q. j. c. monachi. iuxta fi. gl. vbi dixit, † quod si monachus agit pro ecclesia sine mandato, ista sententia non est valida ipso iure quamuis sit lata pro ecclesia secundum formam l. non eo minus. C. de procu. Non ob. l in l. si tutor. allegata in contrarium, quia sicut dicunt ibi aliqui. Docto. ibi procurator non erat falsus omnino, quia erat tutor ltĩe creatus, licet non haberet potestatem administrandi, quia non satisfecerat, vel aliter, & melius tutor, qui non satisfecit, censetur esse legitimus adminis-
22 strator quo ad respicientia † fauorem pupilli. l. fi. & ibi per. Bar. C. de tu. & cu. qui satisfed. Vel tertio potest dici, & melius, ꝙ ibi loquitur in falso administratore, cuius mandatum non dependet a voluntate pupilli, quia tutor creatur a iudice, non a pupillo: nec est in potestate pupilli facere, ꝙ possit administrare, vnde hoc casu, quia non potest aliter succurri pupillo vel ecclesię, habebit locum sententia & valebit, sed in casu nostro posset succurri ecclesiæ, & prælato aliter. s. per ratificationem ipsius prelati, tenendo communem opi. de qua videbis in secundo articulo. Ad alias rationes domini Abba. videbimus in sequenti articulo, & ad tex. in l. non eo minus. dic, ꝙ vbi in casu victoriæ, ideſt quando constitutus a minore obtinuit, non dicitur iudicium agitatum cum falso procuratore, quia sicut si minor ipse veniſſet in iudicio, censeretur habilis in fauorem sui, ita censebitur eius procurator, quia †
23 quando minor est habilis per se, similiter potest illud idem facere per procuratorem, casus est in l. ij. §. Diuus. ff. qui pet. tuto. & ibi per Bart. & in le. 3. in princ. ff. rem ra. ha. & ibi etiam vide Bar. Venio igitur ad secundum, sup quo dixit Bar. post. gl. in l. si mater. §. hoc iure. ff. de excep. rei iudi. & in l. si tutor. C. in qui. cau. in inte. resti. non est necess. ꝙ sen-
b tentia lata pro falso procuratore b potest ratificari à domino, qa quando actus nullus solũ est ex defectu cõsensus semper potest ratificari, vt l. licet. ff. de iud. & in l. fi. & ibi no. C. ad Mace. sed hic iudicium non est nullum alia ratione, quia procurator non habuit consensum domini, ergo poterit ratificari. & hãc opi. licet dubitãdo, approbat ibi Bal. hanc opi. sequitur hic Ab. Mod. per
24 12. q. 2. c. si qua de rebus. & per gl. in c. j. ne se. va. & certe in ecclesia, & minore, ꝙ habeat locum ista ratificatio, etiam vbi alias non haberet, latis potest concedi per d. c. si qua de rebus. sed in maiore remanet maior dubitatio. primo quidem † quia si dominus scit falsum procuratorem litigare, & taceat vt expectet euentum sententiæ, videtur esse in dolo, & fraude, & resultabit

inæqualitas

ADDITIONES.

a Sententia lata fuit in fauorem capti agentis sine mandato superioris, an ualeat ipso iure uel saltem ratificari possit uide plene Iaso. in l. non ideo minus. C. de procu. & quo ad secundam q. de ratificatione uide Barba. in c. cũ in iure peritus. de off. deleg. ubi per tres col. loquit, & Alex & Ias. in l. licet C. de procura. VIN. GOD. Adde ꝙ sententiæ uerba a libello declarationẽ accipiunt ad quẽ sententia facile refertur. Ruy. consi. 135. num. 2. lib. 4. & insuper sententie uerba impropriantur ut mens saluetur. Ruy. consi. 33. nu. 3. lib. 5.

b Ruf. Bel. Potest ratificari. An hoc sit uerum uide Barba. qui istud examinat p tres col. in c. cum in iure perituſ. de offi. dele. & Pe. Anc. in consi cxxiij. incipi. vnus & procuratorio nomine, &c. Sal. & Flo. in l. tutor. C. in quibus causis in ĩteg. uide tamen Rotam, quæ tenet contrarium, in decisi. inci. gesta, posita sub tit. de procu.

inęqualitas in iudicijsquia valebit in effectu ſententia lata per dominũ,& non valebit ſentẽtia lata ꝑ dominum, quod eſſe nõ debet.l.fi.C.de fru.& lit. expen. & in regula,in iudicijs. de re. iu. in 6.Sed huic rationi reſpondeo formaliter vltra Doc. & fuit ratio Petri,†ꝙ vbicunque inæqualitas reſultat ex dolo, vel ex culpa eius ꝑ quem inſurgit,toleratur huiuſmodi inæqualitas, vt l. Julianus.§.ſi pupillo.ff.de acti.emp.& l.eleganter,in prin. & ibi no.ff.de dolo, ſed hic poteſt imputari culpa parti aduerſæ, quæ non oppoſuit exceptionem falſi procuratoris, & ſaltem petijt ſibi caueri de rato,ergo iſta inæqualitas debet tolerari. nec dicetur tunc dominus eſſe in dolo,ſi vſus eſt iure,& facultate ſibi cõpetenti, ex quo parti aduerſæ aliter poterat eſſe conſultum. Secundo facit dubium in iſta materia,quia Saly.in l.ſi tutor, præallegata,videtur tenere,& ita dicit ſe conſuluiſſe Ferrariæ, ꝙ ſententia pro falſo procuratore ratificari non poſſit duplici ratione.Prima ratio eſt,†quia ratificatio non poteſt fieri intra tempus vel in tempore quo actus de nouo geri non poſſit, vt l. bonorum.ff.rem ra.ha.ſed poſt latam ſententiam non poſſit ferri de nouo ſententia,neque fieri acta,quia finita eſt inſtantia,vt in l.4. C. depoſi. ergo non poterit ratificari. Sed dato, ꝙ de nouo poſſet ferri ſententia,non tamen in tam modico ſpatio temporis fieri acta,inquantum ratificatur ipſa ſententia,& acta, ergo aliter non poſſunt ratificari,& per conſequens nec ſententia. Secundo,quia non geſtum nomine meo, non poſſum ratificare in mei fauorem, vt in regula,ratum.de re.iu.in 6. & in l. ſi pupilli.§.item quæritur.ff.de neg.geſt.ſed iudex, qui fert ſententiam pro falſo procuratore,non fert eam nomine domini, ergo dominus eam non poteſt ratificare.Nec ob.ꝙ dicit ipſe, ꝙ ſententia lata ꝑ falſum procuratorem,poteſt ratificari, vt l. 3. §. falſus. ff.rem ra.ha.qa illud eſt ideo,ſm eum,qm̃ ſentẽtia lata ꝑ falſum procuratorẽ,ſaltem valet reſpectu ipſius procuratoris,vt l. Plautius.& ibi no.ff.de procu.Tu autẽ aduerte,quia dicta ſua multipliciter non procedunt.prima ratio non procedit, qm̃ ſi ſentẽtia fuit lata quaſi finita inſtantia,& habeat locũ i.3. C.depoſi. potuiſſet igitur iudicium,& proceſſus de nouo fieri, data nullitate ſententiæ ſecundum Bar.in l.ſi vt proponis.C.quomodo & quando iudex,& in l.fi.& in l.ſi expreſſim. verſus fi. ff. de ap.& probatur in l.abſentem.C.de accu.Et licet in eadem quantitate temporis,proceſſus non poſſet de nouo fieri, quo ratificatur, per hoc non impeditur ratificatio,quia hoc nullo iure cauetur. ſatis eſt enim ad hoc,vt aliquis poſſit ratificare actum, ꝙ non ſit excluſus hoc tempore ad faciendum actum,& ita loquitur l.bonorum.& tamen Bar. conſentit, † ꝙ proceſſus ſemel factus poteſt vnico verbo reiterari, vt ipſe no.in l.properandum. in prin. C.de iudi.& in l.mutari,ff. de procu.licet do. Ant. de hoc dubitet,& teneat oppoſitum in ca.pe.infra.eo.& ibi videbimus. Preterea iſta prima ratio concludit pariformiter, quod ſententia lata contra falſum procuratorem, non poteſt ratificari, quod falſum eſt, vt dictum eſt, niſi forte diceres,quod † quando ſententia lata contra falſum procuratorẽ valeret in perſona ipſius procuratoris,poſſet admitti ratificatio extra terminum, ſecundum Bar.no.in l.j.C.qui admitti.Sed illud dictum eſt dubium, per ea quæ tradit Bal.in auc.hodie.C.de app.& gl.in c.vt circa. de elec. lib.6.Et dato ꝙ eſſet verum, non concludit in falſo ꝓcuratoris,ex cuius perſona non datur, ꝙ iudicium valeat aliquo modo,ſecundum gl.nota.quæ hanc differentiam ponit, in l. Julianus.ff.qui ſatiſda.cog.& tamen ſententia lata ꝑ falſum procuratorem actoris,poteſt ratificari vt d. §. falſus. Secunda ratio non obſt.quia ex quo procurator falſus agit in iudicio nomine domini, & iudex pro ipſo fert ſententiam procuratorio nomine, vr̃ iudex ferre ſententiã in fauorem procuratoris, vt procuratoris, vr̃ gerere hunc actum, non ſolum contemplatione procuratoris,& nomine ipſius,ſed etiam contemplatione & nomine domini & eius,ſecundum gl.& Doc.in l.ſi pupilli.§.item ſi procu.ff.de neg.geſt.& benefacit tex.in prin.eiuſdem l.& in ea. l. §. ſed ſciendum.& pro opinione communi,vltra rationes aſſignatas per ipſos,videtur eſſe caſus no.in l. ſi ſiue. ver. ꝙ ſi debitum. ff.rem ra.ha.intelligendo illum tex.ꝙ ibi falſus procurator obtinuit,ſicut intelligit illum Bar.& communiter Doc.in d.§.cum autem.in 3.combinatione,eadem l.& ſi dicatur, ꝙ ibi dominus poteſt ratificare ſententiam, quia pars vr̃ ipſam approbare, de ſoluendo procuratori falſo,iuxta l.ad ſolutionem.C. de re iudi. Reſpondeo,illud eſſe verum,ſi voluntarie ſoluiſſet,ſed ibi præſupponitur,pecuniam fuiſſe exactam,& etiam in ver.præcedenti,vbi eſt fere idem caſus,quoniam procu. falſus agit per condi. indebiti,per ſententiam, vnde placet communis opi. reiectis diſtinctionibus Bal.quas ipſe facit in l.falſus,in j.col. C. de fur. & ad materiam vide eundem Bald. eleganter in l. Julianus, in pe. col.ff.qui ſatiſda.cogan.&c

S V M M A R I V M.

1 *Clericus etiam in minoribus conſtitutus non poteſt puniri a quouis iudice ſeculari quouis dignitate præfulgeat.*
2 *Dignitas quelibet ſpiritualis eſt maior quacunque temporali.*
3 *Monachus delinquens non eſt deponẽdus a monachatu, ſed potius in clauſtro deſtringendus ad pęnitentiam peragendam.*
4 *Furtum eſt crimen graue & dignum depoſitione & peruerſum.*
5 *Deprehenſus in flagranti crimine non habetur incontinenti pro conuicto, nec poteſt ſtatim de crimine condemnari.*
6 *Dictio,alius alia aliud,operatur,quod clauſula generalis ſequens reſtringatur ad ſimilia,& ſic eſt ſimilium repetitiua.*
7 *Eccleſia non debet vti brachio ſeculari,niſi in ſubſidium.*
8 *Pœna condigna ubi quis fuit punitus de præteritis delictis, ſi in eadem delicta de nouo incidat,non poteſt acriori pœna puniri, propter qualitatem præteritorum,ſecus ſi propter præterita non eſſet punitus, quia ratione adiuncti delictum efficitur grauius.*
9 *Clericus deprehenſus in crimine,ſi eſt ſuſpectus de fuga,poteſt a quocunq; laico capi,non procedit niſi quatenus in canone expreſſe diſponitur per legem vel per auctoritates magiſtrales,inf.nu.13.vide aliquid inf.nu.15.*
10 *Pro debito publico fugientem quilibet poteſt capere.*
11 *Iudex qui alias eſt incompetens,poteſt capere malefactorem fugientem, vt eũ ſuo iudici repreſentet.*
12 *Laicus injiciens manum in clericos, non eſt excommunicatus niſi iniectio ſit violenta & temeraria.*
13 *Clericum offendentem me,aut res meas,auferentem non ſolum mihi licet percutere ad defenſionem meam,& rerum mearum,ſed etiam ſocijs & amicis meis.*
14 *Deprehenſus in fuga,veriſimile eſt,niſi cuſtodiatur quod fugam arripiet.*
16 *Familia ſi inueniat clericum de nocte,poteſt ipſum capere,& Epiſcopo præſentare,& vtrum ſufficiat licentia generalis Epiſcopi, diſtinguitur infra nume.18.*
17 *Clericus inuentus de nocte,præſumitur ire malo animo,& vt delinquat.*
19 *Clericus criminoſus antequàm capiatur, debet præcedere aliqualis cauſæ cognitio.*
Quod procedit etiam in captura laici.
20 *Laicus an poſſit capere clericum debitorem ſuum fugientem.*
21 *Clericus pro debito ciuili,an poſſit capi a iudice.*
Et non poteſt niſi ſit ſuſpitio de fuga,vt nu.23.
22 *Factum partis cui permittitur aliquid fieri propria auctoritate,quod regulariter pertinet ad iudicem,repræſentat factum iudicis.*
24 *Captura de iure ciuili eſt permiſſa in ſubſidium,& propter ſuſpitionem fugæ.*
25 *Crimina digna ſuſpenſione,quæ ſint remiſſiue.*
Et inf.nu.33.& 34.
26 *Clericus incorrigibilis an primo ſit degradandus,anteq̃ poſſit comprimi per curiam ſecularem.*
Diſtinguitur inf.nu.28.
27 *Clericus actualiter degradatus,an ipſo iure poſſit per iudicem ſecularem occupari,an vero requiratur traditio facienda per eccleſiam.*
29 *Iudex ſecularis non puniens laicum,quando delictum eſt notoriũ,videtur proteſtari de ſua negligentia,quod non vult punire, vnde iudex eccleſiaſticus poterit eum punire.*
30 *Clericus incorrigibilis debet declarari, anteq̃ iudex ſecularis eum præueniat, quæ declaratio poteſt fieri ipſo non citato,ne forte citatus arripiat fugam.*
31 *Citatio partis admittitur, vbi alias excluderetur punitio criminis, & probatio.*
32 *Citatio partis regulariter requiritur in ſententia declaratoria.*
35 *Suſpenſio imponitur,vel ſimpliciter, vel temporaliter, & quando ſimpliciter relaxatur ſequuta ſatisfactione,& hoc caſu an relaxetur ipſo iure.*
36 *Suſpenſio quæ infertur ab homine,non debet inferri niſi monitione præmiſſa.*
37 *Suſpenſionis finis eſt correctio a delicto,& debet durare quouſque durat cauſa,propter quam fit,& non vltra.*
38 *Crimina,quæ ſint digna depoſitione.*
39 *Crimen graue & enorme eſt,quod inducit irregularitatem,& impedit ordinis executionem poſt pœnitentiam peractam,etiam ſi ſit occultum.*
Et quæ ſint hæc crimina remiſſiue,& inf.nu.64.latiſſime.
40 *Crimen graue grauius & grauiſſimum quid ſit.*
41 *Incluſio in monaſterium debet fieri in pœnitente,ſed impœnitens debet deputari ad perpetuos carceres.*
42 *Pœna mortis imponitur pro vitio ſodomitico.*
43 *Simoniacus non punitur pœna mortis,ſed in monaſterium includitur.*
44 *Criminoſus etiam in delictis grauiſſimis,pro quibus eſſet tradendus curiæ ſeculari ſi conuincitur,non directe,ſed præſumptiue, non imponitur pœna mortis aut perpetui carceris,ſed intruſionis in monaſterium.*
45 *Clericus pro crimine adulterij,inceſtus,fornicationis publicæ, & ſcandaloſæ, vel ſi in ea diu perſeuerauit,deponitur.*
Debet fieri differentia inter clericum in ſacris conſtitutum, vel alium clericum,& nu.47.
46 *Pœna adulteri per eccleſiam eſt mitigata.*
48 *Inquiſitus mitius punitur,quàm accuſatus.*
49 *Clericus degradatus non eſt tradendus curiæ ſeculari, niſi ſit incorrigibilis,exceptis tamen aliquibus caſibus.*
50 *Hæreticus non traditur curiæ ſeculari,niſi ſit incorrigibilis,vel relapſus.*
51 *Clericus pro ſortilegio,an ſit tradendus curiæ ſeculari.*
Et quid pro ſciſmate.
52 *Sciſmaticus qui credit eccleſiam poſſe eſſe apud duos, eſt hęreticus: ſi autem credit*

credit esse apud alterum tantum,& rebellis.

53 Clericos qui commisit crimen enorme vel grauissimum, puta homicidium cum proditione, vel parricidio, vel sacrilegio, an sit tradendus curiæ seculari.
Et an possit talis capi,& condemnari per curiam secularem. antequàm degradetur à iudice ecclesiastico actualiter remissiue,inf.nu.62.

54 Delicta atrocissima,quæ requirunt pœnam excessiuam,non possunt puniri pœna aliqua canonica.

55 Tex.noster requirit copulatiuè,quod ecclesia non habeat vltra quid faciat, & quod clericus sit incorrigibilis ad hoc,vt tradi possit curiæ seculari.

56 Extensio in pœnalibus,sit etiam de identitate rationis.
Non est verum,quando lex est pœnalis,& exorbitans,vide inf.nu.60. & 61.

57 Idolorum cultor, & aruspex deponitur, & includitur in perpetuum carcerem.

58 Episcopus rebellans se a sede Apostolica committit crimen lesę maiestatis, in prima specie,nec tamen traditur curię seculari,nisi sit incorrigibilis.

59 C.1.inf.de homicid.quomodo intelligatur.

63 Clericus incedens sine habitu & tonsura delinquens enormiter, vtrum possit puniri incontinenti per potestatem secularem,remissiue.

64 Casus impedientes executionem ordinis in criminoso occulto post peractam pœnitentiam,qui sint.

65 Ordinatus per simoniam non habet executionem ordinis,etiam peracta pœnitentia.

66 Simonia commissa in beneficio non impedit ordinis executionem etiam ante peractam pœnitentiam,sed impedit beneficij retentionem.

67 Ordinans per simoniam,an sit suspensus ab executione ordinum, quos ipse legitime suscepit,remissiue.

68 Infamis infamia iuris est irregularis.

69 Sodomita est irregularis,& ipso iure infamis,& non habet executionem ordinis,etiam post peractam pœnitentiam.

70 Infamis infamia iuris siue sit occultus,siue notorius, seu toleratus,non potest exercere actus ad dignitatem pertinentes.
Vide tamen inf.de veritate.

71 Infamis infamia occulta,potest esse testis, & admittitur ad alios actus extraiudiciales.
Imo admittitur etiam ad actus iudiciales.

72 Crimina grauia inducentia irregularitatem dicuntur crimina grauia, propter quæ quis est deponendus.

73 Periurus occulte criminosus post peractam pœnitentiam,habet executionem ordinis.

74 Peccator omnis potest cantare missam præter simoniacum.

75 Dignitas secularis resoluitur ipso iure per infamiam superuenientem.

76 Caracter ordinis remanet etiam post depositionem.

77 Irregularitas nulla priuat aliquem collato beneficio ipso iure.

78 Pro peccato occulto,nunquàm impeditur quis vti ordinibus habitis,& ascendere ad superiores,nisi inueniatur expressum.
Et de veritate.

79 Crimina impediunt executionem officij,quę inducunt suspensionem,vel irregularitatem scriptam,vel latam.

80 Excommunicatus suspensus,aut interdictus conferentes beneficia, vel recipientes a contemnere, vel interdictum Papæ violantes, an efficiantur irregulares.

81 Falsarius literarum domini Papę est excommunicatus ipso iure, potest tamen petere ab ea absolutionem,& peracta sententia sine peccato ordinatur.

82 Electus ad dignitatem per abusum secularis præsentis non est suspensus ipso iure in executione ordinis,sed est ineligibilis,& inhabilis ad dignitatem, quæ confertur per electionem.

83 Scismaticus & hęreticus sunt ipso iure excommunicati,etiam si aliquis sit occultus hęreticus.

84 Hęreticus antequàm talis declaretur,recuperat bona ipso iure,si reuertitur ad ecclesiam,& vtrum recuperet ipso iure beneficium.

85 Executio ordinis,quando impeditur pro crimine, et am post peractam pœnitentiam criminosus priuatur beneficio.

86 Apostata si suscepit ordines in apostasia, non habet,etiam post peractam pœnitentiam executionem ordinum.
Et quid si suscepisset ante apostasiam.

87 Intrusus quilibet an sit suspensus ab officio,etiam post peractam pœnitentiam.

88 Executio ordinis,an impediatur etiam post peractam pœnitentiam in casibus, in quibus solus Papa dispensat.

89 Suspensi,& qui non habent executionem ordinis,an sint etiam suspensi quo ad alios,& quid si sint publici criminosi,remissiue.

90 A criminosis publicis,qui si essent occulti post peractam pœnitentiam, possent ministrare,vtrum sit peccatum percipere sacramenta.remissiue.

CAP. X.

VUm non ab Homine. Clericꝰ depositus,si est incorrigibilis, dēt primo excōicari. Scđo anathemate ferri. Tertio relinqui curiæ seculari, si ecclesia non habeat vltra,qd faciat. Secūda est ibi,ꝑsultationi. Tertia ibi, q si
1 depositus. Quarta ibi,postmodū. †Nota primo ibi, Regi vel alicui,&c. quod nulla persona, quantumcunque sit digna, potest punire clericum de aliquo crimine. & est ratio secundum Do-
2 ctores, quia †quælibet spiritualis dignitas, est maior quacunque temporali. 96.dist.c.duo ista. 11.q.1.sacerdotibus, & no. in c. in decorum. s̄. de æta. & qua. Secundo no. ibi, cuiuscunque ordinis, quod clerici constituti, etiam in minoribus, non possunt puniri a iudice seculari, ad idē tex. in c.2.j̄. tit. prox. quinimmo secundum Host.& Io.An.sub isto vocabulo, cuiuscunque ordinis, vel clerici, vel personæ ecclesiasticæ continentur, & non
a possint conueniri coram iudice layco,& etiam familia a episcopi, vt in c.fi.s̄.de offi.or. de quo iu c.j.j̄. tit. proxi. Et licet ista sint vera in se, tamen probatur per istum tex. secundum Abb. Mod. & bene, quia in eis non cadit depositio ab ordine, in clericis habentibus ordinem, & tex. loquitur hic de his, qui possunt ab ordine deponi. Sed forte posset substineri opi. prędictorum, & pro ordine ponatur ipsa qualitas, propter quam persona est eccle-
3 siastica, sed tamen plus placet opi. do Abb. † quia quando monachus deliquerit, non esset deponendus a monachatu, sed potius in claustro destringendus ad pœnitentiam peragendam, vt
4 in c.fi.j̄. de regu. Tertio no. ibi, in furto sine homicidio, &c. † ꝙ furtum est crimen graue, & dignum depositione, similiter periurium. Et vlterius collige, ꝙ licet crimen sit tale, ꝙ faciat aliquē irregularem ipso iure, etiam si sit occulte criminosus, sicut est homicidium, de quo hic in tex. de quo in c. fi. de tem, ordi. per hoc non videtur criminosus depositus ipso iure, sed est deponendus. & vide quod no. Inno. in c. cum nostris. j̄. de concess. præ
5 ben. †Quarto no. ꝙ licet aliquis sit deprehensus in flagrāti, crimine, non tamen habetur incontinenti pro conuicto, nec potest statum de crimine condemnari, de quo pleniſſime in j.gl.& ponit gl. 15. q. 6.c.sciscitantibus. 86. dist.c.presbyter. l.di. c.siquis diaconus, & in c.ex tuarum j̄. de eo, qui duxit in ma. quam pol. per adult. Quinto no. ibi, seu in alio crimine fuerit deprehen-
6 sus, †ꝙ ista dictio, alio, īportat, quod clausula generalis sequēs, restringitur ad similia expressi in periurio, seu alio crimine est
b deponendus, sed istud non pōt esse verum, nisi ista dictio, ᵇalio, intelligeretur de simili crimine. i. graui, quia propter crimen leue, quis non deponitur. in c. clericos. j̄. de vita. & honesta. cle. & plene dicetur in gl. vltima. & sic patet, ꝙ in isto text. optime probatur ista conclusio, pro qua est casus, quem ibi no. & ponderat Bal. ad hoc, in l.fi. C. de his, qui a non domino manumi. & gl. in l.si fugitiui. C. de ser. fug. q̄ approbat Bal. ibi, & in l. conuenticulam. C. de epis. & cle. Sexto no. ibi, ꝙ secularem potestatem, &c. ꝙ quando clericus est incorrigibilis, & ecclesia non habet vltra quid faciat in ipsum, ipso iure potest comprimi per potestatem secularem, & hoc tenent hic aliqui. Mo. hic. etiam tenēt
7 oppositū, de quorum opi. dicetur in vlt. gl. † Vltimo no. ex isto tex. secundum Doc. ꝙ ecclesia non debet vti brachio seculari,
c nisi in subsidiū, ᶜ vt in c. postulasti. j̄. de ho. vnde dicit hic, d. Anto. de But. se respondisse de facto, ꝙ episcopus non potest cogere rectorem secularem, vt recipiat clericos in carceribus suis, si ipse habeat locum competentem, vbi possit eos tenere, facit optimè tex. in c.2. in fi. j̄. de cle. exc. Ego autem colligo ex isto tex. iuxta fin. intelligendo text. in clerico non solum, quem non pœnitet delicti, sed qui perseuerat in delicto, & reiterat delictum.
8 †ꝙ vbicunque de præteritis delictis est aliquis punitus pœna cō digna, de nouo in eadē spē delinquat, nō pōt acriori pęna puniri propter qualitatē delictorū præteritorum,, secus si ꝓp præterita delicta non esset punitus, quia tunc rōne delicti adiuncti, delictum efficitur gra uius, vt probat tex. no. in l. raptores in princ. C. de epis. & cle. & per istam decretalē sic intellectam redditur dubia opi. Bar. quam ipse posuit no. in l.si cui. §. cum sacrilegiū. ff. de accu. & quod no. Bald. in auc. sed nouo iure. C. de ser. fugi. In gl. posita super ver. deprehensus. ibi, de prælatorum suorū, &c. pro declaratione gl. debes aduertere, quia Doctores varie, loquuntur in isto articulo, & in varijs terminis, nam Bart. in l. si quis in seruitute. ff. de fur. & Bald. in l.si qua p̄ calumniam. C. de
9 epis. & cle. & in c.j. §. si quis vero. de pa. iura. fir. †dicunt singulariter, ꝙ clericus deprehensus in crimine potest capi per laicos,
d d& nullam faciunt mentionem de fuga, vel de suspitione fuge, sicut

ADDITIONES.

a Familia episcopi non potest conueniri coram iudice layco.
VIN. GOD. Adde ꝙ ratio adduci potest ad hoc quia familia de voluntate domini in dubio censetur aliquid facere. Ruy consi.47.num.12.lib.20.

b VIN. GOD. De ista dictione alia, quod sit repetitiua eiusdē qualitatis Ruy. consi.92.nu.22.lib.3.

c Nisi in subsidium Limita hoc nouissime, vt non habeat locum, quando timetur scandalum & perturbatio status Pet. de Anch. in consi.377. inci. ex præmissa facti Secundo limita per Ge. in c. Romana. §. sed nec, de senten. excom. in 6. in sui ratione. & vide eundem, & quæ ibi apo. in c. de persona, 12. q. 2.

d Clericus deprehensus in crimine potest capi per laicos.
VIN. GOD. Hoc verum esse meminit Ruy. consi.4.nu.12.& 13.lib.50.& in super clericus suspectus de fuga capi potest propria authoritate, & sic a laico etiam priuato.

ſicut faciunt hic Doc. & Pe. de Anch. in regula, quæ fiunt. de reg. iur. in 6. q. 21. ſed tamen ex legibus, quas allegat Bart. poſſumus intelligere, ꝙ idem ſenſerit, ꝙ Doctores hic, & iccirco non fecerit mentionem de fuga, vel de ſuſpitione fugæ, quia præſuppo nit pro vero, ꝙ regulariter deprehenſus in delicto, præſumatur debere fugere, niſi comprehendatur, vt. ſ. dicam, ergo declaratis dictis Doctorum, ſtet communis cōcluſio Legiſtarum, quā approbat Inn. in c. vt famæ. de ſen. excom. & Petr. expreſſe in loco præallegato, & do. Abb. Mod. hic, ꝙ clericus poteſt capi repertus in crimine, ſi eſt in fuga, vel eſt ſuſpicio de fuga à quocunque laico, licet illius laici nihil intereſit, quia pro intereſſe publico vnuſquiſque poteſt interponere ſe. 23. non inferenda. & eſt
10 caſus not. ſecundum Barto. ibi, †ꝙ pro debito publico, quilibet poteſt capere fugientem, in l. generali. C. de decu. lib. 10. & bene facit tex. in l. fi. C. de malefi. & mathe. & quod no. Bar. in l. nemine. C. de exhib. reis. & gl. in l. nullus. C. de iudæis. intereſt autem reipublicæ, maleficia non remanere impunita, vt in c. vt famę. ſ. de ſen. excom. ergo quilibet poterit clericum capere, vt eum
11 præſentet ſuo iudici, †ſicut iudex, qui alias non eſt competens, poteſt capere malefactorem fugientem, vt repræſentet eū ſuo iudici, in Auc. de defen. ciui. §. nos igitur. & in Auc. vt iudi. ſine quoquo ſuf. §. neceſſitate. Sed aduerte, ꝙ iura præalle. loquuntur in laico capiente laicum in clerico autem dixit Hoſt. in c. vt famę. præallega. hoc non eſſe concedendum, niſi quatenus expreſſe in canone diſponitur per legem, vel per auctoritates magiſtrales, & hanc ſententiam videtur hic ſentire do. An. & in d. c. vt famæ. Sed prima opi. quæ videtur eſſe communior, vtitur duplici ratione vltra premiſſas. Prima eſt Pe. de Ancha. in loco
12 præallegato, quam etiam aſſignat do. Ab. hic. †quia laicus inijciens manum in clericum, non eſt excommunicatus niſi iniectio ſit violenta, & temeraria. vt in c. ſi quis ſuadente. 10. q 4. & in c. 3. & in c. contingit. ĵ. de ſen. excom. ſed hic non poteſt dici iniectio violenta, vel temeraria, ergo laicus non eſt excommunicatus. quod autem non ſit violenta iniectio, vel temeraria, probatur, quia laicus capit clericum, nec delictum remaneat impunitum, quod remaneret ſi clericus permitteretur fugere, vnde non eſt dolus hic, vel culpa, immo zelus bonus. 23. q. 5. c. regū. &c. adminiſtratores, & iſta ratio in captura ponderatur ſignanter in c. ſi clericos. de ſen. excom. in 6. licet in alijs terminis. Secunda ratio ſumitur ex tex. in c. olim. de reſti. ſpo. & ex his quæ tradit Inn. in c. ſi vero. ĵ. de ſen. ex. el. j. in quibus locis traditur,
13 †ꝙ quando clericus vult offendere me, vel res mihi auferre, nō ſolum mihi licet clericum percutere ad defenſionem meam, vel rerum mearum, ſed etiam licet ſocijs meis, & amicis idē facere ſine pena excommunicationis. ſi ergo licet ferre auxilium amico cuicunque, quanto fortius licet laico ferre auxilium, vt poſſint puniri maleficia, ſed contra iſtas doctrinas multū facit tex. vbi videtur decidi quæſtio in c. ſi vero, in fi. de ſent. excom. vbi expreſſe dicitur, ꝙ non licet clericum inuentum in adulterio, vel turpitudine capere, & ei violētas manus inferre, niſi ſint perſonæ cōiunctæ, quæ ibi exprimūtur. & quamuis ad illū tex. poſſit reſpondere, quod debet intelligi quando clericus nō eſt in fuga, vel non eſt veriſimile, quod fugiat, hoc tamen multum
14 reſtringit literam, & eſt contra rationem, † quia in dubio eſt cō muniter veriſimile, quod deprehenſus in maleficio, ne ponatur ad torturam, & pœnam ſubeat, ſi non cuſtodiatur arripiat fugam, vt eſt caſus no. in c. vt famæ. in prin. 2. ver. ĵ. de ſen. excom. & optime facit tex. in l. fi. in prin. ff. de bonis eorum, qui mor. ſibi conſciuer. & ibi per Bar. vbi probatur, quod accuſatio propoſita de crimine, cauſat iuſtum metum, propter quem ille, qui aufugiat, præſumitur fugiſſe, & ſi hoc fecit ſimplex accuſatio, quanto fortius hoc faciet deprehenſio, maxime ſi fiat in ipſo delicto, & a pluribus quam ab vno, & ſic accuſatio, vel deprehenſio cauſet iuſtum timorem, propter quem ille, qui fugit, præſumitur fugiſſe, eadem ratione faciet quod ſit veriſimile accuſatum, vel deprehenſum in crimine fugere, niſi cuſtodiatur, quia iuſtus timor præſumitur mouere quemlibet ad faciendum id, per quod euadat periculum, vt patet in toto titulo, quod metus cauſa, & ſatis probatur in terminis in c. vt famæ. & quamuis ille tex. loquatur de clerico iam condemnato, vel ſaltem conuicto de crimine, eadem tamen ratio eſt in eo, qui eſt deprehenſus de crimine, in dubio præſumitur eſſe fugitiuus, & legis diſpoſitio faciens regulam, debet adaptari ad ea, quæ communiter contingunt, vt l. in his. & l. nam ed ea. ff. de legi. ideo ſi tex. ille in c. ſi vero. voluiſſet intelligere in illo caſu, quo clericus non poſſet fugere, vel non eſſet veriſimile quod fugeret, non erat ſimpliciter ponenda regula negatiua, cum iſte caſus de raro contingat, & ſit quodammodo contra naturam deprehenſionis in delicto, debuit poni regula permiſſiua cum iſta exceptione, ſicut fit cōmuniter in delictis prohibitis, vt l. nec non. §. ꝙ eis. ff. ex q. cau. ma. ideo non placet intellectus iſte ad iſtam decretalem, & iō potius videtur diſtinguendum, ſicut diſtinguit do. Abb. in illo c.
15 ſi vero, in vltimo no. †vt dicamus, quod aut clericus repertus in delicto, continuaret delictum, ſeu non deſiſteret a delicto, niſi caperetur per laicum, & tunc licet vnicuique laico capere, & ēt ligare, ſi aliter non poſſet compeſci ab iniuria, ſecundum Inno. ibi. Pone exemplum, quando clericus fugeret cum re, quam furripuit, nec ex ſolo clamore dimittit rem, tunc enim licet laico capere, quia continuat delictum, vnde iſta non eſt ſola captura pro maleficio puniendo, ſed dicitur fieri pro defenſione rerum, vel perſonæ, & hoc ſemper fieri poteſt, vt. ſ. eſt dictum. & iſta ratio-
16 ne poteſt cōcedi, †ꝙ ſi familia inueniat clericum de nocte, poſſit ipſum capere, & præſentare Epiſcopo, ſecundum Abb. in lo-
17 co præallega. & in c. vt famæ. eod. tit. †quia clericus qui inuenitur de nocte præſumitur ire malo animo, & vt delinquat, quia qui male agit, odit lucem, vt in c. cum ex iniuncto. ĵ. de hære. & ideo capere clericum, tunc eſt quodammodo obuiare delicto committendo, & quædam ſpecies defenſionis. Poteſt etiam aſſignari alia ratio, quia ſi clericus permitteretur abire noctis tē pore, priuſquam cognoſceretur maleficium, efficeretur omnino impunibile, quia non poſſet cognoſci qui inuentus fuiſſet de nocte, vt l. furem. & ibi no. ff. de ſica. vnde facilius hoc caſu debet permitti captura laico, vt clericus deprehenſus in crimine deſiſtat à delicto, & tunc probabilior videtur eſſe opi Hoſti. q̃uis fugiat, vel ſit veriſimilis fuga, quod non poſſit capi per laicum, etiam ſi laici interſit, non dico pecunialiter, ſed quia ſibi illata iniuria, vel rei ſuę. iſta concluſio probatur forti ratione, qa tex. in c. vniuerſitatis. de ſen. excom. dicit, ꝙ etiam ſi prelatus nō poſſit verberare clericū per ſe, quantumcunque ſubſit neceſſitas verberandi, non poteſt per alium iſta executio cōmitti laico per prælatum. Si ergo non permittitur verberatio de mandato prælati laico, ēt ſi alias crimen non pōt puniri, niſi per laicum, ergo fortius non permittitur laico capere propria auctoritate, vt delictum remaneant impunitū. nec eſt verum, quod ſi clericus fugiat delictum remaneat impunitum, quia contra ipſum, licet abſentem, poterit procedi multipliciter, iuxta ea, quæ habentur in c. veritatis. ĵ. de dolo & contu. tunc habebit locum remiſſio ad petitionem iudicis, in cuius loco deliquit, iuxta not. in clem. paſtoralis. de re iudi. vel ſi clericus alibi conſtituat domicilium, ibi poterit de hoc delicto accuſari. l. j. & quod ibi habetur, C. vbi de cri. agi oportet. & no. in c. fi. ĵ. tit. proxi. Non obſtant dicta Inno. in c. ſi vero. & Abb. hic in ſecunda rōne adducta per eum, qa dico, ꝙ termini non ſint pares. nā iſtud argumentū bene valet, ſi licet defendere priuatum. multofortius rem publicam. 23. q. 3. c. fortitudo, &c. non inferenda. ſed non valet iſtud argumētum, licet defendere priuatum, ergo licet ad vtilitatē reipublicæ capere malefactorem, vt puniatur, quia hæc reſpublica non defenditur, ſed potius procuratur vtilitas publica per alium modum capiendo defenſionem propriè, prout repellit iniuriam, quæ infertur, & per hoc eſt expeditus iſte articulus. Sed poſito, ꝙ pro maleficio clericus deprehenſus in crimine, regulariter capi non poſſit à laico, ſicut ſ. tenui, ſine licentia prælati ipſius clerici.
18 †Nunc quæritur vtrum ſufficiat licentia generalis, verbigratia ſi
a Epiſcopus ageneraliter committat poteſtati ſeculari, ꝙ clericū inuētum de nocte, vel in flagranti crimine poſſit capere p ſuos miniſtros, & præſentare ſibi Epiſcopo. Do. Ant. hic ſentit, ꝙ ſic, & tale conſilium ſe dediſſe Epiſcopo Caſtellano. ſed Pe. de Ancha. in regula, ea, quę fiunt. q. 21. circa finem, de reg. iur. diſtinguit no. ꝙ aut conceditur licentia generalis capiendi clericum inuentum in ipſo crimine, & iſta vī poſſe concedi, quia in eo, ꝙ ſubijcitur oculis, nulla cadit cauſæ cognitio. Aut conceditur licentia generalis capiendi clericos, non in ipſo crimine deprehenſus, ſed forte aliter diffamatus de crimine, & tunc hoc fieri
19 non poteſt. & eſt ratio ſecundum eum, †quia antequam clericus criminoſus capiatur debet procedere aliqualis cauſę cognitio, ſecundum Io. An. & Mod. in c. ſi clericos. de ſent. excō. in 6. quinimmo etiam in captura laici idem debet ſeruari, ſecundū Bal. in l ꝙ euitandi. C. de condi. ob tur. cau. & dixi in c. j. ſ. e. ſed nunc allego tibi gl. no. ad hoc in cle. paſto. circa medium. de re iud quæ dicit expreſſe, ꝙ iudex, qui habet capere criminoſum, vt remittat ad alium locum, non debet hoc facere ſine aliquali cauſę cognitione, ſed iſta cognitio non poteſt mādari iudici laico vel committi, vt in c. 2. ſ. e. ergo non poterit p̄cedi talis licētia generalis. ad præmiſſa facit optimè, ꝙ ſcripſi in c. 1. ſ. e. ſed poſito, ꝙ clericus deprehenſus in crimine poſſit capi a laico ſine
b auctoritate ſuperioris. Quæritur nunqd ſimiliter laicus b clericum

ADDITIONES.

a VIN. GOD. Epiſcopus poteſt dare licentiam generalem poteſtati vt capiat clericos delinquentes. Adde quæ requirantur ad hoc vt poſſit epiſcopus facere capere & incarcerare clericum Cor. conſi. 225. litera. c. & d. lib. 4.

b Laicus an poterit capere propria auctoritate debitorem ſuum fugientem clericum. Dy. inſtit. de ac. dixit ꝙ per tex. in §. fi debitorem, hic allegato per omnes. ſed no. ꝙ Inno. dicit in duobus locis ꝙ dictus §. non haber locum in clerico fugiente ita ipſe in c. lator, de pi. & in c. 2. de depoſ.

cum debitorem ſuum fugientem poſſit capere, ſuper quo dixit Io. And. in cle. j. de offi. or. & dominus Collectarius, & dominus Car. hic, quos ſequitur Abb. Mo. ꝙ poſſit capi non ſolum ſi fugiat cum re mea, ſed etiam, ſi ſit debitor meus in aliqua quantitate, vel re, nullã tamen rem meam auſert, & licet tunc creditori capere debitorem fugientem, & etiam ſociis ipſis volentibus ipſum iuuare, hoc ſentit Io. And. hic de ipſo creditore, dum allegat l. ait prætor. §. ſi debitorem. ff. quæ in frau. cred. de ſociis autem probatur ſecundum Abb. ex his, quæ hñr in c. olim. de reſti. ſpol. & profecto illa decre. bene probat, quando debitor aufugit cum re mea, & ego ipſum inſequor incontinenti poſt furtum factum, quia eſt quædam defenſio rerum ſuarum, quę permittitur etiam amicis, & ſociis, & quibuſcunque, ſecundũ Doctores in l. vt vim. ff. de iuſt. & iu. & in c. quantę. j. de ſen. excom. ſed quando debitor fugeret cum pecunia mihi debita, vel cum re mea, quando tamen ſurripuit ex interuallo, ita ꝙ non poſſet vocari defenſio, eſt maius dubium, & tamen ex eadem æquitate credo, ꝙ hoc liceat ẽt ſociis, vnde dicit Bald. no. in l. vt vim. ff. de iuſti. & iur. ꝙ ſi ex forma ſtatuti offenſus poteſt ſe vindicare propria auctoritate, ille qui probat auxilium ſe vindicando, nõ incidet in pœnam, tamen de hoc ibi multum dubitat, maxime quando offenſus non percutit, ſed alius. in caſu tamen noſtro, cum non agatur de multo præiudicio, ne pereat ius partis, credo iſtam opin. eſſe veram. Et aduerte, quia ſi tenemus opin. Io.
21 And. & Doct. in c. clericos. de ſent. excom. in 6. † ꝙ clericus pro debito ciuili non poſſit capi a iudice aliquo caſu, iſtud dictum
22 Doct. non procederet hic, † quia factum partis, cui permittitur aliquid fieri propria auctoritate, quod regulariter pertinet ad iudicem, repræſentat factum iudicis, vt l. pen. & ibi per Bald. C. de pig. act. & no. Bar. in l. creditores. C. de pig. ſi ergo nõ permitteretur iudici, etiam quando eſſet ſuſpitio de fuga. eadem rõne non videtur permitti parti. ſed d. Abb. Mod. in c. fi. j. de ſolu. te-
23 net, † ꝙ niſi ſit ſuſpitio fugæ, clericus non poſſit capi, & eſt ęqor
24 opi. † quia licet alias de iure ciuili captura non ſit permiſſa, niſi in ſubſidium, eſt tamen permiſſa propter ſuſpitionem fugæ, vt plene traditur in d. §. ſi debitorem. & in l. nemo carcerem. C. de exact. trib. lib. x. idem ergo dicamus in clericis, ꝙ licet alias nõ poſſit capi, poſſit tamen vbi eſt ſuſpitio fugæ. In gl. poſita ſuper ver. poſtmodum. pro declaratione materiæ, quam hic attingũt Doct. & in c. at ſi clerici. §. j. ſ. eo. vidẽdum eſt primo, quis ſit clericus incorrigibilis, ſecundo an ipſo iure poſſit cõprimi per poteſtatem ſecularem, & ex his duabus quæſtionibus erunt expedita omnia, quæ tradunt hic Doct. in iſta materia, excepta oppoſitione de qua hic in voce diximus, deinde quia promiſimus hic dicturos ea, quæ ponunt Doct. in c. at ſi clerici. §. j. ſupra eo.
25 † Quærimus primo, quę crimina ſunt digna ſuſpenſione. ſecũ-
a do quæ crimina ſunt digna degradatione [a] actuali, & traditione curiæ ſęculari. de prima quæſtione dic vt hic per Abba. poſt Ant. de Bu. & vt ſubtiliter ponit Pet. de Anch. in regula, ea quæ fiunt. de reg. iur. q. 22. Circa ſecundam quæſtionem fuerũt opi-
26 nam Pet. antiquus commentator dixit, † ꝙ clericus incorrigibi-
b lis, [b] eſt primo degradandus, antequam poſſit comprimi per curiam ſæculárem, & ſic ſupplet iſtum text. per c. nouimus. j. de ver. ſig. & per c. 2. de pœnis. lib. 6. Secunda fuit opinio Hoſt. quĩ dixit, ꝙ clericus incorrigibilis, non debet degradari de neceſſitate, curia ſecularis ipſum non occupat, niſi ad requiſitionem eccleſiæ, vel niſi eccleſia tradat ipſum curiæ ſęculari, per tex. in c. 2. j. de cleri. excom. min. Pro iſta concluſione facit ratio, quia licet eccleſia nõ poſſit punire clericũ per ſe, nihilominus ĩplorare poteſt auxilium brachij ſęcularis, ergo habet vltra, quid faciat priuſquam iudex ſęcularis requiratur, ergo clericus non debet comprimi per poteſtatem ſęcularem. primum probatur in c. j. ſ. de offi. or. 23. q. 5. c. adminiſtratores, & c. regum cũ multis alijs. ſecundũ in tex. noſtro, vbi non videtur ꝓcedi poteſtas iudici ſęculari, niſi cum eccleſia nil amplius poteſt. Tertia fuit opi. Io. And quam approbat hic do. Anto. & communiter Moder. ꝙ clericus incorrigibilis, qui non poſſit puniri ab eccleſia, poſſit ipſo iure abſq; alia degradatione comprimi à iudice ſęculari. Et vt omnia dicta Doctorum perfectè habeas, quibuſdam additis in iſto articulo diſtingue quod aut clericus eſt comprimendus per poteſtatem ſęcularem, in quibuſdam criminibus expreſſis in iure, quãuis non ſit incorrigibilis, & tunc ſemper requritur degradatio, ſic intelligitur tex. in c. nouimus, de verbo. ſig. & in c. 2. de pœnis. lib. 6 ſecundum Io. And. hic. hæc autem intellige de clerico geſtante habitum, & tonſuram, nam de eo, q̃ non gerit habitum quid iuris ſit, no. in c. ad audientiam. & in c. ꝓpẽdimus. de ſen. exc. & in c. ex parte. de priui. cred. & ꝓ Pet. in c.
27 ea. q̃ fiũt. de reg. iur. Sed hic q̃rit, vtrum hoc ipſo, ꝙ clericus eſt actualr degradatus ipſo iure poſſit occupari ꝓ iudicẽ ſęcularem, an vero requiratur alia traditio facienda per eccleſiã. ſuper quo dixit hic Ioan. And. ꝙ non requiritur, ſed ipſe idem do. Anto. in c. at ſi clerici. ſ. eo. diſtinxit modum degradationis, dicens quod aut iudex pronunciat cum degradatum, & excluſum ab omni priuilegio clericali, & tunc non eſt neceſſaria alia traditio, & idẽ ſi ſimpliciter degradetur ipſo abſente, non videtur fieri de pote ſtate ſęculari, niſi tradatur per eccleſiam. 71. diſtin. c. dictum. & in d. §. de adulterijs. ſed iſta iura loquunt ĩ degradatione verbali, vnde mihi placet ſententia Ioan. And. in c. noſtro. quæ probatur per tex. in c. nouimus. de verbo. ſigni. vbi patet, ꝙ degradationẽ ſequitur in conſequentiam amiſſio priuilegij clericalis, quaſi ſit effectus ipſius, ergo non eſt opus hoc exprimere, licet ſit tutius hoc facere ad cautelam. Præterea hoc patet exemplo, ꝙ aſſumit Pontifex in d. c. 2. militis armatæ militiæ, ad cuius exemplum executor videtur clericus, de quo certum eſt quod hoc ipſo, ꝙ amiſit inſignia, perdit priuilegium mili. in l. 2. §. miles. ff. de infa. ergo idem dicẽdũ in clerico. aut aliquis debet puniri ꝓ
31 curiam ſęcularem, quia eſt incorrigibilis, & depoſitus verbaliter, & tunc tenet Ioan. And. & do. Ant. & Abb. hic, ꝙ ipſo iure poterit comprimi, ſed non reſpondent ad text. in ca. 2. de cleri. excom. nec etiam bene reſpondetur ad rationem ſupra allegatam per Hoſt. etiam ex dictis do. Abb. hic, quia illam rationem tetigit in quadam oppoſitione, quam fecit contra tex. quia verum eſt dicere, ꝙ eccleſia vltra quid faciat. Præterea contra eos videtur eſſe caſus in c. nouimus. j. verbo. ſig. ſuper ver. damnabili, & criminoſo, qui tex. ſicut inferius declarabitur, probabilius exponitur ſuꝑ crimine graui, de quo clericus eſt incorrigibilis, quam aliter, & tamen ibi debet ſequi degradatio. Pro ꝯcordia
28 opi. potes diſtinguere, † ꝙ aut ipſa incorrigibilitas, & monitio p̃cedens tranſiuit in notorium, & tunc non requiritur degradatio, vel alia eccleſiæ requiſitio, hoc ꝓbat tex. no. ĩ c. de Liguribus.
23. q. 5. quem ſic iuduco ſubtiliter, nam in prin. patet quod Pontifex ibi improbat poteſtatem ſecularem, qui nõ oppreſſit delinquentes incorrigibiles, & tamen adhuc non præceſſerat commiſſio Pontificis, ergo ipſo iure hoc poterat ſecularis iudex, alś
29 non fuiſſet in culpa. † præterea ſicut quando delictum eſt notorium, & iudex ſecularis non punit laicum, videtur proteſtari de ſua negligentia, & quod non vult ipſum punire, vnde iudex eccleſiaſticus poteſt ipſum punire, & eſt tex. no. inc. fi. circa principium. j. de parrochijs. quem ibi ponderat Abb. Moder. & tenẽt Doc. in c. j, ſ. de offi. or. Ita econtra quando contumacia eſt notoria, & eccleſia non habet amplius quid faciat, videtur proteſtari, vel tacite concedere iudici laico, quod clericum puniat. aut ipſa incorrigilitas non eſt notoria, & tunc non debet iudex ſęcularis punire clericum ſine degradatione, vel requiſitione eccleſiæ. ſic poterit intelligi tex. in c. 2. & in c. nouimus. & ratio prę-
30 allegata. ſic poteſt ſaluari opi. do. Car. Flo. qui † dixit, ꝙ antequã iudex laicus clericũ incorrigibilem puniat, requiritur declaratio quod ſit incorrigibilis, alias fundata eſſet intentio clerici contra iudicem laicum, per c. ſi iudex laicus, de ſen. excom. in 6. & benefacit tex. in c. cum ſecundum, de hære. lib. 6. & hanc diſtinctionem tandem ſentit hic do. Ab. iuxta finem iſtius articuli. Di cit tamen, ꝙ iſta declaratio poterit fieri per iudicem eccleſiaſticum, non citato vlterius ipſo clerico, ne fortè ſi citetur arripiat fugam, ſicut dicit Bar. in ſimili in l. ait prætor. §. ſi debitorem. ff.
31 quæ in frau. cre. & Inn. in c. 1. de homi. lib. 6. † ſicut etiam alias omittitur citatio partis, vbi alias excluderetur punitio criminis, & probatio, vt in c. fiu. circa principium. de hære. lib. 6. & bene facit tex. & quod ibi ponunt Doc. in c. præterea. j. de ſponſa. Regulariter autem in ſentẽtia declaratoria debet citari pars, ſecundum gl. in cle. 2. de pęn. & in c. peruenit, de cenſi. lib. 6. de quo plene dixi in c. clerici. ſ. e. & vide Ang. & dominum meum
32 in l. is cui bonis. ff. de verbo. oblig. Circa primum articulum ſecundæ. q. principalis, cum quæritur, quæ crimina ſunt digna ſuſpenſione. dixit Ant. de Bu. in c. at ſi clerici. §. j. ſupra, eod. ꝙ illa crimina ſunt digna ſuſpenſione, quibus concomitatur infamia facti, ſic tamen quod ex infamia oriatur ſcandalum, aliter non inducitur ſuſpenſio. 2. q. 4. c. presbyter. & in c. 2. de purgat. cano. Tu autem dicas, & clarius ſecundum gl. ſuper ver. ſuſpendatur in d. c. presbyter. quod aut concurrit infamia, & ſcãdalum actu & graue: & tunc ſtatim poterit clericus ſuſpendi, ſi cum his cõcurrat ſuſpitio iudicis, vt inquit tex. 2. q. 5. c. omnibus. & tunc nõ debet clericus ſtatim ſuſpendi, ſed debet præcedere accuſatio, vel inquiſitio, deinde monitio Epiſcopi, & poſtmodum ſuſpenſio, non enim requiritur, quod ſcandalum ſit factum, vel ſit in-
39 eſſe, ſed ſatis eſt quod veriſimile ſit ipſum oriri, vt dicit text. in d. c. presbyter, & in c. 2. de pur. cano. Hæc tamen ſuſpenſio ſecundum Mod. & bene, dicitur magis imponi pro infamia, quam pro delicto. vnde alij dicunt, quod pro illo crimine imponitur

ſu-

ADDITIONES.

a VIN. GOD. Degradatio ex quibus cauſis fiat & de eius forma. Dec. in c. at ſi clerici, col. 24. de iudici. nu. 50. 51.

b VIN GOD. De clerico incorrigibili, & puniendo quid fiet & ſi commiſerit homicidium vel aliud delictum graue qua pœna puniatur Ruy. cõſi. 154. nu. 16. & 21. lib.

ſuſpenſio, vel pœna ſuſpenſionis, pro quo hoc expreſſum vt in
33 c. vt clericorum. de vita & ho. cle. †Tu ſpotes dicere, ꝙ pro quoli
bet crimine mortali quod inducit ſuſpenſionem quoad ſeip-
ſum ſi ſit occultum, vt in c. fi. de coha. cle. & mu. etiam ſi ſit gra-
ue crimen, dummodo non ſit enorme, vel grauius, ſi ſit proba-
tum, poteſt imponi pœna ſuſpenſionis. Iſta concluſio probatur
in c. quam ſit graue. j. excel. præla. & in c. vt clericorum, ver. ſigs
autem. j. de vita & hone. cle. vbi patet, ꝙ pro ſimplici incontinẽ
tia, vel fornicatione poteſt imponi pœna ſuſpenſionis, ſicut ẽt
imponitur pro contumacia, ꝙ non eſt graue delictum. 23. q. 4. c.
forte. & traditur in gl. noſtra. hoc probatur in c. cum inhibitio.
§. fin. j. de clande. deſpon. vbi patet, quod propter ſolam tranſ-
greſſionem canonis, quæ non cadit in particulare delictum, &
fit per negligentiam, ex quibus apparet, ꝙ eſt crimen leue, impo
nitur pœna ſuſpenſionis. ad idem tex. optimus, 81. diſtin. c. qui-
dam clerici. intelligendo ibi, quod crimen fornicationis in cleri-
cis non ſacri ordinis non punitur ſuſpenſione tẽporali, quia nõ
eſt graue crimen, vt. j. dicetur. facit optime text. & quod ibi no.
34 34. diſt. c. fraternitatis imponitur autem iſta pœna ſuſpenſio-
nis, aliquando temporaliter, aliquando ſimpliciter. & quãdo im
ponitur ſimpliciter credo, quod debeat relaxari, ſecuta ſatiſda-
tione. vtrum autem relaxetur ipſo iure. dic, vt tradunt Doc. in c.
j. s. eo. & gl. in cle. iudices, de offic. deleg. & in c. fi. circa princ. in
35 vero. ſatiſſecerit. de offi. or. li. 6. Moueor ad hic, †quia ſuſpenſio, q̃
infertur ab homine, non debet inferri niſi monitione præmiſ-
ſa, vt in c. repræhenſibilis. in prin. & ibi plene no. j. de appel. & in
c. a crapula. in fi. de vita & hone. cle. opponitur ergo pro contu-
macia, ſicut excommunicatio, vnde debet ſortiri eius naturã q̃
eſt vt ſecuta ſatiſdatione qs debeat abſolui, vt ī c. ex parte. de ver.
ſign. & hoc ſatis innuit tex. in c. clericos. j. de coha. cle. & mu. vbi
36 videtur probari, †quod finis ſuſpenſionis eſt correctio a deli-
cto, & debet durare quouſque durat cauſa, propter quam fit,
& non vltra, vt dicit text. not. in cap. inter ſolicitudines. verb. in
37 pœna. ibi, donec ſcandalum ſopiatur. j. de pur. ca. † Circa ſecun-
dum, quæ crimina ſunt digna depoſitione, fuerunt opi. quas vi-
de per gl. 81. diſtin. c. j. & j. q. 5. c. j. & conclude, ſecundum do. An.
de Bu. in loco præal. poſt Gof. quod regulariter propter crimen
graue quis debet deponi, intelligit autem do. An. de Bu. crimen
graue, & crimen enorme pro eodem, vt ſatis patet ex prin. & fi.
commenti ſui. hæc concluſio probatur in c. fi. s. de temp. or. &
in c. inquiſitionis. in prin. de accu. & in c. vt famæ, in prin. de ſen.
excom. cum multis alijs. Sed circa hoc duplex inſurgit dubium.
Primum eſt, quod dicatur crimen graue, quantum ad hunc ef-
fectum. Secundum in ſpecie de crimine fornicationis, vtrum
pro eo clericus poſſit deponi. Circa primum concludit do. Ant.
38 †quod illud crimen dicitur graue, vel enorme, a quod inducit ir-
a regularitatem, & impedit executionem officij poſt pœnitentiã
peractam, etiam ſi ſit occultum, vnde pro tali crimine ſemper
imponitur pœna depoſitionis, quocunque modo agitur, vt in
c. inquiſitionis, in prin. j. de accu. Quæ autem ſint illa, quæ indu
cunt irregularitatem, & impediunt executionem ordinis in cri
mine occulto poſt pœnitẽtiam peractam, traditur plene per gl.
& Io. And. in c. niſi cum pridem. §. propter conſcientiam. de re-
nun. & pleniſſime per Gui. in Spe. in tit. de leg. §. iuxta. ver. ſunt
quoque, vbi omnino videas, de quo articulo dicemus pleniſſi-
me in fine iſtius commenti. Dicuntur etiam crimina grauia il-
la, quæ ſunt publica cum ſcandalo. 30. q. 3. c. non debet. in tex. &
gl. & in c. ex tenore. & ibi no. s. de tempo. ordi. in alijs crimini-
bus dicit hoc eſſe arbitrarium, & arbitrium iudex aſſumet a deli
ctis, pro quibus eſt expreſſa pœna impoſita in iure, vt in illis, in
quibus pœna non eſt expreſſe impoſita, procedamus, ſicut in
delicto expreſſo, quibus iſta magis ſunt ſimilia, & multo fortius
illa dicenda ſunt grauia, pro quibus expreſſum eſt in canone, ꝙ
imponatur pœna depoſitionis, ſicut furtum, adulterium, & ſi-
milia, de quibus fit mentio in tex. noſtro & in c. presbyter. & in
c. ſiquis epiſcopus. 81. diſtin. Tu autem declarando perfecte iſtã
materiam dic ſecundum Bar. in l. non ſolum. §. ſi mandato. ff.
39 de iuiur. †quod illa dicuntur eſſe delicta grauia, quæ requirunt
dolum, & pro quibus magna imponitur pœna. illa autem dicũ
tur eſſe grauiora, quæ ſunt communia publica. pro his tamẽ nõ
imponatur pœna mortis, ſecundum glo. in l. auxilium, §. in deli-
ctis. ff. de mino. illa autem dicuntur grauiſſima, quæ mortem
imponunt. Genera autem pœnarum mortis ponuntur in l. ca-
pitalium, per totam l. ff. de pœnis. pro crimine ergo graui cleric⁹
deponetur, vt probatur per iura præallegata, & per tex. in c. in-
quiſitionis. in prin j. de accu. intellige, ſi accuſetur de crimine, vt
ibi, diſtinguitur, ſed nõ detrudetur in monaſteriũ, vel carcerem
perpetuum vt ſatis patet ex tex. 81. diſt. c. delictũ. vt in c. de his.
l. di. & qa tex. ſimp̃r in d. c. inquiſitionis, nõ loq̃t niſi de pœna de
poſ. & ſaltẽ nõ debet includi in ꝑpetuũ. Si aũt ꝓmittat crimẽ gra
uius. i. crimẽ publicũ, qd̃ ꝓpriè appellatur capitale, in c. ſiquis
diaconus. 81. diſtin. tunc vel detrudetur in monaſterium, vel ex-
communicabitur. primum probatur in c. tuæ. j. de pœnis. ſiue in
d. c. ſiquis diaconus. ſed melius poſſumus intelligere, ꝙ tunc ex-
communicetur, quando non poſſet detrudi in monaſterium, &
ſic non valet ſe corrigere, & iſta pœna ſuccedit in locum depoſi-
tionis, ſic intellige dicta Inn. in c. qualiter & quando. j. de accu.
40 Aduerte tamen, † quia incluſio in monaſterium debet fieri in
pœnitente. i. in eo, qui vult ſuſcipere pœnitentiam, ſed vbi depo
ſitus eſſet impœnitens, tunc debet deputari ad carcerẽ in perpe-
tuum, ita probat tex. no. in c. a nobis. j. de apoſta. & in c. vt famæ.
in prin. j. de ſent. excommuni. in 6. per quem tex. patet. ꝙ pœna
incluſionis in monaſterium eſt minor pœna, & diuerſa ab in-
cluſione in carcerem perpetuum, licet gl. aliter ſentiat, & ma-
le, in c. quoniam. de ſimo. & in c. inter ſolicitudines. j. de pur. ca.
Quoddam eſt crimen grauiſſimum dignum morte, vel damna
tione in metallum, & in iſto eſt maius dubium, vtrum ſufficiat
41 ſimplex incluſio in monaſterium cum depoſitione, & ſic † pro
crimine ſodomitico imponitur pœna mortis, in Auc. vt non lu-
xu. con. naturam. l. cum vir. C. de adult. & tamen ſufficit iſta pœ
na, vel minor, vt in c. clerici. j. de exceſ. præla. Præterea tex. in ca.
tuæ, de pœn. in ver. latrocinicis, poteſt intelligi de famoſo latrone,
qui furca ſuſpenditur, in l. capitalium. §. famoſos. ff. de pœ. ꝙ hoc
facit tex. in c. de his. el. 2. l. diſtin. vbi loquitur de homicidio, & ta
men non imponitur pœna carceris perpetui. Confirmatur iſta
42 concluſio, †ꝙ licet pro crimine ſimoniaco nulla iure impona-
tur pœna mortis, vt in c. licet Eli. in vl. co. de ſi. tamen canon di-
cit, ꝙ eſt crimen grauiſſimum, ita ꝙ cętera eius comparatione
pro nihilo reputantur, vt in c. per tuas, ver. fi. eo. titu. & tamẽ pro
iſto crimine non imponitur pœna carceris perpetui, ſed inclu-
ſionis in monaſterium, vt in c. quoniam. j. de ſimo. ergo idẽ di-
cendum eſt in minoribus criminibus, quamuis pro ipſis impo-
natur pœna mortis de iure ciuili, & hoc videtur eſſe tenendum,
quicquid alias ſcripſerim. Poteſt tamen limitari iſta concluſio.
Primo in caſibus exceptis, in quibus expreſſe cauetur de pœna
carceris, vt in c. fi. & pe. j. de hære. Secundo, vbi propter imma-
nitatem delicti, non eſſet imponenda ſimplex pœna mortis, ſed
cũ aliqua qualitate atroci, puta pœna ignis, traditio ad beſtias, la
ceratio membrorũ, & ſimilia. tunc enim videtur imponenda pœ
na perpetui carceris, quia iſta pœna eſt maior ſimplici pœna
mortis, vt l. j. & ibi per Bal. C. de rap. virginum. & hoc eſt verũ,
ſiue iſta ſit naturalis pœna criminis, ſiue iudex eam imponat au-
gendo pœnam criminis propter aliquam qualitatem animi in
hærentem, ſic poſſumus intelligere tex. in c. nouimus. in fin. j. de
ver. ſig. vel poteſt intelligi illa litera de falſario, qui non pœnite-
bat vt. s. dictum eſt, ſed contra hoc vltimum facit tex. in d. c. tuę.
inquantum intelligimus de latrone famoſo, qui furca dẽret ſu-
ſpendi. Sed potes reſpondere, ꝙ inter decapitationem, & pœnã
furcarum non eſt tantus exceſſus, ſicut inter iſta, & alias pœnas
ſupradictas. vel poteſt intelligi ille tex. de latronibus, qui non
deberent ſuſpendi. dicit enim in d. c. at ſi clerici. ꝙ delictum de
ſui natura leue, eſt dignum depoſitione, ſi quis in eo diu perſi-
ſtat, hæc tamen non dicit de omni delicto, ſed in fornicatione,
43 de qua ſtatim videbis. Illud autem ſcias, †ꝙ etiam in delictis, ꝓ
quibus quis eſſet tradendus curiæ ſęculari, ſi criminoſus cõuin
citur non per veras probationes, ſed per aliquam præſumptio-
nem iuris non imponitur talis pœna, nec etiam perpetui care-
ris, ſed incluſio in monaſteriũ, caſus eſt no. in c. inter ſollicitudi-
nes. in fi. & ibi hoc no. gl. j. de purga. cano. Circa tertium de for-
b nicatione, bdicendum eſt ſecundum do. Ant. & bene, quicquid
44 dicant Moderni in d. c. at ſi clerici, †ꝙ pro crimine adulterij, in-
ceſtus, ſacrilegij, & pro fornicatione publica, & ſcandaloſa, vel
pro ea, in qua quis diu perſeuerauit, poteſt quilibet clericus in-
diſtincte deponi, primum probatur. 81. diſt. c. Athanaſius. & c.
per Deum. ſecundum ponitur per gl. 3. q 7. c. ſiquis. quartam de
crimine diffamato cum ſcandalo. 30. q. j. non debet, in gl. 81. diſ.
presbyter. & ibi per glo. & idem dicunt Doct. ſi clericus habeat
rem cum virgine. ſi vero habeat rem cum ſoluta, non virgine,
tunc diſtingue inter clericum exiſtentem in ſacris, & alium cle-
ricum. Clericus exiſtens in ſacris ſemper deponitur, quia ſem-
per committit adulterium propter eccleſiam, vel ordinem, cui
eſt deſponſatus, vt in cap. fraternitatis. infra. de frigi. & probatur
iſta concluſio in c. à multis. ſupra. de æta. & quali. & in cap. eru
beſcant. 22. diſt. & bene facit tex. 81. diſt. c. quidam clerici. ſi au-
tem non ſit in ſacris, tunc punitur, vt probãt iura præallegata,
& maxime tex. in d. c. quidã. qui loquitur in caſu, & ad materiã
vide tex. optimum in c. Apoſtolus. 25. diſt. qui declarat, quæ cri-
mina dicantur grauia. & licet. s. dixerim, ꝙ quando pro crimi-
ne

ADDITIONES.

a VIN. GOD. Crimen quando dicatur graue & enorme Dicas ꝙ crimen lęſæ maieſtatis, vnde quando incurratur, ponit Rey. conſi. 2. nu 3. lib. 5.

b VIN. GOD. Fornicatio an crimen dignum depoſitione. Nota ꝙ dicit Troilus Maluet. in trac. de ſort. in 3. parte, nu. 16. in lib. 9. tract. 276. ꝙ rarissimè quis reperiatur ſine vitio fornicationis adeo, ꝙ presbyter propter ſimplicem forn cationem non deponitur.

ne esset imponenda pœna mortis,potest imponi pœna perpe-
45 tui carceris,secundum quosdam, † hoc tamen non esse verum in adulteris,quia in laico est mitigata pęna adulterij, & similiũ per ecclesiam,vt patet in c.2.ĩ.de adult.& ideo non mireris si est mitigata in clerico,& potest esse ratio,mitigationis, frequentia lapsus carnis propter fragilitatem,vt in c.fraternitatis.34.distin.
46 † & quod sit constituenda differentia inter clericos constitutos in sacris, & alios,in crimine simplicis fornicationis, facit text.in c.2.in fi.ĩ.qui cle.vel vo.Abb.tamen Modernus in d.c.at si cleri ci.§.j.tenet contra communem sententiam, quòd pro simplici crimine fornicationis non debeat semper deponi clericus constitutus in sacris,per tex.in c.si clericos.& c.sicut.& in c. sinautẽ. ĩ.de coha. cle.& mu. Tu autem teneas communem sententiam per tex.in c.sacerdotes.15.distin.vbi loquitur alternatiuè de delicto publico,vel de eo,de quo quis conuincitur, licet non esset publicum.& in c.peruenit.eod.titu.quæ omnia debes intellige re,quando agitur de tali crimine per viam ordinariam accusa-
47 tionis †secus si agatur per viam inquisitionis, quia tunc potest imponi minor pęna,& est arbitrarium, quæ pęna imponatur, vt in c.inquisitionis.in princ.de accu.& in c.vt clericorum.ĩ. de vita & ho. cle. & sic debent intelligi iura allegata per do.Abba. quod patet clarè, quia in dictis iuribus verba diriguntur ad iudi cem,ergo excitatur officium iudicis, & sic loquitur de remedio inquisitionis,vt.l.quod si minor.§.fi.ff.de mino.& per Bart.in l. vna,ff.de ꝓdi.ex lege.per gl.& Bald.in l.si soror. C. de colla.Sup tertio articulo,quo quæritur,† vtrum clericus degradatus,[a] de beat tradi curiæ sęculari?communis opi. est, quã approbat hic do.An.& clarius in c.at si clerici.s̃.eo.quod regulariter pro nul lo crimine,quis est tradendus curiæ sęculari, nisi sit incorrigibilis,vt probat tex.noster,& in c.at si clerici.in fi.s̃.eo.sed glo.ordi. in c.ad audientiam.§ j.ĩ.de hære.dixit quod in tribus casibus cle ricus depositus traditur curiæ sęculari in continenti. Primus est in falsario literarum Apostolicarum, vt in c. ad falsariorum. de cri.fal.Secundus in hæretico,vt in c.excõmunicamus. §.j.s̃. de hære.sed do.Anto.de But.dicit,quod ista fallentia non est ve
49 ra,quia†iste non traditur curię sęculari,nisi sit incorrigibilis vel relapsus,vt in c.vergentis.eod.tit.& in c.super eo.de hære.lib.6. Tu dicas,ꝙ inter hæreticos non relapsos, & alios delinquentes est ista differentia,quia alius delinquens, etiam post depositionem, si non redeat, non debet tradi curiæ sęculari, nisi secuta monitione,& excommunicatione,vt hic dicetur.Sed in hæretico post depositionem,non est necessaria monitio,immo incon tinenti traditur curiæ sęculari,nisi expresse reuocet errorem, vt in c.pe.& fi.ĩ.de hæreti.& in d.c. excommunicamus. Bene ergo dicit gl.quod non requiritur incorrigibilitas per modũ, de quo hic in tex.licet si manifeste se conuertat,non tradatur curiæ sęculari.nec tex.in c.vergentis.aliquid viget, quia loquitur ibi in publicatione bonorum,a qua exuitur de necessitate post pœnę impositionem,etiam si pœnituerit,sed si potestas sęcularis vult, vt ibi dicitur.Tertius est casus in eo,qui conspirat cõtra Episco pum vel facit,siue dicit contumeliam Episcopo suo.3.q.4. c.cle ricus.gl.intelligunt ista iura de corrigibili, & hæc est communis sententia,quam omnes approbant hic,& in c.at si clerici. præal leg.& probatur per locum a fortiori in c.honoratus.81.dist. vbi patet,quod inobediens præceptis Apostolicis,nedum non tradi tur curiæ sęculari,sed non deponitur incontinenti, ergo fortius in eo,qui est inobediens Episcopo.sed posset responderi, quod conspiratio non est simplex inobedientia,sed aliquid plus. Sed ista responsio tollitur per tex.in d.c. si quis sacerdotum.cum lo quitur de inobediente,intelligitur de incorrigibili, ita cum loquitur de conspirante,ar.l.iam hoc iure.§.j.ff. de vulg. & pupil. Addit etiam do.Ant.de Bu. quartum casum in sortilegio per c. admonuerat.26.q.7.sed ista non sunt vera, secundum Ab. Moder.& optimè.Primo,quia in eo tex.dicitur, quod laicus pro illo crimine excommunicatur, sed non esset conueniens, ꝙ pro crimine esset tanta disparitas pęnæ inter laicum,& clericum.Se cundo,quia verbum,degradatio, ibi positum in tex. debet acci pi pro verbali depositione,vt in c.tuæ.ĩ. de pœnis, & in c. 2. de cle.excom.quia in pęnis semper in dubio interpretamur, quod est minus,vt l.si præses. & leg. interpretatione.ff. de pœn. Tertio per c.si quis Episcopus. & cap.aliquanti.21. q. 4. in quibus patet,quod sunt clerici,& in c.seq. hoc probatur clarius non solum in consulente,sed in exercente sortilegium vsque ad.c. con tra idolorum culturas,eadem causa,& q.de quo dic vt latius po nit Ab.in d.c.at si clerici.Reperitur & quintus casus,secundum Bonaguidam,vt refert Ioan And.in sciśmatico.24.q.3. c. de Liguribus.sed hoc dictum non credit verum do.Abb.in eo,qui fa cit sciśma contra sedem apostolicam, quia tunc illud sciśma saperet hæresim,vt no. in rub. de sciśma. & hoc est dictum Ioan. And.hic reprehendentis Bonaguidam, vel limitantis. Ab. au-
50 tem Modernus distin guit dicens, †quod si ille, qui facit sciśma, credit ecclesiam posse esse apud duos,tunc est hæreticus, secus si credit ecclesiam esse apud alterum tantum, quia tunc est re-

bellis,& non erit in fide, ita distinguit gl.no. 24. q. j. in summa. & hoc vltimum est verum,nisi ille,qui facit sciśma, introducat nouas institutiones, & nouas doctrinas contra catholicam ec-
clesiam,& hæc duo probãtur.20.q.3. c.inter sciśma. Reperitur
51 sextus casus, in quo est dubium, † vtrum clericus sit tradendus curiæ sęculari,quando commisit crimen enorme, vel grauissimum,sicut est homicidium cum proditione, vel homicidium cum paricidio,vel homicidium cũ sacrilegio, vt in eo ꝙ occidit presbyterum,vel personam sacram, vel aliud crimen grauissimum,propter quod de iure ciuili laico esset imponenda pœna aliqua de atrocissimis, verbigratia pœna ignis,pęna decerptionis,quæ imponitur, cum reus diuiditur in plura frusta, pœna furcarum, pęna traditionis ad bestias,& similium, quæ enume rantur in l.capitalium,per totam.l.ff.de pęnis. & in l.sacrilegij. in prin.ff.ad l.Iul.peculatus.Nam tunc tenet Pe de Anch. in di. sputatione sua publica,quam refert pleniśimè Ab. Mode. qui hanc q.sub eo diśputauit in c.at si clerici.§.j.s̃.eo. & idem Pe.in regula, ea quæ fiunt,de reg. iur.in 6.q. 19.ꝙ clericus degradatus sit tradendus curiæ sęculari.Et idem si aliquis commisit plura homicidia,plures falsitates,plura furta,ex quorum singulis es-
set dignus depositione,tunc enim pro sequenti delicto, vel pro delicto,quod requirit ita excessiuam pęnam, cum ecclesia non habeat vltra quid faciat,poterit tradi curiæ sęculari, quia pœnę debent commensurari delictis.24.q j. c. non afferamus,& in c.
52 quæ siuit.ĩ.de his quæ fiunt a præla.†Fundamentum istius opi. est quia in huiusmodi delictis atrocissimis, quæ requirunt pęnam excessiuam , non inuenitur posse puniri aliqua pœna canonica,secundum doctrinam Inno.in c. qualiter & quando.ĩ. de accu.Ergo debet tradi curiæ sęculari,vt in tex.nostro, quia ec clesia non habet vltra quid faciat. Sed aduerte quia hoc ꝙ hic dicitur non respicit tantum pœnam criminis, sed etiam remedium corrigibilitatis,& conuersionis,& intendit Pontifex quod quando ecclesia est experta omnes modos conuersionis, & nõ prosunt,ꝙ tunc clericus traditur curię sęculari . licet ergo ecclesia non habeat vltra quid faciat ad puniendum,habet tamen vl tra quid faciat ad corrigendum, & hoc ponderat tex. noster *hic*
53 †qui fortissime facit contra opi.istam, nam vt vides clericus nõ traditur curiæ sęculari,nisi his duobus concurrentibus,ꝙ ecclesia non habeat vltra quid faciat,& sit incorrigibilis. Quod est dicere, vt dixi ꝙ quo ad pœnam,& quo ad correctionem ecclesia non habet vltra quid faciat ad conuersionem, maxime si clericus sit paratus confiteri,& pœnitere,vel non neget velle su bire pœnitentiam, ergo cum ista duo requirantur copulatiue, non sufficit alterum ad inducendum hunc effectum, vt l.si hæredi plures.ff.de condi. insti.& no. in c.2.s̃.de rescript. Præterea istud fundamẽtum principale destruitur manifeste ex his, quæ diximus.s̃.in secundo articulo, vbi fuit declaratum, ꝙ crimen atrocissimum,pro quo esset imponenda aliqua ex pœnis supra dictis, proportionatur de iure canonico pœnæ carceris perpetui,ad minus quando quis debet sustentari pane & aqua,ꝑ quo facit optime tex.in c.nouimus.de verb.sig.vbi dicitur ꝙ ista pę na est atrocior,quia vita est supplicium,& mors est solatiũ,& ꝑ hoc tolluntur ista fundamenta.Hanc tamen opin. sequitur do. Abb.Mod.in loco præallegato adducit vna cum Pe.text. in c.j. de homi.& tex.in c.j.eo.tit.lib. 6.& licet iste text.loquatur in as-
54 sassino,tamen ipse † breuiter dt,ꝙ per identitatẽ rationis fit extensio,quia etiam in materia pœnali, vbi est omnimoda ratio fit extensio, vt in c.de multa.§.2.de præbend. & in c.dudum.s̃. de elect.Tertio inducit tex.in c.nouimus. de ver.sig. vbi dicitur ꝙ pro crimine graui damnabili, & dãnoso degradatur clericus, & traditur curiæ sęculari, nec potest dici ꝙ ille text. intelligatur de incorrigibili,quia esset ꝫ mentem literæ, quæ æquiparat ista crimina falsario literarum domini Papæ, qui traditur incontinenti curiæ sęculari, vt dictũ est. ergo idem dicẽdum est in sim. hoc etiam confirmatur per tex.in c.at si clerici.in fi. s̃. eo.ibi dũ subiicit,functus officio,&c. Nõ.n. vĩ functus suo officio, qñ pę na non fuit sufficiens, & in ver. ne duplici per locum a ratione cessante, quia quando prima pœna non sufficit, debet imponi altera.17.q.4.c.attendendum.& in l.2.in fin.C.de sportu. Mihi placet communis sententia., quicquid dixerint hic isti Doctores,nam si verum esset, ꝙ ecclesia non posset proportionare pę-
nam,quæ imponeretur laico, & ꝙ propter hoc clericꝰ esset degradandus, & tradendus curiæ sæculari, tunc sequeretur ꝙ qñ lex imponit laico pœnam mortis, sicut in simplici homicidio, vt habetur in l. j. de sica.clericus esset tradendus curiæ sęculari, quod est falsum & cõtra tex.nostrum.Sed ad hoc posset respõderi,ꝙ pœna carceris perpetui proportionabatur pœnæ mortis simpliciter,vnde istud argumentum non cõcluderet,sed ma gis concludunt ea,quæ.s̃.dixi,& quæ sequuntur.Præterea ꝫ istã sententiam arguo de his,quæ habentur 26. quæstio.4. ca. contra idolorum.vbi patet,quòd idolorum cultor, & aruspex de-
55 ponitur, & includitur in perpetuum carcerem, & sic non traditur curiæ sęculari, & tamen de iure ciuili aruspex in aliquo

casu

casu punitur pœna ignis, quando accedit ad domum alterius, vt l.2.vel 3.C.de malefi.& mathe. Tertio hoc probatur in c.de
58 Liguribus.23.q.5.† nã ibi ponitur casus de Episcopis, qui rebellantur Sedi Apostolicæ, quos non est dubium committere crimen atrocissimum, quia est proprium crimen læsæ maiestatis, & in prima specie, vt l.j.in prin.& quod ibi no. ff. ad l.Iul. maie. & in extrauaganti, quoniam nuper.in ver.rebellando,& ibi plene per Bal.in cle. pasto. de re iu. & tamen non traduntur curiæ seculari, nisi secuta incorrigibilitate. Hæc conclusio cõfirmatur in tex.per c.accusatus.de hære.li.6.vbi patet, ꝙ si ille qui cõuincitur de hæresi, prius de illa fuerat suspectus, delictum suũ est grauius, q̃ simplex hæresis, & tamen non traditur curiæ secularia ri, si velit abiurare hæresim,& tñ simplici hæretico[a] ecclesia imponit pœnam maximam, vt in c.fi.de hære.li.6.vbi patet, ꝙ si ille, qui conuincitur, etiam si pœniteat ex quo sequeretur, ꝙ quia simplici hæresi ecclesia imponit pœnam maximam, ꝙ pro hoc delicto quod esset grauius, quia ecclesia non haberet condignã pœnam, clericus esset tradendus curiæ seculari, quod ibi expres-
59 se negatur.†Non ob.tex.in c.j.j̃.de homi. quia ſm communem sententiam intelligitur de depositione verbali non actuali, vel intelligas illum tex.in laico & illud est magis mens scripturæ sacræ, quæ ibi ponitur,& est secus, ꝙ si occidens confugiat, & teneat altare, debet tamen inde ille euidenter euelli, quia proditor occidit, nec habet immunitatẽ, de qua in c.inter alia.de immu.ecc.& hunc intellectum ibi ponit gl.Verbum enim euelles ibi significat abstractionem facti, non autem separationem clerici ligati ecclesię,& sic tollitur inductio facta per Mod. Nõ ob. tex.in c.nouimus.de ver.sig.quia ibi graue crimen non æquiparatur falsificanti literas Apostolicas simpliciter, sed qñ est damnabile,& damnosum. intelligo ergo crimen graue esse damnosum, qñ ille, qui delinquit est incorrigibilis, vt in c.nec licuit.17. dist.præsumitur.n.ꝙ alij videntes talem post monitionẽ nõ corrigi,& non puniri saltem a potestate, vel scandalizentur, vel trahentur ad similem propositum, & ideo delictum est damnosũ propter exemplum, vt dicit tex. noster formaliter in ver.ne possit.sed ille, qui nõdum est monitus, de quo potest sperari ꝙ corrigatur adhibitis remediis ecclesiasticis, maxime si delictũ non sit publicum,& notorium, non pręsumitur ita scandalizare, vel dare malum exemplum, quia etiam si delictum sit publicũ, potest quilibet sperare ꝙ forte percussus pœna spirituali corrigat̃, & timet etiam pœnam spiritualem sibi imponendam, vnde nõ potest negari, ꝙ non est tanta ratio sicut in incorrigibili. Nõ ob. tex.c.j.de ho.lib.6.quia ille casus specialis habuit causam,& occasionẽ a frequentissimis cædibus, & magnis periculis quę imminebantur propter illos assassinos, vnde in aliis delictis quantumcunque grauissimis, non videtur esse eadem ratio. propter frequentiam.n.delicti, atrocius aliquid statuitur in l. aut facta.
60 in fi.ff.de pœnis.†& dato ꝙ esset eadem ratio, quia lex ista est pœnalis & exorbitans simul, non deberet fieri extensio. tex. est no. in l.sed sciendum.ff.ad l.Pompe. de parricidiis,& bene facit glo. no. in cle.vt hi qui.de æta.& qual.in ver.eisdem. Non ob. tex.in c.de multa. quia potest dici, ꝙ ibi fit extensio propter fauorem
61 publicum ecclesiarum. vel dic,†ꝙ licet alias fieret extensio, non autem fiet vbicunque potestas conceditur laico, super iuribus, vel personis spiritualibus, quia cum ista sit odiosa, non extenditur etiam per maioritatem rationis, vt in c.tua. la piccola. j̃. de deci. iuncto c.cum in tua.eo.ti. Pro ista conclusione facit text.in c.at si clerici.§.j.s̃.eo.ti.in ver.quemlibet depositum, exponendo quemlibet.i.nullum. sed tamen aliter potest exponi, & melius.i.non omnem depositum, & sic potius faceret pro parte ꝺ̃ria. Nec est verum, ꝙ semper canon imponat pœnam clerico, q̃ possit proportionari pœnæ ciuili, quæ imponitur laico, vt patet 6.q.5.c.presbyteri.& s̃.dictum fuit in articulo de fornicatione, vbi clericus constitutus in minoribus propter stuprum non deponitur, & diligenter inquirẽs posset inuenire multos casus similes,& aliquos.26.q.5.c.si quis Episcopus. & in c. seq. vsq; ad c.idolorum.nam depositio, & inclusio in perpetuum carcerẽ, vel in monasterium bene potest proportionari morti naturali aliquo modo, sed simpliciter depositus non videtur habere proportionem cum deportatione, quia clericus non cogatur stare in certo loco,& tamen pro crimine, pro quo imponeretur deportatio clericus aliquando deponitur, & nihil vltra, vt patet in pluribus ex supradictis capitulis, & in text.nostro & in c. dictum.81.dist.quinimmo aliquando simpliciter deponitur, vbi imponeretur pœna mortis, vt patet in c. clerici. j̃. de excess.
62 prælatorum.†Vtrum autem posita opinione Petri pro vera, clericus, qui deberet tradi curiæ seculari possit capi,& condemnari per curiam secularem, antequam degradetur a iudice ecclesiastico actualiter, plene ponit Abb.in d.ca.at si clerici. & dic vt
63 ibi per eum. Quid †autem iuris sit in clerico, qui incedit sine habitu & tonsura & delinquit enormiter, vtrum possit inconti nenti puniri per potestatem secularem, dic vt plene not. Ioan. And.in c.contingit.& in c.perpendimus. & in c.in audientia. j̃. de sent.excom.& Pet.in dispu.sua publica,& in regula ea, quę fiunt, de reg.iur.quæst.14.& Abb.in d.c.at si clerici. Vltimo loco declarandum est, qui sint casus, qui impediunt executionem officij, idest ordinis in criminoso occulto, post peractam pœni-
64 tentiam.† Intelligo autem criminosum occultum hic non solum, prout occultum distinguatur contra probabile, sed prout distinguitur contra manifestum, idest notorium. Vnde quæro generaliter si crimen nõ sit notorium, licet possit probari, vtrũ vel in quibus casibus, post peractam pœnitentiam impediatur ordinis executio. super quo reperiuntur plures opin. variæ, nam gl.in c.nisi cum pridem.in §.propter conscientiam.s̃.de renun. ponit tres casus, in quibus dixit impediri executionem officii peracta pœnitentia,& sic sentit, ꝙ in cæteris non impedit. Primus est in homicidio.l.di.c.miror.de tempo.ord.c.fin.de quo dic, vt ibi per Innocen.c.de his.el ij. 50.distinct.& in cle.si furiosus.de homic.†Secundo in simonia in ordine, vel in beneficio,
65 & de simonia in ordine non est dubium, quod qui receperit ordinem per simoniam, non habet executionem ordinis, etiam peracta pœnitentia, vt in c.tanta.& in c.pen. infra de simon. & j.quæst.j.c.reperiuntur.& c.erga simoniacos. Sed glossator vo-
66 luit ibi,& in c.inquisitionis.infra de accu.†ꝙ etiam simonia cõmissa in beneficio suspendat executionem ordinis, ita ꝙ post peractam pœnitentiam, non possit quis in ordine ministrare, ex quo sequeretur, ꝙ etiam si simoniacus renũciaret beneficio, quia aliter non potest agere pœnitentiam, nihilominus non haberet executionem ordinis.sed lo.And.in d.c.nisi cum pridem. & dom.Ant.ibi,& in d.c.inquisitionis.dicunt ꝙ simonia in ordine, non impedit executionem ordinis post peractam pœnitẽtiam, simonia autem in beneficio, beneficij retentionem impedit, sic debet intelligi c.inquisitionis.in princip.infra de accu. sic etiam sentit Spec.in titu.de leg. § iuxta.ver.sunt quoque,& sic sentiunt clare, ꝙ committens simoniam in beneficio, non sit suspensus in executione ordinis, etiam ante pœnitentiam peractã, nisi quo ad se, sicut est quilibet constitutus in crimine mortali, vt in c.fin.de tempo.ord.& in c.vlt.infra de coha. cle. & mulie. hanc sententiam tenuit Ioan.expresse,& sequitur do. Ant. in c. per tuas.infra de simo. licet glo ibi dixerit contrarium & nõ bene, de quo dic, vt ibi per Docto.in c.tanta.eo.titu. vtrum autem
67 ille,† qui confert ordines per simoniã, [b] sit ipso iure suspensus
b ab executione ordinum, quos ipse legitime recepit, dic vt in d. c.per tuas.& in c.penul.eo.tit.vbi est casus. Tertium casum ponit glossator secundum Ioan. omne crimen quod ipso facto inducit infamiam ciuilem, idest omne crimen propter quod ipso iure lex ciuilis infert infamiam, de quibus.3. quæstio.7. §.porro.& l.j.C.de infami.& l.j.ff.eodem. infamis † enim est irregula
68 ris, si sit infamia iuris. 51.distinctio.ca.qui in aliquo.2. quæst.3. §.notandum.C.de infami.l.j.& de testib.c.testimonium. hunc tertium casum glos.approbat Hostien. in d.c. nisi cum pridem. & etiam in summa eiusdem tituli.& in Specu.in titu. de lega §. iuxta. ver.sunt quoque, per iura prælleg. Hanc sententiam sequitur Ioan.And.in nouella, in loco prælegato. & Ant de Bu.
69 ibi in tex.† Ex hac conclusione sequitur, quod quilibet sodomita est irregularis, ita ꝙ post peractam pœnitentiam non habet executionem officij, tunc sequitur, ꝙ nullus sodomita de nouo potest promoueri ad ordinem, quia facilius impeditur promouendus, quam promotus, vt est casus in cap.ex tenore.& ibi per glo.& Docto.supra de temp.ord. & est communis regula. Probatur ista conclusio noua ratione vltra Doctores, quod omnis
c sodomita c est infamis ipso iure secundum glos. in l. j. §. remouet. ff. de postu. & satis probatur eadem ratione. & quamuis illa iura loquuntur de patiente, glo. tamen idem sentit in vtroque, in l.cum vir.C.de adulte. & fundatur ratione, quia vbi est eadem ratio de connexis, idẽ est ibi iudicium ẽt in materia pœnali, l. fin. C.de indicta vidu. l.j. C. de cupres.libr. 11. & ibi per Bar.& per Bald.in rubr.C.de rebus cred. & est optimus text. in l.senatus.ff.de contrahen.emptio. Si ergo infamis ipso iure non habet executionem ordinis, vt videtur sentire communis opinio. ergo sodomita non habebit executionem ordinis, & non poterit ad ordines promoueri. Pro hac conclusione facit text. & quod ibi not. in l. 2. §. miles, ff. de his, qui not. infam. vbi probatur expresse, quòd infamia iuris superueniens ipso iure, extin-

ADDITIONES.

a VIN.GOD. Hæreticus debet iudicari ille, qui asserit illum non posse pœnitere, qui usque ad senectutem uixit in peccatis. similiter, qui dicit Papam non posse dimittere peccata, ut concludit Oldra.cons.271. Quæstio talis est &c. Sequitur Dec.cons.237.est diligenter, col.2.lib.j.

b VIN. GOD. Simonia crimini læsæ maiestatis assimilatur, Rui.cons.158.nu.3. lib.5. Et an renuncianti beneficio possit constitui pensio, sine labe simoniæ, Dec.cons.151.lib.j.

c VIN. GOD. De peccato sodomitico scribit Pet.de Anch.cons.268. De iure diuino, vbi de pœna ipsius multa adducit.

extinguit dignitatem, vel officium publicum, vnde sentit Barto.
31 cit † quia ſicut actus ſententiæ eſt indiuiduus vt l. in hoc iudicio ff. ſam. erc. ita etiam libellus reſpectu vnius cauſæ videtur eſſe vnus, & indiuiduus actus, vt late declarat Bar. in l. edita. C. de ed. ſicut ergo in actu ſententiæ, quando adhibetur, poſtquam non debuit adhiberi ſententia redditur nulla, vt eſt caſus in c. cū ſuper. ſ. de offi. dele. & facit optime tex. in l. ſeruus meus. de ſtip. ſer. & ita videtur tenere Bar. in ſimili quæſtione in l. actor. ff. rē
32 ra. ha. vbi omnino vide. † Pro veritate diſtingue, ꝙ aut actio, quæ intentatur eſt incompatibilis cum cauſa expreſſa in libello, & tunc nec de iure canonico, nec de iure ciuili procedit libellus, quia proponens videtur proponere contraria ſuper eo. libello, & ſic non procedit vt l. 2. §. ſed ſi aliud. ff. de ap. & tenet Bart. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acqui. poſ. & Bal. in l. ordinarij. C. de rei ven. aut actio expreſſa eſt compatibilis cum cauſa expreſſa in libello, & tunc procedit libellus, & poteſt pronunciari ſuper cauſa verbigratia, dico ꝙ depoſui penes te talē rem, quare peto te condemnari rei vendi. ad rem reſtituēdam cum rei vendi. bene competit domino, ſimul cum actione depoſiti. & hoc tenet hic Ant. de Bu. allegans Specu. in tit. de ac.. & peti. §. ſequitur. ver. hoc quoque. qui tamen iudicio meo non ſequitur hoc, ſed potius prout ibi declarat Ioan. And. ꝙ ſi conſtat de iure actoris per confeſſionem rei, etiam ſi cauſa & actio ſit inepta, tamen poteſt ferri ſententia, de quo ſtatim dicam. dictum tamen videtur eſſe verum, ſecundum rationes allegatas. & quia quando actio eſt compatibilis ille, qui intendit vnam cauſam expreſſam, & actionem ineptam, quo ad illam cauſam videtur implicite, proponendo actionem proponere cauſam ipſius actionis, & hoc videtur eſſe intelligendum, quando propoſitio actionis, quo ad cauſam expreſſam non oritur ex cauſa, quæ ſpecifice ſi eſſet expreſſa limitaret primam cauſam expreſſam in libello, verbigratia, ſi dixi me dominum, & egi actione ex locato. nam actio locationis, & conductionis non eſt habilis cauſa ad transferendum dominium in locatorem, & ſi conductor etiam ſit dominus regulariter vt in c. inter dilectos. j. de fide inſtru. & in l. ſi rem aliquam. & ibi late per Bar. ff. de acqui. poſ. Sed ſi cauſa, ex qua oritur actio eſſet ſufficiens reſtringere cauſam expreſſam, verbigratia, ſi dico me dominum, & ago actione ex empto, tunc enim quia ex contractu emptionis poteſt transferri dominium, perinde eſt ac ſi primo dixiſſem me dominum ex cauſa emptionis, vnde ſi probarem me dominum ex alia cauſa, ſequeretur abſolutio, ex quo reſtrinxi me ad certam cauſam vt in ca. Abbate ſane. de re iudi. lib. 6. Iſta diſtinctio colligitur ex mente Ioan. And. in titu. de ac. & pe. §. ſequitur. ibi hoc quoque, iuxta finem additionis magnæ, quia dubium eſt. Et inter multa alia quæ cumulat hic Anto. poſt antiquos, circa tria breuiter aliqd' dicendum. Primo, vtrum procedat libellus, in quo actor concludit, & petit reum cogi, nec petit ipſum condemnari. Secundo, ſi intētatur in libello vna actio, & per confeſſionem partis probatur de altera. Tertio, vtrum quælibet abſolutio ab obſeruatione iudicij, ſiue ab inſtantia ſit ſententia interlocutoria, vel diffiniti-
b ua. Circa primum Bar. tenet ꝙ non procedat libellus, [b] per l. ſi cum nulla. ff. de re iudi. Sed contra primum tenet hic Ant. qui vult conſequens, ſatis videtur velle antecedens, ſine quo illud eſſe non poteſt, vt in c. ex parte. j. de ſpon. & in c. Piſanis. j. de reſti. ſpo. & in l. illud. in prin. ff. de acqui. hære. Sed executio nō poteſt fieri, niſi lata ſententia, ergo actor, qui petit debitorem compelli

ADDITIONES.

a VIN. GOD. De reuocatione ſequeſtri. Nota ꝙ ſequeſtratio non valet niſi p̄cedat citatio et aliqualis cognitio Ruy. conſi. 173. nu. 16. lib. 1.

b Ruff. Beli. Libellus non procedit in quo actor petit reum cogi nec petit ipſum condemnari & c. tu uide Iaſo. in l. 2. § prius. col. 12. ff. de vul. & pupil. Alex. in l. ſi cum nulla. col. j. ff. de re iud. Et Iaſ. in §. omnes, col. 25. in fi. vbi atteſtatur quæ opi. ſit communis.

pelli ad ſoluendum, videtur etiã implicite petere prius ipſum condemnari. ad præmiſſa bene facit tex. & quod ibi no. in c. cõ
33 ſtitutus. ĩ. de relig. do. ſicut videmus in ſi. † ꝙ ille, qui petit rem ſibi reſtitui in iudicio reali, videtur petere implicitè declarari ſe dominum, vt l. ex diuerſo. §. j. & ibi per Bart. ff. de rei vendic. ſed Bal. in l. j. C. de execu. rei iudi. tenet opi. Bar. & Ang. ibidem, quia
34 ille, † q̃ intentat officium iudicis mercenarium, quo debitor cõpellitur ad ſoluendum, non videtur intentare actionem, cui ipſum officium deſeruit, vt dicit tex. in l. ſi in iudicio. in ſecundo reſponſo. iuncta gl. ff. de execu. rei iudi. Præterea actor petit aliqd ſibi dari, vel fieri à parte, officium autem iudicis a iudice. Inſti. de act. in prin. & l. ſi ſeruus. & ibi no. C. de coll. & in c. j. ſ. de offi. iudi. cum ergo, qui petit debitorem cogi nil petat à parte, ergo
a pars non debet condemnari. a Sed prima ratio potuit eſſe vera, quando officium iudicis intentatur de facto, & mercenarium circa diuerſam rem, tunc maior ratio dictat, quod implicitè videatur petita condemnatio. & ſic videtur petitum aliquid à parte. & per hoc tollitur ſecundum argumentum. & placet mihi opi. do. Ant. quam probat, & ſequitur Bal. & affirmat in addi. in ti. de ſententiæ prolatione. ver. & no. & ideo debet incipi ab exe
35 cutione Mouetur vltra prædicta, quod ver. † cogi, largo mõ poteſt ꝙprehendere verbum condẽnari, vt l. j. §. ex hoc reſcripto, ff. de ven. inſpi. & ideo libellus eſt ſaluandus, quando ſaltem impropriè verba conuenire poſſunt, vt l. j. & ibi no. C. de vſufru. & hic late per Anto. illud autem eſt certum, ꝙ quando aliquis primo petit debitorem compelli, & poſtea condemnari, iſta petitio non vitiat, vt tenet Bal. in loco præallega. & probat tex. no. quẽ ibi ponderat Bar. in l. quidam ita. ff. de pecu. leg. & optime facit tex. & quod ibi p̃ Bar. in l. vt iurſiur. in prin. ff. de ope. lib. & ad p̃ miſſa bene facit l. & ſi non cognitio. C. ſi contra ius, vel vti. pub. ex quibus patet, quod reſcriptum committens executionem, ſi non præceſſit cauſæ cognitio, videtur etiam cognitionem, & cõ
36 demnationem committere. † Circa ſecundum breuiter ſecundum Ant. hic dic, quod reus cõuentus ſuper vna actione & vna cauſa, confitetur ſponte de alia ante li. conte. quod non poterit condemnari, quicquid dixerit Specu. & Ioan. And. in titu. de ac. & peti. §. ſequitur. ver. hoc quoque poterit tamen ſibi fieri præceptum, vt in confeſſum iuxta formam l. ſi debitori. ff. de iud. & in c. fi. ſ. de confeſſis. ſi vero reus confitetur poſt li. conte. & tũc ipſe tenet ſimpliciter, quod ſit abſoluendus. Sed ego non video cur non poſſit fieri præceptum, ſiue prius confitetur ſiue poſt.
37 Nam † confeſſio in iudicio etiam ſi ſine interrogatione fiat præiudicat confitenti, vt in l. ſi ſine. in prin. de interro. ac. poteſt ergo diſtingui melius in iſta materia, & alias cõſului ita, vt dicamus,
39 † ꝙ ille, qui confitetur animo recognoſcendi bonam fidem, aut ſimpliciter confitetur, aut confitetur reſpondendo libello, & impugnando intentionem, & actionem actoris. in primis caſibus poteſt ſibi fieri præceptum quandocunque confiteatur, ſicut in crimine poſſit condemnari, licet ordo iuris ſolennis non procederet ſecundum Inno. in c. qualiter & quando. de accuſa. quinimmo ſi ſit actum vna via, quæ non imponit pœnam ciuilem, & minorem, poteſt ſequi condemnatio in pœna criminali, & maiori. verbigratia in iudicio inquiſitionis, quando cõſtat de crimine per confeſſionem. caſus eſt ſingularis ſecũdum Abba. in c. fi. de elec. & bene probat tex. iuncta gl. in c. j. de accu. lib. 6. Secundo caſu quando reus confitetur, non quidem ſimpliciter, ſed per viam exceptionis, vt impugnet intentionem agentis. & tunc videtur, quod non poſſit fieri præceptum, nec condẽnatio, vt in c. j. in fi. de excep. & per ea quæ no. Bar. in l. fi. ff. de cuſto. reo. & plene dicitur in c. cum ſuper. ĩ. de confeſ. poſt Anto. Circa tertium, conclude breuiter ex dictis Doct. quod quando quis abſoluitur ab obſeruatione iudicij propter libellum, male conceptum, vel quia inſtantia eſt perempta, & tunc iſta ſententia dicitur mere interlocutoria
b b omni reſpectu, vt l. harum. & l. egi. ff. ſi ſerui. ven. in glo. quia non perimit ius agentis, quin poſſit interim agi, vnde nihil diffinit. & hoc probat tex. & ibi p̃ Bar. in l. properandum. §. ſi quidem. C. de iudi. & no. late per Bart. in l. Titia. de accu. & per Bald. in l. 2. de epi. audi. & hæc ſunt verat,
40 ſi ſit abſolutio ab inſtantia cauſæ principalis. † Secus ſi pronunciatur appellationẽ deſertam. iſta enim eſt interlocutoria, habẽs vim diffinitiuæ, vt dicit tex. in c. tua nobis. ĩ. de ap. & tenent domini de Rota, deciſione ſua 81. vt refert Anto. in d. c. tua nobis, qui dicunt ſingulariter, quod iſta pronunciatio habet vim diffinitiuæ, quo ad hoc, vt poſſit appellare, non expreſſa cauſa à diffinitiua, & habet vim interlocutoriæ, quo ad hoc, vt poſſit reuocari per iudicem. & ſingulariter not. Ioan. And. in c. cupientes, in prin. de elect. lib. 6. Et ad præmiſſa vide, quod eleganter no. Bal. in l. ſi præſes. C. quomodo & quando iudex. & in tit. de ſententiæ prolatione, in 3. char. in ver. ſententia lata ſuper deſertione. quædam eſt, quæ perimit in totum ius agentis, exemplũ vt in c. j. de li. conte. in 6. & hæc dixit Bar. in d. l. Titia. quod iſta ſententia aliquo reſpectu poteſt dici diffinitiua, quia diffinit totum negocium, vt l. dicere. in prin. ff. de arbi. Sed gl. multum ſin
gularis in cle. cum ad repulſionem, de ap. dicit oppoſitum, ꝙ eſt interlocutoria ſimplex, quia oppoſita pronunciatio eſt ſimplex interlocutoria, de quo tetigit eleganter Bal. in authen. hodie. C.
41 de iudi. communiter tamẽ dicimus, quod iſta verior, † quod omnis pronunciatio, quæ reſpicit proceſſum, & perimit interim ꝓceſſum, eſt interlocutoria, quæ habet vim diffinitiuæ, ita dicit Ioan. And. in c. cupientes, præallegato. & hoc tenet eleganter & no. Bal. in rub. ne lice. in vna & eadem cauſa tertio prouo. & hãc ſententiam approbat Io. in d. cle. cum ad repulſionem. Nunqd
42 † autem in ſententia interlocutoria ab obſeruatione iudicij debeant exprimi cauſæ, ita quod ſi non exprimũtur ſentẽtia ſit nulla, eſt dubium. nam Anto. tenet hic quod ſic, per tex. in Auc. de iudicibus. §. oportet. licet Abbas dicat contrarium, per regulam quę ponitur in d. c. ſicut. ĩ. de re iud. quod cauſa non debet exprimi in ſententia ſic, quia tex. in §. oportet. non probat hoc. dicit enim quod iudex ſi abſoluit ab expenſis, debet hoc exprimere, non tamen dicit, quod debeat exprimere cum abſoluat, & iſtud procedit ad iſtum tex. ſi clauſula vltimo poſita referatur ad id, quod principaliter dicitur in tex. aliter bene probaret intentionem. Ant. & Spe. in tit. de ſen. præla. § qualiter, ver. vtrum autem, tenent expreſſe, quod cauſa debeat exprimi. Tu pro concordia potes diſtinguere, qđ aut in actis poteſt apparere certa cauſa abſolutionis, & tunc valet ſententia, quæ ſolet ſubſtentari, & certificari per relationem ad acta, vt l. ſiquis ad exhibendum. ff. de execu. rei iud. & l. 2. & ibi no. C. de ſen. quæ ſine cer. quan. Si vero nõ põt apparere de certa cauſa, & tũc licèt Abbas dicat, quod videtur facta abſolutio ex cauſa, quæ minus præiudicet vt l. hic enim. ff. de ſuſpec. tuto. tñ probabilius poteſt dici, ꝙ iſta ſententia, tunc redditur incerta, & ideo nulla, & procedant dicta Anto. hic, & Spe. in loco præallegato, & per hoc ſit expedita iſta ſolennis decretalis.

ADDITIONES.

a VIN. GOD. Adde quomodo libellus alternatiuus non procedat, Ruy. conſ. 30. num. 12. lib. 1.

b Ruff Beli. Sententia lata ab obſeruatione iudicii an dicatur interlocutoria. tu. vide tractatum quæ dicatur ſententia diffi. & quæ interlo. in 3. q. prin. 8. colũ.

SVMMARIVM.

1 *Præceptores pro domibus ſuis agere, & defendere poſſunt, & non obſtat eis religio, vel quòd eorum origo ſit incognita.*

CAP. XVI.

1 VM deputati. † Præceptores pro domibus ſuis agere, & defendere poſſunt & non obſtat eis religio, vel quod eorũ origo ſit incognita. hoc dicit.

SVMMARIVM.

1 *Electus p oteſt proferre cauſam ſuæ electionis, ſine nota ambitionis.*
2 *Superior, quando mandat iudici delegato, vt inquirat veritatem ſuper negotio de cuius natura vtroque modo poteſt procedi, ideſt per viam ordinariam, & per viam inquiſitionis, vbicunque apponitur clauſula vocatis vocandis, videtur electa via ordinaria.*
3 *Exceptio excommunicationis poteſt opponi, etiam agenti pro vtilitate publica.*
4 *Obijciens exceptionem declinatoriam, ſatis eſt, quod offerat ſe eſſe paratũ probare, licet realiter non offerat probationem coram iudice.*
5 *Iudex qui ſimul & ſemel vult procedere in exceptione declinatoria, & principali negotio grauat partem, ita ꝙ proceſſus eſt nullus, vel ſaltem poteſt appellari, ſecus ſi interloqueretur procedendum, etiam ſuper principali negotio, reſeruatis exceptionibus declinatorijs. Vide aliquid infra nume. 17. & 25.*
6 *Appellatio interponi poteſt etiam ab actu nullo, vbi quis grauatur de facto.*
7 *In appellatione ab interlocutoria, vbicunque exprimuntur duæ cauſæ copulatiuæ, quorum vna eſt ſufficiens, ſufficit alteram probare.*
8 *Appellatio ab interlocutoria, non poteſt iuſtificari ex cauſa nullitatis, non expreſſæ in appellatione.*
9 *Cauſa nullitatis principaliter intentata, quàmuis non ſuſpendit cognitionem iudicij, tamen ſi deducitur per viam appellationis, & ab interlocutoria inducit reuocationem attentati.*
10 *Iudex ad quem pronunciat interlocutoriam iniuſtam, & bene appellatum, debet cognoſcere de cauſa principali ſub eadem forma, ſub qua debebat primus iudex.*
11 *Cognitio ordinaria in dubio videtur commiſſa iudici, cui committitur cauſa, & de veritate.*
12 *Iudicis officium videtur excitari, quando verba ad ipſum iudicem diriguntur.*
13 *Inquiſitio eſt remedium extraordinarium, competens contra regulas iuris communis.*
14 *Inquiſitio quando committitur, ſolet apponi clauſula de fama, & de acceſſu perſonaliter ad locum.*
15 *Diſpoſitio, quæ poteſt valere virtute iuris communis, & virtute iuris ſpecialis, præſumitur facta virtute iuris communis.*
16 *Inquiſitio an videatur commiſſa, quando eſt appoſita clauſula de fama.*

Et quid de clauſula de acceſſu, & diſtinguitur.

18 *Cauſæ duæ ſiſic ſe habeant, quod vna debeat alteram præcedere, iudex valet ordinem præpoſterare, niſi pars opponat, & appellet.*

19 *Ordo duplex eſt de ſubſtantia, & de iuſtitia, & quando peruerſio ipſorum vitiet actum.*

20 *Iudex ſi ex forma ſtatuti debeat procedere in cauſa principali reſeruatis declinatorijs, non tamen per hoc videtur præcluſa via opponendi exceptionem impedientem iuriſdictionem.*

21 *Iudex in iudicio inquiſitionis poteſt reſeruare exceptiones declinatorias examinandas ad merita cauſæ.*

22 *Iudex procedendo ſuper principali, videtur exceptionem reſpuere.*

23 *Termi nus licet debeat aſſignari prius actori quam reo, valet tamen proceſſus ſi ſimul aſſignetur vtrique.*

24 *Ordo nullus in dubio, in iudicijs videtur eſſe de ſubſtantia.*

CAP. XIX.

EXhibita. Iudices, qui in principali & exceptionibus principalibus ſimul cognoſcunt, vel probationes ante li. conte. recipiunt, inordinate procedũt, propter quod ab eis legitimè appellatur. & diuiditur in tres partes. In prima ponitur forma commiſſionis. In ſecunda ibi, cum autem, proceſſus iudicij. In
1 tertia, quia non permittitur &c. & ſequitur madatum ap. †Nota primo, quod electus poteſt conſeq cauſam electionis ſuæ, ſine nota ambitionis, ad idem tex. in c. cum dilectus. s̃. de elec. in
2 6. Secundo nota ibi vocatis[a], qui fuerint uocandi quod licet ſu-
a perior mandet iudicium delegato, vt inquirat veritatem ſuper negocio, de cuius natura vtroque modo poteſt procedi, i. per viam ordinariam, & per viam inquiſitionis, vbicunque tamen opponitur iſta clauſula, vocatis vocandis, in dubio videtur electa via ordinaria, & hoc eſt quod dicũt Mod. i c. fi. de præſump.
3 & quod habetur in cle. i. de offi. deleg. † Tertio no. quod etiam agenti pro vtilitate publica, & non pro intereſſe proprio, poteſt opponi exceptio excommunicationis, de qua in c. cum inter. &
4 in c. ſignificauerunt, de excep. no. in c. ſuper his, de accu. †Quarto no. ibi, offerens probaturum, quod ille, qui obiicit exceptionem declinatoriam, ſatis eſt quod offerat ſe eam paratum probare, licet realiter non offerat probationem coram iudice, ſecundum dominum Anto. ex quo repræhenditur dictum do. Ioan. And. in c. interpoſita. j̃. de ap. vbi videas. Tu autem aduerte, quia hoc videtur probari fortius, q̃ etiam ſiquis ſimpliciter dicat, offero me paratum probare, licet non adiungatur incontinenti, tamẽ ſi iudex procedat ad vlteriora, hoc ipſo videtur grauare partem, licet aliud non conſtet de veritate exceptionis, quod eſt mirabile. de quo dic, vt in d. c. interpoſita. & in c. ex parte Adæ. j̃. de te-
5 ſti. †Quinto no. ſecundum Anto. ibi, quod de his & principali negocio, qđ iudex, qui ſimul & ſemel vult ꝓcedere in exceptione declinatoria, & principali negocio grauat partem, ita q̃ proceſſus eſt nullus, vel ſaltem poteſt appellari, ſecus enim dicit ipſe, ſi iudex interloqueretur procedendum eſſe ſuper negocio principali, reſeruatis exceptionibus declinatorijs, nam hoc fieri poteſt ſecundum eum, vt in c. ad diſſoluendum j̃. de deſpon. im pub. & no. in c. cum contingat. s̃. de offi. deleg. Tu aduerte, quia verba tex. & verba interlocutoriæ, de qua in litera, videntur cõtinere perplexitatem, & repugnantiam, & tamen finaliter debẽt ĩpropriari, vt ſaluet intẽtio, vt l. & puto. in prin. ff. fa. Herc. ita ĩter locutoria non videtur aliter in tex. noſtro continere reſeruationem exceptionis declinatoriæ. Alia ergo ratio videtur eſſe, niſi cum hic fuerit peruerſus ordo iuris, & ideo tu dic quod hic per iſtam interlocutoriam fuerunt ſeruatæ exceptiones declinatoriæ examinandæ ſimul cum negocio principali, vel antequam finiretur negocium principale, quod fieri non debuit, vt etiam fatetur Ant. factum tamen valet, ſed pars poteſt appellare, quia grauatur quando obtulit ſe probaturum exceptionem, vt communiter tenẽt Doct. in c. cũ ꝓtingat. s̃. de offi. deleg. ſuper quo vide quod ponit Bal. in l. prius C. q̃ acc. nõ poſ. ideo ex iſto tex. noſtro infertur quod ſi hic proceſſum eſſet per viã inquiſitionis, non fuiſſet peruerſus ordo, quia cum ſit iudicium ſummariũ, iudex potuiſſet reſeruare iſtas exceptiones. & hoc probat tex. in
6 ver. quia propter tua iuramenta, in d. c. cum contingat. †Sexto no. quod etiam ab actu nullo poteſt interponi appellatio, ne gs grauetur de facto, ſicut hic interponitur à receptione teſtium li te non conteſtata. Ad idem quod no. in c. dilectus j̃. de appel. & per Bar. in l. ſi expreſſim. ff. de ap. & per Bal. in l. j. C. quando pro
7 uo. non eſt ne. †Septimo no. ibi, ex dictis grauaminibus, vel alte ro ipſorum, quod vbicunque in appellatione ab interlocutoria exprimuntur duæ cauſæ copulatiue, quarum vna eſt ſufficiens, ſufficit alteram probare. ad idem, quod habetur in c. ex parte. s̃. de reſcri. & in c. licet cauſam. j̃. de proba. Octauo no. quod quãdo nullitas deducitur per viam appellationis, non poteſt obtine
8 re, niſi conſtet eum appellaſſe. Nono collige ex iſto tex. q̃ appellatio ab interlocutoria, non poteſt iuſtificari ex cauſa nullitatis, non expreſſæ in appellatione, quod no. in cle. appellanti. de
9 ap. †Decimo no. ſin. ſecundum Doc. q̃ quamuis cauſa nullitatis principaliter intentata, non ſuſpendit cognitionem iudicij, iuxta no. in c. auditis. s̃. de procur. & in l. j. ne li. in vna ead. cã. p. tamen ſi deducitur per viam appellationis, & ab interlocutoria,
10 inducit reuocationem attentati, quod eſt nobile. †Vltimo no. q̃ ſi iudex ad quem, pronunciat interlocutoriam iniuſtã, & bene appellatum, debet cognoſcere de cauſa principali, ſub eadẽ forma, ſub qua debeat cognoſcere primus iudex, ad idem tex. & quod ibi no. s̃. de reſcri. c. ſignificatum. quod qualiter ſit verum dic, vt hic per Anto. & Ioan. de Imo. In gl. poſita ſuper ver. inquirere. ibi, & inquiſitor debet accedere ad locum, hæc gl. ſentit ex-
11 preſſe †quod ſi committitur cauſa iudici, vt inquirat de veritate ipſius, in dubio non videtur commiſſa inquiſitio, ſed cognitio ordinaria. Hic autem ideo eſt hoc, quia commiſſio debet interpretari ſecundum ſubiectam materiam, vt. l. ſi vno. ff. loca. & l. ſtipulatus ff. de vſu. & c. ſolitæ. de ma. & obe. 11. q. 3. c. rogo. in tex. & in gl. cum ergo hic eſſet controuerſia inter partes, & ad petitionem partium fieret commiſſio, videtur pontifex ſenſiſſe de materia ordinaria per quam ſolet terminari quæſtio q̃ eſt in ter partes. Et aduerte, quia iſtud certe eſt verum in caſibus, & ſecundum naturam ipſorum iudex poteſt procedere vtroque modo, ſicut in cauſa electionis, vt in c. cum olim. s̃. de ele. & in c. fi. eo. titu lib. 6. Sed dominus Flor. hic ſecutus eſt do. de Rota concluſione ſua. 125. q. 3. tenens, quòd in dubio videatur commiſſa, ſicut verbum ſonat. Non obſtat iſte tex. ſecundum eum, quia clauſula vocatis vocandis, eſt illa, quæ inducit hoc, vt non
12 videatur commiſſa inquiſitio. † Pro cuius dicto facit, quando verba diriguntur ad iudicem, videtur excitari iudicis officium, vt in c. licet in corrigendis. s̃. de off. ord. & l. ſi ſoror. C. de colla. ergo cum hoc mandetur iudici inquiri, videtur potius excitari officium ſuum, quam commiſſa cognitio inter partes. Nec obſt. quod apponitur clauſula, de fama, ſicut aliquando ſolet fieri, vt in c. cum ſup. j̃. de teſti. cogen. quia & ſi nõ exprimatur iſta clauſula, poteſt committi inquiſitio, qa non eſt de natura inquiſitionis, vt in c. qualiter, & quando. de accuſ. Contraria tamen ſententia videtur verior, quam approbat Spec. in titu. de inqui. §. j.
13 ibi, quid ſit litera, quia ſecundum eum & Modernos hic, † cum inquiſitio ſit remedium extraordinarium, vt plene dictũ eſt in rub. s̃. eod. & competens contra regulas iuris communis, & verba reſcripti in dubio deberent reduci ad ius commune, vt in c. cauſam. s̃. de reſcript. & l. ex facto. in prin. de vulg. & pupilla. &
14 †quia quando committitur inquiſitio communiter ſolet appo ni clauſula de fama, & de acceſſu perſonaliter ad locum, vt in c. cum dilecta. s̃. de reſcri. 2. q. j. c. Deus omnipotens. vnde ex conſuetudine præſumitur voluntas committentis, vt l. ſolutũ. §. fi. cum ſe. ff. de pig. ac. ſecundum Imo. hic. Tu autem potes certifi-
15 care iſta dicta euidenti ratione. †quia diſpoſitio, quæ poteſt valere in virtute iuris communis, & in virtute iuris ſpecialis, præſumitur facta in virtute iuris communis in dubio, vt probatur in l. 3. & ibi no. ff. de teſta. mili. & bene facit tex. & quod ibi per Anto. in c. dudum. s̃. de ele. Ne ob. quod per iſta verba videatur excitari officium iudicis mercenarium, non officium iudicis nobile, ex quo cogitur de iure in mand. de exequendo, nã ſi a principio in creatione iuris, verba diriguntur ad iudicem, tunc habent locum contraria, ſuper quo vide quod no. Bart. in l. vnica. de condi. ex lege. Sed retenta communi ſententia quæ eſt verior, tunc quæro, quid ſi vna ex iſtis duabus cauſis apponatur in commiſſione, verbi gratia, de fama, vel quod iudex accedat perſonaliter ad loca. & certe Spe. videtur ſentire in loco allegato, & do. Anto. hic, quod per alteram iſtarum videatur commiſſa in-
16 quiſitio, †quod eſt verum ſine dubio, quando apponitur clauſula de fama, quia quod iudex debeat inquirere de fama, hoc non poteſt conuenire, niſi inquiſitioni ergo illa via videtur electa. vt l. pro hęrede. in prin. ff. de acqui. hæredi. facit optime quod no. in gl. in l. quotiens. C. fami. erc. & in l. j. ff. de iudi. per Doct. ſed ſi appoſita eſt altera tantum, videlicet de accedendo perſonaliter ad locum, tunc quia iſta clauſula poteſt conuenire iure ordinario, & poteſt non eſſe neceſſaria inquiſitio, licet plus conſueuerit apponi in inquiſitione, quam in iudicio ordinario, diſtinguendum eſt, vel commiſſio ſit ad petitionem partis, vel ex mero iudicis officio. primo caſu videtur commiſſa inquiſitio, quia fortior eſt præſumptio pro accuſatione ordinaria, quia cõmiſſio fit parte petente, quam pro inquiſitione. & quia etiam iudex in cauſa ordinaria poteſt etiam accedere ad locum, de quo, q̃ritur, vt in l. 3. §. ſi dicatur. ff. finium regun. Secundo caſu vera ſit opi. Doct. quod videatur commiſſa inquiſitio. Gloſ. poſita ſuper ver

bo,

ADDITIONES.

a Clauſula vocatis uocandis. Vide Inno. in c. ſedes, de reſcri. Car. in cle. j. de offic. deleg. & pulchre Ro. deci. 372. & 386. in antiquis.

VIN. GOD. Adde Dec. conſi. 174. de hac. qui dicit quod importat ut commiſſarius teneatur ſeruare ordinem iudiciorum. & idem Dec. conſi. 275.

17 bo, iuris, expreſſe tenet † quod quando iudex ſimul procedit ſuper cauſa principali, & ſuper exceptione declinatoria proceſſus non valet.& hoc ideo dicit eſſe in caſu noſtro, quia iſti iudices exceſſerunt fines mandati. Sed hoc dictum reprehendūt hic aliqui Moderni,& licet in mandato apoſtolico eſſet expreſſa clauſula, vocatis vocandis, hæc clauſula non videtur dare formam mandato, quoniam ineſt tacite de iure communi. no. Inno.in c.prudentiam.ſ.de offi.deleg.Bal.in l.prælcrip.C.ſi contra ius vel vti pub.& in l.non dubium.C.de legi. Præterea etiam ſi daret nouam formam,tamen iſta forma fuiſſet vna,quia partes fuiſſent citatæ,vnde dicit vnum,quod probat hic Hoſt.quod iudices fecerunt contra intentionem delegantis,& non cōtra formam mādati.& ſic valuit proceſſus,vt in c.fi.ſ.de prębē.ſed hoc non videtur hic ponderare Pontifex, ſed ſolum quod fuit peruerſus ordo iuris,vnde adhuc remanet dubium Dominus Ant. dicit,quod aut proceſſus eſt nullus,aut annullādus,ſed in c.tua. j.de ordi.cog.diſtinguit,quod aut exceptio declinatoria,& negocium principale ſimul diſtinguuntur coram diuerſis iudicibus. tunc valet vterque proceſſus,ſi pars non opponat, vt ibi probatur. Nec obſtat aliqua regula de his,quæ dicuntur,aut ſimul,idē iudex cognoſcit de vtroque. & tunc proceſſus eſt nullus, quia continet quandam repugnantiam,ſicut dicimus in eo, qui allegat contraria vt l.2.§.ſed ſi alius.ff.quando appel.ſit.Do.Flo.hic reprehendit iſtud,dicens quod indiſtincte valet proceſſus, ſi nō appelletur.mouetur primo per iſtum tex.quia requiritur,quod fuerit appellatum, & quod conſtet de appellatione. ſecundo p regulam quæ traditur in l.j.C.de app.& l.ſi mancipium.§.j.ff.de euic.& per Bar.in auc.hoc ſi debitor.C.de pig.& l.ſed ſi ante.ff.
18 de exceptio.in quibus probatur† quod ſi duæ cauſæ ſic ſe habēt, quod vna debet alteram præcedere, valet iudicium præpoſtero ordine niſi pars opponat,& appellet.ſed iſtę materiæ non videntur facere ad rem,quia ibi eſt conuerſio ordinis de vna cauſa ad aliam,& hæc eſt peruerſio eiuſdem cauſæ ad ſeipſam,quę ſolet vitiare iudicium,vt l.prolatam.& ibi per Bar. C.de ſent. & ita reſpondet hic Imo. & Bal.in l. exceptionem. C. de proba. & ꝙ iudicium ibi ſit nullum, videtur probare tex. noſter dum dicit,iuris ordinem peruertens &c.quem hic inducit Abb. q poſt multa tenet ſecundum gl.dicens quod iſtud iudicium valet niſi eſſet appellatum,& hoc dicit eſſe de mente iſtius tex. & ꝙ forte ideo Pontifex vult conſtare de appellatione, quia ſine appellatione appellans non potuiſſet venire ex vtroque capite,ſed ex altero tantum,ſcilicet quia teſtes fuerunt recepti lite non conteſtata.fatetur tamen ꝙ iſte tex. non vrget ad hoc, quia etiam ſi ex vtroque capite proceſſus fuerit nullus, tamen quia hanc nullitatem pars volebat proſequi non principaliter,ſed incidentaliter in iudicio,& in inſtantia appellationis,ideo neceſſe eſt ꝙſtare de principali.i.de appellatione.hanc ſuam opin.confirmat ipſe,quia exceptio declinatoria, quæ prius debet examinari, introducta eſt in fauorem partis, cui fauori pars poteſt renunciare. vt in c. ad Apoſtolicam. j. de regularibus. & tacite videtur renunciare ex
19 quo non appellat.Secundo duplex eſt ordo in procedente.† quidam eſt ordo ſubſtantialis,de quo in c.de cauſis.de offi.deleg. & in l.prolatam. C.de ſent. & iſte peruerſus reddit proceſſum nullum,vt in dictis iuribus.quidam eſt ordo iuſtitiæ,verbi gratia vt in c.ſacro.de ſen excom.& iſte peruerſus non vitiat, ſecundum gloſſam,ergo iſte ordo,qđ cognoſcant prius de declinatoris, cū non ſit ordo formalis,& ſubſtantialis iudicij,ſed potius ordo iuſtitiæ,eius peruerſio vitiat iudicium. Confirmatur hoc ſecundum eum,quia valet proceſſus, quando iudex reſeruauit exceptiones declinatorias examinandas in meritis cauſæ, vt in c.ad diſſol.j.de deſpon.impu.& quia eſt eadem ratio, ſiue peruertatur ordo vnius iuris ad aliud,ſiue vnius ad ſeipſum, ergo idem ius, vt in c.j.de temp.ordi.lib.6.& quia in dubio,res debet inter-
a pretari,vt valeat potius quam avt ſit nulla,vt l.quoti.de reb.du. Et ad prædicta adducit tex.cum.§.in c.cum in tua.j.de ordi.cog. & quod habetur in c.conquerente.de tem. ord. Tu autē in iſta materia conſidera tres caſus pro veritate tituli. Primo enim videndum eſt,quid velit decre.iſta dicere.& vtrum in caſu ſuo ꝓceſſus eſt nullus ſine appellatione.Secundo erit videndum,ſi iudex procedit in negocio principali, tamen oppoſita exceptione declinatoria,vtrum proceſſus ſit nullus ipſo iure.Tertio,quid ſi iudex ſimul,& ſemel procedit ſuper vtroque, proceſſus ſit nullus.Circa primum,dico pro euidentia,ꝙ hic non apparet quod actu iudex ſimul proceſſerit, immo apparet contrarium, quia ex quo fuit oppoſita declinatoria,& cæpit ſuper ea procedi, videtur ergo prima pars reijci, ſed ſi poſtea attingatur negocium principale,ſatis dicitur ſimul procedi ſuper vtroque. Mihi non placet iſta conſideratio,ſcilicet ꝙ iudices proceſſerunt ſup vtroque ſimul,ſed ſimpliciter interlocuti ſunt iudices, ꝙ ſuper vtroque volebant procedere,quia verba ſententiæ,vt dixi in notabilibus,debent impropriari, vt ſaluetur intentio iudicis, vt l. fi. §. idem quæſiit.& ibi per Bar.ff.de condi.inde. & bene facit text. in c.inter dilectos. in fi.j.de fi.inſtr. intelligo quod iſta interlocutoria,nihil aliud importat in caſu noſtro,niſi ꝙ iudex vult procedere ſuper principali,reſeruatis exceptionibus declinatorijs, vt inquit tex.in c.ad diſſoluendum.j. de deſpon.impu.quo caſu ſine dubio valet proceſſus, ſed quia ſumus in iudicio ordinario, & pars obtulit ſe paratam probare exceptionē declinatoriam, iudex reſeruando grauauit partem,& idem potuit appellare ſecundum Doc.in c.cum contingat.ſ.de offi.dele.& Bald.in l.j.C.
20 qui accu.non poſ.& iſte eſt caſus noſter hic. Aduerte † tamen quia ſi ex forma ſtatuti iudex debet procedere in cauſa principali reſeruatis declinatorijs,non tamen propter hoc videt præciuſa via opponendi exceptionem, impedientem iuriſdictionē examinandi illam,ſine reſeruatione,ita dicit ſing.Bal.in l. exceptionem.in pe.col.C. de proba.& de iſta clauſula vide,quod idē no.inl. eam quam. C.de fideicom.& ſecundum iſtum intellectum,tu habes in iſta decretali in ver.quia vero, caſum ſingula-
21 rem,† quod in iudicio inquiſitionis iudex poteſt reſeruare exceptiones declinatorias examinandas ad merita cauſæ.& hoc magis eſt de mēte literæ,quę fundat principaliter hoc,quod iudex non proceſſit per inquiſitionem.& hoc dixi plenius in notabilibus.Circa ſecundum dico,quod valet proceſſus ſi non appelletur.caſus eſt in c.ex parte.j.de ap.& l.ait prætor.§.permittitur.ff.
22 de mino.& ibi per Bar.& eſt ratio† quia iudex procedendo ſup principali videtur exceptionem reſpuere.& ſic valet interlocutoria,ſi non appellatur,hoc tenet Bar.expreſſe, & clare in l. ſi q̄ramus.ff.de teſta.Non ob.quod ſit peruerſus ordo, quia hoc eſt falſum ex quo tacite videtur pronunciatum ſuper exceptione, iuxta ea,quæ no.Bar.in l.a procedente.C.de dila.& Bal. in l.j.C. de ordi.iudi.Sed dato quod non videretur pronunciatum ſuper exceptione,adhuc dicendum eſt,quod proceſſus valet, quia ſecundum Bar.in d.l.ſi quæramus,iſtud non eſt ordo ſolēnitatis,
23 ſicut dicimus in ſimili. † quia licet iudex prius debeat aſſignare terminum actori,& poſtea reo,valet tamen proceſſus, ſi ſimul aſſignet vtrique , vt in c.licet. j. de teſti. ſicut etiam videmus in ſimili in c. 2.de accu.li.6.vbi omiſſio inquiſitionis famæ,nō reddit proceſſum nullum.Ad prædicta bene facit quod no. Bar. in l.a Diuo Pio.§.ſi ſuper rebus. ff. de re iudi. vel aliter ſecundum
24 Bal.ante li.conte. † in dubio nullus ordo in iudicijs videtur eſſe de ſubſtantia.& ideo peruerſio ordinis circa præparatoria nunquam vitiat,ita dixit ſingulariter Spe.in 2.parte Spe. in titu.de p̄
25 pa.iudi. in prin. ſed reſponſio Bart.eſt magis communis.† Circa tertium, videtur poſſe dici,quod ſi iudex in procedendo eſt ſibi contrarius in eadem inſtantia, proceſſus eſt nullus ſecundum Anto.& bene per ea,quæ dicit Bar.no. de eo, qui cumulauit in eodem libello duo contraria. in l.naturaliter.§. nihil commune.ff.de acqui.poſ.& Bal.in l.ordinarij.C.de rei ven. & in l. j. C. de fur. Ioan. autem de Imo. videtur aliter diſtinguere ex dictis Bar.in d.§.nihil cōmune.de quo dixi,dic vt vbi per eū. Pro nunc iſta opi.placet,quia ego pariſico aliter proponere cōtraria in eodem libello & quod iudex in cauſa ſimul procedere poſſit. eſt eſt autem differentia inter primum articulum,quia quando iudex reſeruatis declinatorijs procedit in meritis cauſæ quo ad alios actus ſimul ſuper principali,& declinatoria eſt cōtra ius, quo ad actus factos prima facie,ſed non quo ad effectum iuris, quoniam intentio eſt,vt ſi patebit de veritate exceptionis , omnis proceſſus ſuper principali cenſetur nullus & non factus,ſecū dum Bar.in l.ille a quo.ff.ad Treb.& Mod.in l.nam & poſtea.in prin.ff.de iureiur.& per Bal.in l.momentaneæ.C.qui leg.perſo. habet enim iſta clauſula reſeruantiam, & perimentem actum præcedentem ſecundum glo.no. in l.item Labeo. §. j. ff. fami. erc. quam ponderat Bar.in l.terminato. C. de fruc.& li. expen. hoc nō pōt contingere,niſi in vno caſu, videlicet quando parte non contradicente poſt li. conteſt.cognoſceret de declinatorijs, licet nulla eſſet facta reſeruatio,quod raro contingeret. Sed quā do iudex actualiter procedit ſimul,& ſemel ſuper vtroque, ſine reſeruatione,tunc videtur ſibi ꝓtrarius de iure,& de facto,quaſi vellet in omnem euentum proceſſus valere, quod eſt inconueniens,& implicat contradictionem. & ex præmiſſis patet reſpō ſio ad omnia argumen. Abb.ſi bene reſpicis.

ADDITIONES.

a VIN. GOD. Declinatoria non obſtante quando valeat proceſſus. Dicas ꝙ declinare iuriſdictionem non dicitur qui excepit,quia ſtatutum non ſentit de clericis vel non valet.Ang.conſi.47.iſta quæſtio.& Signor.de Hom.conſi.80. factum.

SVMMARIVM.

1 *Cauſæ deciſio,quando committitur,videtur etiam commiſſa cognitio, & quid econtra.*

2 *Laicus,vbi agitur de dominio eccleſiæ,vel quaſi,poteſt conueniri coram iudice eccleſiaſtico.*

3 *Inſtantia, licet pereat coram ordinario, vel delegato, non perit tamen iuriſdictio.*

4 *Inſtantia quando perit ex facto iudicis vel partis, aut propter contingens impedim*

pedimentum, an detur restitutio, vel non currat tempus.
Et quid in causa appellationis. nu. 6.
5 *Restitutio minoris, fauorabilior est, quam legitime impediti.*
7 *Impeditus, ne sibi currat tempus, debet protestari.*
8 *Terminus præfixus iurisdictioni, siue stet per iudicem, siue per impedimentum extrinsecum, semper labitur irreparabiliter.*
Excusatur tamen a pœna iudex, si teneatur terminare litem infra certum tempus sub pœna, & non terminet propter impedimentum.
9 *Actus factus post terminum parti præfixum, an sit ipso iure nullus.*
10 *Sententia lata post terminum præfixum a statuto, potest valere ex via iuris communis.*
11 *Iudex quando est in fine instantiæ, potest ferre sententiam ex officio, etiam sine petitione partis.*
12 *Iudex supplet ex officio in his, quæ pertinent ad publicam vtilitatem.*
13 *Instantia deserta si constat de iure actoris, per confessionem partis, tunc iudex potest ferre sententiam.*
14 *Iudex qui sub pœna tenetur expedire causam infra terminum, intelligitur si pars interpellauit.*
15 *Instantia causæ principalis, an possit per compromissum suspendi.*
16 *Terminus si assignetur alicui ad proponendas exceptiones, et duæ exceptiones sint incompatibiles, terminus non currit in altera.*
17 *Instantia in causa appellationis non solum suspenditur, si fuit compromissum in arbitrum, sed etiam si fiat in arbitratorem.*
18 *Tempus fatalium, licet possit suspendi per compromissum, vel etiam per consensum expressum partium, non potest tamen prorogari per rescriptum principis.*
19 *Instantia vtrum finiatur triennio in iudicijs, in quibus lis non contestatur.*
20 *In iudicijs, in quibus lis non contestatur, primus actus respiciens merita causæ obtinet vim litis contestationis.*

CAP. XX.

VEnerabilis. Non perit instantia de iure canonico lapsu triennij. h. d. secũ-
1 dum communem intellectum. secunda ibi, mandamus. No. † primo ibi, causæ decisio. argu. secundum Doc. ꝙ quando committitur decisio causæ, videtur esse cõmissa cognitio. concordat tex. in l. & si non cognitio. C. si contra ius vel vti. pub. Quid autem sit econtra, vtrum ille, cui committitur cognitio, possit diffinire causam. dic vt plene disputat Barto. in l. à Diuo Pio. in prin. de re iudi. & gl. ordi. in cle. auditor. de rescrip. & in c. super quæstionum. de offi. deleg. & Ioan. And. in ti.
2 de iudi. deleg. §. sequitur. ver. & no. † Secũdo no. quod laicus vbi agitur de dominio, vel quasi ecclesiæ, potest conueniri coram
3 iudice ecclesiastico, de quo dicetur in c. cum sit. j. tit. proxi. † Tertio no. secundum vnum intellectum, quod licet pereat instantia coram iudice ordinario, siue delegato, non tamen perit iurisdictio. & ideo si iudex delegatus absoluit ab obseruatione iudicij, non perit sua iurisdictio, vt inquit Specu. in tit. de offi. iudi. §. sed vt. & tenet expresse Ioan. And. & Anto. de But. in c. examinata. s. eo. quando absolutio ab obseruatione iudicij non perimit ius, libellus, qui ponitur de nouo, potest comprehendi sub cõmissione delegationis, vt ibi no. In gl. vnica posita super ver. non obstante. pro intellectu, & declaratione istius decretalis, & eorum, quæ dicuntur in gl. tria principaliter sunt videnda. Primũ, vtrũ quando instantia perit ex facto iudicis, vel propter impedimentum contingens, detur restitutio vel non currat tempus. & est solennis articulus. Secundo, vtrum quando præfinitur tempus causæ decidendæ ex statuto, valeat sententia lata post terminum. Tertio, vtrum instantia causæ principalis, possit suspendi per compromissum. Et consequenter videbimus vtrum instã-
4 tia appellationis possit prorogari. Circa primum † cõcludit An
a to. quod aut instantia accurrit ex facto partis, & tunc non datur restitutio, sed actio de dolo contra partem, & similiter etiam contra tertium, cuius dolo instantia periret, vt l. arbitrio. §. pen. ff. de dolo. In subsidium autem quo ad illum, qui facit labi instantiã, si non esset soluendo daretur restitutio in integrum vt l. pe. §. j. ff. de eo per quem factum erit, & hoc tenet gl. in Auc. vt sponsali. largi. §. ex hoc quoque. Si vero instantia sit lapsa per factum iudicis, tunc tenet Bar. in d. l. arbitrio. quod currit, sed datur restitutio incontinenti, & potest concedi restitutio incidenter non oblato libello, vt singulariter tradit idem Bar. in auc. item si appellatione. C. de tẽpo. ap. Sed tu aduerte in ista materia, quia in casu instantiæ principalis absolute videtur dicendum, quod de iure ciuili nulla potius concedatur restitutio, hoc probatur ratione manifesta, quia speciale est in minore, qui restituitur in subsidium, ergo in contrarium est ius commune, vt l. properandum.
5 ī prin. ff. de iudi. † Præterea fauorabilior est restitutio minoris, q̃ legitime impediti, vt l. fi. ff. de iniuf. rup. tes. & ibi no. Et minor non restituitur, nisi in subsidium, ergo impeditus nullo modo restituetur, & hanc sententiam expresse approbat Barto. in d. auc. item si ap. Bal. ibidem tex. & Bald. in l. properandum. §. fin aut ẽ, & circa principium. C. de iudi. & tenet gl. expresse in Auc. vt sponsali. largi. §. hoc quoque, super ver. præiudicium. Non ob. gl. in l. & si fine. §. fin. ff. de mino. quia intelligo istum tex. in eremodicio, i. in desertione causæ appellationis, & sic videtur communis sententia, quæ hic ponitur cum præcedenti. In cau
6 sa † autem appellationis distingue aliter, quam Doct. quia Aut tempus labitur propter impedimentum contingens in persona prosequentis. Aut propter dolum tertij, vel aduersarij. Aut propter factum iudicis. Si contingit impedimentum in personam prosequentis, currit tẽpus, sed datur restitutio, ita intelligo l. & si fine, præallegata. Si autem contingit propter dolum tertij, tunc cõpetit actio de dolo ꝺ tertiũ. vt l. arbitrio, §. pen. ff. de dolo. ſm vnam lecturam. Si vero pereat ex facto partis aduersæ, & tunc dico, quod competit restitutio per l. ait prætor. §. fi. qui. ex caus. maio. quicquid dicat Bar. qui tenet oppositum, in d. l. arbitrio. quia cum in d. l. ait prætor. in fi. ius, vel actio non esset adhuc deducta iudicio, tamen eadem ratio est, siue pereat tempus fatalium, siue præscribatur actio, præscriptione regulari, & ordinaria, est dubium, vtrum impedimentum sit iuxta eum restitutio. Sed in appellatione est certum, vt no. in c. ex tenore. j. de appel. Præterea si impedimentum superueniens in persona prosequẽtis, est sufficiens concedere restitutionem, vt probant iura præallegata, ergo multo fortius proueniens ex facto aduersarij, vt est casus singularis, & ibi per Bal. in l. cum proponas. C. de nautico fœnore. quando autem tertius impedit, non est mirum si nõ datur restitutio, quia ista distinctio casuũ fit in simili materia isto modo, vt pater in tex. & quod ibi no. Barto. in l. in testamento. ff. de condi. & demon. & in l. si sub conditione. §. quotiens. ff. de cõdi. insti. Nec obstat, quod partes possunt adinuicem colludere, vt videtur dicere tex. in d. l. arbitrio. quia fateor, quod collusio potest esse cum tertio, sed cum parte aduersa non est verisimile, quia reorum est fugere, vt l. properandum. §. & si quidem. C. de iudi. & quia ille, cuius dolo, vel negligentia, instantia esset perempta, debet condemnari in expensis & interesse. sed tu potes dicere, quod ista ratio facit in contrarium, quia propter fugiendam condemnationem reus possit colludere, sed hoc non releuat, quia si verum est, quod culpa sua non perierit instantia, non condemnabitur in expensis, vnde ista ratio non facit pro alia parte: vbi autem stat per iudicẽ in causa appellationis, tũc Bar. tenet & gl. in locis præallegatis, quod currat tempus, sed detur restitutio per l. sed si per prætorem. §. ait prætor. ff. ex qui. cau. ma. sed illa lex non loquitur in fatalibus appellationum, sed in præscriptione, quæ currit contra actionem, quæ nõ est ita priuilegiata, vnde mihi videtur, quod isto casu non currat termi nus ipso iure, vt clare probat tex. in d. §. hoc quoque. ibi, nullum præiudicium penitus, quod non esset verum si tempus curreret ipso iure, & hoc tenuit gl. in Auc. de ap. §. sancimus, & Bald.
7 in aut. item si appellatione. C. de tem. ap. & magis placet. † Aduerte tamen vbi de impedimento diximus non currere tẽpus vel dari restitutionem, debes intelligere hoc esse verum, quando pars fecit quicquid potuit, vt terminus non curreret, vt est tex. quem ibi ponderat Bald. in l. fi. C. de adult. & ideo pars, quę videt se impediri per iudicem, debet hoc ꝓtestari in actis, quod per ipsum non stat, & interpellare iudicem vt procedat, vt l. fi. §. pe. in tex. & gl. C. de temp. ap. & tenet Bal. expresse, in l. properã dum. §. finautem. C. de iudi. Et idem est dicendum, quãdo pars est impedita impedimento contingente in persona sua, secundum glos. no. in c. cupientes. §. cæterum. de elec. lib. 6. & tenent
8 Moderni in c. ex ratione. de appel. † Sicut autem s̃. diximus, impedimenũ nõ impedit tps primæ instantiæ, nec dat restitutionem, ita dicendum est in termino præfixo iurisdi. quia siue stet per iudicem, siue per impedimentum extrinsecum, semper labitur tempus irreparabiliter. ita dixit gl. in l. intra vtile. ff. de mino. secundum Bal. in l. cum non eod. C. quando prouo. non est ne. Per quam l. ita tenet Bal. tam tempore instantiæ, quam tempore iurisdi. in auc. clericus. in vlti. col. C. de episc. & cleri. ꝑ quas ll. bene etiam terminat articulum de instantia, quia sicut tempus iurisdictionis petimit causam, ita & tempus instantiæ causæ principalis. & per hoc solenniter est expeditus primus articulus. Aduerte tamen, quia licet iurisdictio non prorogatur propter impedimentum, tamen iudex, qui tenetur terminare litẽ j. certum tempus sub pœna, excusatur a pœna si sit impeditus, etiam si sit terminus statuti, ita dicit notanter Io. And. in titu. de iudi. deleg. §. restat. ver. quid si in statuto, in fi. addi. & tenet Bald. no. in l. j. C. qui accu. non pos. & in l. j. C. de dila. vbi omnino vide. quinimmo quando tempus instantiæ præfinitur a statuto, tenuit ipse, quod si aliquis est impeditus ex facto aduersarij, nõ currit terminus instantiæ ipso iure, vt ipse no. post Dyn. in addi.

in

ADDITIO.

a VIN GOD. Quod instantia perijt facto iudicis vel partis vel per impedimẽtum, utrum detur restitutio uel pur non currat tempus. Adde ꝙ instantia non currat postquam causa est commissa consi. Sapientis. idem est pendente tempore ex forma stat. uel rescripti. Ruy. consi. 7 . nu. 1. lib. 5.

in addi.in l.si cum ipse.ff.de excu.mu.& hoc Doc. approbant in cle.j.de resti.in integ.sed melius quod.s.dixi in instantia iuris cō munis, vt ipse idem tenet in d.auc.clericus.quoniam instātia statuti, videtur subrogari loco instantiæ iuris communis, sicut dicimus in præscriptione statutaria, secundum Bald.in l. fin. C.in quibus cau.in inte.resti.non est ne.ergo sapit naturam ibi subrogati, vt in l.j.§.hæc actio.ff.siquis testa. li. esse iust. Circa secundū articulum, adde ad dicta Doctorum, quæ ipsi ponunt hic, & in
9 l.properandum, in prin.C.de iudi. † ꝙ quando terminus præfigitur parti, non semper est verum, quod actus factus post termi
a num [a] sit nullus ipso iure, vt patet ex his, quæ no. Doct. in c.in causis.j. de testi.& c. fraternitatis.eo.titu. vbi volunt, quod licet publicatis testibus, vel post factam productionem, non possunt testes produci, tamen valet productio si pars non opponit, quinimmo secundum Inno.in c.quia plerique.j. de immu. ec. etiā si post sententiam pars petit alicui dari exceptionem parempto riam, potest retractari prima sententia, & renent Moderni in c. quoniam contra.j.de proba. potest ergo intelligi dictum Docto rum, parte contradicente, vel ad minus iudice repellente ex officio, ex quo constat sibi per acta, quod pars non debet admitti. Adde etiam inquantum tangunt de termino præfixo instantiæ nam Specu.& Ia.But.quos Bald.sequitur in l.properandum.in
10 prin.C.de iudi. videtur tenere †quod vltra terminum præfixum a statuto, possit valere sententia ex via iuris communis, quia pet nouam prouisionem statuti, non videtur recessum ab instantia iuris commuuis, vt l.j.§.vnde quæritur.ff.de pub.& l.quotiēs ff.de ac.& ob.& verior videtur communis sententia, quia oppo sitio termini breuioris, & instantiæ, videtur derogasse instantiæ iuris communis, alioquin statutum nil operaretur.quod est ab surdū. Subrogatur igitur iste terminus profixus à statuto loco instantiæ iuris communis, sed omnes qualitates, quæ habent lo cum in instantia, verificātur in dicto termino, vt singulariter de cidit Ioan.And.in ti.de app. §. nunc breuiter in addi. magna. & pro declaratione istius dicti conclude melius, & perfectius ꝺ, Bar.in d.l.properandum, ex dictis Ioan. And. in d. §. restat, sæpe allegato, quod aut statutum apponit instantiæ terminum, introducendo nouum modum agendi, & tunc si agatur alia via habet locum instantia iuris communis, vt l.j.& quod ibi per Bald. ff.quod fal.tuto.aut.secundum Old.in sua disputatione.aliquan do statutum præfigit terminum iudici, & apponit pœnam, & tunc non videtur prefinitus terminus instantiæ, vt l.2. C. vt om nes tam ciuiles.quia pœnæ appositio inducit valetudinē actus, vt l.ait prætor.§.j.& ibi per Bar.ff.de ope.no.nun.& hoc casu in telligo terminum esse præfixum iudici, & dicta Doc. Si vero simpliciter terminus præfigitur iudici sine pœna, vel si statutum dicit, causa debet decidi j.duos mēses, in dubiu iste terminus videtur limitare instantiam, ita sentit clare Ioan.And.in loco præallegato, quia aliter statutum parum vel nihil operaretur. si autē statutum expressit metam instantię, tunc etiam si adijciat pœnā iudici, tamen instantia perit, & processus est nullus, vt no.tex.in l.properandum, in prin. iuncto.§.sinautem vtroque. C. de iudi. & sentit Ioan.And.in loco præallegato. Aduerte tamen ad ista
11 præmissa †quod quando iudex est in fine instantiæ, potest ferre sententiam ex officio, etiam sine petitione partis, secūdum Bar. sing.in l. Seius & Augerius, in fi.ff.ad l.fal. & est ratio secundū eum, quia quod instātia non pereat, & lis expediatur, est vtilitas
12 publica, vt l.properandum, in prin.C.de iudi.& †in his, quæ pertinent ad vtilitatem publicam, iudex supplet ex officio. vt l.quos prohibet.ff.de postu.& l.filius §. veterani. ff. de procu. & hanc sententiam approbat Pet.de Ancha.referens ipsum in cle. quādiu, in vlti.col. de ap. & ab hac sententia non est recedendum. pro qua videtur esse casus in d.l.properandum, in ver.inuito iudice &c. per quem tex.dicit sin. Bar.in l.j. C. de dila. quod iudex potest ex officio terminum assignare, vt lis expediatur. facit glo in c.j.in ver.absentia.de ele.li.6.& quod ponit Bal.in l.exceptionem.C.de proba. sed ista decisio cum regula Doc. est contra ca sum in l.properandum. §. siquidem. vbi sententia, quæ fertur ꝓpue finem termini, non debet ferri nisi parte postulante. ꝓ quē tex.confunditur ista opi. dixit autem Bal.singulariter in d.l.pro
15 recuſatus. † Sed ſtatim quæritur, pro declaratione ſecundæ partis gl. vtrum quando iudex ordinarius recuſatur, vt ſuſpectus, & ipſe delegat cauſam, & iudex delegatus tulit ſentẽtiam, debeat appellari ad Papam, vel ad iudicem ordinarium recuſatum. ſuper quo gl. refert duas opin. & tandem perſiſtit in vltima, ꝙ poſſit appellari ad epiſcopum, non vt ipſe cognoſcat, ſed vt alteri ꝯmittat. Non ob. tex. in c. placuit, allegato pro contrario in fi. gl. quia reſpondetur ſecundũ Abb. primo, ꝙ ibi iudices non erant delegati ab ordinario, ſed habebãt iuriſdictionem a lege vel aliter, & iſta eſt vera ibi, alij epiſcopi erant aditi per viam appellationis, non autẽ ſubrogati, quia ordinarius eſſet accuſatus, hoc patet in prin. tex. & etiam circa medium, ſi recte aduertas. Nõ ob. ꝙ illi Epiſcopi non poſſunt iudicare ſine licentia ordinarij, nam illud eſt, quia cum non eſſent ordinarij, & recurreretur ad eos in ſubſidium, merito in electione ipſorum requirebatur cõ ſenſus indicis a quo appellatur: intereſt enim ſua, per quem ſua ſententia reuideatur. Contrariã tamen opi. quinimmo appellatur ad Archiepiſcopum, tenet hic Vin. Phi. Hoſt. & Spe. in ti. de app. §. nam tunc tenemus. in fi. j. col. fundant ſe, quia per recuſationem, medium epiſcopi eſt penitus ſublatum, & per ꝯſequẽs poteſt appellari ad Archiepiſcopũ, qui eſt mediatus ſuperior, pro hoc adducunt iura in c. is cui. & c. ſi delegatus. de offi. deleg. lib. 6. & hanc opinionem approbat hic Io. An. duplici ratione, quia ſi diceremus ꝙ non ad ipſum poſſet appellari, vt committeret cauſam, tunc ſequeretur abſurdum, ꝙ in ſecunda cõmiſſione appellationis poſſet cauſa committi perſonæ ſuſpectę, cuius ſuſpitio non poſsit probari, qui ſi ferat ſententiam, licet non debet facere, tñ non poſſet reuocare, vt l. vnica. C. ne lice. in vna & eadem cauſa tertio prouo. Secundo, quia pone ꝙ eſſet facta cognitio cauſæ duobus, & ipſi fuiſſent diſcordes in ferenda ſententia, certe ipſius epiſcopi eſſet ratificatio, quam vellet approbare, in c. fi. de re iud. Io. de Lig. hic, & do. Card. ſequuntur ſentẽtiam gl. quia iudex ordinarius, licet ſit recuſatus, remanet tñ iudex, vt ꝓ in fi. tex. noſtri, & probatur in c. cum ſpãli, ergo manet gradus ſuus, & impedit appłonem deferri ad ſuperiorem. ſed Vltramontani, quos hic ſequitur Ant. diſtinguũt valde ſubtiliter, ꝙ aut recuſatio tm̃ fuit propoſita, & iudex committat cauſam, aut fuit propoſita, & ſuper ea pronũciatum. Primo caſu appellatur ſine dubio ad epm̃, vt iſtud probatur per iſtam literã, quia ſi in cã principali, hoc caſu eps committit cauſam inuitis partibus, ergo idem in cauſa appłonis, in quo eſt eadem ratio, arg. c. de teſt. de app. Secundo, ſi iudex delegatus recuſatus facit, ꝙ ꝓ eligendo nouo iudice habeatur recurſus ad ordinarium, tanq̃ ad ſuperiorem, licet ordinarius fuerit recuſatus, vt patet in text. nr̃o, ergo eadem ratione habebitur recurſus ad ſuperiorẽ recuſati per viam app. in multis æquiparantur in c. ſuper eo. de app. & hanc inductionem facit Ant. Secundo caſu nõ appellatur ad Epm̃, ſed ad Archiepm̃, quia licet per recuſationem nõ ſit ipſo iure ſublata iuriſdictio, tñ eſt eliſa, vnde non facit gradũ. nec eſt vera ratio, quæ aſsignatur hic per Io. de Lign. ꝯ primum membrũ, videlicet, ꝙ iudex recuſatus ſuſpectus hoc ipſo, ꝙ delegat cauſam, videatur pronunciare ſe ſuſpectum, quia immo potius vr̃ hoc facere, quia licet. pro hoc facit bonus text. in l. item ſi res. in prin. ff. de alie. iudi. mu. cau. fa. & quod no. Bart. in l. ab eo. C. qũo & qñ iudex. & hoc dictum approbat hic Abb. quia nõ probat hoc eſſe, ꝙ ab hoc contingit abeſſe, vt l. neque natales. C. de prob. & in c. in præſentia. eo. tit. cum ergo ordinarius poſsit delegare cauſam, & ſi non ſit allegatus ſuſpectus, vt in c. litigãtes. de offi. ord. li. 6. & c. paſtoralis. ſ. de off. or. Præterea ſequeretur, ꝙ iudex delegatus non poſſet delegare cauſam de conſenſu partium, qñ eſſet recuſatus vt ſuſpectus, ꝙ ſi videretur pronũciare ſe non eſſe iudicem deſineret eſſe iudex ipſo iure, nec poſſet committere, quod eſt tex. in d. c. iudex. ſed iſta rõ non vrget, qa ſi tu bene perpendis, iuriſdictio dicetur expiraſſe poſt cõmiſsionem perfectam, & ſatis eſt, ꝙ tempore quo committit, habeat iuriſdictionem, vt patet in c. ſuper qõnum. ſ. de offi. dele. in eo, qui committit totam cauſam non definit, ideo iudex in totũ, & tñ valet commiſsio. ipſe tamen d. Abb. tenet ſe cum gl. ſimpliciter per rationes præallegatas, & per ea, quæ dixi in primo articulo, quia ſi iudex pronunciatus ſuſpectus poteſt inuitis partibus cauſam principalem committere, vt ipſe ſ. concludit, inquantum ad hoc non dr̃ expiraſſe eius iuriſdictio, ergo idem, & eadẽ ratione in cauſa appłonis, ſed ſecus eſſet, ſi omnino quo ad omnia iuriſdictio eſſet ſublata, & ita loquitur tex. in d. c. ſi is cui. &
16 in c. ſi a ſubdelegato. † excommuni catus. n. non poteſt delegare cauſam, vt in c. j. de offi. iud. lib. 6. eſt enim delegatio actus iuris, vt l. imperium. ff. de iuriſ. om. iud. ergo per excommunicationẽ non poteſt intentari, vt in c. ad probandum. ſ. de re iud. ad rationes Io. And. reſpondet Abb. & bene, vt hic per eũ. pro iſta parte adduco ſubtiliter, quia iudex ordinarius habet iuriſdictionẽ ipſo iure, licet eliſam, iudex tamen dr̃ in illa cauſa, vt l. ſi qui tutor. in prin. ff. de ritu nup. ergo facit gradum & impedit ſequen-
17 tem, qui eſſet aliter immediatus ſuperior, † quoniam qñ ille qui præcedit, retinet ius ſuum ipſo iure, licet eliſum, ſemper impedit ſequentem ſuccedere loco ſuo, ẽt ſi ſuccedat iure proprio, vt ꝓ in l. j. §. ſciendum. ff. de ſuis & legit. facit quod hr̃ in l. plane. §. ſi coniunctim. ff. de leg. j. hoc tñ non obſtante pro breuiſsima deciſione huius articuli, placet mihi diſtinctio Io. Cald. quam etiã
18 ſentiunt Vltramontani, & Ant. de But. vt diſtinguamus, † ꝙ aut recuſatio ſolum fuit propoſita, ſecundo probata, aut etiam finita. primo caſu appellabitur ad ipſum epm̃, tum quia nõ deſinit eſſe iudex, tum quia etiam nondum conſtat de ſuſpitione. ſatis quo ad hunc actum erit idoneus, vt probat tex. nr̃. ſecũdo & tertio caſu appellatur ad Archiepm̃, & non ad Epm̃, quia licet nõ ſit extinctus gradus iuriſdictionis, ex quo tñ ſuſpitio eſt facta notoria, eſt ſuſpectus & in committendo, vnde ſicut in cauſa principali non poteſt committere ſine conſenſu partium, vt in c. cũ ſpeciali, & plene dixi ſ. in primo articulo, ergo nec ſimiliter in cauſa appłonis, niſi forte vtraq; pars cõſentiret, vt appellaretur ad epiſcopum, & per hoc eſt expeditus iſte articulus. In glo. vltima poſita ſuper verbo ſolicitudine, videtur concludere glo. † ꝙ
19 a iudex delegatus ab inferiori a principe[a] poſsit ſuam ſentẽtiam exequi. Sed ꝯrium tenuit hic Hoſt. & multi alij, & etiam Inn. in c. innotuit. ſ. de arbi. videlicet, ꝙ non poſsit ſuam ſententiã exequi, & hãc opi. ſequitur Bar. per illũ tex. in l. a diuo Pio. in prin. ff. de re iud. ſed in c. dilectus. de verb. ſig. Inn. tenet præciſe iſtam gl. ꝙ delegatus poſsit exequi ſententiam ſuam, etiam mittẽdo in poſſeſsionem. Communis ſnĩa Canoniſtarum vr̃ eſſe illa, q̃ ponit Inn. in c. cum ab eccleſiarum. de offi. or. & Spec. in tit. de exec. ſen. §. nunc dicendum. circa prin. quæ dicta ſequitur Ant. hic. Diſtingue breuiter vel conclude ꝙ delegatus poteſt exequi ſententiam ſuam per remedia iuris, quæ ſibi competunt ex poſſeſsione iuris, quam habet, vnde poterit excommunicare, & interdicere, vt in c. j. & in c. ex literis. de offi. deleg & indicere paruam mulctam & capere pignora, quia modica coerctio ſibi cõpetit, vt l. fi. ff. de offi. eius, cui man. eſt iuriſd. poterit etiam pronunciare actorem eſſe mittendum in poſſeſsionem, vt l. cognitio. §. vt bonorum. ff. de offi. eius, cui man. eſt iuriſdi. mittere au-
20 tem in poſſeſsionem actualiter non poterit, † quia licet merum & mixtum imperium de iure canonico, poſsit dele. vt not. in c. ꝙ translationem. ſupra de offic. delega. in generali autem commiſsione non tranſit, vt patet in cap. ſecundo. de offi. vica. lib. 6.

miſsio

A D D I T I O.

a Iudex delegatus ab inferiori a Principe, an exequatur ſententiam ſuam, uide poſt Bar. Alex. & Aret. in l. a diuo Pio. in §. j. ff. de re iudi.

missio autē in possessione est mixti imperij, vt l.iubere, cauere, & ibi per Bar.ff.de iurisd.om.iu.si tñ delegatus expresse cōmitteret executionem, tunc delegatus posset exequi de iure canonico.Illud autem,quod dictum est,quod delegatus possit exequi sententiam per remedium iurisdictionis sibi competētis, est ve
21 rum regulariter. † Sed fallit, vbi delegatio causæ fit propter suspitionem propositam a parte, sed in causa executionis non durat suspitio,vt hic,& in c.nouit de app.ergo illa non videtur delegata, & isto casu nullo modo iudex delegatus poterit se ingerere in executione,& ita loqui videtur tex.hic,secundum Io.de
22 Lign.& Anto. ꝙ est singulare,sed Abb.simpliciter tenet,† ꝙ de iure canonico delegatus possit exequi sententiam etiam mitten do in possessionem,mouetur per tex.in c.ex literis, s̄.de offi.deleg.vbi patet,ꝙ executio sententię potest subdelegari,& dicit ꝙ ibi tacite videtur subdelegare,quæ verba sunt ꝫ illum text. Primo adducit casum in c.cum venissent. j.de eo qui mitt. in poss. vbi iudex delegatus ab inferiori a Papa dat possessionem ex primo decreto.Secundo,quia executio & potestas exequendi videtur venire accessorie ad causæ cognitionem, ergo sicut venit in delegato a Principe,ita eadem ratione in delegato ab inferiore, quia multa veniunt in consequentiam, quæ non possunt committi principaliter.l.quotiens.C.de iudi. Nec ob.iste tex.nec l. a diuo Pio.de re iudi.quia fateor,dicit ipse, ꝙ ordinarius pōt exequi,sed per hoc non tollitur,quin iudex delegatus etiam possit, sicut videmus in simili,in c.significasti.de offi.deleg.de iure autem ciuili,tenet idem ꝙ communis opi. per tex.in l.properādū. §.sinautem.C.de iud.& ita transit in hac materia,adducit enim tex.in auth.qui semel.C.quomodo & qñ iudex. vbi patet,ꝙ iudex delegatus nō citat per edictum, ergo multo minus mittit
23 in possessionem,ꝫm eum. Tu autem † aduerte,quia tex. in c.ex literis,nihil facit. nam loquitur de delegato Principis, qui specialiter delegauit causam executionis, non autem subdelegato simpliciter, vnde ille tex.primo non probat,ꝙ sub generali commissione videatur delegata potestas exequendi, vt ibi patet, iudex delegatus a principe iam tulerat sententiam & eius mandatum subdelegatus legere noluit.Secundo ibi non dicitur,ꝙ exe cutio sententiæ potuerit delegari per missionem in possessionem & per actū,qui est mixti imperij.Tertio posset dici,ꝙ aliud est in delegato ab inferiore,de quo quærimus,aliud in subdele-
24 gato principis, quia † ex quo semel iurisdictio in persona ipsius facta fuit delegabilis,non est mirum, si potest transire præter naturam suam,vt l.videamus.ff.ꝙ met.cau.& ibi per Bart.ꝙ Guil. & Bal.in l.j.in fi.C.qui pro sua iurisdi.& per Bar.in l.j.in prin.ff. de offi.eius cui man.est iurisd.& in l pater,§.quindecim.ff.de lega.3.Nec est verum,ꝙ sit eadem ratio in delegato Principis,qa speciale est propter auctoritatem committentis,quia plus videtur translatum a Principe q̄ ab alio, vt patet in l.a iudice. C. de iudi.iuncta l.j.in fi.C.qui pro sua iurisdi.sed tex.in c.cū venissēt. valde bene facit,nam licet verba significēt,ꝙ delegatus facit ibi iussum de dando,non tñ apparet,quis dederit tenutam,licet & possit dici ꝙ delegatus dedit tenutam,non tamen bene videtur de mente literæ.Tu autem considera,ꝙ de duobus quæri solet
25 pro intellectu materiæ. † Primo,nūquid datio tenutæ ex primo decreto cōpetat iure magistratus,& maxime in executione sententiæ.& videtur ꝙ sic,ita vī probare text.no.in l.3.§.ꝙ autē.de defen.ciui.circa medium,in ver.ex prouinciale.vbi tex.dicit expresse,ꝙ defensor ciuitatis potest exequi sententiam suā per apparitores prædictos,qui deputantur officio suo. Secundo hoc vī confirmari per tex.in §.audient.eo.tit.circa prin. vbi patet,ꝙ magistratus potest carcerare & capere, ergo multofortius mittere in possessionem.Nec vī ibi carceratio concedi officio mercenario,de quo tangit Bar.in l.iubere cauere. ff.de iurisd.om.iudi.quia immo carceratio fit ibi ex captura, vt reus remittat ad maius tribunal.Tertio hoc vī probare tex.elegans & singularis in l.is cui.§.nullus.ff.vt in pos.leg.in ꝫrium est casus in l.ea quæ. §.magistratus.ff.ad muni.& in l.properandum. §.sinautem. C. de iudi.& ista pars placet, & est communis sentētia in l. iubere cauere. ff.de iurisd.om. iu. Non ob.primum argumentum,quia intelligo verbum, magistratus, in §.ꝙ autem. de maiori magistratu. Non ob.tex.in Auth.de defen.ciui.quia intelligo, ꝙ executio fiat pignoribus captis & mulcta indicta,non autē per missionem in possessionem, quæ expeditur iudicis officio nobili. Non ob.tex in ver.audiēt. quia incarceratio fit per officiū mercenarium ꝙ deseruit cognitioni faciendæ per alium. ſ. per præsidem, vnde quodammodo defensor esset instar præsul. Non ob.tex.in §.missus.quia intelligo,vt satis etiam patet ex eo,ꝙ ibi commissio fuerit delegata per maiorem magistra. De secundo,
26 † vez de iudice delegato ab ordinario inferiori a Principe,probabiliter vī posse concludi vna cum Abb.ꝙ de iure ciuili & canonico ipse possit exequi sententiam suam,per missionem ex primo decreto,& etiam ex secundo, per tex.in d.c.cum venissent. probat tex.no.ad literam in Auth.de exhibē.re.§.si vero.col.5. quē tex.licet gl.in l.iubere cauere. intelligat in delegato a Principe,nō tñ potest pati istum intellectum aliquo modo, quia in principio literæ fit mētio expresse de vtroq; alternatiue,dicit.n. de iudice delegato,vel alio administratore,& sic patet, ꝙ etiam de alio delegato loquitur, q̄ delegato Principis, ista probātur p tex.in d.§.missus.vbi patet,ꝙ missio actualis potest delegari magistratui per præsidem,hoc etiam probat tex.clarē in l.j.§.fin.in ver.Paulus no.ff.de offi.eius cui man.est iurisdictio. vbi text.dicit,ꝙ imperium cohærens iurisdictioni potest mandari, & hoc est imperium mixtum,ꝙ dī cohęrere iurisdictiōi, quia adiuuat iurisdictionem,& si bene respicias text. in l.cognitio. §.vt bonorū. non est verum,ꝙ loquatur de iussu de mittendo,sed de ipsa actuali missione,sicut.n.restitutio in integrum,quæ regulariter non potest delegari,quia expeditur iudicis officio nobili, per l. fi.C.vbi & apud quem. vī, ꝙ actus missionis propter cohęrētiā iurisdictionis possit competere delegato,vnde considera subtiliter tu,ꝙ aliqñ missio in possessionem cohęret iurisdictioni, & tunc est delegabilis, vt dixi. aliqñ cohęret mixto imperio, sicut qñ cautio debet interponi ex nobili iudicis officio, & tunc forte illa missio nō esset delegabilis, qa nil habet commixtum de iurisd.delegabili.Sed istis iuribus vī posse responderi,ꝙ q̄uis verū sit immissionem ex primo decreto posse delegari,tñ non est verum,ꝙ in dubio videatur delegatio cōcessa iudici delegato. ad quod ego dico,ꝙ etiam in dubio videtur concessa executio, cū potest declarari non solum de iure canonico,vt inquit Abb.sed etiam de iure ciuili,vt probat tex.no.in l.sancimus.in fi.C.de iudi.iuncto prin.l.vbi patet, ꝙ sentētiam interlocutoriam latam super expensis, etiam iudex delegatus mandat executioni. Præterea si istud ius est delegabile, saris videtur probabilius dici, ꝙ videatur delegatus per regulam.l.2.ff.de iurisd.om.iu. & quod habetur in c.præterea. s̄.de offi.deleg.& hanc partem credo veram,maxime per tex.§.qui vero.& d.c.cum venissent.licet contraria opi.,sit communis, quam debes sequi in practica, & per hoc est expedita ista solennis decretalis.

SVMMARIVM.

1 *Clericus potest esse vassallus laici ratione feudi.*
2 *Ecclesia domina feudi vacante vassalli debent supersedere super quæstione feudi.*
3 *Capitulum sede vacante,non cognoscit de feudo.*
4 *Clericus vassallus laici, potest conueniri pro feudo,coram iudice seculari.*
5 *Iudicium,& beneplacitum important arbitrium boni viri.*
6 *Vassallus nunquid possit præiudicare domino recognoscendo alium in dominum,distinguitur.*
7 *Habens vtile dominium,non potest præiudicare habenti decretum.*
8 *Iudex secularis, quando possit supplere negligentiam ecclesiastici, in causa feudi.*

CAP. VII.

VErum quoniam. Quæstio feudi ecclesiastici coram iudice ecclesiastico est tractanda,& quæstio feudi laici corā laico.Secunda est ibi,alioquin,&c.No.primo ibi,ad
1 ueritus præpositum,&c.† ꝙ clericus potest esse vasallus laici, & subesse laico ratione feudi, & hoc intelligendo, ꝙ iste præpositus significet officium clericale, prout intelligunt communiter Docto.licet Gofre.hic intellexerit,ꝙ significet nomen officij se-
2 cularis.Secundo no.ibi,† ex quo episcopus fuit, quod si ecclesia domina feudi vacat,debet supersederi inter vasallos super quæ-
3 stione feudi.& ex hoc infertur singulariter, † quod sede vacante potestas cognoscendi de feudo, non pertinet ad capitulum.
4 Tertio no.ibi,alioquin &c. ꝙ clericus † qui est vasallus laici, ꝙ feudo potest conueniri coram iudice seculari,& est speciale cōtra regulam, cap.si diligenti,infra eodem. Quarto not.& vlti-
5 mo,quod † verbum iudicium,& verbum beneplacitum,important arbitrium boni viri, non absolutam voluntatem, de quo dic vt habetur in cap.j.supra de constitutio. & per Barto. in l.si sic.ff.de lega primo.l.item si vnus.§.j. ff.de arbitr. & in extrauagan.ad reprimendam,in glo.super verbo,videbitur. In glo posita super ver.fuit,super hac glo.tractant hic Doct. duo. primum quando est quæstio inter pares, ad quem pertineat cognitio istius articuli, de quo dic vt hic plene per eos, quia nihil est addendum.in secundo tractant hic Hostien.Ioan.And. & alij mo-
6 derni, † nunquid vasallus possit præiudicare domino recognoscendo alium in dominum. super quo colligendo breuiter dicta iplorum, distingue, quod aut quæritur vtrum possit præiudicare in proprietate, aut in possessione. primo casu concludūt omnes,ꝙ siue vasallus alium recognoscat bona fide, siue mala
7 fide & dolosa, non potest domino præiudicare, † quia quo ad dominum,factum habentis vtile dominium,non potest prejudicare habenti directum, vt in cap.j. qualiter olim feu.alie. por. & in l.fi. C.de iure emphy. Secundo casu distinguunt communiter Doct.hic,ꝙ aut vasallus dolose recognoscit aliū dominū,

& tunc

& tunc non potest priuare dominum possessione sua, vt l. fin. & ibi no. C. de acqui. pos. aut recognoscit bona fide, & tunc potest priuare dominum sua possessione, ar. d. l. & eorū quę habentur in l. peregre. §. fi. ff. de acq. pos. & hoc intelligit Ant. de Butr. esse verum, quando dominus prior scit, & patitur recognitionē ab alieno esse factam. Tu autem in ista materia ꝑsidera subtilius, & dic ꝙ aut quæritur de quasi possessione iure subiectionis, q̄ competit domino in vasallos, aut quæritur de ipsa possessione ciuili, quæ competit domino iure dominij, quod tenet vasall⁹ in feudo, iuxta no. in l. 3. §. ex ꝓrio. ff. de acquir. pos. Primo casu dicendum est, ꝙ obedientia vasalli facta alteri non potest priuare dominum sua quasi pos. vt est tex. no. & ibi per Ant. de Butr. in c. olim, el 2. j̄. de rest. spol. nisi cōcurrat exercitium iurisdictionis alterius, & scientia & patientia eius, de cuius præiudicio agitur, vt per Bal. in l. 2. C. de seru. & aqua. Secundo casu distingue ꝙ aut vasallus actualiter tradidit & corporaliter rem alteri, & tunc ista traditio non priuat dominum sua ciuili, licet traditio coioni bene priuaret, vt l. j. cum gl. in §. non autem, ff. de vi & vi ar. & per Bar. in l. peregre. §. fi. ff. de acq. pos. Sed scientia & patiētia domini bene priuaret ipsum, quia bene videtur suspicari se
a posse repelli, vt in l. quod in eo, in prin. ff. e. Si vero vasallus [a] nō tradidit actualiter, sed simp̄r recognouit rē ab altero, & tūc per istam traditionem fictam prior dominus non amittit suam ciuilem, vt l. q̄uis. §. si conductor, & ibi per Bar. ff. de acqui. pos. & tenent Moder. in c. cum venissent, de rest. spol. nec etiam interueniente scientia & patiētia domini, quia ex quo dominus sciebat ius suum durare, & possessio non erat occupata per alterū, non datur causa, propter quam amittatur possessio, & sic intellige Io. de Imo. hic, qui hoc t̄z, & per hæc perfectius habes expeditum articulum, q̄ ipsi tradant. In gl. fi. ibi sed ꝯ, videtur potius, de hac materia ponit Spe. in ti. de app. §. nunc tractemus, in fi.
8 concludendo ex dictis Ant. & Mod. dicunt, ꝙ aut † est consuetudo ꝙ iudex laicus suppleat negligentiam ecclesiastici in causa feudi, & tunc poterit supplere, vt in c. Romana. §. j. de appell. li. 6. secundum Doct. hic, quod dictum mihi placet in laico, qui ratione feudi sit subiectus ecclesiæ. Sed in clerico non est verū, quia consuetudo non potest introducere, vt iudex secularis pos sit habere iurisdictionem in clericum, etiam in negligentiā ecclesiastici, vt in c. qualiter. s̄. ti. proximo. nec tex. in §. idē, loqtur isto casu. aut non est consuetudo, & tunc aut laicus est mediat⁹ dūs feudi, & ad ipsum pertinet cognitio de iure communi, vt in c. ex transmissa. s̄. eo. etiam si vasallus sit clericus, quia rōne feudi clericus nō potest esse subiectus laico, vt in tex. nostro. aut laicus non est dūs mediatus feudi, & tunc de iure communi pertinet cognitio ad Papam, vel superiorem iudicis ecclesiastici, vt probatur in d. §. debet. nec placet mihi opi. Abb. Mod. † qui dixit ꝙ si vasallus sit laicus etiam circumscripta consuetudine, iudex secularis supplet negligentiam iudicis ecclesiastici in causa feudali, quia hoc videtur ꝯ tex. in d. §. debet. nisi dicas ꝙ licet nō possit appellari ad iudicem secularem, quia in appl̄one requiritur maioritas gradus. 2. q. 6. c. Romanos, & l. j. ff. de ap. quæ superioritas non est in laico, respectu iudicis ecclesiastici, licet in supplenda negligentia nō requiritur ista superioritas, & hoc modo posset saluari dictum suum. mihi tū magis placet cōis opin. per d. §. & quia negligentia communiter solet suppleri, vt in c. j. de sup. negl. præla. & bene facit tex. in auth. vt diffe. iudi. in prin.

ADDITIO.

a VIN. GOD. Nota ꝙ uasallus contrahens amicitiam cum inimicis Domini, priuatur feudo, Rui. cons. 33. num. j. lib. j.

SVMMARIVM.

1 *Actor sequitur forum rei, etiam in fauorem laicorum contra ecclesiam.*
2 *Iudicis secularis negligentia in causa ecclesiæ transfert iurisdictionem ad iudicem ecclesiasticum.*
3 *Sacrilegium committit, qui capit, vel inuadit res ecclesiasticas.*
4 *Sacrilegij crimen, est crimen mixtum.*
5 *Priuilegium quod conceditur ecclesiæ, habet locum in locis venerabilibus.*
6 *Pro maleficio commisso contra ecclesiam potest agere rector loci, vel ecclesiæ.*
7 *Reus, quando potest in pluribus locis conueniri, electio est actoris, in quo loco reum conueniat.*
8 *Vsura est crimen ecclesiasticum.*
9 *Vsurarij contractus cognitio, quando ad secularem, & quando ad ecclesiasticum iudicem pertineat.*
10 *Vsuræ iure ciuili an prohibitæ sint, & de veritate. nu. 12. 13. 14. distingue nu. 16. 17. Quid in furto, cum sim nu. 18. & 19.*

CAP. VIII.

Vm sit generale. Malefactores ecclesiæ, possunt sub quocunque iudice conueniri, & sunt duæ partes. Secūda est ibi, verum quæstio. in qua præmittitur ratio,

1 & ponitur decisio. No. primo, † ꝙ etiam in fauorem laicorum, contra ecclesiam seruatur regula, ꝙ actor sequatur forum rei.
2 Secundo no. † ꝙ negligētia iudicis secularis in cā ecclesiæ transfert iurisdictionem ad iudicem ecclesiasticum, ad idem text. in
3 c. ex transmissa. s̄. eo. Tertio † no. ꝙ ille, qui capit res ecclesiasticas, vel inuadit, dicitur committere sacrilegium, & vide cōcordantias in glo. super ver. malefactores. † Quarto no. ꝙ crimē sa-
4 crilegij est crimē mixtum, quod patet quia de ipso vterq; iudex
5 potest cognoscere. † Quinto no. ibi, venerabilium locorum, ꝙ priuilegium quod hic conceditur ecclesiæ, habet locum etiam in locis venerabilibus, sicut sunt hospitalia, & similia loca, & te
6 net Host. in c. conquestus. s̄. eo. † Sexto no. ꝙ pro maleficio cōmisso contra ecclesiam potest agere rector loci, vel ecclesiæ, de
7 quo in c. edoceri. s̄. de rescrip. † Vltimo no. & tene mēti ꝙ quā do reus potest conueniri in pluribus locis, est electio actoris, in quo loco reum cōueniat. ad idem tex. & quod ibi no. in auctē. habita. C. ne filius pro patre, & l. fi. C. vbi in rem ac. & in prima consti. fforum. §. pe. & vide quod eleganter no. Ioan. An. super isto articulo in c j. de priui. li. vj. In glo. posita super verbo, male-
a factores. ibi, item in crimine vsurarum. [a] concludit glo. hic, † ꝙ
8 vsura sit ecclesiasticum, & sic ꝙ eius cognitio pertineat solum ad iudicem ecclesiasticum alibi etiam dicit glo. ꝙ causa vsuraria est spiritualis in c. ex literis. j̄. de iureiur. ibi, ecclesiastica, vt exponit ibi Io. An. in nouel. & ita inter causas spirituales ecclesiasticas enumerat cum tex. & c. dispendiosam. de iudi. per quæ iura
9 inclinet ibi glo. Io. An. simpliciter † ꝙ cognitio causæ vsurariæ sola spectat ad episcopum, & hanc opi. tenuit Garsias, vt refert Io. An. in c. j. de vsuris. li. vj. mouetur principaliter, quia vsuræ non sunt prohibitæ de iure ciuili, vt patet in auth. ad hæc. C. de vsuris. ergo vsura non est crimen fm ius ciuile, & sic pro ea nullum debet competere remedium coram iudice ciuili, & quia istud crimen habet remedium a canone, vī crimen ecclesiasticum secundum Gof. hic, & hanc sententiam tenet Io. Mo. vt refert Pet. latissime in regula ea, quæ fiūt, in 11. char. de re. iur. sed d. Ant. hic, & Arch. 14. q. 4. c. quid dicam, & Inn. vt refet Io. An.
10 in d. cle. dispendiosam, tenent † ꝙ vsuræ possunt repeti de iure ciuili, & ista est communis opin. quæ distinguitur secūdum Fe-
31 de. dē Senis, consi. 303. incipit, quæstio vertitur. & Ant. hic, & est de mente Bar. in l. Titia, ff. sol. mat. & l. 2. ff. de iurisd. om. iu. & l. omni innouatione. C. de sac. san. eccl. ꝙ aut agitur de iure, vtrū iste contractus sit vsurarius vel non, v.g. in c. in ciuitate, & c. fi. de vsur. & tunc ista cognitio non pertinet ad iudicem secularē, quia istud est cognoscere de peccato, cuius cognitio solum ad ecclesiam pertinet, vt in c. nouit. s̄. de iudi. aut agitur nō de iure, sed de facto. Exemplum, debitor repetit vsuras a creditore, creditor dicit se nullas vsuras recepisse, vel se tm̄ recepisse, & tunc vī ꝙ iudex secularis possit cognoscere, si etiam aliquis agat ex ꝯctu, & conuentus excipiat ꝙ instrumētum est factum de duplo veræ sortis in fraudem vsurarum. & velit admitti ad hoc probādum, nā hinc allegatur simulatio, & erit quasi de facto, an aliud fuerit actum & aliud simulatū, & similiter iudex secularis possit cognoscere, & hoc sequitur do. Floria. & Io. Cald. qui hoc tenuit in c. post miserabilem, de vsur. & ita consuluit Gaspar fili⁹ suus & Pet. in simili, quod vt ipse Pet. refert itenendo hanc partem in regula ea, quæ fiunt, de regu. iur. in loco prælegato, & hanc etiam partem affirmat hic d. Abb. fundamenta substātialiter sunt ista, primo secundum Anto. quia causa vsuraria inter laicos est mere temporalis, tam respectu rerum, q̄ respectu personarum, secus quando agitur de peccato, puta ꝙ cōtractus sit vsurarius, & sit peccatum, vel non, vnde quando non agitur de peccato, nihil repugnat, quin de causa iudex secularis possit cognoscere, licet. n. vsura teneatur cum peccato, non propter hoc excluditur iurisdictio iudicis secularis, ex quo nō agitur de peccato, sed ad ipsam rem, vt p̄z in furtis, quę possunt tractari per iudicem secularem actionib. secularibus, vt patet in titulo de cōdictione furtiua, & ꝙ actio furtiua, & tamen retinetur cum pec
11 cato. † Præterea dicit Pet. qua ratione iudex secularis cognoscit de sacrilegio simul cum ecclesiastico, vt hic iuncto cap. Felic. §. pro hoc, de pœnis, lib. 6. 23. quæstio. 5. can. sunt quidam, eadem ratione videtur posse dici de crimine vsurario, quia non est mere ecclesiasticum. Ista conclusio confirmatur secundum Abb. quia iudex secularis cognoscit de iuramento, vt faciat ipsum

ADDITIO.

a Vsurarum cognitio, ad quem iudicem spectet in ista materia, uide Gemin. in summa. 11. q. j & Bal. in l. quotiens. C. de iud. Anch. in cle. 2. de iudi. Lapum alleg. 56. Anch cons. 245. incip. inherendo Fede. cōs. 96. inci appiret qnæda &c. Pau. de Cast. cons. 69. Doct. in l. Titia. ff. solu. mat & alibi sæpe.
VIN. GOD. Adde in hac materia usurarum, ad quos spectet cognitio, Alex. cons. 107. pro inuestigatione, nu. 15. lib. 2. & Dec. cons. 111. & pro tenui facultate. nu. 2. lib. j

intelligit vtrum sit iuratum, vt in c.licet mulieres,de iureiur.lib. 6.& punit periurium.23.q.5.c.rex debet, & similiter poterit cō pellere vsurarium ad restituendam vsuram, vt probat tex. in d. c.post.sed dubium facit in ista materia, quia si de iure ciuili vsura est permissa, siue ergo vsura repetatur actione indebiti, iuxta no.in c.Michael.j.de vsu.siue repetatur per officium iudicis,iuxta ea,quæ hnr in c.debitores,de iureiur.videtur difficile fundamentum agenti in foro seculari,quia officium iudicis nitit̄ equitati, vt l.plane,& l.fi.de peti.hær.sed si vsura est debita de iure ciuili, secundum illud non subest æquitas repetitionis, & sic vr̄ ꝙ non competat remedium.Et aduerte, quia Bar. videtur consentire cum ista opin.communi, quando incidenter deducitur quid de vsura, non quando principaliter, & ita intelligit dicta sua Bal.in l.omni innouatione,sæpe dicta. ad istud autem contrarium s̄.factum respondet Pet.de Anch.vno modo negando antecedens,ꝙ vsura sit permissa de iure ciuili, immo est prohibita,allegat Io.An.in regula,peccatum, de regu.iur.in 6. casum sing.in 14.q.4.quid dicam, qui tamen se nō simpliciter firmat, immo tenet alibi oppositum in c.lege.x.dist.& in gl.in c.quia in omnibus.j.de vsur.& gl.in auth.ad hæc.s̄.e. quæ mouentur duplici ratione,quia Imperator approbat quatuor concilia, vt patet in l.j.C.de sum.Trin.inter quæ est concilium Nicenum, in quo prohibentur vsuræ,47.dist.c.quoniam.Secundo,quia tex. dicit in authen.vt clerici apud proprium episcopum,in prin.& 12 in Auth. de ecclesiasticis titulis, in prin. †ꝙ leges nōdedignātur sacros canones imitari,ergo per ista verba videtur correctæ omnes leges.Sed istas rationes impugnat hic Abb.quia species derogat generi,vt l.doli,de ver.obl.& regula,generi,de reg.iur.sed Imperator in Auth.de eccle. tit. §.si quis autem,permittit vsuram aliquo casu,& etiam in posterioribus authēticis,sicut in titu.de vsuris nauticis. ergo patet, ꝙ per illas generales approbationes non videtur tollere dispositionem specialem, per quam in multis legibus videntur permissæ vsuræ, nam si voluisset imitari canones,in nullo casu permisisset vsurā, sub ratione vsuræ, vt no.in c.salubriter.de vsur.Verior ergo responsio est illa, quā ponit Pet.in d.loco,videlicet ꝙ quamuis de iure ciuili vsurę sint permissæ,quia tamen in materia peccati lex cedit canoni, etiā in materia ciuili,lex cogetur seruare canones, & not. l.di.c.licet 13 mulieres, & non dubium. c.lege.x.di. † Nam cōstitutio legalis disponens super vsuris,est nulla ipso iure, tum quia non potest derogare iuri diuino,vt dictum est, tum quia nutrit peccatum, & est iniusta contra essentiam legis,vt in c.fin.de præscrip.24.distinct.c.vt autem lex,tum quia disponit super iure spirituali, ꝙ non pertinet ad secularem.86.distinct.c.bene quidem, & cap. 14 cum ad verum, hæc sunt dicta Doct. in ista materia. † Tu autē conclude, ꝙ quando constat de causa vsuraria notorię, vel per confessionem partis,etiam si sit pronunciatum super ipso iure, scilicet an cōtractus sit vsurarius necne, Iudex secularis semper potest pronunciare de reiiciendo, vel admittendo accusationē, & hoc tenet hic Ioan.tu vide Specu.hoc dicentem in titu.de reconuen.§.nunc dicamus,ver.sed nunquid,quod approbat Bal. in l.quotiens, C.de iudic.& d.l.omni nouatione. Et cognoscit etiam in quæstione,q̄ deducitur incidenter,in l.vna, in 4. char. C.de confessis.& sicut quando iudici incidēs est notoria, iudex secularis super ea pronunciat, ita quando deducitur incidenter in iudicio summario,quia speciale est tunc ꝙ super incidēti spirituali secularis iudex se introducat cognoscendo.ita dicit singulariter Guil.in tit.de primo decreto.§.restat,ver.quid si agatur, & ita tenet Bal.no.in auth.ei,qui iurat,in 3.char.C.de bo.auct. iudi.possi.vbi approbat dicta Bar.in l.Titia,ff.sol mat.licet in l. quotiens,& in l.omni nouatione,aliter,sicut tenuit Lapus in alleg.quam refert hic Ant. hanc etiam limitationem sentit idem Bal.in l.filium.in repetitione sua.ff.de his qui sunt sui, vel alie. 15 iur.Aduerte tamen, quia † quando iudex secularis pronunciat super spirituali incidenter,non debet pronūciare super eo principaliter,sed per modum causæ, ita declarat Bald.in authen.ad hæc.C.de lati.liber.tol.Et vide in hac materia eundem Bald.in c.j.§.similiter.de contro.inuesti. in vsi.feu. Super articulo autē principali,placet mihi communis opi.per tex.in d.c.post miserabilem,dubium autem est, quomodo competat actio indebiti, vel officium iudicis coram iudice seculari, ex quo lex ciuilis non habet considerationem huius æquitatis,nisi dicas ꝙ s̄.dixi ꝙ iudex secularis in materia peccati debet sequi æquitatē iur. canonici,& in innuentibus peccatum nō datur diuersitas facti, vt no.gl.in c.possessor.de reg.iur.lib.6.In ea.gl.ibi, periuri),pro a declaratione gl.videndum est, nunquid iudex secularis a possit cognoscere de iuramento,an vero cognitio pertineat ad solum ecclesiasticum.super quo conclude breuiter ex dictis Io.And.in c.cum C.laicus,de fo.comp.lib.6.& Ant.de But.& Modernorū hic,& Pet.qui eleganter materiam tractat in regula,ea q̄ fiunt, de regu.iur.& etiam per Bal.in l.j.C.de reb.cred.& in c.j.§.item 16 sacramenta,de pace iur.fir.in vsib.feu.† ꝙ aut quæritur de foro pœnitentiali, & tunc pertinet cognitio ad solum ecclesiasticū. 22.q.j.c.prædicandum.& hoc est manifestum', quia laicus non habet claues, vt in c.omnes.& in c.noua.j.de pœni.& remis. & in c.pastoralis.in prin.de offi.ord.si de foro contentioso,tunc dixit Arch.in d. c. cum C.& Ioan.Mo. ibidem, ꝙ cognitio pertinet ad solam ecclesiam, quia in iuramento & eius obseruatione non agitur,nisi de peccato & salute animæ, vt seruetur præceptum,de quo in c.& si Christus. de iureiuran. sed illa vidētur spiritualia,quæ nullo modo pertinent ad iudicem secularem,vt in c.cum ad ver.96.dist.& in c.solitæ.de maio.& obed. ergo videtur ꝙ obseruatio iuramenti solum pertineat ad iudicem ecclesiasticum. Io.And.distinguit, ꝙ aut agitur de valitudine vel iuramento licito, & tunc cognitio solum spectet ad ecclesiam, vt in c.venerabilem,de elect.& in c.nouit.s̄.tit.proximo. & idē si agatur de absolutione a iuramento,vt in c.quanto.de iureiu. & hic per Ant.si vero agatur de obseruantia,& tunc etiam si iuramentum non firmet contractum, sed simpliciter obliget ad obseruantiam ratione peccati,iudex poterit cognoscere & cogere partes ad obseruātiam,vt in c.licet mulieres.de iureiur. in 6. vbi patet,ꝙ iudex ecclesiasticus potest mandare seculari, vt iuramentum præstitum a muliere,obseruet,& sequatur,& hanc sē tentiam approbat do.Anto.& Abb.post eum, & secundū istos iudex secularis de periurio punit. 23.q.5.c.rex debet.& l.si duo 17 partem.in fi.ff.de iureiur.† sed Io.de Imo.hic videtur distinguere,vtrum iuramentum confirmet contractum,an vero simpliciter obliget,vt vinculum spirituale.Primo casu concedi potest, ꝙ iudex secularis cognoscit & facit seruari iuramentum, non quidem immediate, sed faciendo seruari contractum propter iuramentum,vnde in consequentiam sibi permittitur,vt l.si qs seruus ff.de actio.emp.& l.si quis duos.in fi.ff.de liber.leg.Secūdo casu dicit,ꝙ solus iudex ecclesiasticus cognoscit.Nō ob.tex. in c.licet mulieres,quia potest intelligi in primo casu, vel ibi dicas ꝙ per iudicem secularem non est cognitum seu diffinitum super obseruantia iuramēti,sed est quodammodo executor iudicij ecclesiæ,ad cuius mandatum iuramentum seruat.Ista opinio videtur procedere de iuris subtilitate,quia cum finis obseruationis iuramenti nō sit nisi euitatio peccati, certum est, ꝙ ista cognitio non pertinet ad secularem,sed ad ecclesiā.2.q.j. si pec- 18 cauerit.& in c.nouit.s̄.tit.proxi.† in aliis aūt casibus, videlicet in furto,in vsura,& similibus, licet ille qui tenet, teneat cum peccato,ex alio tamen capite & medio possit competere repetitio, quæ propter euitationem peccati, vel propter bonum publicum,vel quia solutum nullo modo est debitum,& sic per aliud medium concludendi,& noua est ista consideratio in ista materia,quia tunc communis opinio est in oppositum,& tex.multū vrget in c.licet.magis placet communis opinio, licet ista possit defendi,& quia gl.dicit in fin. ꝙ sunt quædam alia crimina similia,quæ sunt ecclesiæ,ideo hic Doct.plene tractant,quæ sint ista alia, quæ proprie dicantur crimina ecclesiastica, de quo dic vt 19 hic per eos † Ad vnum tamen aduerte,quod posuit hic Gof.qa ipse dicit, ꝙ crimen concubinatus est crimen mere ecclesiasticum,& non potest cognosci vel puniri per iudicem secularem, quod probat tali ratione, quia de iure ciuili concubinatus erat licitus,vt patet in toto titu.ff.de concu. & in authen. licet, C.de natu.libe.& in l.liberæ.ff.de ritu nupt.sed omne crimen, ꝙ habet originem a canonico,dicitur mere ecclesiasticum,ergo cōcubinatus crimen,est huiusmodi.Si autem crimen puniatur in vtroque foro,tunc dicetur crimen mixtum,vt iudex ecclesiasticus in clericos procedat.sunt & alia crimina,de quib. hic in tex. & gl.in quibus etiam contra laicos vterque iudex procedit, sed ista ratio non videtur sufficiens, quia licet crimen cōcubinatus 20 †non sit crimen de iure ciuili,quia tamen ius ciuile cedit canonibus in peccatis,sicut s̄.in proximis dictum est de vsura, satis videtur esse de iure ciuili improbatus, maxime quia concubinatus de iure ciuili,& si non sit reprobatus,secundum Bart.no.in l.in concubinam.ff.de concubi.& l.fi.ff.de his qui.vt indig.tum etiam quia Io.An.no.in regula,sine culpa.de reg.iur.expresse tenet in merc.suis, ꝙ etiam de iure ciuili concubinatus est crimē, alle.tex.in Auth.de nup.§.sancimus. iuxta fi. & in Auth. scenicas non solum.& in Auth.vt non luxurientur contra naturam. vbi dicitur,ꝙ Imperator suadet & vult omnes mulieres esse castas, vnde & alibi dicit,castitatis sumus amatores,vt in Authen. 21 quibus mod.nat. effic. sui. §. illud. sed ista iura non vrgent † ex quo concubinatus non est reprobatus,non videtur mulier concubina facere contra castitatem, super quo vide quod no. Bar. in l.cum proponeretur.ff.ad Trebellia.& 31.distinct. c.Nicena.

vbi

ADDITIO.

a Iudex secularis,an cognoscat de iuramento,uide Roma.in cons.412. in 3.col. & in sing.suo 491.& in sing.414.incip.ego coram magnificis &c. & per Pet. de Ancha.cons.382.incip.retento ordine.

VIN. GOD. Adde de hac materia Alex.latissime in l.Titia.ff.sol.ma.ubi examinat & distinguit in quibus casibus Iudex secularis cognoscat.

vbi dicitur, ꝙ nuptiæ ſunt plenæ caſtitate, dato ꝙ concubinatus non poſſit dici coitus caſtus, adhuc dicimus ꝙ illa iura non obſtant, quia per illam prohibitionem generalem non tollitur diſpoſitio ſpecialis ſuper concubinatu, qui permittitur non permiſſione approbata, ſed vt non ſit crimen. Amplius Bar. multũ ſingulariter poſt Iac. in l. j. ff. de concub. ꝙ in ſimplici laico de iure canonico concubinatus non eſt crimen quo ad pœnam temporalem, ſed quo ad pœnam ſpiritualem ſic. 23. diſtin. c. nemo. & in c. dicat aliquis. quod tamen eſt contra communem ſententiam ex prima tamen ratione aſſignata probabilior videtur cõmunis opi. ꝙ de crimine concubinatus poſſit etiam puniri laicus, licet Fede. de Senis in conſi. ſuo 171. teneat opi. Goff. quam etiam ſentit Specu. in titu. de compe. iudi. adi. §. regulariter circa prin. vbi dicit hoc crimen eſſe eccleſiaſticum. † Illud autem certum eſt ꝙ iudex eccleſiaſticus de iſto crimine poteſt cognoſcere, & maximè ſi aliqua ſit concubina clerici, quia propter delictum cum perſona ſacra, mulier laica efficitur de foro eccleſiæ. 32. diſt. c. eos, & ibi per gl. & hoc caſu fortè non poſſet cognoſcere iudex ſęcularis, vt ibi probari videtur.

22

SVMMARIVM.

1 *Commoratio ſola, quæ fit in loco, videtur inducere facultatem cõueniendi, etiã ſi contractus ſit alibi celebratus, cum ſeq.*

3 *Conuerſationis ſimplicis ratione, pro contractu alibi geſto, quis non poteſt alibi conueniri, triplici ratione probatur.*

4 *Leg. 2. C. vbi Senat. vel clariſs. declaratio, ſiue copulatiue, ſiue alternatiue legatur, vide nu. 6.*

5 *Scholaris in ciuitate commorando annos decem, domicilium contrahit, ſecundum communem opinionem.*

6 *Qui eſt in loco propter certam cauſam, ſemper videtur habere animum redeundi ad locum priſtinum finita cauſa.*

7 *Laici ſimplices, ſi litigant coram iudice eccleſiaſtico, qui habet iuriſdictionem temporalem in eos, non debent attendi conſuetudines loci, vel ſtatuta, ſed ſolum canones.*

8 *Canones, quare in foro eccleſiaſtico ſeruentur, in ſeculari iudicio leges ciuiles.*

9 *Statutum prohibens appellationem in cauſa inſtrumenti executiui, vel inquiri, vel accuſari poſt certum tempus, an reſpiciat deciſoria litis, vel ordinatoria proceſſus, vt ſequamur forum ciuile vel canonicum.*

10 *Appellare non poſſe ante ſententiam diffinitiuam, vel poſſe, ordinataria iudicij reſpicit, vbi interitur.*

11 *Statutum dicens, quod nulla exceptio peremptoria poſſit opponi contra inſtrumentum guarentig. reſpicit ordinatoria, non deciſoria litis.*

12 *Clericus, ſi agat coram iudice ſeculari, ſtatuta laicorum ſeruanda ſunt, etiam in foro eccleſiaſtico, quatenus expreſſe contra clericos, vel eccleſiaſticam libertatem, vide nu. 14. 15. 16. 17.*

13 *Statutum laicorum reſpiciens deciſoria, non ligat clericos litigantes in foro ſeculari, quia in non ſubiectum ſtatutum locum non habet.*

18 *Statutum omnino deferens ius ſuccedendi primogenito, cæteris omnibus excluſis, obſeruari debet in alios, qui poſtea ſunt clerici.*

19 *Hæreditas, ſicut antequam alicui defertur, repudiari non poteſt, ita ſtatutum antea excludens, omnino eſt inefficax.*

CAP. IX.

Vod clericis. Cauſæ clericorũ, ſiue agãt, ſiue conueniantur, decidũtur ſecundum canones in foro eccleſiæ. h. d. No. primo in ver. commorantes, [d] ſecundum quoſdam, † ꝙ
a 1 ſola commoratio, quæ fit in loco videtur inducere facultatem conueniendi etiam ſi ſit contractus alibi celebratus, licet quidam intelligant iſtum tex. de contractu ibi celebrato. primam tamen opi. ſentit Specu. & tenet Ioan. And. in titu. de compe. iudi. ad §. j. ver. inde ſi Senenſis. & Bar. in l. 2. C. vbi ſena. vel clari. p illum tex. & do. Anto. hic & Inno. in c. ex parte j. e. & eſt communior opi. quam etiam Moderni ſequuntur, licet Bal. contra in l. j. C. vbi de cri. agi oportet. & in d. l. 2. de quo dicetur in d. c. ex parte. b. Secundo no. ibi contra aliquos &c. etiam ſi clericus conueniat laicum in foro eccleſiaſtico ſeruandi ſunt canones & non leges. & p iſtũ tex. ſing. ſolet inferri contra An. hic qui dicit quod quando iuriſdictio iudicis eccleſiaſtici in laicum eſt accidentalis & naturalis, verbi gratia in cauſa reconuentionali debent ſeruari leges & non canones. argu. l. qui habet. in prin. ff. de tute. nam vt dicit gl. in tex. noſtro epiſcopus iudicabit vt laicus. i. vt comes vel vicecomes vt in perſona eccleſiaſtica iſta iuriſdictio erat accidentaliter & tamen debet attendi ratio & non lex. Ad idem facit optime tex. in c. licet. j. e. & l. epiſcopale. & quod ibi p Bar. C. de epi. audi. licet illa iura loquantur potius in ordinarijs q̃ in deciſorijs. hanc tamen ſententiam tenet Abb. allegans gl. 96. diſtin. c. denique. & vide Spe. qui allegatur ad vtranque partem in titu. de conuen. & reconuen. §. j. Tertio no. ibi, canonico iure. exponũt aliqui, ꝙ ſuetudinario, ideſt ꝙ ſuetudo inducta ſimpl'r in cos non complectitur clericos, de quo in c. eccleſia. s̃. de conſti. vbi habetur per Doct. Super illo articulo de quo diffuſe tractat
2 Anto. † vtrum ex cõuerſatione & mora, quam quis trahit in loco, ſubijciatur domicilio, vt poſſit conueniri. adde dictis An. & Moder. hic quod opi. Bal. & Bu. quam poſuerunt in l. j. C. vbi de cri. agi oportet. & in l. 2. C. vbi ſena. vel cla. videtur verior &
3 communis ſententia, videlicet † quod ratione ſimplicis conuerſationis pro contractu alibi geſto quis non poſſit alibi conueniri. quod probo triplici ratione ſubtili. Primo, quia in l. hæres ab ſens. ff. de iudi. circa medium, requiritur copulatiue, quod quis moretur in loco & quod ibi contraxerit, ergo non ſufficit ſimpliciter mora ſine contractu ad inducendum hunc effectum in l. hæredi plures. & quod ibi no. ff. de condi. inſt. Secundo, quia ſi diceremus quod ex ſola conuerſatione quis ſortiretur domicilium, tunc ille qui contraxit in vno loco, vbi conuerſatur, poſſet cõueniri, & dicitur ſortiri forum ratione domicilij vel quaſi, & non ratione contractus, vt probat tex. in d. l. hæres, & l. omnẽ. & in c. fi. j. eo. ergo patet quod ſola conuerſatio non inducit facultatem conueniendi Præterea ille, qui contrahit, nullam trahit moram in loco, & non poteſt conueniri, etiam ſi conueniatur, vt d. l. hæres. aut verſatur in loco & trahit moram ratione contractus ibi geſti, ita de iure poteſt ibi conueniri ſi ibi inuenitur, vt in c. Romana. §. contrahentes. de foro compe. lib. 6. Sed ſi ſola conuerſatio abſque contractu inito in loco ſufficeret, tunc, quia iſte forus eſſet quaſi domicilium, non deberet fieri prædicta diſtinctio. immo debet poſſe conueniri etiam ſi ibi conueniatur ſic. niſi dicas quod quaſi domiciliũ aliud eſt quam domiciliũ. quæ tamen differentia inuenitur. l. cautum. & hæc opi.
4 mihi placet † ſecũdum quam oportet tenere quod in l. 2. C. vbi ſena. vel clariſ. ſit litera copulatiua. vel ſi eſt litera alternatiua, intelligitur de eo, qui conuerſatur per decennium, vt ibi vult Cy. per l. 2. C. de incolis. Ad alias leges allegatas per Bart. reſponde, quod verbum elegit, intelligitur de domicilio, vel de conuerſatione diuturna, vt dictum eſt, & nõ eſt verum ꝙ Ioan. And. in addi. Spe. in titu. de compe. iudi. adi. §. j. ver. quinto. ratione cõtractus, teneat cum ſententia Bar. licet enim ſentiat ibi ꝙ quando aliquis conuerſatur in loco vel trahit moram, ſi contraxit ibi, vel deſtinatur ſolutio in alio loco poſſit tamen in loco contractus conueniri, & ſic limit. l. contraxiſſe. de act. & obli. non tamẽ loquitur in caſu noſtro, quando nullo modo fuit contractus in loco, vbi quis conuerſatur. & ſi tu dicas ꝙ ex quo deſtinatio ſolutionis eſt facta alibi, habetur perinde ac ſi eſſet cõtractum, quia ibi deſtinatur alibi ſolutio, tamen quo ad quædam locus contractus attenditur, vt no. Bar in l. j. C. de ſum. trini. & Bald. no. in l. j. C. vbi quis conueni. cer. lo. tene menti dictum Io. And. quod eſt ſingulare, & credo omnino, quod dictum ſit falſum in ſuis terminis. & ſecundum illud dictum ſequeretur, quod ſolutio deſtinata in alio loco, nihil operaretur quo ad hoc vt quis non poſſet conueniri in loco cõtractus, quia eſt manifeſtè contra mẽtem iurium. i. contra legem, contraxiſſe. & l. quæro. ff. de ſolu. & l. 3. ff. de bo. auc. iud. poſ. Nam ſi alibi non eſſet deſtinata ſolutio, contrahens in loco vbi non eſt tracturus moram, non poteſt ibi conueniri. Si ergo contrahens in loco, vbi trahit moram etiã quando alibi deſtinatur ſolutio, poteſt conueniri in loco contractus, manifeſte liquet ꝙ idem eſt ſi opponatur pactum de ſoluẽdo alibi ſiue non, quod eſt abſurdum. Circa alium articulum,
5 nunquid ſcholaris habitando per decem annos contrahat do-
b micilium. [b] cõmunis opi. eſt ꝙ ſic. Cy. Bal. & Spec. approbant, vt hic plene per Anto. & Bar. cuius diſtinctio eſt veriſſima in l. lex Cornelia. §. pe. ff. de iniur. & tamen Anto. non ſtat cum eo, immo tenet de ſubtilitate iuris ꝙ etiam in caſu dubio non præſumitur ſcholaris per decem annos conſtituere domicilium in loco. pro hoc adducit tex. in l. 2. C. de incolis. vbi dicit quod poſt ſedis collationem conſtituit ſcholaris domicilium, & ſic ibi requirit duo. ſic non deſtruendo tex. ibi non eſt caſus contra Bar. pro hac cõcluſione facit optimè tex. in l. ex facto. §. erunt quidẽ ff. de hære. inſtit. vbi clare probatur, quod ille qui eſt in loco propter certam cauſam, ſemper videtur habere animum redeundi ad locum priſtinum finita cauſa. & bene facit tex in l. prædia. §. penul. ff. de fun. inſtru. mihi plus placet communis opi. & diſtinctio Bar. quia, ſi bene proſpicias, tex. in l. 2. loquitur proprie in caſu

---

ADDITIONES.

a Ex commoratione quis quando ſortiatur forum. vide bonam gl. in §. item ſi q; de prouincia 13 q. 2. & Cardi. in clem. dignum. in 5. q de cele miſ.

VIN. GOD. Adde ꝙ forũ ſortiri in aliquo loco & ſubiri ſtatutis eiuſdem loci a pari procedunt Ruy. conſi. 200. num. 12. lib. 2. Et uide quando forus originis concurrens in perſona eiuſdem cum foro domicilij uel incolatus ualeat nec ne, idem Ruy. conſi. 120. nu. 4. 8. & 10. lib. 4.

b Scholaris habitando per. x. annos an contrahat domicilium. vide Fely. in c. dilectus. lo. 2. de reſcri. vbi plene de iſta materia.

VIN. GOD. Adde quod ſcholaris abſens a ſtudio per quinque annos perdit matriculam Vinc. Paleot. inter conſi. Alex. ante conſi. 47. lib. 4. Et Iudef. ant conſi. 345.

ſu dubij, vt patet ex ver. credimus. hoc autem non eſſe dubium, ſi ex alio capite apparet quod voluit transferre domicilium. prę terea ſi conſtitutio domicilij aliter quam p decennium eſſet cau ſa cur ſcholaris videtur conſtituiſſe domicilium, fruſtra pone ret ibi tex. tempus. x annorum, ſcilicet ꝙ ante decennium non conſtitueret domicilium, vt. l. ciues & in colæ. C. de incolis. & l. ei qui ff. ad municipales. quando ergo tex. dicit ibi, ꝙ poſt decē nium ſedem collocauerit, intelligitur præſumptiuè ex curſu de
7 cēnij. † In gl. poſita ſuper ver. aliquos, ſentit iſta glo. quod etiam ſi laici ſimplices, litigēt coram iudice eccleſiaſtico, qui habet iu riſdictionē temporalem in eos, non debēt attendi conſuetudi nes loci nec ſtatuta loci, ſed ſolū canones, quod eſt mirabile, ſe
a cundum hoc diſpoſitio l. omnes populi. ff. de iuſti. & iure. aquę vult ꝙ ciuitas ſubdita poſſit facere legem contra ius ciuile, non habet locū in terris eccleſiæ, quod videtur valde dubium, & do. Ant. hoc ſequitur hic. ſed hoc videtur falſum, quia cum non re periatur expreſſe ſtatutum canone, ergo lex ciuilis eſt ſequenda etiā in foro canonico, vt in c. j. de ope. no. nun. x. diſt. ſi in adiuto rium. iſte enim tex. non facit propter duo. primo loquitur, quā do cauſa vertitur inter clericos & laicos. Et iſta eſt ratio, quare in caſu noſtro debent ſeruari canones. ſecundo poteſt eſſe, quia illud non dicitur expreſſe quod non ſint ſeruanda ſtatuta, vnde poteſt intelligi iſta decre. reſpectu legis, ſed prima eſt melior & nouior. vnde Abb. tenet hic oppoſitum & bene per tex. in c. ve nientes. j. de iurei ur. & quod ibi no. & per ea, quæ no. Bar. in l. omnes populi, & quod habetur. 95. diſtin. c. denique. In gl. ita te ne. & in hoc eſt differentia inter populos eccleſiaſticos & popu los ſubiectos eccleſiæ, quia prælati non poſſunt ſtatuere contra ius, vt in c. ꝙ ſuper his. de maio. & obe. quia hic traditur mate-
8 ria, † quare in foro canonico ſint ſeruandi canones etiam con tra laicos vel pro laicis, & qualiter ſtatuta & leges in foro ciuili.
b idem præmitte pro firmamēto, quod quoᵇ ad ordinaria iudicij & præparatoria, ſemper attenditur locus iudicij. & hoc tenent omnes hic, & in rubrica. s. de conſue. pro quibus eſt tex. in l. 2. C. quem ad. teſta. aper. & gl. or. in cle. diſpendioſam. de iudi. &
9 tenet Inno. in c. fi. j. de feriis. † Sed dubium pulchrum eſt, ſi ſta tutum prohibet appellationem in cauſa inſtrumenti executiui, vel ſi ſtatutum prohibet inquiri vel accuſari poſt certum tem pus, vtrum iſta ſtatuta reſpiciant deciſoria litis vel potius ordina toria proceſſus. ſuper quo dixit Archi. valde no. 2. q. 6. c. non ita.
10 † quod non poſſe appellare ante ſententiam diffinitiuam, vel poſſe appellare, ſicut in foro canonico, reſpicit ordinatoria iudicij, & ideo comprehenditur locus, vbi iudicium agitatur. & iſtud dictum in terminis ſuis eſt veriſſimum, quod per hoc non tollitur ius partis, ſed differtur. illatio tamen quam facit do. An to. quod ſi ex forma ſtatuti a pronunciatione exequendi inſtru mentum guarantig. non poteſt appellari, iſtud ſtatutum ſeruabitur contra clericum in foro ſeculari. quinimmo etiam contra eccleſiam, quia reſpicit ordinatoria proceſſus, non videtur ve rum, quoniam non poſſe penitus appellare, vel poſſe & nō poſ ſe procedere ſuper maleficio, extinguunt penitus ius partis vel ea, quæ ſunt fundamentum iuris proſequentis. vnde ſicut inter locutoria, per quam pronunciatur non poſſe procedi, vel per quam pronunciatur non poſſe appellari, habet vim diffinitiuæ, ſecundum Bar. in l. Titia. ff. de accu. & Bal. in rubrica, ne lice. in vna eademque cauſa. & no. in cle. cum a repulſione. de app. ita videtur quod ſtatutum diſponens circa præmiſſa dicatur reſpi cere deciſoria, quia extinguitur ius partis, ſaltem quo ad ius pro cedendi. & hæc ſententia magis mihi placet. pro qua adduco quod ſingulariter ponit Bald. in l. j. C. ne fil. pro pa. in vlt. col. vbi
1 dicit, † quod ſi ſtatutum dicit quod nulla exceptio peremptoria poſſit opponi contra inſtrumentum. guarantigiæ, iſtud ſtatutū reſpicit deciſoria, & non ordinatoria. & ita tenet no. in ſimili in l. cunctos populos. in vlti. char. C. de ſumma trini. vbi voluit re prehendendo Cy. in diſpu. ſua quod ſtatutum excludens accu ſationem vel inquiſitionem & ſimiliter concedens reſpicit de ciſoria iudicij & non ordinatoria, quia eſt fundamentum iuris, ſuper quo pronunciatur, vel extinctio ipſius quando tollitur ius accuſati. ſed circa deciſoria adhuc remanet dubium. & pri-
12 mum eſt † vtrum ſi clericus agat coram iudice ſeculari debeant ſeruari ſtatuta laicorum ſuper quo Barto. dicit quod ſi ſtatu tum non diſponit ſpecifice contra clericos eccleſiæ nec con tra libertatem eccleſiaſticam, quod ſtatuta ſunt ſeruanda etiā in foro eccleſiaſtico, ſed de hoc dicitur poſtea. vnde apparet quod multomagis vult illa ſeruari in foro ſeculari. & hanc con cluſionem tenet Ioan. And. in titu. de conſtitu. §. j. ver. & no. & do. Anto. hic & communiter Moderni, quia quando cleri cus contrahit cum laico, & ſic quod debet litigari in foro laica li, ſtatim videtur ſe aſtringere ad l. illius fori. & probat tex. ī l. cū clericus. in fi. C. de epiſco. & cler. bene facit tex. x. diſtin. c. qm̄. & c. ſi in adiutorium. & 12. diſ. c. illa. vnde ſeruāda ſunt ſtatuta mu nicipalia, maxime ſi clericus velit quæ tendūt in fauorē, vt ſing. dixit Bal. in l. oī innouatione. C. de ſacroſan. ec. Tu autem quia

Io. Cal. in diſpu. ſua, cuius dicta refert & approbat in regŀa, ea q̄
13 fiunt. ſimiliter tenet † quod ſtatutum laycorum ᶜ reſpiciens de
c ciſoria non liget clericos litigantes in foro ſeculari. mouetur qa clericus non eſt ſuppoſitus ſtatuentium, & in dubio ſtatutum nō videt diſponere in non ſubiectum, in c. a nobis, de ſen. excō. & in. c. 2. de conſti. li. 6. etiam ſi non ſuppoſitum aliquando poſ ſet ligare, vt clare diſputat Bar. in l. ij. C. de ſum. tri. in q. de ſtatu to inhabilitante perſonā. & ideo no. quod ſing. infertur in ipſa diſputatione, quod ſi ſtatutum vult quod ſolutio debiti nō poſ ſit probari per teſtes, illud ſtatutum qa reſpicit deciſoria & per ſonam clerici qui habet ſubire onus probandi, non comprehē det clericum, & hāc opi. tenuit hic Abb in iſto articulo, do. Io. de Imo. dicit, quod modus probandi, licet in conſequentia reſpi ciat deciſoria, principaliter tamen ordinatoria, & ſic vult quod prę iudicet clerico litiganti in foro ſeculari. Mihi plus placet opi. Io. Cal. & Pe. in dicta regula, ea quæ fiūt, cū victoria cāę pē deat in approbationibus, vt. l. qui accuſare. C. de edē. & in. c. in ter dilectos, de fi. inſtru. potius dicitur probatio reſpicere deciſo ria quam ordinatoria. & ideo acta probatoria diſtinguuntur ab ordinatorijs, vt l. cū antea. C. de arbi. & per Bart. in l. ij. ff. iudica. ſol. Quantum autem ad articulum principalem, ſequuntur Mo
14 derni diſtinguendo hoc mō, † quod aut ſtatutū vel cōſuetudo laicorū dirigitur cōtra perſonam, vel grauat perſonam ſiue liti gat, & tunc tale ſtatutum in dubio non comprehendit clericos, quia non videtur diſponere in nō ſubditos, vt dictum eſt, & pro batur in l. j. de tu. & cu. da. ab his. & quia ibi tenet Io. de Imo. dicens ſe ita conſuluiſſe & Abb. Mode. adducens diſputationē Fran. de Ramp. quæ incipit, ſtatutum eſt in ciuitate Mutinę, aut ſtatutum non diſponit contra perſonam, vel contra contractū, vel modum contrahendi, vel circa rem, de qua agitur, tunc ſer uentur ſtatuta laicorum in foro ſuo contra clericos. Quid aūt ſit dicendum de eccleſia, dic vt hic per Doct. Iſta concluſio pro batur per iura s. allegata, & etiā quia iſtud eſt regulare, & quo ad actus ſolennitatem inſpicitur locus geſti cōtractus etiam re ſpectu forēſis, vbi fit ꝓtractus, vt l. ſi fundus. ff. de euic. licet enim clericus non ſit ſubditus, debet tamen ſeruare ſolennitatem lo ci, & per hanc di. patet veritas alterius dicti, de quo dixit Bal. in l. j. de ſum. tri. ꝙ in foro eccleſiaſtico debēt ſeruari ſtatuta laico rum & conſuetudines inter laicos, & etiam inter clericos, quia dictum ſuum debet intelligi ſecundum Io. de Imo. hic, & Abb. quando ſtatutum non diſponeret contra perſonam, quia tunc non ligat clericum in foro ſeculari, vt dictum eſt, multominus in eccleſiaſtico. & licet iſta diſtinctio approbetur a modernis, ta men d. Ant. & Bal. in l. j. de ſum. trin. ſimiliter tenet contra Bar. per tex. noſtrum, qui indiſtincte mādat ſeruari canones in foro
15 canonico, † quia ſicut ſtatutum vel conſuetudo laicorum ſpeci fice non poſſet includere eccleſiam vel clericum aliquo caſu, vt in c. cum cauſa. j. de iureiur. & in c. eccleſia. s. de conſtitu. ita non videtur ꝙ generalis diſpoſitio comprehēdat tales ꝑſonas, arg. eorū, quæ habentur in c. fi. de immu. eccle. li. 6. per Io. And. & per do. Ant. in d. c. eccleſia, & ex iuribus in primo articulo al legatis. & ad tex. in c. cum veniſſent, poteſt reſponderi ſecūdum Ioan. de Lig. ꝙ ibi erat conſuetudo mixta clericorum & laico rum, hoc tamen ibi non exprimitur, ſatis poteſt ſuſtineri opin. Moder. Adde etiam hic dictis Doct. inquantum refer endo, & ſequendo Io. And. in regula, ſine culpa. de regu. iur. ipſi dicunt,
16 † ꝙ ſi ſtatutum vult primogenitum ſuccedere in totum exclu ſis aliis, iſtud ſtatutum ſit ſeruandum contra alios, etiā ſi poſtea fiant clerici, qa iniecit vinculū, vnde cōſequens poſtea inhabili tās ligat etiam clericum, ar. l. ex ea. ff. de poſtu. adde ꝙ idē tenuit Ioan. Cald. in d. diſputatione ſua, ſequitur d. Ant. hic, & Pet. in dicta regula, ea quæ fiunt. Adde etiam quod hanc diſtinctionē in ſimili facit Bar. in l. fi. C. de pac. & Bal. ī l. Deo nobis. C. de epi.
17 & cler. vbi voluit † quod ſi ſtatutum excludit filiū religioſum a ſucceſſione, & quæritur vtrum valeat ſtatutum diſtinguimus quod aut ſtatutum loquitur per verbum præteriti perfecti, qđ ſignificat actum conſumatum, vt l. j. & 2. ff. quod quiſque iu. & tunc ſtatutum non valet, quia diſponit in eum qui eſt iam ec cleſiaſticus, quod facere non poteſt. 96. diſtin. bene quidem, cū ſi. aut excludit ingredientem per verbum imperfectum, & tūc valet ſtatutum, quia iniecit vinculum excluſiuum ad religionē. nam ingrediens non adhuc eſt ingreſſus, vt l. arboribus. §. j. in gl. &

ADDITIONES.

a Nota pulchram limitationem ad l. omnes populi. ff. de iuſtit. & iure.

b VIN GOD. Quo ad præparatoria, & ordinatoria iudicij attenditur ſemp locus iudicij. & ſemper huiuſmodi lex valet. Fel. in c. ecc. Sanctæ Mariæ, uerſi. ſemptima ratio, de conſtit.

c VIN. GOD. Statuta laicorum quando ligent clericos. vide Bald. in rub. de conſti. in prin. & pleniſſime per Barb. in rub. de re. ec. non ali. col. 22. circa fi. cum ſeq. Et quando ſtatutum laicorum diſponit ſuper contractu iurato va leat. Ruyn. conſi. 67. nume. 5. lib. 4. & quando ſtatutum laicorum contra ec cleſiaſticam libertatem eſſe dicatur, Ruy. conſi. 114. nume. 8. & 9. lib. 4.

gl.& l.qui duo.ff.de manu.testa.quæ tamen multum est dubia, quia si qualitas excludendi per statutum vel per legem attenditur,hoc est quo defertur succession, vt traditur in l. fi cognati.ff. de re.du. non videtur quod ex quo tempore successionis delatæ isti sunt talis qualitatis, quæ nō potest excludi a statuto, istud statutum debeat eos excludere. Præterea dicit Ioan. And. ꝙ statutum iniecit vinculum ante clericatum. sed hoc non videtur
18 verum, †quia exclusio per statutum non videtur fieri nisi tempore quo hereditas defertur, sicut nec potest repudiari, vt.l. qui superstite.ff.de acqui. here. Præterea propter inclusum excludi tur excludendum,secundum Bar.in l.2.§.videndum. ff.ad Ter tul.Sed primogenitus non potest dici inclusus antequam deferatur sibi successio,nisi spe & destinatione, quæ spes & destinatio non habet causam de præterito,secundum Bar.in l.is potest. de acqui.hære.ergo videtur quod de subtilitate iuris ista non ꝙ cedat vnde cogitabis pro solutione istarum,quia opi.Ioan. An. vt communior,ab omnibus est sequēda.certe dic vt hic ꝙ Doc.

SVMMARIVM.

1 *Iuri publico derogari non potest,pacto priuatorum,& verba hæc,a communione habeantur extranei,an sententiam excommunicationis inferunt.*

2 *Iudex secularis.si procedat contra clericū,quem ad se vocare non potest, non valet processus,licet iudex ignorauerit clericum,vide nu.19.*

3 *Iuramentum pristinum contra canones,est illicitum, & contra vtilitatem publicam.*

4 *Pacto an possit renunciari iuri appellandi,& hic si lite mota, partes hæc inter se egerint.*

5 *Renunciatio facta Velleia.Senat.valet,si mulier de eo fuerit prius certificata, Sed hoc nisi in quatuor casibus procedit,cum seq. & in dubio, an præsumatur admonita,nu.7.*

6 *Voluntas iudicis sola,non tollit reconuentionem,quæ minori respectu fragilitatis suæ conceditur.*

8 *Iurisdictionem si partes prorogent in criminali, coram non suo iudice, iudex competens,non obstante ista prorogatione, potest procedere contra reum, per inquisitionem.*

9 *Lex quando loquitur per verbum præteriti,inielligitur ferri canon latæ sentētiæ,secus si per verbum futuri temporis, vel præsentis, & quid in dubio,si præteritum,& futurum tempus referat.*

10 *Mox,funditus,ipso facto,cum similibus,verba ipso iure sententiam latam innuunt,licet verba futuri temporis adiiciantur,& quid de dictionibus,Protinus,& Careat,ex tunc,Ex nunc.*

11 *Petere,agere,controuersia,quæstio,lis,verba si ab homine proferantur,intelliguntur in iure experiri,vel in ius uocare, & de verbo, protrahere ad iudicium,nu.seq.vel vocare in ius,& an pœnitentiæ locus sit, lite semel contestata.nu.12.13.14.*

15 *Delicto in committēdo,facilius purgatur in iudicio,quam extra,propter æquitatem iudicis,qui plus potest.*

16 *Verba,si quis petat,agat accuset,trahat ad iudicium, significant voluntatem facti,licet non perfectum actum iudicij,& ideo per litis contestationem verificantur, & verbum, iudicium, litis contestationem continere. nume. sequen.*

18 *Pœna vbicunque imponitur ipso iure pro maleficio,pœna simul commissa,pœnitentiæ locus non est,nec mora purgari potest.*

19 *Si procedatur contra clericum per iudicem secularem, non sub nomine clerici, an clericus contumacia tenetur,si non compareat,& an valeat sententia cōtra ipsum.*

20 *Statutum,si pœnam irroget declinanti iurisdictionem iudicis,quomodo succurritur clerico citato per iudicem secularem.*

CAP. XII.

SI diligenti. Clericus non potest sibi iudicē laicum constituere,etiam si interueniat iuum iuramentum & consensus aduersarij. Diuiditur in duas partes principales. secunda ibi, cum igitur.secunda autem diuiditur, quia primo fundat intentionem suam & concludit. secunda ibi, cum non sic, respon-
1 det ad obiecta. †No. primo regulam hic positā circa principiū, quod iuri publico non potest derogari vel detrahi per pactum priuatorum,ad idem tex.in l.ius publicum. ff. de pactis. & l. iurisgen.§.si paciscar.ff.eo.No.secundo ibi,& a communione habeantur extranei,quod per ista verba non videtur inferri sentētia excommunicationis,datur tamen potestas excommunicandi,quod facit ad no.in c.j.s̄. de iudi.Tertio no.ibi,quilibet clericus etiam in minoribus constitutus,secundum Bal.ꝙ non potest voluntariè prorogare iurisdictionem in iudicem laicum. Quarto no.quod priuilegium concessum clericis & colle. non vī ꝓcessum in fauorem singulorū principaī,& ideo ei renuncia re non possunt. & ex hoc infertur ꝙ quando cōceditur aliquid alicui collegio,nullus de collegio priuate potest tali iuri renunciare. Quinto no.quod clericus inuitus non potest trahi ad iudicem secularem.& ex hoc etiam infertur quod non potest vo-
2 lūtarie corā ipso ꝓueniri.†ꝙ si iudex secularis procedat ꝓ clericū clericus non tenetur comparere citatus, immo processus erit
a nullus etiam si iudex secularis ignoret illum a esse clericum, & procedit contra illum tanquam contra laicum, vt tenet Ioan. And.in regula,scienti.de re.iur.& domi.Anto.& Moder. hic.facit.l.2.& quod ibi no.ff.si quis in ius voca. non ierit.& l. si quis ex aliena.ff de iudi.& quod no.Inno. in c.præterea.j. de dila. & ad materiam,vide quod singulariter no.Bal.in l. si quis in cōscribendo.C.de epis.& cle.& Spe.in titu.de cita. §. j. ver. sed pone,
3 ad fi.& gl.ord.23.q.8.c.conuenior.Vltimo no.†quod iuramētū præstitum contra canones est illicitum & contra vtilitatem publicam.& vtrūq; probatur ex isto tex.sed primum melius, quia Pontifex fundat se super eo.& ad materiam vide quod ponitur per Bar.in l.Seius & Augerius.ff.ad leg.falci.& l.si quis pro eo. in prin.ff.de fide.In gl.posita super ver.priuatorum.ff. a quibus
4 app.non li.l.j.§.j.Ista glo.sentit † quod propter pactum possit renunciari iuri appellandi. quod sine dubio est verum, quando partes lite mota hoc paciscuntur,vt in l. allegata in glo. sed pulchra & subtilis dubitatio est,vtrum quando partes contrahunt pactum per quod renunciant appellationi valeat. de quo articulo dic,vt plene disputat Ange.in quodam suo consilio, quod incipit,ista quæstio est dubia. vbi concludit quod valeat, maxime si est appositum iuramentum.& vide gl.no.& quod ibi per Bal.in l.tale pactum, §.qui prouocauit. ff.de pac. & quod ponit singulariter Guil.in titu.de appel.§.fi.in vlti.ver.& Anto.de Bu. in c.pastoralis.in prin.de ap.& quia est mareria specialiter alibi tractata,satis sit remisisse.In eadem gl.ibi,secutū simpliciter po
5 test renunciare, &c.concludit gl.†quod renunciatio facta p mu
b lierē. Velleiano,b valet. quod intellige si sit certificata de illo, secūdum gl.in l.fi.§. pe. ff.ad Velleia. &hanc sententiam sequitur hic Ioan.And.sed contrarium tenuit Bar. secundum vltramō. in l.fi.C.ad Velle.& Bar.in l.j.C.eod. per tex.in l.doli.ver. diuersum.ff.de noua.quia eadem fragilitate,qua promittit pro altero, eadem præsumitur renunciare beneficio suo. vnde regula est in contrarium secundum istos,quos sequitur hic do An. & bene.quod renunciatio non valet.tamen hoc fallit in quatuor casibus, in quibus valet renūciatio,vt l.fina.§.pen.ff. e. pro hoc facit tex.in l.j.C.de primic.lib.10.sed hoc dictum, cum reuerentia,non videtur verum,quia tex.in d.l.fi.§.pe.dicit quod mulier potest promittere se nō vsuram beneficio antequam vadat ad iudicem.quæ verba significant,quod prius fuit facta renunciatio quam iudicium inciperet,& quod requiratur præsentia iu
6 dicis † Præterea voluntas iudicis sola non tollit restitutionē,quę conceditur minori prætextu fragilitatis suę patet in l.si prędiū. in vltimis legibus illius tituli.C.de præd. mi. ergo idem videtur dicendum de muliere,vnde probabilius esset dicere. quod etiā hoc casu habet locum Velleianum.Non obst.tex.in d.l. fi.§.pē. quia intelligo illum,secundum Dy.l.si mulier.C.e.quoniā mulier post biennium renunciauit Velleiano. & est ille secundus casus,quo valet renunciatio,& obligatur mulier etiam si simpliciter promittit,vt d.l.si mulier.Tertio fallit,quando mulier obligaretur auctoritatelegis,& renūciaret,sicut in auc.mat.& auię. C.quando mulier tute. offi. fun. potest. Quarto fallit, quando mulier iuraret se non vsuram tali beneficio & simpliciter iura-
7 ret contractum,secundum Ioan.An.hic. Et aduerte,† quia est magis dubium,vtrum quando mulier renunciat Velleiano, in dubio præsumatur certificata de iuribus illius beneficii,de quo dic,vt per Bart.in l.sciendum. de verbo. obliga. & ibi Moder. & Cano.in c.penul.j.de emp.& ven.illud autem tenet Archi.no. in c.2.de iureiu.lib.6.quod si mulier iurauit,præsumatur in dubio certificatio,& hoc sequuntur hic Doc. de quo dic vt tradit̄ in c.cum contingat.de iureiuran.& in c.quamuis,de pa. in 6. & ꝑ Bal.in l.2.C.de rei vend.&in rubrica.C.de re.cre.Do.meus allegat tex.singu.pro hac parte in c.ex rescripto.de iureiu.vt bene potes videre per eum.in l.sciendum,præallega. In eadem glo.1. laicus non bene potest,&c.& ibi,sed non in criminali. hanc gl. communiter reprehendunt Doc.quia contra eam est casus in l. j.C. vbi de cri. agi oportet. vbi quod est merum imperium potest prorogari in eum,qui habet similem speciem imperij. hoc tenet Bar.in d.l.j. & in l.j.C.de iurisdi.om. iud. & ibi per gl. auc. & plene per Doc.Hic aduerte tamen ad vnum singulare & aureum dictum Gui. de Suza.in l.si conuenerit. ff. de iurisdi.om. iudi.quod refert & approbat Ioan.And.in titu.de compe. iudi.
8 adi.§.j.in 3.col. in ver.sed nunc.vbi voluit,†ꝙ si partes prorogāt iurisdictionem in criminali coram non suo iudice, iudex competens non obstante ista prorogatione potest procedere contra reum per inquisitionem,quia non est in potestate rei,nec debet etiam

ADDITIONES.

a Ignoret illum.Idem per plura tenet do.Mar.Sozi in c.j.s̄.de fo.cōpe.Et per Gemi.in c.si episcopus,circa finem.3.q.2.

b VIN. GOD. Mulier quando & quibus casibus potest renunciare Velleiano. de hoc uide per Alex.in trac.de uer.sig.nu.99.lib.3.fol.229.

etiam auferre iurisdictionem iudici suo super crimine, vt in c.ex parte.j.de priui.& i c.auctoritate. in fi.eti.li.6. & in c.pe. de cle. coniuga.ad idem facit tex.melius per Abb.in c. 3. de colla. licet ista iura parum faciant, tamen dictum est in se no. Ex quo infertur mirabiliter, ꝙ non obstante iudicis executione, lite pendente valet sententia absolutoria, & sic limitatur l. licet caupones. ff. nau.cau.sta.& quod dixit Bar.in l.si cui.ff.de accu. vbi voluit, ꝙ sententia lata in causa inquisitionis, parat plenũ ius quo ad omnes, nisi sit concluſum. sed hoc dictum videtur dubium, licet cõ muniter approbetur, & secundum hoc sententia absolutoria non prodest reo, tamen condẽnatoria noceret, quod est incõueniens, quia ex hoc resultaret inæqualitas in iudicio, contra.l.fin. C.de fruc.& li.expen. dictum tamen seruaretur in practica propter communem sententiam. In gl. posita super ver. causam ꝑdant. ibi, sed nunquid per sententiam, &c. communis conclusio
9 est, †quod quando lex loquitur per verbum præteriti, tunc intelligat̃ ferri canon latæ sententiæ, vt in c.cupiẽtes. §. cærerũ, vbi gl.de cle.lib.6.licet ibi sint aliæ dictiones hoc importantes, sicut dictio, eoipso, & ex tunc, vt ibi patet. Si vero lex loquitur per verbum præsentis vel futuri temporis, tunc intelligitur in dubio ꝑ sententiam, vt in tex.nostro, & probatur in c.inolita. 11.q.j. & ꝑ Bar.in l.in criminali.ff.de iurisd.om.iud.& in l.iubemus. §. sane. & l.Imperator.ff.de iure fis. In dubio autem intelligitur pœnam imponi per sententiam. verbigratia, quando verba legis in eadẽ oratione vel diuersis possunt sonare in præteritum vel futurũ, per ea, quæ habentur in regula, in pari, de reg.iur.in gl. vbicunque autem lex imponit pœnam ipso iure, tunc non est necesse condemnare, sed oportet quod iudex declaret delictum esse cõmissum, vt no.dicit Ioan.And.in c.j.de homi.in 6. & tenet Bald. in auc.habita.C.ne fil.pro pa.in dubio talis canon latæ sententiæ nunquam videtur imponi, nisi pro delicto perfecto, vt dicit
10 Ioan.And.in c.perpetuæ. de elec. lib. 6. †Sunt autem quædam
a verba, quæ etiam si apponantur in l.per verba de futuro, faciũt quod videatur lata sententia ipso iure, vt est verbum, mox.l. si quis maior, de transs. & Insti.de inuti.stip.§.j.item verbum, fundi tus, vt dicit gl.in l.prouidendum.C.de postu.idem potest dici de ver.omnino, per.l.singularem, iũcta gl.l.j.§.si pecuniæ. ff.depo. & ibi per Bald.item de ver.eoipso.& ipso facto, vt in c. cupiẽtes. §.cæterum, præalle.& per Bal.in l.fi.C.de sacrosan.ec. Quid autem sit de ver.protinus, vide rex.in l.fi.C.de re.alie.Item de ver. careat, vide tex.sing.& quod ibi no.in l.j.§.fi.ad l.Iul.de vi priua. & de ver.extunc, vide quod eleganter ponit Bald.in c. j. de mil. vas.qui contu.est.& tex.& quod ibi per Bar.in l. huiusmodi. ff. de ver.ob.adde tex.cum gl.no.in c.2.5.eo.& gl.in c.quam sit, de elec.lib.6.& l.si quis in tantam.C.vnde vi. In eadem gl. sed nunquid intelligamus hanc pœnam &c. Pro declaratione istius materiæ posuit hic An.verba Bar.de verbo ad verbum, paucis additis, in l.amplius non peti. ff.rem ra.ha. vbi Barto. multa quæ-
11 rit, †quare verbum, petere, importet agere cõtrouersiã, quæstio & lis, quando proferuntur in dispositione hominis important vocare in ius, de quo dic vt hic per eum. sed quantum pertinet ad intellectum decretalis nostræ sit locus pœnitentiæ vsque ad sententiam, vel quando Hosti hic tenet, ꝙ non sit locus pœnitẽtiæ ante litem conte. Ioan. And. dicit quod si trahens clericum importune institerit ipsum trahi in foro seculari ante li. conte. tunc potest puniri, & non habet locum pœnitentia vel admitta tur vsque ad li. conte. per l. quamuis, & quod ibi habetur. ff. de in ius vocand.& hanc opi.sequitur do.Anto. qui dicit ꝙ in casu
12 decretalis nostræ, †cum verbum, protrahere ad iudicium, non significet aliud quam vocare in ius, admittitur pœnitentia vsque ad li.conte.ex quo istud verbum profertur a lege. alle.istũ text. & in cap. inolita.& c.placuit. 11.q.j.& idem dicit si lex ponit pœnam vocandi in ius, addens quod si ex conuentione hominis tunc de rigore ex sola citatione committeretur irreuocabiliter, nisi forte prætor de æquitate remitteret pœnam pœnitenti vsque ad li. conte. quando actor esset paratus remittere actionem reo petenti per l.quamuis.ff.de in ius voc. quæ lex pro hoc dicto nihil facit. loquitur enim ibi de pœna legali, non de pœna conuentionali. Bar. autem, quem sequitur hic Ab. tenet in casu.l.in criminali, quæ est similis huic decretali, quod est locus pœnitentiæ vsque ad sententiam exclusiuè, per.l. qui cum maior.§. accusasse.ff.de bo.lib.& per l. in seruitutem. §. petisse. ff. eo.titu.& hoc idem tenet in l.amplius non peti. Bal. autem in d.
13 l.in criminali, dicit in terminis illius legis secũdum Pe. vltra †ꝙ non admittitur pœnitentia post li.contest. quia est quæsitũ ius pœnę parti aduersæ. secundo per.l.si post mortem.§.fi. ff.de cõ tratab.arg.eorum, quæ habentur Insti.de act.§.item.pro ista cõclusione est casus sing.in c.adeo, circa medium.de ele.in 6. Nõ obstat.l.qui cum maior.§.accusasse.quia tex. ponit ibi pœnam pro actu, qui poterat sortiri iuris effectum. valebat enim processus & sententia in dictis casibus. in casu tamen nostro nõ est sic, quia processus coram iudice incompetenti vbique erit nullus. vnde satis est quod verificẽtur verba.l quod quisque fuerit tra-
14 ctus coram iudice seculari. ista opi. placet mihi, † si lex imponeret pœnam vocanti in ius, tunc enim cum delictum sit perfectũ ex sola citatione rei & comparitione, vt l.j.ff. de in ius voc. Quinimmo ex sola citatione, si citatio valeat, ideo secundum regulam quę ponitur in l.qui ea mente.ff de furt.in delictis perfectis non est locus pœnitentiæ, vt l.j.§.si rem ff. depos. & ideo comit teretur pœna per solam citationem de rigore iuris. esset tamen locus pœnitentiæ de æquitate vsque ad li. contesta. in l.quã uis, præallegata. Nec mireris quod in hoc delicto iudiciali tollitur pœnitentia in delicto in committendo contra regulam, qua
15 cauetur† quod etiam in delicto in omittendo facilius purgatur in iudicio quam extra propter æquitatem iudicis, qui plus potest, vt l. & si post tres. ff. si quis cau. & in simili bonus tex. in l. seruus. §. si plurium. ff. eo. titu. sed in casu decre. nostræ, vbi punitur protrahens reum ad iudicem secularem, est maius dubiũ, vtrum istud verbum significet idem, quod vocare in ius, an idẽ quod agere, petere, vel accusare. & de hoc bene perpendit Bald. in auc. habita. C. ne fi. pro pa. super quo articu. dixit ipse multũ
16 no. in loco præallegato, † quod aliquando lex punit delictum non perfectum, verbigratia si quis petat sic, vel si quis agat, vel si quis accuset, vel si aliquis audet agere vel trahere aliquẽ ad iudicium. ista enim verba signant rem fieri & non in facto esse, & isto casu conceditur quod pœna committitur per li. contest. & impurgabiliter. lex enim punit delictum attentatum isto casu, vt l.j.§. bestias, ff. de postu. & ideo sola li. contest. sufficit, vt. l. am plius non peti. ff. rem ra. ha. & quia delictum est perfectum ex sola attentatione, non habet locũ pœnitentia per regulam. s̃. di dictam. aut lex imponit pœnam per verba significatiua actum perfectum, sicut per verba præsentis temporis, & tunc quia accusatio petitio & actio & similia dicunt̃ per li. conte. licet non ꝑ fecit, vt l.j. C. de iudi. & l. alia. C. de his qui. vt indig. in ver. inchoata. & l. pen. C. qui accu. non pos. delictum non censetur esse perfectum, ergo non habet locum in pœna, quæ ponitur pro facto perfecto, vt l.j.§.fi.ff. quod quisque iuris. & stat regula, ꝙ quando delictum non est perfectum, semper sit locus pœnitentię, secundum Bar. in d.l.qui ea mente. ff. de furt. & ex his videtur dicendum in terminis decretalis nostrę, cum canon loquatur per verba significatiua actum perfectum, & sufficiat litem esse contest. Contrarium tamen teneo, salua meliori sentẽtia. & primo, ꝙ ista pœna non committatur ante lit. cont. probatur ex verbis
17 literæ decre. nostræ, ad iudicia publica protrahant, †sed iudiciũ est post lit. contest. vt l.j. C. de lit. conte. ergo verba legis non verificãtur. Secundo, ꝙ etiam admittatur pœnitentia vsq; ad sententiam, videtur importare verbum protrahant, quod solet importare verbum perfectum, secũdum Bar. in l. Celsus. de vsuca. & probatur in l. vrbana. §. pernoctare. ff. de ver. sig. si ergo iudicium esset perfectum, idem esset dicendum, vbicunq; per alia verba legis possit apparere de intentione importante pœnam, verbi gratia quando lex imponit pœnam iniuste accusanti, nõ enim potest patere de iniustitia, nisi per sententiam. l. Papin. §. meminisse. ff. de inoffi. testam. Ista conclusio confirmatur fortissime per tex. 11.q.j. placuit. ꝙ sic induco, dicitur enim, ꝙ si reus voluntarie litigat coram iudice seculari, trahendo forte actorẽ inuitum, pœna est, quia perdit quod euincit. ex quibus verbis satis liquet, ꝙ ex parte rei ista pęna imponitur, nisi perseueretur vsque ad sententiam. idem dicetur in actore, quia quantum ad hunc casum non est differentia, vt l. in criminali. de iurisdi. om. iud. opi. tamen, & distinctio gl. est magis fauorabilis iurisdictioni ecclesiasticæ, & seruaretur in practica, quia est communior.
18 Illud autem scias, †ꝙ vbicunque imponit pœnam ipso iure pro maleficio, si pœna est semel commissa, non potest esse locus pę nitentiæ, nec mora purgari. ita dixit glo. singu. in cle. ne in agro. §. quia vero. de sta. mo. q̃ reprobat Bal. in auth. habita. C. ne fil. pro pa. facit optime tex. & ibi per Bar. in l. si is, qui. ff. de leg. 2. Et per prædicta sit declaratus iste articulus, ad cuius intellectum vide quod ponit Bal. in l. si quis non dicam rapere. C. de episco. & cle. in illa quæstione puniente illum, qui portat frumentum extra territorium, & in l. si fugitiui. C. de ser. fug. & vltra ea, quę hic ponuntur in glo. quærit hic Io. And. & plenius in regula, sciẽti.
19 de reg. iur. in mercu. † vtrum si procedatur ꝑ clericum b per iudi
b cem laicum, non sub nomine clerici, clericus teneatur comparere, alioquin possit puniri sua contumacia, & valeat sententia ꝑ ipsum. & concludit ꝙ sententia est nulla ipso iure, & hanc cõ-

clusionem

ADDITIONES.

a VIN. GOD. No. plura verba quæ denotant sententiam latam. Adde ꝙ uerba sententiæ licet impropriare, ut saluetur, non tamen ut extendat. Ruy. cõs. 116.nu.8.lib.4. Nam uerba sententiæ debent intelligi indefinite & secundum iuris dispositionem, non autem ẽm naturam actus. idem Ruy. in consi. 1. num. 1. & 13. lib. 4.

b Contra clericum proceditur per iudicem secularem ignorantem ipsum clericum an ualeat. uide domi. Maria. Soz. in c. 1. col. 12. uer. 23. fit &c. de fo. cope. Bar. in consi. 225. incip. clericus.

cluſionem approbant hic quaſi omnes Cy.& Bal.in l.generaliter.de epiſ.& cleri.& Pe.in regula,ea quæ fiunt.in q. 25. allegãs conſilium Bar.qui ita tenuit in cõſilio,quod incipit, clericus nõ ſub nomine clericatus.Non ob.tex.ſecundum eos in l.ſi quis ex aliena.ff.de iudi.& in l.2.ff.ſi quis in ius voc.nõ ie.vnde de qõne clericatus nõ debet ſe ītromittere iudex laicus.c.ſi iudex de ſenten.excom.in 6.merito videtur ceſſare ratio dictorum iurium in caſu noſtro.& iſta opi.placet in iſto membro per rationẽ prę miſſam.Sed quando iudex laicus citaret clericum exprimendo cauſam,quæ ſi eſſet vera deferret iuriſdictionem ſibi in clericũ: exemplum in c.ex tranſmiſſa.s̃. eo.tunc placet mihi opi. Hoſti. qui tenuit in ſumma huius tit.§.j.ꝙ clericus non tenetur comparere,alias habet locum,quod dicitur in l. 1.ff.ſi quis in ius vo. non ie.Nec eſt vera ratio do.Anto.per quam impugnatur iſtud dictum, quod fundet ſuper impoſſibili & ſic non valet,vt.l.ſi.ff. quæ ſen.ſine ap.teſcin.quia ſecundum hoc ſimiliter eſſet dicendum,quod ſi iudex delegatus pronunciat ſe iudicem competẽtem, cum non ſit, non valeat proceſſus coram iudice,quia impoſſibilis eſt prorogatio in priuatum,vt.l.priuatorum. C. de iuriſ.om.iu.& tamen hoc eſt falſum,iuxta ea quæ no.Innocen. & Moderni in c.præterea.j̃.de dila.nam ratione dubij non prorogatur iuriſdictio in iudicẽ,ſed datur a lege,ſicut dicimus in cauſa reconuentionis in iudice laico, vt dictum fuit in cap.at ſi clerici.s̃.titu.proxi.& iſto modo poteſt intelligi dictum Bar. quod eſt in l.non videtur.ff.de iudi.q videtur ſentire quod clericus te
20 neatur comparere,& vlterius poſuit hic Ioan de Lig.†ſi ſtatutũ imponat pęnam declinãti iuriſdictionem,quod remedium habet clericus.de quo dic vt hic per An.& Moder.& per Bar. in l. pen.§.ad crimẽ.ff.de publ.iudi.per Bal.plene in l. adminiſtratio ni.ff.de leg.& in auc.ſtatuimus.C.de epi.& cle.& in auc. hodie. de ſacroſan.eccle.vbi omnino videas.& aliquid poſuit in l. j. C. de indi.vidui.tollen.

SVMMARIVM.

1 *Dignitas quæ competit vxori,ratione mariti,durat poſt mortem eius.*
2 *Libellus alternatiuus procedit,quando alternatio non concludit diuerſa remedia circa vnum.*
3 *Domicilium ſuum,aliquis poteſt habere pluribus locis, vno ratione patrimonij,alio ratione habitationis ſuæ.*
4 *Actione in reali,ſicut reus in loco, vbi ea eſt ſita, poſſet conueniri, an idem in interdicto recuperandæ,quia an ſit perſonalis in rem ſcripta, actio conuertitur.*
6 *Diætarum in computatione,an fiat computatio a loco,vbi res eſt ſita,variant Doctores,& ratio decret.ſtatutum.§.cum autem.de reſcrip.in 6.nu.7.*
8 *Spoliatus in ſpiritualibus,non habet ius recuperandi poſſeſſionem, vbi cõſtat notorie de non iure ſuo.*
9 *Exceptio,quæ concludit actionem non competere ipſo iure,an poſſit opponi ad proceſſum,vt declinatoria.*

CAP. XV.

IN parte B. Miſerabilis pſona poteſt laicũ interdicto vnde vi coram iudice eccleſiaſtico conuenire.Sunt duæ partes principales.In prima ponitur forma impetrationis & contro uerſia partium.In ſecunda ibi,mandamus, ponitur mandatum
1 ap.& reiectio cuiuſdam exceptionis.No.primo ꝙ dignitas, quæ cõpetit vxori ratione mariti,durat etiam poſt mortem ipſius. ad idem in l.filij.§.vidua.ff.ad munic.Secundo no.in ratione do talitij, quod ſi ille qui dicit ſe ſpoliatum concludit in poſſeſſorio,& petat ſe reſtitui,licet narrando dicat ſe dominum,non videtur agere petitorio,ſed poſſeſſorio duntaxat, ſuper quo vide c.cum eccleſia.de cauſa poſ.& proprie. Tertio no.ibi per ſe, vel
2 complices.†quod libellus alternatiuus procedit, quando alternatio nõ concludit diuerſa remedia,ſecundum vnum,& idem. hoc eſt,quod dixit Cy.in l.2.C.de iure emphi.bene facit tex. in c.conſtitutus. de reſti. in integ. & in c.dudum. s̃. de elect.ponit
3 Bal.in l.Gallus. §. ei.ff.de libe.& poſtu. Quarto no.† ꝙ aliquis poteſt habere domicilium in duobus locis,in vno ratione patrimonij,in alio ratione habitationis,de quo plene in c. fi.j̃. eo. in gl.in c.poſtulaſti.s̃.eo.per Ant.& in c.clericis.s̃.eo. Quinto etiã poteſt colligi ſingulariter ex iſto tex. ꝙ quando reus conueniẽdus habet duo domicilia,ſatis eſt quod delegatio fiat in loco, q non diſtet vltra duas dietas ab altero ex dictis domicilij. vnde hic accipitur ille locus, q magis fauet promiſſioni. Vltimo no. ꝙ etiam in re feudali,quando perſona miſerabilis agit poſſeſſorio recuperandæ,poteſt agere immediate coram iudice eccleſiá
4 ſtico.In gl.poſita ſuper verſi.†no.ſingulariter, decidit gl. ꝙ ſicut quando agitur actione reali reus ſortitur forum in loco , vbi eſt ſita res,vt in c.ſi. & in c.ſane.j̃.eo. ita quando agitur interdicto recuperandæ.Eius autem ratio,ſecundum Ioan. And. poteſt eſſe,quia interdictum recuperandæ,licet ſit actio perſonalis de ſe, vt Inſtit.de interdi. §.ſi.eſt tamen actio perſonalis in rẽ ſcripta, & iſta ratio ſufficiens,ſecundum Ioan.de Imo. hic,quia interdictum recuperandæ poſſeſſionis eſt perſonaliſſimum & non in rem ſcriptum,vt.l.cum te.ff.de vi & vi ar.& in c.cum ad ſedem. in fi.de reſti.ſpol.vnde ipſe dicit, quod iſtud idem poſſeſſorium competit ſimul cum actione reali , & ideo aſſumunt naturam ſuam reſpectu ſori, per ea quæ habentur in l.ſi in fraudem. §. ſi tu ex parte.ff.ad leg.fal.& l.quod res.in prin.ff.de leg. j. & quod plene ponit Bar.in l.ſtipulationes non diuiduntur. de ver. obli.
5 Sed iſta ratio non procedit, †tum quia interdictum recuperandæ aliquando etiam domino datur de iure ciuili , vt.l.j. §. qui à me.ff.de vi & vi ar.& ſic nullo caſu non procedit iſta ratio, tum quia non ſemper priuilegium, quod competit ratione proprietatis,habet locum in cauſa poſſeſſionis,iuxta no.per gl.in c. literas.j̃.de iuram.calum.Vnde melius videtur dicendum,quod ratione rei ſitæ in loco ſpoliationis,non poſſit conueniri. & hoc ꝓbat iſte tex.Sed ratione delicti quod videtur commiſſum in loco,vbi eſt ſitá res, bene videtur reus poſſe conueniri , vt probãt in l.j.C.vbi de poſ.agi opor.&c. Et ex hoc infertur,quod reus nõ poterit conueniri,niſi ſit præuentus per citationem, vt in clem. paſtoralis.de re iudi.& in.c.propoſuiſti.j̃.eo. Et circa tertium di
6 ctũ iſtius,gl.quæ ſentit,†quod in computatione diętarum non fiat computatio a loco,vbi eſt ſita res,licet coram ordine poſſet reus conueniri.variant hic Doc.Nam Ioan. And. & communiter omnes Moder.dicunt, quod in caſu huius decre. facienda
a eſt computatio diætarum[a] a loco,vbi eſt ſita res etiam ſi reus ibi non habuiſſet domicilium,vnde in tex.noſtro dum dicit,in qua interdum conuenerit commorari,ſupplendum eſt maxime, ſecundum Ioan.And.hodie eſt vera concluſio gl.quod fit computatio a loco domicilij & non rei,in c.ſtatutum.§.cum autem.de reſcri.in 6.& ibi per gl.quæ incipit,dicebamus olim. licet aliqui Modern.hic vt Ioan.de Imo. dic autem quod cum de iure nouiſſimo iſtud expreſſe non inueniatur cautum , etiam hodie facienda eſt computatio diętarum a loco,vbi eſt ſita , per c. dilectus filius.s̃.de reſcri.mihi autem videtur,quod tam de iure nouiſſimo,quam de iure ſcripto,non ſit facienda computatio a loco,vbi eſt ſita res.Primo per iſtum tex.non deſtruendo ipſum, qui requirit domicilium eſſe conſtitutum·Secundo, quia illa ra
7 tio,quæ militat hodie de iure nouiſſimo†quod reus non incommodetur a proprijs negocijs,& cogatur ſubire ſumptus , etiam erat de mente c.nonnulli.de reſcri.vnde idem videtur eſſe dicẽdum.Non obſt.tex. in c.dilectus.quia licet ibi hoc reuocaretur in dubium,non tamen hoc ibi deciditur, ſed pronunciatur ſuper alio arti.nihil pertinente ad iſtum.& per hæc eſt iſta gl.expedita.In gl.poſita ſuper ver.alijs.ibi, item hæc exceptio. & ibi, illud ſcias.ſentit gloſſator expreſſe in iſtis verbis,ꝙ etiam ſi fuiſſet hic actum petitorio,tamen iſta executio contra reſcriptum debuiſſet admitti,quia cum iſta exceptio reſpiceret merita cauſæ, non potuit opponi in vi declinatoriæ contra reſcriptum, vt in c. j.in fi.de li.conteſt.lib.6.Dixit tamen hic Vin. & poſt eum Ant. quod ſi exceptio peremptoria contingens merita cauſæ ſit notoria vel manifeſta,& talis,qua exiſtente vera Pontifex non fuiſſet conceſſurus reſcriptum, ſicut præſumitur in dicto caſu, & tunc talis exceptio poterit apponi contra reſcriptum,ponit exẽplum de eo,qui narrat ſe ſpoliatum ab vna dignitate, quam tenebat ſimul cum alia incompaſſibili ex priuilegio ſedis apoſtolicæ.nam ſi eſt verum,ꝙ hanc diſpenſationem notorie non habebat ſibi exceptio petenti ſibi reſtitutionem,quia notorie conſtat quod iniuſte retinebat illam, niſi oſtendat diſpenſationem quam allegat, ſecus dicit ſi non expreſſiſſet ſe habere diſpenſationem,ſed ſimpliciter impetraſſet iudicem ſuper reſtitutione ſpoliationis a beneficio:tunc enim quia non eſſet notorium de iniuſtitia ſua ex forma narrationis, non poſſet opponi iſta exceptio contra reſcriptum. Ant. dicit quod exceptio poſita ꝑ Vin. iſta exceptio,tu nõn habes diſpenſationem, poterit non ſolum opponi in vi peremptorij contra reſcriptum,ſed etiam in vi dilatoriæ vel diclinatoriæ,quia concludit petentem ſe reſtitui non
8 habere ins ipſo iure,†nam ſpoliatus in iſtis ſpiritualibus non habet ius recuperandi poſſeſſionem , vbi conſtat notorie de non iure ſuo.c.ſignificaſti.j̃.de diuor.& in c.literis.de reſtitu. ſpol & omnis exceptio quæ concludit agenti non competere ius ipſo iure poteſt opponi ad proceſſum & eſt declinatoria , vt. l. ſi pupilli §. videamus. ff. de neg.geſt.& ibi per Bart & per hoc inferẽ quod quando ſpoliatus non habet remedium recuperãdæ poſſeſſionis in beneficio,etiam ſi non conſtet notorie de non iure ſuo,ꝙ quando ſit nota.in d.c.in literis.& in c.ex tranſmiſſa. eod. titu.

ADDITIO.

a VIN. GOD. Computatio diętarum a quo loco incipiet fieri &c. Vide Fel. in c.ex parte b.verſic.computatio diætæ, de fo.compe. Rot.Deciſ.643. in antiquis.Et diæta quomodo computetur & intelligatur ſecundum diſpoſitionem legalem vel conſuetudinem domicilij. Bart. Cep. in l.in itinere 8.q.ff.de uerbo.ſignifica.

6 titu.similiter cõtra reſcriptum poſſit opponi talis exceptio.†Tu aduerte, quia licet iſta ſit communis ſententia q̃ exceptio, quæ concludit actionem non competere ipſo iure poſſit opponi ad proceſſum vt declinatoria, tamen contra iſtam opi. videtur caſus in c.j.de li conteſt.in 6.vbi dicit, q̃ non poteſt opponi exceptio, aut defenſio, q̃ verbum manifeſte innuit omnem modum repellendi, qui competit ad merita cauſæ, ſecundum Barto. in l.j.§ j.q̃ vi aut clam.& ſic videtur q̃ illa exceptio non ſit declinatoria, vt Doc.dicunt, ſuper quibus cogitabis. Sed pone exemplum in exceptione declinatoria, non autem in peremptoria, de qua loquitur gl.dixit tamen hic dictum Anto. in ſe eſſe verum, quod ſi opponitur contra reſcriptum exceptio peremptoria, quæ ſit notoria, talis exceptio debet admitti, quia præſumit omnino quod ſi ſit vera, Pontifex non fuiſſert reſcriptum conceſſurus, ſed ſecus ſi non eſſet notoria. mihi placet dictum, ſed ratio non, quia cõfunditur per tex.expreſſe in d.c.j.in fi.vbi vult quod etiam ſi talis exceptio eſſet vera, non fuiſſet datum reſcriptum, requiritur ordo iuris, vt in c.ad noſtram.el.3.j.de iureiuran.ſicut exceptio peremptoria de ſui natura non poſſit opponi ante lit. conteſta. hoc tamen non ſeruatur, vbi eſt notoria, vt ſimpliciter no.Guil.in Spe.in tit.de excep.§.j.idem tenet Ioan. And.in c.fi.j.de libel.ob.& ita dicit Lap.& Moderni in d.c. j. de li.conteſt.lib.6.poteſt etiam dici & forte verius, quod exceptio peremptoria, quæ eſt notoria, poteſt quidem opponi ante li. cõteſt.ſed vt elidat reſcriptum, & tunc ponitur in vim declinatoriæ, quia non reperitur in iure cautum, licet communis opi. ſit cum Vinc.qui etiam dixit hic, quod ſi aliquid narratur facilius concedatur reſcriptum, quod falſum ſit narratum, vnde videt eſſe de mente ipſius, quod ſi ſummus Pontifex omnino fuiſſet reſcriptum conceſſurus, tamen vitietur reſcriptum ſi eſt manifeſta. & poteſt eſſe ratio huius dicti. No. quod narrans notorie falſum, eſt in dolo & impetratis carere debet, in c.ſuper literis.s̃, de reſcrip.& per hæc eſt expedita iſta gl.

CAP. XVI.

Onqueſtus. Laici vſurpantes iura eccleſiaſtica, velut ſacrilegi per iudicẽ eccleſiaſticum componuntur.

SVMMARIVM.

1 *Subditus alicui dicitur, qui eſt ſubditus ratione domicilij, vel qui habetur domicilium in loco.*
2 *Citatio non debet fieri per iudicem, vel committi, niſi aduerſario petente.*
3 *Citatio minus legitima, non inducit præuentionem, nec perpetuationem iuriſdictionis.*
4 *Forum, an domicilij translatione mutetur, doctorum magna altercatio, & intellectus ad l.2.C.de iuriſ.om.iud.nu.ſeq.*

CAP. XIX.

Proposuisti. Si citat⁹ ad cauſam poſtea mutat forum, hoc non obſtãte coram ipſo iudice reſpondere tenetur.ſecunda ibi, porro.Not. primo ibi, ſubditus, †quod ille dicitur ſubditus alicui qui eſt ſubditus ratione domicilij, vel qui habet domicilium in loco, ſuper quo vide tex.optimum in cle.j. de fo.compe.per Moder.in c.fi.j.eo.†No.ſecundo ibi, ad petitionem. q̃ citatio non debet fieri per iudicem vel committi, niſi aduerſario petente.ad idem tex.in c.innotuit.in fi.s̃.de elec.& l.properandum.§.& ſiquidem.& ibi per Bar.C.de iudi.& in c.j.j̃.eo.& ibi per Anto. Tertio no.ibi, legitime citatus, †quod citatio a minus legitima nõ inducit præuentionem, ſicut nec perpetuationẽ iuriſdictionis.ad idem tex.in c.bonæ.in fi.§.de elect.& l.ſi pater. C.ne de ſta.de. in glo. in c.cum plures. in fi.de offi.deleg.lib.6. Vtrum autem ſufficiat vnica citatio non peremptoria ad præuẽtionem iuriſdictionis, dixit hic Pe.quem videtur ſequi Io. And. quod non.ſed do.Anto.tenet oppoſitum per iſtum tex. qui nõ requirit niſi quod quis ſit citatus.& per l.ſi quis poſt.ff.de iudi. per ea, quæ habentur in c.gratum.s̃.de offi. deleg.per Inn. quia non poteſt negari, quod iudicium non ſit cæptum.i. quod iuriſdictio nõ ſit cæpta exerceri per primam citationem,& hoc eſt tenendum. In glo. vnica ſuper verbo, citatus.diffuſe tractant hic Doc.†quod per translationem domicilij transferatur forum.& inter alia dixit Bart.no.in l.2.C.de iuriſdi.om.iud.per tex. quod domicilium non poteſt transferri in præiudicium contractus. Præterea etiam ſi contractus ſit geſtus extra locum prioris domicilij, quia hoc non placet do. Anto.per iſtum tex.a contrario ſenſu.Non ob.tex.in l.2.præalleg.quia ille tex.debet intelligi, quãdo transferens domicilium contraxit in loco primi domicilij, poteſt conueniri, vt no.dicit Spe.per illum tex.in tit. de compe. iudi.adi.§.j.ver. quid ſi debitor.Et aduerte, quia Spe.ibi videtur ſentire,& do.Anto.quod tunc poteſt conueniri reus in priori domicilio, cum ſit fortius ibi forum ratione contractus, vbi etiam habebat domicilium, quod videtur contra mentem tex.in l. hæres abſens.in prin.ff.de iudi.& de hoc dixi. in c. quod clericis. s̃. eo.Sed iſta ratio non placet mihi, quia ſi ſic eſſet, tunc transferẽs domicilij, nõ poſſet q̃ueniri niſi in priori domicilio inueniret, vt in c.Romana,§.contrahentes.de foro compe. in 6. & tamen tex ſimpliciter dicit, quod non peruertitur forum in d.l.2.†Tu ergo dicas, quod facilius perditur primum domicilium & primus forus reſpectu contractus non celebrati in illo domicilio propter actum ibi geſtum, qui conſtitueret forum vbi non eſſet domicilium.Et iſto modo melius videtur procedere dictũ do. Anto.nec eſt verum quod reſponſio diuinet ad dictam.l.2.ſicut dicit Ioan.de Imo.qui ſequitur opi.Bar.licet enim dicat tex. quod ratione veteris contractus in veteri domicilio conueniri poteſt, non eſt inconueniens quod iſta in diffinitiua locutio terminetur per iſtam decre.

ADDITIO.

2 VIN. GOD. Quæ citatio inducat præuentionem iuriſdictionis.Nota quod citatio quæ nulla eſt ab initio, per comparitionem ſequẽtem validatur.Ruy. conſi.117.nu.5.lib.5.

SVMMARIVM.

1 *Licet domicilium ſortiendi quatuor modi principales.*
2 *Ordinis ſuſcepti ratione, quis forum ſortitur.ſi modo, qui ordinauit ſuo nomine non alieno ordinauit.*
3 *Eccleſia Romana vniuerſalem habet iuriſdictionem in omnes perſonas eccleſiaſticas.*
4 *Rite verbum certitudinem iuſtitiæ ſignificat, non ſolennitatem actus.*
5 *Cauſa iuſta, & neceſſaria, propter quam quis vocatur ad curiam, tribuit ius reuocandi domum, & quomodo hæc exceptio proponitur in iudicio, et in principio litis opponi debet.*
6 *Exceptio hæc, ego habeo ius reuocandi domum, eſt declinatoria, quę non poteſt opponi poſt lit conteſt.*
7 *Delictum in vno loco inceptum, in altero conſummatum, in quo loco forum ſortitur, puta ſi ex vno territorio iaculum emiſerit, in alio vero percuſſerit, diſtinguit Bar.nu 9.vide nu.11.12.13.*
8 *Statutum.ſi præmium conferat capienti bannitum intra territorium, pœnam capienti extra territorium, quid fit ſi intra territorium perſequitur, extra territorium apprehenderit.*
10 *Mutatio conditionis, & ſtatus perſonæ, prodeſt delinquenti ante perfectum delictum.ſicut mutatio territorij, vt non poſſit capi.*
14 *Delictum quod punitur a ſtatuto, in dubio non intelligitur, niſi de perfecto.*
15 *Delinquens caſu quo poteſt in vtroque iudicio puniri, an ſit locus præuentioni, an poſſit delinquens ab vtroque puniri.*
16 *Iniuria facta per vnum, quando reſpicit plures, vnuſquiſque inſolidum poteſt agere.*
17 *Teſtis, quando ad petitionem vnius iudicis iuratus falſum deponit, examinatus coram alio, vbi debet puniri, nu.ſeq.*
19 *Iudex contra delinquentem extra territorium, an poſſit procedere ad confiſcationem bonorum, vel extra territorium exiſtentem citare poſſit.*
20 *Iudex loci delicti, non poteſt condemnare reum exiſtentem extra territoriũ, ſi reus ſit citatus per iudicem ſuum, ad requiſitionem iudicis loci delicti, licet non poſſit per talem requiſitionem condemnari.*
21 *Iudex requiſitus ſuper remiſſione partis, an poſſit cognoſcere ſaltem ſummarie.*
22 *Locus deſtinatus ſolutioni attenditur, vt ibi quis poſſit conueniri, ſiue id tacite, vel expreſſe inter partes actum ſit.*
23 *Locus deſtinatæ ſolutionis, dicitur quis contraxiſſe ficte non proprie, vbi infertur.*
24 *Lex in his, quæ ſunt iuris, diſponit per veritatem, & non per fictionem.*
25 *Aduocatus operam ſuam, ſi certo loco promiſerit, mercede conſtituta, poterit in loco deſtinato conueniri, vt operam præſtet, an ipſe etiam pro honorario ibi etiam poſſit experiri.*
26 *Contractum ad reſcindendum, an poſſit agi in loco contractus, exemplum.*
27 *Compromittentes in aliquem arbitratorem in certo loco, cum eſſent inde receſſuri, ratione contractus, forum ſortiri non videntur.*
28 *Lex iuris iam conceſſi extenſiua, non recipit reſtitutionem de habilitate, & quando lex eſt iuris iam conceſſi extenſiua, ne quis patiatur indebite, fit reſtrictio, nu.ſeq.*

CAP. XX.

Licet. Quilibet ſortitur forum modis hic expreſſis in tex. In curia poteſt conueniri quilibet clericus, niſi ibidem ſit ex iuſta & neceſſaria cauſa.& ſunt tres partes.ſecunda eſt ibi, quia tamen.tertia eſt ibi, niſi.†No.primo quatuor modos principales, ex quibus quis ſortitur forum, vt in vno loco poſſit conueniri. quot autem modis ſortiatur forum, dic vt hic per Hoſti.& alios Doc. & in ſumma eo.titu.§.2.& per Specu.in titu.de compe.iudi.adi.§.j.& in gl.in l. hæres abſens. vbi dixit no. inter alia †q̃ ratione ordinis ſuſcepti quis ſortitur, quod intelligunt hic Moderni, quando ille qui

le qui ordinauit nomine ſuo, ſecus ſi nomine alterius. argu. c. ſi
3 epiſcopus. de præben. lib. 6. † Nota ibi omni, &c. ꝙ eccleſia Ro
mana habet vniuerſalem iuriſdictionem in omnes perſonas ec
cleſiaſticas cuiuſcunque dignitatis. ſimilis. 8. q. 3. c. per principa
4 lem. & c. cuncta per mundum. Tertio nota ibi, rite, † quod iſtud
verbum aliquando ſignificat rectitudinem iuſtitiæ, non ſolen
nitatem actus. ad hoc no. Bar. in l. lecta. in prin. ff. ſi certum pet.
5 Quarto no. ibi, niſi pro alia, † quod cauſa iuſta & neceſſaria, pro
pter quam quis vocatur ad curiam, tribuit ius reuocãdi domũ,
& ponit hic Hoſti. practicam, quomodo quis debeat eam pro
ponere coram iudice. & ſimiliter concludit ꝙ allegans. iſtam
exceptionem non dimitteretur aliàs à iudicio, niſi ſatiſdet de
inſiſtendo in iudicio, & reſpondeat coram iudice ſuo redeun
do Romam. Inn. diſtinxit & melius, ꝙ aut cauſa propter quam
clericus conuenitur in curia, eſt talis quæ poſſet in loco vbi ha
bet forum agitari, & tunc debebit ſatiſdare de redeundo, ſed de
reſpondendo in loco domicilij: aut non eſt talis, & tunc habet lo
cum opi Hoſt. vt in l. 2. §. ſi dubitetur. & in l. nõ alias. §. j. ff. de iu
6 di. & fere per totam illã. l. præal. Vltimo no. ibi. † ſi tunc allegaſ
ſet, &c. ꝙ iſta exceptio, ego habeo ius reuocandi domum, eſt de
clinatoria, quæ non poteſt opponi poſt li. conte. ſed duntaxat in
prin. iudicij. In gl. poſita ſuper ver. delicti. pro declaratione iſtius
7 gl. quæ alle. bonas concor. † ſi delictum [a] cæpit in vno loco & cõ
a ſummatum eſt in alio, quis dicatur eſſe locus delicti. verbi gra
tia ſi aliquis exiſtens in vno territorio percutiat, vel ſagittet aliũ
exiſtentem in alio territorio. ſuper quo dixit Ioan. And. in c. in
obſcuris. de re. iu. in Mercu. quod in vtroque loco videtur deli
quiſſe, & ideo vterque iudex poterit delinquentem punire. &
hæc eſt communis ſententia, quam hic approbant Moderni. vn
de vnus iudex poterit prꝛeuenire alterum, vt. l. j. ff. de offi. con
ſu. ſed ſi ſimul concurrat in cognoſcendo, præfertur iudex illius
loci, vbi erat ſagittans, non vbi erat percuſſus, quia ibi principali
ter videtur committi delictum, vt. l. ait lex. ff. ad l. Aqui. per quã
l. ita dixit in l. j. C. vbi de cri. agi oportet. Tu autem vltra dicta
Doc. in iſta materia adde quod Bar. in l. libellorum. in princ. ff.
de accuſ. mouet ſimilem q. & ibi reprꝛehendit Pe. in loco præ
8 alle. diſtinguens, † quod aut ſtatutum vel. l. punit ſagittantem
& tunc locus delicti erit ille, vnde emiſſa eſt ſagitta, quia ſignifi
cat actum agẽtis. tunc aut ſtatutum punit percutientem vel oc
cidentem vel vulnerantem per ſola verba vel damnum dãtem.
quæ verba ſignificant actum delinquentis, vel ſubiectum, vt. l.
ita vulneratus. in prin. ff. ad l. Aquil. & tunc videtur delictũ cõ
miſſum in loco, vbi eſt facta percuſſio, & non vbi commiſſa ſa
gitta. hæc autem credit idem Bar. eſſe vera, quando in vtroque
territorio delictum erat illicitum, ſed quando in territorio vbi
cæpit delictum, actus erat illicitus, tũc totum delictum efficitur
punibile, quia inſpicitur principium loci & animus, in l. ait. l.
§. fi ff. de adul. per quem tex. ibi ita determinat & diſtinguit Bar.
ſed Ioan. And. in addi. Spe. quem ipſe non allegat, in tit. de accu.
§. ſequitur, in addi. magna. in ver. fi. allegans Old. in hoc. 2. artic.
tenet totum oppoſitum, referens Old. ita diſputaſſe in termin is
9 ſtatuti Paduani, quo cauebatur, † quod accipiens bannitum in
tra territorium Paduanum, habeat certum præmium, cum ta
men alias ſtatuto caueretur quod capiens bannitum extra ter
ritorium puniatur certa pœna. vbi determinat ſingulariter ꝙ
licet capiens bannitum cꝛeperit proſequi in territorio Paduano,
ſi tamen poſtea conſumauerit capturam in alio territorio, de
bet puniri & non habet præmium, per tex. ſin. iuncta gl. in l. quis
ſit fugitiuus. §. idem Cœlius. ff. de ædil. edic. quem eleganter
inducit & clare Ioan. And. in loco præallega. Secundo per ratio
nem vrgentem, quia quando principium actus, quod fuit licи
tum, tendit in finem ſui, ad licitum actus qui ſit licite eſt punibi
lis, ſi non trahit neceſſariam conſequentiam a principio, vel ſi
poterat non ſic fieri ſine maiori periculo, in l. qui cum maior. in
prin. ff. de bo. lib. ſed ita eſt in propoſito, quia poterat ille qui ce
perat bannitum, non ſequi eum in territorio alieno, ergo vide-
10 tur quod delictum ſit punibile. Tertio, † quia mutatio conditio
nis & ſtatus perſonæ prodeſt delinquenti ante perfectum deli
ctum, vt l. ſi quis in ſeruitute. in princi ff. de fur. & mutatio terri
torij debet prodeſſe bannito, vt non poſſit capi, & alia ratione
quam ipſe allegat ſuper iſta controuerſia. Circa primum articu
lum conſidero tres caſus quæſtionis diffinitiuæ. nam aliquan
do delictum committitur in vno territorio reſpectu agentis &
patientis. exemplum in eo, qui fuit captus & ligatus in territo
rio vnius villæ & ductus in alio territorio & ibi deinde robatus
extendit totum hoc vnum delictum violentiæ quod habet cau
ſam ſucceſſiuam. Item exemplum in eo, qui cum eſſet in itinere
prohibitus eſt accedere ad poſſeſſionem, & ſic eſt ſpoliatus ſua
poſſeſſione, ſicut ponit exemplum gl. & Doct. in l. j. C. vbi de poſ
agi oportet. & potes etiam aſſumere exempla ex his, quæ decla
rat Bar. in l. nunquam plura. ff. de priua. delic. & tunc videtur te
nenda opi. communis, de qua hic per Doc. quia non poteſt ne
gari quin delictum ſit incohatum in territorio & conſumatum
in alio, ergo in loco delicti ſortietur quis forum. probat tex. no.
& clare in l. j. in ver. incho. delic. C. vbi de cri. agi oportet. ſuper
iſto membro vide Bu. & Bal. in l. ſi quis non dicam rapere. C. de
11 epiſco. & cleri. & in c. j. de pa. iu. fir. in vſi. feu. † aut delictum nõ
fuit initiatum in vno territorio reſpectu patientis, ſed reſpectu
agentis duntaxat, exemplũ in ſagittãte, & tunc conſidera quod
Bar. videtur velle, quod etiam reſpectu agentis ipſa percuſſio
non poteſt dici fieri in loco vnde iacitur ſagitta, quia ſecundum
eum percuſſio eſt applicata agenti ad ſubiectum, quod non cõ
12 tingit in actu ſagittandi, quod dictũ eſt verum proprie. † Sed tu
conſidera, quod iſta percuſſio habet originem ab actu qui fit ex
tra territorium etiam formaliter, quia ſine impulſu agentis non
potuiſſet applicari inſtrumẽtum. neceſſe eſt igitur dicere quod
aut percuſſio conſideratur a ſtatuto abſolute, & verum eſt ꝙ p-
cuſſio dicitur facta huic ſoli, aut reſpectiue ad hanc perſonam,
& quod pro parte agentis ictus percuſſionis fuerit in iſto loco,
non poteſt negari, vnde communis opin poſſet defendi. nec di
cas quod actus ſagittandi qui fit in alieno territorio, licet ſit pars
percuſſionis ex parte agen is, videtur eſſe commiſſus in loco vbi
actualiter fit percuſſio, ſicut factus præter illam percuſſionem,
vt. l. illud. in fi ff. ad l. Aquil. Aliquando in vno territorio nõ po
teſt dici incꝛepiſſe delictum altero de p̃dictis duobus modis, ſed
ſecundũ quoſdam præparatio ad ipſum delictum ſicut eſt inſul
tatio ad capturam, vel ad cædẽ, & tunc vere eſt abſoluta opi.
Bar. quod in loco vbi cæpit inſultus & fuga, non dicetur perpe
tratum delictum. eſt enim aliud factum & aliud præparatio ad
factũ, vt. l. ſi poſthumius, §. fi. & l. ſe. ff. de inoffi te. Conſidera be
13 ne ſi poſſes dicere, † ꝙ in iſto territorio non poſſit conueniri de
linquens hic, quaſi committens delictum poſſit tamen puniri,
quaſi qui præſtitiſſet opem delicto. in l. ſi amicis. ff. de adulte. &
ibi per Bar. & per eundem in l. qui opem. ff. de fur. ſed huic con
ſiderationi cum dicitur, nemo punitur de ope. præſtita ſibi, dixit
vt de maleficio diſtincte. ſed tu potes reſpondere quod eſt verũ
reſpectu eiuſdem iudi. ſuper quo cogitabis vtrum poſſit procede
re. Illud autem probabilius poſſet dici quod ſi inſultus fiat
in vno territorio etiam ſi eſſet de ſe punibilis & maleficium eſ-
ſet commiſſum in alio territorio, tunc inſultus non confundere
tur cum vulnere, ſed ſortiretur in vno foro ratione maleficij in
alio ratione inſultus, ſecundum ea quæ traduntur per Bart. in l.
nunquam plura. de priua. deli. & l. qui crimen. de accu. ꝑ Bart.
& hoc vltimum dictum approbat Bal. no. in c. j. §. iniuria, præal-
lega. Ad primum membrum diſtinctionis noſtrę vide eundem
Bal. in prædicto loco, & in l. ſi quis non dicam rapere, præallega.
vbi hoc idem determinat. Aduerte tamen pro declaratione eo-
rum, quę diximus in primo membro, quod illa poſſent procede
re quando eſſet imponenda pœna iuris communis, vel pœna
ſtatuti punientis actum no perfectum. Exemplum, quod Bar.
ponit in l. ſi fugitiuus. C. de ſer. fugi. Sed ſi ſtatutum ſimpliciter
puniret delictum, tunc non poſſet habere locum dicta cõcluſio,
14 † quia delictum quod punitur a ſtatuto in dubio non punitur
niſi perfectum, in l. j. §. diuus. de ſica. ꝑ Barto & per Bal. in l. data
opera. C. qui accu. non poſ. Ad ſecundum membrum adde, ꝙ
opi. Bar. videtur verior, quia quod delictum magis conſidere-
tur ex parte paſſi quam ex parte delinquentis, eſt text. in l. eum
qui nocente. §. pen. ff. de iniu. ſequitur quod ſagittatio quæ cæ-
pit in hoc territorio, habetur in conſideratione, non vbi cæpit p
cuſſio, & hanc ſententiam tenet Bald. per iſtam rationem in l. j.
C. vbi de crimi. agi oportet. & per hoc plene eſt expeditus iſte ar
15 ticulus. Sed dubium remanet pulchrum & quotidianum in ca
ſu, in quo delinquens poteſt puniri in vtroque, vtrum erit in præ
occupatione, vt vno præſente alter non poterit punire, vel vter
que potuit cognoſcere & punire delinquentem, vnde quiſque
per ſe, & hoc vtique cadit in delinquẽte in confinibus, qui po-
teſt puniri ab ambobus, ſecundum Dy. in l. pupillus. §. j. de ver.
ſig. l. iuriſperitus. §. oriundus, de excu. tu. & per Bart. in l. cum ve
rum. §. ſi mediator. ff. de his, qui deiece. vel effu. per tex. quem
allegat Bal. in l. 2. C. vbi de cri. agi oportet. ſuper quo dixit hic d.
Anto. de Bu. quod vnica pœna ſufficiat ponens verbum dumta
xat, de hoc articulo. ſed Bal. mouet iſtam q. in l. nullum. C. de te-
ſti. & in d. l. 2. vbi de cri. agi oportet. & in d. l. 2. ſi quis non dicã
rapere. & in l iniuria. præallega. & variat ſuper iſto puncto. nam
in l. nullum, dicit quod ſufficit vnica pœna etiam inſequẽs for-
mam ſtatuti, per l. licet. §. pen. ff. nau. cau. ſta. & per l. ſenatus. de
accu. & ita dicit determinaſſe in ſimili q. Ia. de Bel. ſed in l. 2. vbi
de cri. relinquit q. indeciſam, quam poſtea decidit in l. ſi qs non
dicam rapere, ꝙ quia eſt illata iniuria in vtroqne territorio &

iudicij

ADDITIO.

[a] Delictum eſt cæptum in uno loco & finitur in alio, n quo delinquens puniatur, uide Bal. in l. ſi quis non dicã rapere in 6. col. C. de epi. & cle. et in c. j. §. iniuriã. de pa. iu. fir. Bar. in l. nunquam plura. de priua. delic.

iudicij vtriusque territorij, vterque poterit insolidū punire, nec
16 executio alterius impediet alterum, †quia quando iniuria facta per vnum respicit plures, vnusquisque insolidum potest agere. l.j.§.fi.de iniu.& probatur conclusio in c.felicis.§.pe.de pęnis. lib.6.vbi patet quod eodem crimine punit ecclesiasticus & temporalis iudex, ergo in duobus territorijs.& ista opi. videtur probabilis. Quid autem sit in iudice domicilij & loci delicti. dic vt habetur plene per Bal.in l.executione.de execu.rei iud.& l.j.vbi de cri.& per Ioan. An.in titu.de iudi.adi.§.j.in quadam magna additione. vbi refert. q. disputatam. Super secundo autem dubio, in quo retulit dicta Bar.& dicta Old.potest distingui de mẽte Bal.in d.l.si quis non dicam rapere.quod aut mutatio loci respicit solum præiudicium vel fauorem partis, ita quod mutatur territorium,& tunc habet locum doctri.Bar.in d.l.quod ait lex. Aut mutatur territorium vna cum loco,& tũc vera sit opinio Oldra. nec aliquid possit attẽtari in præiudicium iuris alterius, arg.l.2.C.de diuer. offi. lib. 2. & eorum quæ habentur in c. nouit 12.de iudi.96 dist.cum ad verum.cum si.†Item adde super il
17 la q.quando testis ad petitionem vnius iudi.iuratus falsum deponit, examinatus coram alio vbi debeat puniri. Inquantum do. Anto.declarans Spe.& Ioan.And.in titu. de teste.§.j. ver. sic distinguit, quod aut testis q dixit falsum, sciebat in territorio alio causam verti, aut ignorabat. Primo casu in altero territorio potest puniri, quia videtur deliquisse ratione animi. Secundo casu debet puniri in loco, vbi deposuit quia non habebat animum alibi delinquendi, nam ista distinctio videtur esse falsa, quoniã in punitione dilicti non attenditur animus delinquentis, sed subiectum, in quod delinquitur, vt l.eum qui nocentem. §. fi.ff. de iniur.& l.quoniam multa facinora. C. ad l Iuli.de vi.& plene disputauit Bar.in l.diuus.ff.ad l.Cor.de sica. vnde non videtur attendendum dictum testis, ex quo principaliter delinquitur super causa, quæ respicit iudicem alterius territorij,& sic ille iudex offenditur. & sic simpliciter teneas, q̃ iste testis poterit
18 puniri coram iudice & per iudicem, vbi causa vertitur, †quia iudex qui recipit testes ad commissionem alterius quantum ad hoc agit vt iudex delegatus, vt.l.j.§.delegatum.ff.de offi.eius, cui man.est iurisdi.ergo si causa esset mandanda priuato, posset punire testes, si falsum dicant coram eo etiam extra territorium, in Auc.de testi.§.si vero ignoti.qui simpliciter & indistincte loquitur, ergo idem in isto ordinario. & hanc sententiam eleganter approbat Bal. in l.nullum.C.de testi.& omnino videas. Aduerte tamen, quia ista sunt vera, quando iudex corã quo causa vertebatur vellet punire testes da iure communi, sed si vellet punire ex forma statuti, tunc videretur quod non posset, quia in loco vbi cognoscitur causa delicti, videtur ficte commissum non vere, vt dixit Bald.in loco præallegato. Sed statutum non verificatur in casu ficto, vt.l.3.de neg.gest.&l.si quis maior.C.de transa. ergo non videretur habere locum in casu isto, super hoc tamen
19 cogitabis, quia communior opi.est vt supra dixi.†Item adde ad dicta Inno.& scribentium hic, inquantum volunt quod ad effectum confiscationis bonorum possit procedi contra deliquentem existentẽ in alio territorio & possit citari reus extra territorium, quo ad hunc finem.& istud dictum non videtur procedere, quia annotatio bonorum, quæ fit per titu.de requi. reis. de qua in c.veritatis.j.de dolo, non fit propter contumaitiam non comparentis respectu accusationis, in proposito videbatur dicẽdum quod non possit reus constitui in contumaciam, quando citatus coram iudice iucompetenti non tenetur comparere, vt no.fuit in c.proposuisti.s.eo & in c.dilecti.Hoc tamen non obstante tenenda est communis sententia, per tex.in c.Romana.§. contrahentes.de foro compe.in 6.vbi patet quod iudex potest citare reum ad finem interponendi primum decretum in contumacia, licet citare diffinitiue non posset, quia contrahens nõ erat in loco. Non ob.arg. quia fateor quod reus non tenetur cõparere præcise, sed propter res, quæ sunt subiectæ iurisdi. iudicis, & ipse dicetur esse subiectus quo ad hoc. Adde etiam quod
20 hic tangit Anto.†quod iudex loci delicti non potest condemnare reum existentem extra territorium, si reus sit citatus per iudicem suum ad requisitionem iudicis loci delicti, licet non possit per talem requisitionem excommunicari, quod istud dictum in primo membro videtur probari in clem.pastoralis.de re iud. secũdum Ioan.de Imo.hic, qui idem tenet,& probatur melius in c.j.de priuil.lib.6.per locum a speciali, vbi est casus no. Secundum autem membrum videtur verum, quia non video q̃ causa excommunicationum sit magis personalis quam alia condẽnatio corporalis, quæ fieret de reo, maxime cum communiter excommunicatus æquiparetur deportato, vt no.in c. decernimus.s.de sen.excom.& l.eius, qui.ff.de testi.& ideo tenendum est simpliciter id, quod tenet Io. Cal.in c.j,s.de rescri. Adde etiã tertio inquantum hic tractatur de remissione,& tenet do. Ant. contra Ioan.Cal.quod remissio non possit peti a iudice ratione delicti, vt fiat per eum, qui non est iudex rei. nam pro ista opi.cõtra Ioan.Cal.habes casum singularem in c.j.de priuil. lib. 6. præ alleg.& est ratio, quia ista remissio est quædam captura, quæ
21 non videtur posse fieri per iudicem incompetentem. † item inquantum hic tangit, vtrum iudex requisitus super remissione
a a possit cognoscere prius summarie. & concludit quod sic, & q̃ cognitio versabitur super contumaciam rei remittentis, secundum Bar.in l.j.C.vbi de cri.agi oportet. Adde quod ista locutio non videtur vera, quia ista verba non possunt significare, nisi q̃ iudex cognoscat antequam remittat, vtrum reus fuerit præuentus in territorio, vbi deliquit vel non, vt si fiat remissio vel non fiat. nam istud est falsum, quod in remissione requiratur cognitio, vt in Auc. de exhi reis. §. si vero quis. Potest etiam intelligi iste modus loquendi, quod iudex intelligat de contumacia rei, inuestigando vtrum fuit citatus per se ad requisitionem iudicis loci delicti, & sic iste citatus vtrum sit impeditus comparere. & iste etiam intellectus non est bonus, quia lex non requirit q̃ præcedat citatio remissa. vnde dicas, secundum Bal.in l.j. vbi de cri. agi oportet. quod iudex cognoscat summarie de delicto, videtur forte vera non præcedente suspitione legitima p̃ reum in discrimine & hoc est verissimum. In gl.in ver. contractus ibi,& vbi qs
22 soluere,&c. concludit ergo gl.†q̃ locus destinatus attenditur, vt ibi quis possit conuenire, quia ibi videtur quis contraxisse, quod est verum siue tacite destinetur quo in loco, siue expresse, secundum Anto. de Bu. pro cuius opi. do tibi casum expressum in l. sed & si susceperit.§. j.ff. de iudi.& bene facit.l.in fideicommissum.§.fi.eo.tit.vbi notanter dicit, quod ille qui cæpit soluere in certo loco, non potest postea recusare vbi soluitur, & hoc est verum siue destinatio solutionis in certo loco fiat incontinenti, siue ex interuallo, vt probat tex.in l.quamuis.secũdo respõso.ff. de iudi. Dicit tamen hic simpliciter Ant. de Bu. quod isto casu quando destinatio solutionis fit ex interuallo, non tollitur forus acquisitus ratione contractus, sed accumulatur forum foro. nihil allegat, sed tu potes allegare quod habẽt in simili in l. certi condictio.§.pe. si cer. pe.vbi patet quod quãdo duo contract⁹ fiunt simul & semel,& circa idem, tunc vnus tantum habet effectum, secus si secundus.l. contractus. ff.de dona. & quia dicit tex.in l. contraxisse. quod in loco destinate solutionis videtur quis contrahere, quod verbum significat fictionem, vt in l. j.§.
23 deiecisse.ff.de vi & vi ar.dicit†quod locus destinatæ solutionis dicatur esse contractus fictus.& hoc tenuit gl.sing.in l.eum qui. §.j.ff.de consti.pe.& sequitur do.Anto.hic. ex quo infert quod si statutũ vult q̃ de omni contra.soluatur gabella, non verificabitur in alibi facto, vbi est destinata solutio in loco, sicut quo ad solennitatem contractns non attenditur locus destinatæ solutionis, vt in l.j.de sum.trini.& fide cath.& videtur dicendum q̃ nec quo ad solutionem gabellæ.& hanc sententiam approbat Bald.in l.j.C.vbi qui.cer.lo.da. Sed contrarium tenet ipse Bald. subtiliter disputans illam q.in l.nullum. C. si quis alteri vel sibi. vbi dicit quod in contractu, in quo destinatur solutio alibi in aliquod factum & aliquid verum respectu loci, non est destinata solutio.nam quo ad factum,& quo ad actum contrahẽdi nõ dubium, quod in loco destinatæ solutionis non est vere contractus sed fictus, sed quo ad obligationem resultantẽ ex facto vere
24 quis videtur se obligasse in loco destinatæ solutionis, †cũ enim obligatio sit ius, in his, quæ sunt iuris, lex disponit per veritatem, vt.l.si maritus §.l. Iuliæ.& ibi per Bar.ff.de adul. Præterea consensus obligandi se potest extendi vbique fm ipsum.& quia hic est plurimũ facti, ideo cõsideratur p̃ctus, vt verus & non vt fictus.& licet ista verba sint pulchra, tamen non sunt veta · quia fm hoc sequeretur q̃ in actu obligandi, semper actus fictus haberetur, p̃ vero contra regulã, quæ ponitur in l. 3. §. hæc verba. de negocijs gest. & in l.si quis.in glo. C. de transac. Vnde placet plus opi.communis quod attendatur locus contractus non locus destinatæ solutionis quo ad solu.gabellæ. Dicit tamen hic Ant.de Bu. q̃ si partes in vno loco faciãt p̃ctũ, vbi est ab vtroq; aliquid implendũ & implementum ex parte vnius confertur in certo loco ex parte alterius non, poterit in eodem loco implementum peti.allegat glo.sing.in c.Romana.§. 2.in ver. respon-
25 dere.de foro compe. lib.6. † qui ponit exemplum in aduocato, qui promisit in certo loco operam suam pro certa quantitate pecuniæ.dicit enim quod aduocatus poterit cõueniri in illo loco pro præstatione operæ, sed contra ipse non poterit agere ad præstationem pecuniæ in illo loco. sed salua reuerẽtia, ista sunt falsa, licet Anto.de But.hic teneat istam opi.quia difficilius cautur ius executiuum de nouo quam fori, & tunc ratione connexitatis eiusdem contractus si aliquis iurat super implemento sibi faciendo causatur etiam ius aduersario super eo.contractu, vt inquit tex.no.in l.si duo patroni. §. siquis iurauerit. ff. de iureiur.

ADDITIO.

a VIN. GOD. Iudex requisitus super remissione, an prius possit cognoscere summarie de hac remissione &c. Adde quando iud ex potest summarie cognoscere an causa sit suæ iurisdictionis, Ruy.consi.7.num.9.lib.4.

reiur.& bene facit quod habetur in l.fin.C.de fruc.& lit.expen. & in l.contractus.C.de reſcin.vend. & hoc eſt æquius. Tetigit
26 etiam Ant.de But.multum diffuſe,† vtrum ſi agatur ad reſcindendum contractum poſſit agi in loco contractus, verbi gratia ſi petitur reſtitutio contra ꝯctum, vel intentetur remedium, l. 2.de reſcin. vend.ſuper quo ipſe diſtinguit tria membra, dicens ꝙ aut læſio cauſatur poſt contractum,ex quo reſpectu reſcinditur contractus,aut ſumus in caſu, in quo licet læſio cauſetur ex contractu,tamen contrahens ibi non poteſt conueniri, & quæritur tunc vbi poſſit agi ad reſcindendum contractum. Circa primum concludit, ꝙ poteſt peti in loco contractus ſi inueniatur ibi ille,qui contractum cōtraxit,allegat c.ſtatutum.de reſti. in integ.& quæ no.Bar.in l. q certo loco.de ꝯdi.inde.& in l.j.de ſum.trin.& fi.cath.in ſimili q.eſt caſus ſing. ita diſtinguens in l. in contractibus.C.de non nu.pec.Secundo caſu dicit,ꝙ nō petitur reſciſio in loco ꝯractus, ſed in loco vbi eſt cauſata læſio, per ea quæ habentur in l.j.ff.de eo quod cer. loco, & quod not. Bar.in l.j.præalle.In tertio caſu concludit ſecundum Bar. in l.2. C.vbi & apud quē. ꝙ reſciſio eſt petēda in foro rei,ideſt in domicilio rei,ita diſputauit Fed.de Sen.in conſ.175.& eſt caſus in
27 d.l.2.† & poteſt poni exemplum, quando duo compromiſerūt in aliquem arbitratorem certo loco, cum eſſent inde receſſuri, vnde non poteſt dici ꝙ ſortiantur forum in loco ratione cōtractus, vt l. hæres abſens.§.j.ff.de iudic.Si ergo quæritur tunc lato laudo per arbitratorem, vbi petatur reductio, dicendum ꝙ petitur coram iudice in cauſa principali,& iſte eſt iudex rei, vt probat tex.in d.l.3.in fi.& etiam tenet Bar.latius hoc diſputans in l. ſi ſocietatem.§.arbitrorum.ff.pro ſocio.& vide Bal.in l.fi. C.de contrahen.emp.&iſtud eſt verum,niſi ex forma ſtatuti laudum haberet vim ſententiæ iudicis.tunc enim pars non videtur lędi ex contractu,ſed ex ſententia, & ideo ad laudum corrigendum ſuperiorem iudicem adeat, vt l.j. C.vbi & apud quem. dicit eñ hic Ant.ſequens d.Bar.in l.j.de eo,qui cer.lo. ꝙ ille qui promiſit ſoluere in certo loco,& ibi non ſoluit,& vult agere in alio loco, eſt diſtinguendum, ꝙ aut ille qui agit in loco alio petit ſimpliciter debitum virtute promiſſionis ei factæ, & tunc non poteſt agere ꝯ reum niſi in loco, vbi reus ſortitur forum,ita intelligitur tex.in d.l.hæres abſens.in §.fi.ſed ſi vult agere actione arbitraria, petendo quantum ſua intereſt ſibi non fuiſſe ſolutum in loco,tunc reus poterit conueniri vbicunque locorum, per text. in l.eum qui.ff.de iudi.& l. qui certo loco.de cond.inde. & in l. j.ff.de eo quod cert.lo.poteſt quocunque in loco conueniri, & licet glo.ſuppleant in prædictis legibus, ipſe tamen dicit,ꝙ hæc
28 ſuppletio non eſt facienda,† quia lex iuris iam conceſſi extēſiua non recipit reſtrictionem de habilitate,vt l.j. §.nunciatio. & ibi plene.de ope.no.nun. Et iſta ſua dicta cum reuerentia, nō ſunt vera,& in contrarium ſentit Bart.in l.j. C.vbi de crimine.vt pateat tibi veritas iſtius pūcti,dico ꝙ ꝯ iſtum eſt tex.in ratione ſui, in l.j.ff.de eo,quod cer. lo. quem induco ſubtiliter ſic. dicit ibi tex.ꝙ promittebat dare in dicto loco, videbatur non poſſe conueniri in alio loco,quia ꝙ de vno conceditur, de altero videtur negari,vt in c.nonne. de præſumpt. & quia hoc erat abſurdum ex ratione ibi poſita,ideo iuriſconſul.ſtatuit,ꝙ quocunque loco poſſet conueniri. i. quia deſtinatione certi loci non aufertur facultas alterius fori, ex quibus patet, ꝙ forma contractus quādo debet fieri ſolutio in cer.lo.potius reſtringit formam, q̄ quod ei eſt inductum ad diminutionem,non debet operari augmentū, vt l.falſa.in fi.de cond.& dem.& ex his etiam patet reſponſio ſecundum Bart.quia in caſu noſtro lex non eſt iuris iam conceſſi extenſiua:non enim erat prouiſum quem forum ſortiret reus, vbi erat deſtinata ſolutio in certo loco,& ideo fit reſtrictio. Præ-
29 terea etiam qñ lex eſt iuris iam conceſſi extenſiua, ne indebite patiatur fit reſtrictio,caſus eſt ſing.iuncta glo.in materia noſtra, in l.j.circa medium,in ver.quocunque. C.vbi de cri.agi opor.& facit tex.& gl.ſing.& ibi per Bar.in l.3.C.de conue. fiſ.debi. li.x. in ver.quibuſcunq;.& hęc opi.placet,maxime per tex.in d.l.hęres abſens,§.fi.qui ſin.loquitur, pro qua cōcluſione adduco ibi tex.in l.j.in ver.in alio loco.C.vbi conue.qui cer.loc.nam dictio alia,ibi poſita ſentit vel implicat locum ſimilem ab expreſſo, vt l.ſi fugitiui.C.de ſer.fugi.& in c.ſedes.s̄.de reſcr. pro his tñ facit tex.in l.fideicommiſſum.ff.de iudi.vbi tex.dicit, ꝙ hæres poteſt conueniri in loco,vbi eſt deſtinata ſolutio legati,& ibi habet domicilium,& ſic tacite videtur concludere alia loca. Et ex prædictis eſt expedita iſta materia,cum his quæ diximus in voce.

De libelli oblatione. Rubrica.

Hæc rubr.continuatur ſecundum Gofr.hoc modo, dictum eſt, s̄.tit.prox.de exceptionibus declinatoriis fori,quas opponūt rei
1 vocati ad iudicium & de quibuſdam aliis in ſi. præcedentibus. verum quia reus comparens,ſi non opponit exceptionem declinatoriam, ſolet petere libellum ſibi offerri, vt deliberet vtrum velit cedere vel contendere, ideo ſubiicitur hic iſta rubrica, de cuius materia plene habetur,2.q.8.per totum.81.diſtin. Maximianus.& in auth.offeratur,C.de lit.conteſta.

SVMMARIVM.

1 *Iudex ex officio proprio,poteſt etiam ante litis conteſtationem,partem interrogare,& poteſt nullo petente libellum ineptum reijcere.*
2 *Iudex non ſolenniter libellantem ex officio ſuo, parte etiam non petente,repellit.*
3 *Libellus etiam de iure canonico,de iudicij ſubſtantia eſſe videtur.*
4 *Libellum,quem offerunt,debere partes ſubſcribere de honeſtate, non autem de neceſſitate,an ſit verum.*
5 *Libellum ſufficit parti porrigere iudice præſente & pro tribunali ſedente, nec requiritur,vt prius illi offeratur,& quid ſit libellus.nu.ſeq.*
7 *Libellus poteſt iudici offerri,antequam pars citetur,& poſtea iudex parti poteſt porrigere.*
8 *Proceſſus vt valeat,atque vt ad vlteriora procedi poſſit, oportet ſaltem reo, coram iudice exiſtenti libellum offerri.*
9 *Libello in ciuili non eſt neceſſe regulariter,rei,loci, vel contractus geſti appoſitio.ſicut requiritur in libello criminali.*
10 *Tempus ſi exprimitur in accuſatione criminali, & probatur delictum cōmiſſum alio tempore,an debeat ſequi abſolutio,& an in cauſa inquiſitionis debet exprimi locus loci.*
11 *Libelli oblatio,an fieri poſſit die feriato, diſtingue an res ſit tempore peritura, quia tunc offerri poteſt.fallit ſi iudici offeratur,non parti, quia tunc die feriato offerri poteſt.*
12 *Libelli oblatio omitti non poteſt, etiam ex tacito conſenſu partium. numer.14.*
13 *Libelli ſolennitas in partis fauorem inducta videtur.*
15 *Libellus in ſummarijs non requiritur,vnde ad petēdam executionem,ſiue per officium iudicis,ſiue per actionem iudicialem, nunquam requiritur libellus, & quomodo hoc dictum procedit.nu.16.17.*
18 *Iudicationis ſimplicis eſſentia,quæ conſiſtit in cauſæ cognitione iudiciali,videtur eſſe contra ſubſtantiam ipſius iuriſdictionis.*

CAP. I.

IGnarus epiſcopus. Actor agēs ciuiliter debet offerre libellum in ſcriptis iudici, & poſtea reo, & quia narratur factum, non recipit commodam diuiſionem. ſi tamen vis videre, dicas quòd in prima parte ponitur interrogatio iudicis. in ſecunda ibi,ignarus epiſcopus,ponitur interlocutio ipſi⁹. in tertia & vltima ponitur executio interlocutoria. Not. ex iſto
1 text. in princip. † ꝙ iudex ex officio proprio poteſt interrogare partem etiam ante lit.conteſt.ad idem tex.30.quæſt.5.iudicantem.& in l.vbicunque.ff.de interrog.act.& plene in c.fin.de iuram.calum. No. ſecundo † ꝙ iudex non ſolenniter libellantem
2 a poteſt repellere ex officio a ſuo etiam parte non petente, & eſt ratio ſecundum Docto. hic, quia intereſt iudicis ne iudicium factum coram ſe ſit nullum, vnde ſi iudex in procedendo ad vlteriora, proceſſus videretur nullus etiam parte non opponente,poteſt repellere agentem,& hoc dicit glo.fin.in c.j.in ver.abſentia.de elect.lib.6.& bene facit tex.in c.pen.ſupra de procura.
3 Tertio no. † ꝙ etiam de iure canonico libellus videtur eſſe de ſubſtantia iudicij,&hoc tenet hic gl.de quo dic vt in ea.& quod habetur de lit.conteſta.in c.de cauſis.de offi.deleg. Quarto no.
4 ibi,prę manibus, † ꝙ partes debent ſubſcribere libellum quem offerunt.hoc tamen dicit Hoſtienſ.& Ioan.And.non eſſe de neceſſitate ſed de honeſtate,quia ſatis eſt, ꝙ notarius ſcribat productionem & viam productionis,& hoc ſeruat conſuetudo, de quo dic,vt in authen.libellum.C.de lit.conteſt. Quinto & vlti-
5 mo no. ibi, ſinodo porrigere, &c. quod † libellus videtur prius offerendus iudici, & poſtea parti per iudicem, hoc tamen non eſt neceſſarium, ſecundum Docto. hic. immo ſufficit ꝙ libellus offeratur parti, dummodo in præſentia iudicis & ipſo iudice ſedente pro tribunali, vt in authen.offeratur. & ibi per Bart. C. de lit. conteſta. In glo.vnica poſita ſuper ver. reclamationis. ibi, eſt ergo libellus, vide Cyn. in authen. offeratur. C. de lit.
6 conteſt. † diſtinguit melius & breuius, dicens ꝙ libellus eſt breuis cartula continens claram intentionem actoris. Tu potes addere, iudici & parti offerenda, vel coram iudice, ad primum ver. facit text. in l.ampliorem. & §. in refutatoriis. C. de appellatio. Ad ſecundum text. in authen. prædicta. Ad tertium text. videtur. Ad quartum ibi, vel coram iudice, ſupple reo offerendus.text. in Authen. de exhiben. reis. §. ſancimus. & ex verbis vltimis

ADDITIO.

a VIN. GOD. Iudex ex officio poteſt repellere non ſolenniter libellantem. Et poteſt ex officio libellum calumnioſum reijcere,Rui.conſ.138.nume.19. lib.5.& ex officio poteſt ſe fundare in inſtrumento in fauorem eius,qui illud impugnauit,Rui.conſ.154.nu.8.lib.5.

vltimis additis per me, patet ibi duplex practica offerendi libellum in authen.præallega.ſecundum Barto. nam poterit offerri libellus iudici per actorem aut citationem partis, & poſtea per iudicem parti, cum erit in iudicio, & hæc practica probatur in tex. noſtro. poterit etiam prius citari pars legitimatis perſonis in iudicio, poſtea dabitur libellus, ſecundum Butr. in d. auth. offeratur. & iſta practica probatur in corpore de exhi. re §.illud.& §.ſancimus.& hoc tenet Inno.hic, quicquid dicat hic gl.& Spe.qui tenuit ſententiam gl.in ti.de libel.concep.§.reſtat.circa prin.& hæc eſt communis opi. Aduerte tamen, † qa
8 ad hoc vt poſſit procedi ad vlteriora & valeat proceſſus, neceſſe eſt vt libellus ad minus offeratur reo coram iudice exiſtente, vnde ſi iudex in citatorio tranſmittat copiam libelli ipſi reo, iſta tranſmiſſio operabitur hoc, ꝙ reus poſtea veniens non poterit petere inducias deliberatorias, vt in c.2. de dilat. & l. ſi quando. C.eo.ſecundum Bar.in d.auth.& gl.in cle.2.vt li.pen.non tamē tranſmiſſio ipſius copiæ, habet vim oblationis ſolennis, vnde iterum debet reo offerri, vt no.pulchre Io.An.in ti. de libel.cōcep.§.nunc videamus.in vlti.addi.Hoc tamen ſcias, † ꝙ in libel
9 lo ciuili regulariter non eſt neceſſe appoſitio loci rei vel ꝯctus geſti in libello criminali, de primo hr̄ in c.Abbas.li.6. & in l.edita.C.de eden.De ſecundo ſecunda q.8.c.libellorum. hoc tamē limitatur eſſe verum, niſi arguatur dolus rei conuēti in libello, ſecundum d.Ant.hic, qui allegat Bart.in l.j.§.interdictum.ff.vti poſ.& probatur in l.item exig.ff.de dolo.tu etiam vide Bar.in l. prætor edixit.in princ.ff.de iureiur.& in l.edita. C. de eden.& in l.j.§.2.ff.de ſuſpec.tut.& quod no.in c.tuæ. s̄.de procur.vide ēt quod ponit Bar.ad materiam, in l.& an eandem. §.actiones. ff.
10 de excep.rei iud. † nunquid autem ſi tēpus exprimitur in accuſatione criminali,& probetur delictum commiſſum in alio tpe, debeat ſequi abſolutio,& quid de cauſa inquiſitionis vtrum debeat exprimi locus in ea,& locus loci, vide quod no.Bar.in l.is q reus,ff.de pub.iud.& l.denunciaſſe.§.quid ergo ſi.de adul.Bal. in l.j.qui accu.non poſ. vide etiam Bar.in l.2.in fi. ff.ꝙ cer.Io.& de inquiſitione in l.2.§.ſi publico.ff.de adult.In ea.glo.ibi,& in
11 prin.lit.&c.declarando gl.quærunt hic Doct.† vtrum oblatio libelli poſſit fieri die feriata.[a] Bar. dixit ſimpliciter, ꝙ ſic in ciuilibus, per l.miles.§.ſexaginta.ff.de adul.& ipſe ibi no.& per l.j.C. de ſen.& hanc ſententiam tenuit glo.15.q.4.c.placita ſecularia. Io.de Lig.hic, ſed d.Ant.de But.hic ſequitur opi.Io.And.quam ipſe poſuit in tit.de libel.conce. §.nunc videamus.verum eſt, vt diſtinguamus vtrum res ſit tēpore peritura, vt primo caſu poſſit tradi libellus,& ita loquitur tex.in d.§.ſexaginta. ſecundo caſu non poſſet,& hanc opi.credo veram, prout intelligit pro vna additione,ꝙ non poſſet offerre parti, vt probat tex. in d.c.placita. quia cum iſtud ſit pars & cognitio iudicij, cognitio non poteſt celebrari die feriata, vt l.fi. C.de feriis.ſed ipſi iudici bn̄ poteſt offerri die feriato. nec Ioan.An.in hoc ſentit ꝯrium,& gl.circa prin.tenet hanc partem.& licet d.Anto.hic teneat,ꝙ etiā coram iudice non poſſet fieri oblatio,ꝙ eſt ꝯ rationem poſitam in d.§.ſexaginta. non enim fundat ſe iuriſc. ꝙ etiam res ſit tempore peritura,ſed ſimpliciter libellus de plano offerri poteſt,ſicut quilibet actus, qui fit a iudice ſine cauſæ cognitione vel cum iudice, vt l.a procedente.C.de dilat.& l.2. §.dies. ff.ſi quis ordo in bo.poſ.ſeruetur.& per hoc habes declaratam glo.tuam vſq; ad tertiam partem.In eadem gl.ibi, ſed nunquid &c.concludit er-
12 go gl.noſtra iuxta fi.† ꝙ libelli oblatio non poteſt omitti etiā de
b tacito conſenſu partium,[b] & hanc ſententiam ſequitur Bart.in auth.offeratur.ſed Io.An.hic & in cle.ſæpe. in ver.neceſſario.de ver.ſig.diſtinguit, ꝙ aut nulla penitus præcedit petitio declarās intentionem actoris ad minus per modum poſtæ ſiue poſitionis,& tunc iudicium eſt nullum, quia iudex non hz̄ ſuper quo fundet ſententiam ſuam,ꝯ l.vt fundus. cōi diui. & in c.licet Hely.j̄.de ſimo.aut præcedit qualis qualis petitio ad minus p̄ modum poſtæ per quam declaratur actoris intentio etiam ſi actor non concludit formaliter vel petit aliquid ſibi dari,& tunc dn̄t, ꝙ valet iudicium,ſi reus vel iudex, non petat libellum offerri,
13 & hanc ſententiam ſequitur hic Ant.de But.& p̄t eſſe rō,† quia illa ſolennitas libelli videtur inducta in fauorem partis, vt clare probat tex.in §.illud,in Auth.de exhib.& introd.reis.ergo illi fauori partes poſſunt renunciare,& hanc opin.dicit do. Flo. in d. cle.ſæpe,ſeruandam in practica, vt communiorē, & Io.de Imo. qui hoc tamen tenet,ꝙ de ſubtilitate iuris opin.gl. ſit verior.& iſta opi.placet mihi per rationem ſuam & noua ratione. nam tex.in auth.offeratur.obligat actorem ad offerēdum: libello autem oblato, dicit actum ſpontaneum ſine interpellatione, vt l. accepta m.C.de vſu.& l.3.§.fi. ff.de quibus re. ad eundem iudi. ſecunda ratio eſt,quia tex.in §.illud.in Auth.de exhi.reis. p̄mittens cauſam īſtitutionis, quæ ponitur in §. ſancimus inter alia, ꝙ aliquando reus nihil ſciens cogebatur litem conteſtari, & deinde in §. ſancimus. volens, ꝙ prouideretur predictis abſurditatibus dicit,ꝙ libellus debet offerri. alias conteſtatio litis eſt nulla ipſo iure, vnde patet ex ꝯiunctione.§.illud.ad §.ſancimus.

14 † in caſu etiam quo reus non petit libellum offerri, nihilomin.ⁿ tn̄ libellus eſt offerendus, tn̄ tenementi ſingulariter dictū Spec. in tit.de libel.conce.§.huiuſmodi.in ver.ſit ēt cautus, ꝙ ſi libel. lus eſt perditus vel amiſſus ſine culpa actoris, ſtatur de ſerie ex forma ipſius dicto agentis, ar.eorum, quæ hn̄r in l.pe.in prin.de re.cred.& in l.ſi quis intentione ambigua.C.de iudi.quod dictū approbat hic Anto.de Butr.& eſt ſingularis limitatio ad c.cum olim.de priui.& per Bar.in auth.ſiquis in aliquo. C.de eden.Et quia vltra gl.ponuntur hic multi caſus per Doct. in quibus nō requiritur libelli oblatio, ideo dic vt hic pleniſſime per eos, & per Spe.in ti.de libel. concep.§.nunc dicendum, per totum ver.
15 verum tn̄ adde inquantum d.Ant.hic ſimpliciter dicit, † ꝙ ſiue petatur executio per officium iudicis, ſiue per actionem iudicialem, & habeat petens ꝯdictionem ſiue non, & ſiue agatur corā eo iudice, ſiue coram alio, ꝙ nunq̄ requiritur libellus, & hac ratione, quia iudicium executiuum eſt ſummarium, vt l.a diuo Pio.§.ſi ſuper rebus.de re iud. & in ſummariis non requiritur libellus, l.3.§.ibidem.ff.ad exhi.quod dictum non vr̄ verum, immo vr̄ tenenda opi.Bar.in l.intra dies.de re iud.nam fundamentum d.Ant.non eſt verum, ꝙ vbicunq; agitur ſummarie, ibi nō requiratur libellus & reliqua ſubſtantialia iudiciorum, vt late no.Bar.in ver.ſummarie,in extrauag.ad repri.ꝯ Hoſt.& Io.An. & ſic ar.non concludit.Pro veritate tamen articuli poſſet diſtin-
16 gui, † ꝙ aut petitur executio per officium iudicis,& tunc tene ꝙ dicit Bar. vt non requiratur libellus, aut petitur per actionem iudicati,& tunc aut coram eo.iudice, aut coram diuerſo.ſi coram eo.vr̄, ꝙ ſi tunc iudex procedat ſup̄ notorio non ſit neceſſarius ordo iuris, vt in c.ad noſtram.j̄.de iureiur.& hoc eſt verum, niſi pars opponeret ſe executioni ſententiæ, ꝙ permiſſum eſt etiam ſi exceptio non reſpiceret ſnīam.executionem ipſius,& tunc.n. res non dr̄ amplius notoria, iuxta no.in c.j.de offi.dele. lib.6. in gl.& in c.ſi clericus.s̄.ti.proxi.& quod hr̄ per Bar.in l.poſt rem. ff.de tranſa. ſi vero petatur executio coram alio iudice.exemplū in l.argentarius.§.fi.ff.de iud.& tūc communiter tenetur, ꝙ debeat lis conteſtari & libellus offerri, ſed cum ſententia, quę tranſiuit in rem iudicatam, coram quocunq; iudice faciat notoriū, non videtur eſſe dria, ſiue agatur coram eo, vel coram diuerſo, & ideo potes diſtinguere, vt s̄.dixi, qn̄ agitur coram eo.iudice, ſuper quo vide quod no.Io.An. in d.§.vero. de le. præallegato. in addi.& ad materiam, quam ponit eleganter Bal.in l. ſi causā iudi. C.de execu.rei iudi.& in l.j.in vlt.dicto. C.de confeſ. Adde
17 etiam ad illum articulum, cum dr̄ hic per Hoſti. † ꝙ partes poſſunt conſentire vt iudex procedendo ſummarie & de plano, & præcipiendo & faciendo vt ſibi videbitur, non ſeruet ſubſtātialia iudiciorum, ꝙ hoc dictum poteſt dupliciter intelligi. Vno modo vt iudex qui procedit iſto modo, non ferat ſententiā diffinitiuam, ſed preceptum ſicut facit in confeſſum, vt l.ſi debitori. ff.de iud.& iſte intellectus eſt tolerabilis, licet probabiliter poſ-
18 ſet dubitari vtrum hoc dictum ſit verum, † quia eſſentia iudicationis ſimplicis conſiſtit in cauſæ cognitione iudiciali, videtur eſſe ꝯ ſubſtantiam ipſius iuriſdictionis,& ſic non valet, vt l.cum precario.ff.de preca.& ſi dicas ꝙ remoto libello lit.cont.adhuc remanet cognitio iudicialis.ego dico ꝙ hoc eſt falſum, vt patet in cle.ſæpe.de verb.ſig. tollitur enim tūc figura iudicij. ſ.forma. credo tamen, ꝙ hoc dictum ſeruaretur in practica iſto modo intelligendo.Secundo modo poteſt intelligi, ꝙ partes conueniāt vt s̄.ita tamen ꝙ iudex ferat diffinitiuam ſentētiam,& ꝙ valeat iſtud pactum, ſecundum Hoſt. & hunc intellectum ſentit hic d. Ant.niſi partes agerent expreſſe, ꝙ iudex plene cognoſceret de cauſa, tunc enim induceretur contradictio, ꝙ non daretur libellus ne conteſtaretur lis, & tunc plene cognoſceretur de cauſa, vt l.iudices.& ibi no.C.de iud.quæ opin. hic ſignificat in effectu, ꝙ partes expreſſe poſſint renunciare ſolennitatibus iudiciorum ſubſtantialibus, dummodo non agāt ꝙ plene cognoſcatur de cauſa, quæ dicta reprobamus s̄.ī vltima parte gl.& vide Bar. qui tenet oppoſitum in auth.offeratur. C.de lit.conte. per rationes ibi allegatas per eum, teneo dictū Hoſt. eſſe falſum iſto modo intelligo.& ita dicit hic Io.de Imo.expreſſe. dicit tamen not. ꝙ quando partes dant poteſtatem iudici modo prædicto, videntur in dubio compromittere in ipſum, vt in arbitratorem, hæc pręſumptio eſt vt actus magis valeat, quam pereat, vt l.quotiēs. ff.de re.dub.& iſto modo bene poterit iudex procedere non ſeruato ordine iudiciario,& ita intelligitur text.quem allegat Inn. pro ſe,in Auth.vt diffe.iud.§.ſi vero contigerit. & in c. per tuas. s̄.de arbitris.

ADDITIONES.

a VIN. GOD. Oblatio libelli an poſſit fieri die feriata. Adde feriatis diebus quæ cauſæ tractari poſſint, Pari.de Put.in tract.ſyndic.c.an officialis. uerſic. feriæ. Et nota, ꝙ libellus in quo petitur pars uel reſiduum indeterminate initiatur propter incertitudinem, Goz.conſ.94.nu.35.

b VIN. GOD. Oblatio libelli non poteſt remitti de tacito conſenſu partiū. Et qualis eſſe debeat libellus, quando quis uult agere remedio.l.2.C.de reſcuend. Goz.conſ.44.nu.11.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Possidentibus duobus vnam rem pro indiuiso, potest agi contra eos vno eodemq; libello, propter vnitatem rei, idem si agatur contra consortes eiusdem causæ.*
2 *Conuentus actione reali, potest petere, vt libellus obscurus declaretur, potest etiam opponi, ꝙ libellus non admittatur, quia obscurus, & aliquando dabitur dilatio ad certificandum.*
3 *Iudice petitionem, quam de iure admittere debet repellente, hoc ipso iustificatur appellatio ab ipsius interlocutoria.*
4 *Res certa, vtrum specificari debeat in libello.*
5 *Libellus licet procedat ex consuetudine, Dico rem meam esse iure dominij, vel quasi, tamen in processu, tam probationes, quam acta debent certificari.*
6 *Positio & probatio, licet certa esse debeat, vt in dominio, vel quasi concludat, articulatio potest esse alternatiua, sicut libellus.*
7 *In his quæ habent ordinē de se, & sunt incompatibilia, copulatiua dictio, in alternatiuam resoluitur.*
8 *Positio pars probationis est.*
9 *Causam. si aliquis in actione reali vnam expressit, & ex illa succubuit, potest tamen postea ex alia causa experiri.*
10 *Appellationis in causa. sicut instantiæ lapsus perimit causam, vt sit finis litiū, & tamen aliud in principali, ita eadem ratione sententia super appellatione lata obstat agenti in principali iudicio, vt postea ex alia causa non possit experiri.*
12 *Libellus conceptus per hæc verba, peto centum a te, quæ quondam tibi mutuo dedi (licet non adiiciatur, & ad quæ es obligatus) valet. & quid operantur verba, Et ad quæ es obligatus. nu. seq.*
13 *Confessio, sicut pars probationis, in dubio interpretatur contra actorem, secus in libello.*
14 *Debitor, si confitetur se promisisse, verum exoluisse, & sic negat se obligatum de præsenti, præsumitur contra ipsum.*
15 *Verba, Dico ꝙ fui dominus, quatenus se habet ad id quod iam fuit, & nomine non est, vel econtra.*
16 *Libellus per hæc verba, peto omnes res quas possidet in tali villa, non procedit, nisi per declarationem specialem, cum ratione.*
17 *Actoris in potestate, an sit alterare naturam actionis singularis, vt de actione singulari, faciat iudicium generale contra reum.*

CAP. II.

SIgnificantibus. Libellās in actione reali, tenetur exprimere rē clare in libello. secunda ibi, quo circa, &c. Nota primo ex isto tex. † ꝙ quando duo possident vnam rem pro indiuiso, potest agi contra ipsos vno libello propter vnitatē rei, & idem si agatur contra duos consortes eiusdem causæ, vt l. j. C. si reus vel accu. mor. fue. & l. j. C. de fideiuss. tut. ꝙ est verum tam in ciuilibus, quàm in criminalibus super dictis iuribus, sup quo vide quod pulchre dicit Spe. in tit. de libel. concep. §. fi. ver. sed pone. & ver. seq. & quod no. Bar. in l. hos accusare. §. lege Iulia. ff. de accu. & Bal. in l. denunciare. C. eo. titu. Secundo no. ibi, oblato eis libello, &c. ꝙ libellus potest immediate offerri parti, de quo dixi in c. j. s̄. eod. Tertio no. † ꝙ reus conuentus actione reali potest petere, vt libellus obscurus declaretur. potest etiam opponi, ꝙ libellus non debet admitti quia obscurus, & aliquando dabitur dilatio & terminus actori ad certificandum libellū, quod singulariter no. Io. An. in ti. de causa poss. & proprie. §. non dicendum. & ibi per Doc. & facit tex. & quod ibi per Bart. in l. iusiurandum. in prin. ff. de iniur. Vltimo † no. ꝙ si iudex alias repellit petitionem, quam debet de iure admittere, hoc ipso iustificatur appellatio ab ipsius interlocutoria. facit c. significauerunt. j̄. de testi. In glo. j. super ver. fraus, pro cuius intellectu vide Bar. & Cy. & alios Doct. in l. edita. C. de eden. & l. & an eadem. §. actiones. ff. de excep. rei iudi. & l. j. in prin. ff. de eden. & Doct. in c. abbate sane. de re iudi. lib. 6. Circa † primum dictum gl. quæritur, vtrum res debeat specificari certa in libello. adde secundū Inn. hic, ꝙ etiam in casibus, in quibus procedit libellus incert⁹, tamen sententia debet esse certa in iudiciis singularibus, vt Inst. de act. §. curare. Et ex hoc infert, † ꝙ licet procedat iste libellus de iure vel consuetudine, dico rem ad me spectare in re dominij vel quasi, de qua hic pleniſſime per do. Anto. tamen in processu non solum probatio debet esse specificata, secundum glo. in l. si quis argentum. ff. depos. & per Bar. in l. in actionib⁹. ff. de fur. sed etiam debet eligere post lit. conte. ꝙ ex istis iuribus prosequi vellet, vt dixit gl. sing. Insti. de act. §. aliæ. & tenet Bart. in l. & an eadē. §. actiones. ff. de exce. rei iud. † Sed aduerte, quia ex rationibus, quæ fiunt hic per Doct. satis potest sustineri, ꝙ ēt si positio & probatio debeat esse certa vt concludat in dn̄io, vel quasi dominio, positio tamen siue articulatio potest esse alteratiua, sicut libellus per ea quæ no. Inn. in c. ex parte. s̄. de rescri. & Bal. in l. j. C. de fur. nam secundum Doct. iste libellus, dico rem ad me pertinere iure dominij vel quasi, non continet contradictionem, sed obscuritatem, quia non deducitur dominium, & quasi copulatiue, sed alternatiue, † vnde in istis qui habent ordinem de se, & sunt incōpatibilia, copulatiua resoluitur in alternatiuam, vt l. Titiæ vsusfructus. ff. de vsufruct. lega. alternatiua non ponit ista duo simul, sed cōditionaliter hoc modo, sum dominus vel quasi dominus, sicut dicimus quando alternatiua ponitur inter ea, quæ sunt subordinata adinuicem, in c. cum plures. de offi. dele. li. 6. & l. hæredes. §. peto. & ibi per Bar. ff. ad Trebel. non implicat contradictionem, ergo positiones etiā essent compatibiles per eandem rationem iustæ ignorantiæ, per quā toleratur incertitudo istius libelli. Pro Bart. tamē facit, † quia cū positio sit pars probationis, vt in cle. sæpe. de verb. sig. videtur, ꝙ si assignatus terminus sit ad probandum, imputandū sit actori si in termino sibi assignato non inuestigat veritatem & efficitur certus de iure suo, sicut dicimus in eo, qui debet respondere positionibus, de quo in l. iusiurandum. §. j. ff. de iureiur. & ideo videtur, ꝙ parte petente cogatur eligere. Communis tamē practica obseruat contrarium, & credo ꝙ sit, quia aliquando post capitula & positiones porrectas superuenit actori magis facultas probandi, q̄ ipse sciret. Item quando probatio debet fieri per testes, actor non potest certus esse, quin testis sit dicturus. poteit enim verum dicere sibi & aliud postea, vel aliter coram iudice propter virtutem interrogatoriorum, vnde ista opi. plus placet.
9 Item ad gl. tuam hic idem dicit, † ꝙ si aliquis expressit vnā causam in actione reali & succumbit, ex illa potest postea agere ex alia, ꝙ Pet. & Cy. tenent contrarium per l. 3. & l. quæsitum. §. fi. de app. ad quam. l. licet Doct. hic multipliciter respondent, non
10 tamen videtur esse aliqua responsio sufficiens. † Tu tamē potes dicere, ꝙ sicut in causa appellationis instātiæ lapsus perimit causam, vt sit finis litium, & tamen aliud in principali, vt l. properādum. §. si quidem. C. de iudi. ita forte poterit induci specialiter ꝙ expressio vnius causæ, non restringit virtutem ap. quin sentētia lata super appellatione obstet etiam in causis nō prosecutis, anteq̄ exceptio rei iudicatæ obstet agenti, aliquando ex alio capite est similiter introductū vt lites finiantur, vt l. 3. ff. de excep. rei iudi. & quia plus interest nostra per sententiam primam litem abbreuiari & finiri, ideo strictius proceditur in causa appellationis. dixit enim hic d. Ant. referens dicta Cy. in l. edita. C. de
11 eden. † ꝙ procedit iste libellus, peto centum a te, quæ quōdam tibi mutuaui, & licet nunq̄ dicatur, & ad quæ es obligatus, & negetur mutuum de præsenti, non tamen obligatur ex nega. quæ oritur ex mutuo, & ideo procedit libellus, qui cōcludit præsum priue, vt l. omnes. §. Lucius. quæ in frau. credi. Nec obst. ꝙ ex facto meo oritur præsumptio, vt præsumatur debet allegari, vt l. adulterium cum incestu. §. idem Polioni. ff. de adul. & per Bar. in l. cum quid. ff. si cert. pet. quia dixit d. Ant ꝙ istud est verum, quando factum ex quo resultat præsumptio, est tale ꝙ si præsūptio non allegetur, ex sui natura. potest inferri aliud exemplū, in l. cum de in rem verso. ff. de vsu. sed contractus mutui nō est ordinatus nisi ad obligationem præcise, vnde satis videtur implicite allegari ista præsumptio, ex quo deducitur contractus, q̄
12 est causa obligationis, vt l. licet. §. eadem. ff. de procur. † sed si libellans diceret in libello, peto centum a te, quæ quondam tibi mutuaui, & ad quæ fuisti mihi obligatus, tunc dixit Cyn. in d. l. certum. §. sed si fundum. ff. de confes. ꝙ iste libellus non procedit, quia petendo te fuisse obligatum de præterito, tacite videor negare de præsenti, vt l. statuliberum. §. 2. ff. de leg. 2. & l. Imperator. ff. de postu. sed d. Ant. hic tenet contrarium. & Io de Imo. & Moder. & -ta etiam tenet Spec. in tit. de act. & per. §. sequitur. ver. quid si dico. & est decisio Rotæ, quia ex quo libellans petit eum condemnari, satis patet ꝙ non negat ipsum obligatum de præsenti. Et quia verba debent intelligi ad intentionem libellātis. l. si quis intentione. ff. de iudi. & impropriari, vt saluetur intentio libelli, vt l. j. & ibi per Bar. ff. de vsufru. & ita procedit ista opi. Non ob. dictum do. de Rota qui dicunt, ꝙ si continetur aliquem fuisse dominum in perpetuum, vel se alicui fuisse obligatum, videtur negari de præsenti, quia diuersa est ratio in confes
13 sione & libello, † quoniam confessio sicut pars probationis in dubio interpretatur contra actorem, vt in regula, contra eum, de reg. iur. & in c. in præsentia. de proba. & patet ex no. in l. inter stipulantem. §. j. de verb. ob. & ideo non resultat præsumptio ex confessione ꝯ confitentem, nisi quatenus verba important, sed libellus debet adaptari ad intentionem libellantis, vt dictū est. Tu autem dicas, ꝙ opinio Spec. & do. Anto. est verissima, quia etiam in confessione, quia si aliquis cōfitetur se obligatum fuisse in perpetuum vel rem fuisse alterius, resultat præsumptio cōtra ipsum, vt sit obligatus de præsenti. s̄. de transac. c. preterea. 2. per tex. ꝯ Bar. tz Bal. in d. l. edita. & uide eundem in l. minorem. C. de in inte. resti. & collige ista verba ex dictis Bart. in l. Aureli⁹. §. item q̄siit. ff. de lib. leg. vbi vult quod no. pleni⁹ in l. hoc iure.
14 ff. de ver. ob. † ꝙ si debitor ꝓfitetur se promisisse, sed soluisse, & sic negat

ADDITIO.

a VIN. GOD. Nota, ꝙ libellus incertus, super petitis per quandam consequentiam, & incidenter procedit, non tamen sententia. Ruin. consil. 35. num. 5. lib. 4.

sic negat se obligatum de præsenti, ꝙ præsumitur cõtra ipsum, nec aliud dicit glo. in §. si fundum. si bene respicias, vnde dictũ Do. de Rota est falsum, quando dicunt ex confessione facta super iure de præsenti, & tamen dictum Bar. & Cy. potest esse verum, quia non est in potestate rei includere præsumptionem, quæ resultat de præterito in præsens in fauorem actoris, sed qñ actor ipse ponit ius de præterito, est in potestate sua auferre præsumptionem, quæ de præsenti pro ipso resultat, in l. si quis in ꝯ. scribendo. C. de pac. & no. in c. 2. s̃. de proba. Et tamen plꝫ mihi
15 opin. Spec. noua ratione, † quia ista verba, dico ꝙ fui dominus, possunt significare ius de præterito, prout fuit initiatum, & possunt significare prout fuit finitum. possunt enim denotare actũ acquisitionis obligationis & respectu initij & finis, vnde ne libellans videatur sibi contrarius ver. præteritum respiciat initiũ acquisitionis. & hoc modo verificatur, dico ꝙ fuisti mihi obligatus, hoc ꝙ olim cæpit tua obligatio, non ꝙ nõ sit finita. & hęc doctrina colligitur ex tex. & glo. cum his, quæ ibi ponit Bart. in l. 2. §. j. ff. si cer. pet. & l. insulam. §. j. & quod ibi no. per Moder. ff. solu. mat. bene facit quod ipse idem not. in l. fin. §. quæsitum. de condit. inde. & per hoc habes declaratum istum arti. Item adde
16 inquantum hic tetigit do. Ant. vtrum procedat † iste libellus, peto omnes res, quas possides in tali villa, ſm opi. Bart. quam ipse sentit in l. Titia. §. Lucius. de leg. 3. ꝙ iste libellus sit declarãdus
17 aliter non procedit, videtur esse verissima, † quia non videtur esse in potestate actoris alterare naturã actionis singularis, vt de act. singulari faciat iudicium generale in præiudicium rei, cui ꝓpter obscuritatem aufertur materia defensionis. Et pro ista cõclusione videtur casus no. in l. j. §. si cista. ff. depos. it. vbi text. vult, ꝙ quando res fuit simul deposita in cista sigillata si petunt actione depositi, debent specialiter exprimi, & non in genere per relationem ad certum locum, & bene facit quod habetur in l. si post mortem. §. fi ff. de contratab. Pro opi. tamen quam tenuit hic d. Ant. & Inn. in c. certificari. j. de sepul. facit tex. valde not. & quod ibi no. per Bar in l. scire debemus. in princ. ff. de verb. obl. vbi tex. no. vult, ꝙ quãdo per signum vniuersale omnes res particulares deducuntur in stipulatione resultat vna obligatio generalis, pro qua intentatur iudicium generaliter, vt ibi declarat Bar. sed tu respondes, ꝙ dicitur tantum potest induci ex consensu duorum, non tamen ex voluntate actoris simpliciter vt s̃. diximus, & hanc opi. sequitur hic Io. de Imo quæ magis placet.

De probationibus. *Rubrica.*

SVMMARIVM.

1 *Argumentum largo modo sumptum capitur etiam pro testibus, & instrumentis.*
2 *Argumentum proprie est probatio coniecturalis, qua aliud per aliud demonstratur.*
3 *Probatio est rei dubiæ per testes, instrumentum, indicia & præsumptiones ostensio.*
4 *Probationis appellatione intelligitur vera probatio non coniecturalis.*
5 *Probatio præsumptiua capitur tripliciter.*
6 *Fama dicitur propria probatio.*
7 *Coniecturæ legis sunt liquidissimæ probationes.*
8 *Probatio præsumptiua, præiudicat matrimonio sequenti vere probato.*
9 *Probatio præsumptiua, quando non comprehendatur sub probationis nomine.*
10 *Statutum dans præmium probanti, semiplene probans illud non consequitur.*
11 *Probatio præsumpta, quæ dicatur.*
12 *Probatio ficta non venit appellatione probationis.*
13 *Confessio proprie non est species probationis.*
14 *Iuramentum est releuatio ab onere probandi.*
15 *Dictio, perinde, denotat improprietatem.*
16 *Statuto excludente omne genus probationis, post lapsum termini non poterit iuramentum deferri.*
17 *Probatio consistens ex pluribus speciebus non potest dici aliqua illarum specierum.*

PRo declaratione Eorũ, quæ tradunt Doct. sup ista rubrica, videndum est. Primo, quid sit probatio. Secundo, vtrum confessio proprie dicatur species probationis. Tertio, vtrum sit dare aliquam probationem in genere, quæ non possit dici species probationis. Ad primum adde dictis Doct. inquãtum Host. hic dicit, ꝙ diffinitio Accursij posita in rubr. de prob.
1 potest saluari, † quia argumentum largo modo sumptum, capitur etiam pro testibus & instrumentis, quod argumentum tripliciter potest accipi. vno modo large, & sic comprehẽdit testes & instrumenta, vt est casus in l. 3. §. eiusdem quoque. ff. de testi. & in l. 3. in fi. C. quorum appel. non recip. Dicitur autem argumentum probatio testium vel instrumentorum per similitudinem, quia sicut argumentum constat ex pluribus propositionibus, ita probatio, quæ fit per testes, semper constat ex plurib⁹ existentibus, idest ex duobus testibus vel instrumento, quod habet vim duorum testium, vt l. in exercendis. C. de fide instrum. & in c. licet. j. de testi. Et quando fit probatio per vnum solum testem, tunc assertio partis computatur loco alterius testis, vt in c. in omni. j. de testi. & ita declarat Bald. no. in l. ea quidem. in 3. col. C. de accu. Secundo modo sumitur argum. nimis large, nõ tamen proprie & stricte, sed prout est probatio quædam coniecturalis. intelligo autem quando coniectura & præsumptio resultans ex facto, approbatur a iure pro legitima probatione, vt in l. iurisgentium. §. ꝙ fere. ff de pac. & in c. ad nostram. infra de emp. & vend. & ibi notatur, argumẽtum in iure, vt probat tex. in d. l. 3. C. quorum appell. non recip. & in l. diuus. in fi. ff. de custo. reo. Tertio modo sumitur propriissime, † & tunc ar. est quę
2 dam species probationis coniecturalis, in qua aliud per aliud demonstratur. Aliquando plene, aliquando semiplene, aliquãdo etiam minus, in qua communiter opus est subtilitate ad demõstrandum illud aliud etiam factum, & istæ sunt coniecturæ, & indicia non approbata a iure, sed reposita in arbitrio iudicis, vt tradit Bar. eleganter in l. fin. ff. de quæstionibus. & de ista probatione loquitur tex. in c. forus. j. de verbo. sign. Secundo adde ad
3 diffinitionem Gof. inquantum dicit, † ꝙ probatio est rei dubiæ, per testes, instrumenta, indicia & præsumptiones ostensio, ꝙ illa diffinitio non videtur vera noua ratione, quia ista diffinitio complectitur probationem præsumptiuam, quæ est argumentum, vt s̃. dictum est, sed arg. non est probatio, immo distinguitur ab ea, vt in c. forus. §. causa. de verb. sign. nec obstat, si dicas, ꝙ ille tex. loquitur de arg. logico, vel de probatione iuris, nõ de probatione facti, in quo possumus argumentari, quia hoc repugnat tex. manifeste, quoniam dicitur ibi, ꝙ per argumentum ex inuestigaris veritas causæ manifestatur quod non potest intelligi nisi de probatione coniecturali & facti, & debes scire ut intelligas, ꝙ illud, quod dicitur in tex. ꝙ argumentum non constat testibus vel instrumentis, est intelligendum, scilicet directe, sed bene possunt produci testes & instrumenta super facto, ex quo resultat præsumptio & coniectura, quę tamen non dicitur probatio instrumentalis, vel testium secundum glo. not. in d. §. quod fere. & Bal. in l. generaliter. C. de non nume. pecu. Confirmatur ista impugnatio ex rubr. ff. de probatio. vbi ponitur, & de præsumptionibus, tanquam sint species distinctæ. Vnde et Bar.
4 per illum text. in l. Lucius. ff. de condit. & demonst. † ꝙ appellatione probationis intelligitur vera probatio non coniecturalis. Pro declaratione istius puncti est dicendum, sicut in voce diximus, † ꝙ probatio
5 a præsumptiua capitur tripliciter, vno modo
a quando testis directo probat factum, de quo agitur, sed nõ reddit causam dicti sui, vel si reddit eam præsumptiuam non certam, vt quia interrogatus in causa scientiæ. dicit scio, quia sum vicinus. Secundo modo dicitur probatio prę sumptiua, quando nõ probatur factum de directo, sed probatur factum, per quod ius præsumit, hoc esse factum, quæ d educitur in iudicio. Tertio modo est probatio præsumptiua probatio cõiecturalis, quę proprie dicitur argumentum, de quo s̃. dixi, primo modo dicimus, ꝙ præsumptiua probatio est probatio, quę fit per testes deponentes de facto, vt in d. c. forus. §. causa. in l. instrumẽtis, cum multis aliis. C. de probationibus. & bene probatur in authen. de instru. cau. & fide. § j. Sed tamen debes scire, ꝙ quamuis sit proprie probatio, non tamen est vera probatio, & ideo licet valeat ad probandum, vt vera probatio, non tamen ad reprobandum, secundum Cal. signanter in l. presbyteri. ad fi. C. de epis. & cler. vnde dicit sing. Bal. vbi s̃. referens ita lac. But. disputando tenuisse, ꝙ talis probatio præsumptiua, nunq̃ potest reprobare instrumentum notarij. Et quando est imperfectum, nõ facit semiplenam probationem, vnde vnus testis non reddens causam dicti sui non probat semiplene secundum Bal. no. in c. j. §. sacramentum. de consue. rec. fue. propter vnum testem non reddentẽ rationem dicti sui non defertur iuramentum in supplementum
6 probationis. De secunda specie dicimus, † ꝙ etiam ipsa dicitur propria probatio, vt patet de fama, vt in l. 3. §. eiusdem quoq;. ff. de test. & per l. si quis. §. fin. ff. de manu. testa. & l. licet Imperator. ff. de leg. j. & l. si tutor. C. de peri. tuto. in quibus dicitur, † ꝙ
7 coniecturę legis sunt liquidissime probationes. facit optime, quod no. Bar. in l. si constante. in princip. ff. sol. matr. pro ista sol. adduco tibi text. no. in c. laudabilem. in princ. j. de frigi. & male. iuncto c. j. in fi. eo. ti. in quibus probat, ꝙ etiam vbi agitur de grauissimo præiudicio, sicut de separatione matrimonij, applone probatiõis ꝓtinetur probatio ꝑsumptiua, & licet gl. ibi destruat illum tex. ſm quam posset illa decre. allegari in oppositũ, plus placet

ADDITIO.

a VIN. GOD. Nota, ꝙ ꝓbatio reddit dubia & incerta, si eius demõstratio alteri ẽt ꝓueniat. Rui. cõs. 115. nu. 4. li. 5. & ꝓbationem cõcludens non releuat, idem Rui. cons. 69. nu. j. lib. 4. Quando autem dicatur probatio dubia & ambigua, cons. 30. nu. 5. lib. j. Sed probatio facta per testes in causa criminali, probat in ciuil, in eadem instantia, & inter easdem personas. Rui. cons. 4. nu. 5. lib. 4.

placet mihi prior intellectus, quia nulla verba iudicij, quod ponitur in c.j. in fi. ſignificat proprie probationē præſumptiuam, vt declaratur in principio eiuſdem. c. in gloſ. Secundo adduco tex.no.in c.veniens.el ij ĩ.de ſponſ.& ibi hoc no.d.Abb.Sicu.
8 vbi patet, † ꝙ probatio præſumptiua prę̃iudicat matrimonio ſequenti vere probato, propterea dixit Bal. no.in l.filium. in fi.ff. de his,qui ſunt ſui vel alie.iur.in ſecunda lect.ꝙ appellatione ꝓbationis venit præſumptiua probatio, quæ eſt uerum etiam in materia ſtatuti. De tertia ſpecie dicimus,ꝙ non eſt proprie probatio,& in hoc non tenemus dictum Gof.ſed largo modo,vt ꝓ-
9 batur ex ſuperiorib.inductis,& ideo videretur poſſe inferri, †ꝙ qñ hoc nomen probatio profertur a ſtatuto,vel a teſtatore, vel a ꝯhentibus non comprehendatur iſta probatio præſumptiua tertij generis,& hoc ſentit Bal.clare in illa.l.filium.in fi. vocans iſtam præſumptionem hominis. Sed ꝯ ſentit & melius in §. id quod ſuperius. ver.xj.q̃ro.C.de epi.& cle.in diſpoſitione teſtatoris, quia verba prolata a teſtatore debent intelligi ſm ſubiectam materiam, ſicut intelliguntur etiam ſm qualitatem perſonæ,etiam circa proprium ſignificatum, vt l.hæredibus.§.fin.& ibi per Bar.ff.ad treb.& l.quibus diebus.§.dñs.ff.de cond. & demon.& idem credo eſſe dicendum in diſpoſitione ſtatuti vel legis,ꝙ licet iſta nõ ſit proprie probatio,ſtatutum tñ per interpretationem paſſiuam habet locum in omni eo, quod lex hꝫ pro propria ꝓbatione,in l.j.§.lex falcidia. & quod ibi traditur. ff.ad legem fal.Illud tñ debes ſcire,ꝙ quamuis in ſtatuto comprehendatur iſta probatio, non tñ comprehendetur probatio imperfecta,vel priuilegiata,quæ tñ alias ſufficeret de iure communi,ita notanter terminat Bal.poſt longam diſputationem in c.conuen
10 ticulas.de pac.iur.fir.& ponit exemplum in pacto & diſpoſitione teſtatoris,idem dixit in c.j.circa prin.ſi de inueſti.inter do.et vaſ.lis oriatur.†& ideo ſi ſtatutum defert præmium probanti, non debet ille conſequi præmium, qui ſemiplene probat, licet ex hac probatione reus ſit poſitus ad torturam, & confiteaꝫ crimen,ita dicit Bal.per illum tex.in l.j. C. de ſeruis qui ꝓ præmio liber.accipi.quia ex hoc ꝙ dicimus,ꝙ probatio cõiecturalis tertij generis improprie dr̃ probatio, dicunt ſingulariter Hoſti. & alij Doct.in c.pro humani.de homici.lib.6.ꝙ qñ in criminibus diſpenſatiue lex admittit probationem coniecturalem,de mente legis vr̃ eſſe,quia iſta non eſt proprie probatio,ꝙ iudex poſſit recipere teſtes ſuper coniecturis etiam parte non citata,quod dictum non eſſet verum,tum quia regula eſt, ꝙ indicium & præſumptio debet probari per duos teſtes &legitime,vt traditur in l.fi.C.fam.erc. tum quia hic cõcurreret duplex ſpecialitas circa idem,quod non eſt admittendum,vt l.j.C.de dot.promiſ.& qđ
11 ibi no.†Illud etiam ſcias,ꝙ probatio reſultans ex diuerſis generibus probationum,ſemper dr̃ probatio præſumpta, & non eſt proprie probatio, vt tradit notanter Bal.in c.j. §.cum autem.de
12 contro.inueſti.†Licèt autẽ appellatione probationis, vt dixi,veniat quælibet probatio præſumptiua, non tñ veniret probatio ficta,vt probat tex.in l.2.§.diuus.ff.de iure fiſci.iunc. l.2.ff.iudi. ſol.per quem tex.ita decidit Bal.in l.2.C de eden.vbi dixit,ꝙ ꝓbatio ficta, facta in vno iudicio non facit fidem in alio, vbi alia vera probatio faceret,& idem dixit Bar. de confeſ. in l. eius qui delatorem.in fi.de iure fiſ.& hanc doctrinam ponit formaliter d.Ant.in c.at ſi clerici.in prin. vbi omnino vide ſ̃.de iudi.probatur iſta concluſio ſignanter,quia in cauſis capitalibus,in quibus imponitur pęna atrociſſima,niſi lex vltra procederet, nunq̃ imponitur pœna diffinita a lege propter fictam probationē, caſus eſt ſingularis & vnicus,& ibi glo.in c.inter ſolicitudines. §. vlt.j. de pur. cano. & per hoc eſt expeditus hic articulus in recte iuris diffinitionibus.dic vt alias ſcripſi, & traditur per Bald. & Sal. in rub.C.eo.Circa ſecundũ articulum, addendo dictis Doctorum
13 inquantum dicunt,†ꝙ confeſſio proprie non eſt ſpecies probationis,per c.j.de cõfeſ.in 6.& ar.l.eum,qui.ff.de iureiu. ꝙ idem tenet Bal.in rub. C.de proba. Addẽs duas rationes. prima ratio, quia ꝯ præſumptionem iuris, & de iure non admittitur probatio,& tamen admittitur confeſſio, primum probatur in c.iuuenis.& in c.is qui.de ſpon.ſecundum dixit gl.in Auth.de æqualitate do.§.illud. ſecunda ratio, quia confeſſio admittitur ẽt poſt concluſum in cauſa,vt in c.cum Ioannes. ĩ.de fide inſtr. ſed iſtæ rationes non vrgent,quia poteſt eſſe,ꝙ confeſſio ſit probatio, & tamen admittatur ꝯ præſumptionem iuris, & de iure ex eo, qa eſt probatio notoria,ſicut & probatio per euidentiã rei eſt probatio,vt l.4.§.ſi dicatur ff.finium regun.& tñ etiam ipſa nõ excluderetur ſm Azo.& Bald.in l.ex morte. C.ad l.Aquil.& in d. rubr.de proba. Dicemus ergo, ꝙ non comprehenditur ſub generali prohibitione,quia nõ ſit probatio,ſed quia habet ſpecialem cauſam & priuilegium propter ſui euidentiam. ſecundę rationi dicimus, ꝙ probatio poſt concluſum in cauſa non poteſt fieri ad inſtantiam partis.& quia communiter tenetur, ꝙ iudex non debet interrogare ad partis petitionem, ſed ex officio iudicis in his,quæ ſunt arbitrio ſui reſeruata, ſicut eſt ĩterrogare partem, vt l. vbicunque. ff.de interrog. act. bene poteſt fieri probatio, vnde ſi dicatur, ergo poſt concluſum in cauſa iudex poteſt recipere teſtes. Reſpondeo, ꝙ productio teſtium non pertinet ad officium iudicis regulariter,ſed interrogatio ſic, vt dixi, & iõ quando iudex poteſt ſupplere ex officio, ſicut eſt in criminalib. in fauorem rei, ſemper poteſt recipere teſtes poſt concluſionẽ in cauſa,ita videtur probari no. in l.vnus.§.fi.de quæſtioni. Vel potes dicere & breuiter, ꝙ ſpeciale eſt in confeſſione per rationem ſuperius primo dictam. vnde Sal.in rubr. C.de prob.repre
14 hendit in hoc communem ſn̄iam. primo quidem, † quia iuramentum eſt releuatio ab onere probandi,ſicut confeſſio, & tñ eſt etiam probatio,vt l.ſed & ſi poſſeſſori.§.pen.ff.de iureiur.Secundo per tex.in c.j.de confeſ.in 6. vbi dicitur, ꝙ negatiua non poteſt probari per confeſſionem.no. verbum niſi,quod ſignificat etiam confeſſionem eſſe probationem, quoniam exceptio debet eſſe de regula, vt l.j.de reg.iur. Tertio per l.qui ſententiã. C.de pœnis.vbi tex.dicit,ꝙ confeſſus appellatur conuictus.Cõuincere autem eſt probare, vt l.3.C.quorum appel. non reci. ergo confeſſio eſt ſpecies probationis.ad hoc adducit glo. in l. in contractibus.§.illo.C.de non nume.pecu. vbi dicit glo. ꝙ iuramentum eſt probatio.ſed aduerte, quia in l.ſed & ſi poſſeſſori.
15 eſt dictio † perinde,quæ denotat improprietatem, ſeu fictionẽ, vt l.ſed & ſi lege.§.perinde.ff.de petit. hæred. & eſt glo.in l.i. ff. de recep.Secunda inductio placet. Tertia non placet,quia quod plus eſt,vtique tanti eſt,vt l.cum furti.ff.de in litem iuran. quia ergo plus eſt confiteri,quam probari, aliter iſta conſequẽtia eſt bona,& poteſt dici,quilibet ꝯfeſſus eſt conuictus, ſed non econuerſo,quando tamen iſta duo ponuntur copulatiue, vel alternatiue,ponuntur vt diuerſa,vt patet in d.l.3.C.quorum appel.nõ reci.& tamen oppoſitio Saly.videtur eſſe.vera de iure, primo ꝓ tex.valde notabilem in l.j.in fi.ff.de interrog.actio. vbi tex. confeſſiones partis appellat probationes.Secundo per l.fin. §.licentia.C.de iure deliberan.in verbo approbari, vbi patet,quod inter ſpecies probationum ponitur confeſſio, quæ debet fieri ab
16 hærede de rebus hæreditariis,& ideo poſſumus dicere † ꝙ ſi ſtatutum excludit poſt lapſum termini omne genus probationis, non poterit deferri iuramẽtum,nec etiam pars interrogari ad petitionem partis,& hoc dicit ſingulariter in eo Mathe.in l.fin. & authen.ibi poſita.C.ſi cer.pet.licet Bald. ibi teneat contra, & habet fundamentum doctrina ſua ex his,quæ dixit glo. & Bart. in l.in contractibus.§.illo.C.de non nume.pecu.vbi volunt, ꝙ non ſolum quando quis excluditur a probando, ſed etiam apponendo poſt terminum,poteſt deferri iuramẽtum, & valet reſponſio partis, immo tenetur reſpondere, & ſic videretur poſſe inferri, ꝙ ſi ex forma ſtatuti quis non poteſt accuſari de crimine poſtcertum tempus, nihilominus poterit cogi ad reſpondẽdum, vtrum crimen commiſerit,& ſi confiteretur, debebit puniri.Sed primum non reputo verum,ꝙ poſſit primo cogi per tex. in d.§.illo.ſecundum intellectum,quem approbat ibi Bal. & recte.Secundo,quia & ſi in caſu illius. §. admitteretur interrogatio & reſponſio, non tamen in quæſtio.poſita de ſtatuto,& ratio differentiæ colligitur ex his,quæ ſingulariter tradit Bald. in l. in contractibus.in princip.C.de non nume.pecu.vbi dicit,ꝙ aliud eſt, quem excludi a proponendi facultate propter præſumptã calumniam, aliud ex alia cauſa, quia in hoc ſecundo caſu elicitur ius competens agenti, ergo nulla probatio ſuper iure eiſo debet admitti, vt l.ſcire oportet §.conſequens. ff.de excu. tuto. vtrum autem ſi reus ſponte confiteretur,deberet condemnari, quando eſt præſcriptum iuri accuſandi,dicemus Deo dante in c.licet cauſam.ĩ.eo. De tertia quæſtione dic vnum verbum ſe-
17 cundum Bal.in rub. C.de proba.†ꝙ probatio conſiſtens ex pluribus ſpeciebus probationum non poteſt dici aliqua illarũ ſpecierum, vt.l.certi condictio.§. quoniam. & quod ibi probatur per Bar.ff.ſi cer.pet. Exigitur ſecundum eum reperire probationem in genere, quę ad nullam ſpeciem deſcendit.tu dic melius & clarius,quod ſi probatio mixta participat magis de vno quã de altero, ab illa ſpecie denominabitur. l.j. §. ſi te rogando. ff. depoſiti. & no. in l.2.in princip. ff. de verbo. obligatio. ſi vero æqualiter participaret de pluribus, erit ſpecies innominata, ar. l.ſi gratuitum.in princi.in tex.& gloſ.ff.de præſcrip.ver.& l.j.circa medium. ff.e.Et ex his poſſet argui ad quæſtionem, vtrum ſi ſtatutum prohibetur aliquem probare per teſtes & inſtrumentum ſimul,de quo dicetur in c.2.ĩ.eo.

SVMMARIVM.

1 *Imperator faciens contractum cum ſubdito,quomodo obligetur.*
2 *Lex ciuilis non ligat principem.*
3 *Agi poteſt ex pacto nudo coram iudice eccleſiaſtico.*
4 *Actio eſt de iure ciuili.*
5 *Princeps poteſt conſiderari,vt priuatus.*
6 *Ciuitas,vel reſpub.faciens contractum cum priuato particularem,cuius ſit vtutis.*
7 *Conceſſio principis,tranſiens in formam contractus,non poteſt reuocari.*

8 *Princeps si tollat obligationem ciuilem ex certa scientia, iam quæsitam, quid agendum.*
9 *Subditus agit contra principem non recogno scentem superiorem, coram Pontifice.*
10 *Princeps non recognoscens superiorem, potest voluntarie se submittere iurisdictioni alterius.*
11 *Pactum factum cum prædecessore, transit ad successorem in principatu.*
12 *Princeps superiorem non recognoscens, si monitus non exhibet iustitiā, potest adiri Pontifex. & nu. 13.*
14 *Causa ciuilis de toto statu, vel maiori parte, æquiparatur criminali.*
15 *Appellatur minime a principe, qui habet supremam potestatem.*
16 *Mercatores nostri temporis, an teneantur edere suos libros rationum.*
17 *Mandatum in notorio, in dubio præsumitur, & nu. 28.*
18 *Vsurarius cogitur edere suos codices.*
19 *Mercator scribit potius, vt faciat factum suum, & quando beneficio alterius. nu. 24.*
20 *Mercator non habet causam publicam, vt argentarius.*
21 *Iuramentum in defectum probationis non defertur illi, qui sua culpa facultatē probandi perdidit.*
22 *Officium publicum habens, præsumitur me mandante confeciſſe scripturam de re ad me pertinente.*
23 *Notarius si negat se rogatum, præsumitur contra ipsum pro rogitu.*
25 *Ratio vna duarum sufficit, vt verificetur.*
26 *Tertius quilibet habens interesse, potest petere a notario sibi instrumentum edi. & nu. 27.*
29 *Actus factus nomine meo, potest a me ratificari.*
30 *Instrumentum transactionis, quando creditoribus absentibus edendum.*
31 *Officium iudicis, reo non competit ad imponendum silentium actori, quando idē actionem ordinariam consequi potest.*
32 *Ratificatio non dicitur proprie mandatum fictum.*
33 *Instrumentum propria pecunia redemptum, quando quis non teneatur edere.*
34 *Notarius instrumentum mutui non tenetur edere debitori.*
35 *Creditor post debitum solutum, vtrum possit agere, vt instrumentum sibi edatur. & nu. 36.*
37 *Scriptura vltimæ voluntatis illi edi debet, cuius interest.*
38 *Exhæredatus in testamento potest petere copiam a notario testamenti.*
39 *Cle. 1. de vsur. an possit trahi ad similes personas. nu. 44.*
40 *Vsurarius, qui restituit vsuras, an adhuc dicatur infamis.*
41 *Hæresis suspitionem tollit bona conuersatio sequens ex pœnitentia.*
42 *Vsurarius præsumitur facere contractus in fraudem vsurarum.*
43 *Publicani, nauta & similes sæpe faciunt contractus fraudulentos.*
45 *Reus, quando potest cogi ad edendum actori.*
46 *Edere quando quis cogatur contra se. 47. 48.*
49 *Iudex ex officio potest sibi facere ostendi instrumenta a seo, ad inuestigandum veritatem.*
50 *Originale notarij si sit deperditum, quid agendum.*
51 *Debitor soluto debito, non potest agere contra notarium de directo.*
52 *L. nec quisquam. ff. de eden. in quibus alijs personis procedat præter fiscum.*
53 *Dos non est causa pia, nisi sit persona forte multum miserabilis.*
54 *Instrumenta quo tempore sunt edenda.*
55 *Reus habita copia libelli, debet venire instructus.*
56 *Agens ex iure cesso, an teneatur ante litem contestatam ostendere instrumentum cessionis.*
57 *Instrumentum in libello nominatum, quando edendum.*
58 *Instrumentum productum ante litem contestatam, est reproducendum post ad probandum.*
59 *Exceptiones propositas ante litem contestatam peremptorias, non est opus iterum producere.*
60 *Instrumentum productum iudici, non debet edi parti illo tempore.*
61 *Instrumentum productum in iudicio, quando non probet.*
62 *Mandatum debet incontinenti produci, quando agitur actione incerta.*
63 *Cessionarius agens actionibus directis, quid probare debeat.*

CAP. I.

IX epistolæ. Reus non tenetur edere actori ad intentionem actoris fundandam. secunda pars est ibi, fm adhoc. in prima ponitur petitio, in secunda resp. No. primo fm Doc.

1 †ꝙ Imperator faciens ꝯctum cum subdito, obligatur saltē naturaliter ad obseruantiam pacti, & sic sentiunt in dictis suis, quod princeps subdito non obligetur ciuiliter, sed naturaliter tātum, per l. digna vox. C. de legi. & per l. princeps. ff. eo. nam cum obligatio ciuilis oriatur a iure ciuili, vt Insti. de obli. in princ. † si lex
2 ciuilis non ligat principem [a] ergo non potest obligari ciuiliter, naturaliter autem obligatur, quia ipsa naturalis obligatio sumit originem a iure naturali, vt l. Stichum. §. naturali. ff. de solut. & l. cum amplius. §. is natura debet. ff. de reg iu. ius autem naturale non potest tolli; per principem, nec limitari sine causa, vt in §. sed naturalia. Inst. de iure nat. gen. & ciuili. & plene tradit Inno. in c. quæ in ecclesiarum. s̄. de consti. Et ex his infert d. Ant. duo
3 multum notabilia. Primo, †ꝙ coram iudice ecclesiastico potest agi ex pacto nudo, vt quis consequatur suum, sed non declarat, qūo agatur. vī tn̄ sentire, ꝙ etiam circa denunciationem euāge licam posset adiri iudex ecclesiasticus, de quo vide plenissime per ipsum in c. j. s̄. de pac. & in c. nouit. s̄. de iudic. & per Bal. in l. petens. C. de pac. & ibi plene scripsi in repe. mea super hoc ar ti. Secundo infert, ꝙ qn̄ duo laici litigant coram iudice ecclesia stico, seruantur canones & non leges, de quo in c. ꝙ clericus. s̄. de fo. comp. Tu autem aduerte ad primum dictum, quia Bal. in l. princeps. ff. de legi. dī, ꝙ princeps obligatur non solum naturaliter sed ciuiliter ex ꝯctu, alias sequeretur absurdum, ꝙ ꝯhens secū obligaretur sibi, & ipse i. ō obligaretur alteri, ꝯ legem, cum emptor. ff. de rescin. ven. Sed ista ratio non est sufficiens, quia si hoc toleratur in pupillo, vt l. nullus. §. siquis a pupillo. ff. de ac. empt. cur non idem in Cæsare. Præterea & multi alij sunt casus, in quibus ꝯctus isto modo claudicat, vt in ecclesia, vt in c. j. & quod ibi tradit. j. ne sede vac. sed in l. j. in prin. ff. de consti. prin. ipse dī quę dam verba notanda bene intellecta, ꝙ princeps non obligatur. l. publica, sed bene lege priuata ꝯctus, Cy. autem ī l. digna vox. in verbis suis sentit potius id, quod dicunt hic Doc. quasi oppositum. ego autem dico indubitanter, ꝙ princeps ꝯhendo obligatur ciuiliter & naturaliter, hoc probatur ratione fortissima, & arguo sic, obligatio descendens ex quasi ꝯctu, & maxime ex aditione hæreditatis est inducta tota de iure ciuili, vt l. apud Iul. §. fi. ff. ex qui. cau. in pos. ea. & tz Bar. expresse in l. ex hoc. & in l. iurisgen. in pen. col. ff. de iusti. & iur. sed princeps adeundo hæreditatem obligatur per aditionem, vt l. j. §. fi. & l. seq. ff. de of. procu. Cæsa. ergo potest obligari ciuiliter ex dispositione iuris ciuilis. Secundo hoc probatur per casum not. & rotundum in l. benea Zenone. circa medium. C. de quadri. præscr. vbi dī expresse, ꝙ siue princeps ꝯhat per se, siue per procuratorem, competit ꝯ eū
4 actio & realis & personalis, ita dī ibi & in l. j. C. e. actio † autem est de iure ciuili. l. 2. §. deinde. ff. de ori. iur. ergo patet, ꝙ princeps est obligatus ciuiliter, tum quia sicut actio descendens ex iure ciuili astringit principem, ita & obligatio, tum quia in actione personali datur actio ciuilis, necessario datur obligatio ciuilis, vt scis, & probatur in l. licet. §. ea obligatio. ff. de procu. dicit tn̄ tex. singularis in l. bene. in ver. de licentia ex nostra iussione, fm ex positionem Accursij ibi, ꝙ quamuis competat actio ciuilis ꝯ principem, non tamen princeps potest vocari in ius non petita venia, & ipse dabit iudicem, vt dicetur in c. seq. Non obst. l. prin-
5 ceps, de legi. quia dico, ꝙ † princeps potest considerari vt priuatus, vel saltem vt habet potestatem ordinatam. & his duob. modis, princeps subest legi. vnde ꝯhendo, quia iste est actus ptinens ad priuatum & ad rem priuatam, princeps obligatur ciuiliter, & naturaliter, pro hoc optime facit tex. in l. 2. §. j. ff. ne quid in loco publico. & quod ponit Bart. per illum text. in l. in fraudem. §.
6 neque. versus fi. ff. de iure fisci. vbi dixit, †ꝙ qn̄ ciuitas vel respu. facit aliquem contractum particularem cum priuato, scripturæ suæ censentur sicut scripturæ priuatæ, & actus sui, licet igitur princeps condendo legem non comprehendatur ipse sub lege sua, quia actus condendi legem competit principi vt principi, tamen obligatur ex sua conuentione, quia iste actus competit sibi vt priuato. nec est mirandum, ꝙ aliquis tanquam persona publica agit in seipso vt priuato, vt patet in l. si consul. ff. de adopt. in l. j. ff. de offic. consu. cum multis aliis. pro his facit optime no-
7 tabilis tex. in c. j. de natu. feudi, per quem dicit ibi Bal. ꝙ† concessio principis transiens in formam ꝯctus non potest reuocari, de quo scripsi plenissime post Inn. & do. Ant. in c. j. s̄. de consti. sed posito, ꝙ princeps non obligaretur ciuiliter, non credo id, quod sentit d. Ant. hic elici ex isto tex. quia aliud est, ꝙ ex conuentione nuda non oriatur ciuilis obligatio propter naturā pacti, quo casu nullum est remedium agendi, aliud ꝙ non oriatur ciuilis obligatio propter qualitatem personę, cum qua ꝯhitur, nam in primo casu est quid imputetur parti, quæ non melius sibi prouidit. In secundo casu nihil potest ei imputari, & ideo distinguendum est, vt saluetur dictum do. Ant. Quod autem ꝯctus factus cum principe super causam mere lucratiuā, & tunc vera sit opinio sua, & hoc est, quod sentit Cy. in l. digna vox. cum dixit, ꝙ si pactum factum cum principe est fundatum in naturali æquitate, est seruandum, quasi sentiat, ꝙ vbi non subesset naturalis ęqtas, suadens pactum seruari, princeps in foro seculari non posset conueniri. aut contractus principis non est mere ex causa lucratiua, quia ad minus donatio est remuneratoria, tunc dicendum est, quòd etiam in foro ciuili succurretur per officium iudicis, &

per

ADDITIO.

a Princeps, an obligetur contrahendo ciuiliter, an autem princeps obligetur pacto & contractu, uide Alex. cons. j. col. 4. uol. 2. Fely. in c. j. col. 7. cum seq. & seq. de consti. & in tit. quæ in ecclesiarum. col. 17. in fi. eo. tit Barb. cons. j col. 39. & per totum, uol. j. Ant. de But. cons. 60. & in cons. 67. Roma. cons. 109. & cons. 116. Panor. in c. nouit. col. 8. de iudi. Card. consi. 2.

VIN. GOD. Adde, ꝙ princeps in iure quærendo, potest etiam sine causa præiudicare, Ruin. cons 95. nu. j. & 9. lib. j. Princeps autem semper excipitur ne sibi legem imponere uideatur. Thom. Gram. cons. 8. nu. 3. in ciuilib.

per viam querelæ illi,cui non competit actio ex æquitate.l.plane.&l.fi.ff.de pet.hære.hoc patet ex his,quę tradit notāter Inn. in c.quæ in eccleſiarum.s.de conſti. & refert & ſequitur Bal. in
8 l.reſcripta. C.de preci.imper.offe.†vbi dixit notāter,†ꝙ ſi princeps ex certa ſcientia tollit alicui obligationem ciuilem iā quæſitam,poterit implorare officium iudicis,vt dictum eſt,& adiri debet iudex per viam querelæ,pro his facit optime text. in l.j.§. cum patronus.cum.§.ſeq.ff.de offi.præfec.vr. & quod pulchre tradit Bar.in extrauag.ad reprimen.ſuper ver.denunciationem.
9 in col.j.Secundo no.ex iſto tex.ſecundum Doct. †ꝙ ſi ſubditus
a agit ꝯ principem, qui non recognoſcit ſuperiorem[a] poteſt illū conuenire coram ſummo Pontifice,ex quo nō habet alium iudicem particularem, & hoc multum ponderat Abb. dicens per illum limitari iura dicentia, ꝙ princeps non recognoſcens ſuperiorem,poteſt eſſe iudex in cauſa propria.23.q.4. c.Guiliſarius.& ibi per gl.& l.proxime.ff.de his quę in teſta.delen.& plene traditur per Doc.in c.cum veniſſent.s.de iud.& in l.vnica.C. ne quis in ſua cauſa.nam dicit illa eſſe vera, qñ dominus agit ꝯ ſubditum,ſed qñ ſubditus vult agere ꝯ dominum, tunc poteſt agere coram Papa ſm eum,ſimile dixit Hoſt.in c.cum Ioan.ere mita.j.de fi.inſtr.ꝙ ſi eſt appellandū a principe,ſi non recognoſcit ſuperiorē,appellabitur ad Papam, & refert hic d. Abb. Sed tu aduerte,quia hoc videtur ꝯ tex.in terminis, maxime ſm glo. ibi in d.l.2.C.de quadri.præſcri. vbi paret,ꝙ qñ princeps conuenitur,tanq̄ reus,ipſe dat iudicem,vel aditur procurator fiſci,vna cum præſide.& ita no.in l.2.C.ſi aduer.fiſcum.Præterea ſecundum Doc.in c.licet.s.de fo.compe. ꝯ non recognoſcentes ſuperiorem non procedit Pontifex,niſi qñ faciūt iniuſtitiam, vel negligunt illam exhibere,ſed priusq̄ requiratur princeps, hoc nō
10 contingit,ergo ſummus Pontifex non ſupplebit. † Poteſt enim princeps non recognoſcens ſuperiorem voluntarie ſe ſubmittere iuriſdictioni alterius.2.q.j.nos ſi incompetenter. ſupra diximus in alio articulo.Nō obſtat tex.quia vel poteſt dici,ꝙ princeps ſecularis erat negligens in exhibendo iuſtitiam, vel ꝙ pactum erat iuratum,vnde potuit adiri iudex eccleſiaſticus, vt in c.cum C.laicus. de fo. compet.vel dic & magis ad literam, quia priora diuinant,ꝙ hic Papa non fuit requiſitus tanquam iudex ſed potius tanquam mediator ad compoſitionem & concordiam, & hoc ſatis indicat text. ibi dum dicit, & ex his collige, quid ibi ſeruare deberet,per quæ verba res videtur poti⁹ remitti ad arbitrium & examen ipſius imperatoris, q̄ ad examen, & arbitrium Pontificis. & quamuis glo. exponat verbum in medium,poſitum in tex.ideſt in iudicio,hoc poteſt intelligi de iudicio agitando coram ipſo Cæſare,vnde hoc non fundat intentionem Doctorum.Et vlterius colligunt Doct.ex iſto tex.†ꝙ pactum factum cum prædeceſſore tranſit ad ſucceſſorem in principatu,de quo dic vt traditur per Cy.& Bal.in l.digna vox. C.de legi.& in c.qui ſuccincte.in vſi.feu.& in l.j. in prin. vbi plene loquitur.ff.de conſtit.principum. & ad materiam vide,quod tradit in c.fi.j.ne prælat.vices ſuas.& in c.dilecti,s.de fo.compet.& in c.i.s.de ſol.Et adde ad ea,quæ diximus in ſecundo no. ſingularem & pulchram doctrinam,quam poſuit Io.An. in nouella,
12 in c.j.iuxta fi.de iniuriis & dam.da.lib.6.vbi voluit †ꝙ ꝯ principem,qui recognoſcit ſuperiorem ſaltē de facto, ſi monitus non exhibet iuſtitiam,poteſt adiri ſummus Pontifex.& idem ſentit, licet non ita clare in regula,non debet aliquid.de reg.iur.in ſua mercuriali.Sed vbi non daretur negligentia iuſtitiæ,& monitio præcedens, videtur procedere, quod s.dixi. & tamen ſaluando
13 dicta verba Abb.poteſt dici,†ꝙ quando ageretur ꝯ talem principem ad punitionem criminis grauis, vel de ſtatu ſuo in totum, vel pro maiori parte, tunc forte immediate poſſet adiri ſumm⁹ Pontifex,tum quia.ll.s.allegatæ in oppoſitum loquūtur in cauſa ciuili,tum quia gl.or.& no.in c.grandi.de ſup.neg.præl. in 6. ſuper reg.tenet,ꝙ in regem, vel principem, qui nō recognoſcit ſuperiorem, ſummus Pontifex habet poteſtatem remouendi eum a regno,vel principatu,& bene facit tex.16.q.6.§.alius.& hoc dictum multum habet æquitatis in ſe,quia nō eſt veriſimile,ꝙ ſuper graui crimine de ſe princeps admitteret querelā,& daret iudicem,niſi forte cogeretur timore impreſſionis,&idem
14 eſt,cum ageretur de toto ſtatu,vel magna parte:†quia(vt ſcis)illa cauſa æquiparatur criminali,vt l.pp in prin.ff.de excu.tut.& traditur in c.fi.j.de iureiuran.& in c.frequens.de reſti.ſpo.lib.6. Quod autem dixit Hoſti. & refert hic d.Abb.ꝙ a principe non recognoſcente ſuperiorem, appellatur ad Papam regulariter,
15 non bene vr̄ dictum,†quia a principe,qui habet ſupremam poteſtatem,non appellatur,vt l.j.in princ.a quib.ap.non licet.niſi forte iniuſtitia eſſet notoria, & ſuper tali iure, quod princeps pro arbitrio tollere non poſſet, quo caſu credo, ꝙ Papa poſſit adiri per viam querelæ,quia ſi eccleſia pp notoriam negligētiā iudicis ſecularis poteſt exercère iuriſdictionem in laicum, vt in c.fi.& ibi hoc ponit Abb.Mod.j.de ſepul.multofortius pp notoriam iniuſtitiam.In gl.poſita ſuper verbo decidendum. & incipit reo,&c.Iſta gl.& ſequens tractāt materiam editionis inſtrumentorum,qnæ multum diffuſe traditur hic per d.Ant. de Bu.
16 & alios Mod.& inter cætera dubitatur per Doc.†nunquid mer
a catores[a]& artifices noſtri temporis,qui conſueuerunt tenere libros rationum,teneantur edere illos in iudicio,ſicut argentarij & ꝯ ſe & inter tertias perſonas,vt dicit tex.in l.argētarij.in princ. ff.de edē. & eſt cōis ſnīa, ſm But.Bar.Bal.Ang.& Sal.in l.j.C.de eden.quam ēt replicauit Bar.in l.quædam.in prin.& in §.nummularios.ff.eo.ꝙ ſic,& ꝙ tenentur illas edere per officium iudicis.fundamentum ipſorum eſt pp conſuetudinem ſcribendi,& conficiendi rationes, quia ex conſuetudine præſumitur mandatum,vt l.vel vniuerſas.ff.de pig.ac. & l.Titianus. ff quod cū eo. Et ut bene intelligas dicta ipſorum,hoc volunt in effectu, ꝙ qa mercator eſt conſuetus ſcribere,idcirco videatur ſibi mandatū a parte,vt ſcribat.Item ex conſuetudine ſcribēdi cogitur ſcribere,vr̄.n.ſe obligaſſe tenendo librum rōnum ad faciendū idem, quod & ipſe & alij ſimiles conſueuerūt facere, ar. l.excepto.C. locati.& quod ibi no.ſed leges, quas ipſi allegant,licet bñ faciāt, loquuntur tñ de præſumptione mandati,quæ ſumitur a cōſuetudine mandantis,ſeu committentis,nos autem de conſuetudine illius, cui fit commiſſio, vnde & tu allega & magis formaſr, ꝙ ex quo ſunt conſueti mercatores ꝯctus, qui fiunt cum eis redigere in ſcripturam, idcirco pars ꝯhēdo cum ipſis vr̄ voluiſſe, ꝙ quicquid eſt conſuetum fieri in talibus ꝯctibus, fiat, vt l.fi. & ibi per Bal.C.de fideiuſ.in l.ſi prius.§.fi.vbi Bart.allegat multas concor.ff.de aqua plu.ar.pro hoc eſt tex.valde no.in l. ſi pignore.§.fi.& ibi per Bar.ff.de pig.ac. & hoc dictum habet locum in negocio,quod geritur inter mercatores & alios, vel cuius mercator aliquo modo eſt particeps. Si autem mercator conficiat ſcripturam de negocio geſto penitus inter tertios, tunc conſuetudo ſcribendi quaſi neceſſario infert mādatum, multofortius q̄ in caſu priori.nam arguendo a communiter accidētibus, qs nunq̄ ſcribit negocia tertij ad ſe penitus non pertinentia,niſi p-
17 cedente mandato,†& ideo in notorio in dubio præſumitur rogitus & mandatum,vt traditur in l.ſciendum. ff.de ver. obl. per Bar.& inferius dicemus.ſed gl.or.in cle.j.de vſur.ita hic videtur intelligere d.Ant.& d.Pet.de Anch.in d. cle. ſenſit ꝯrium, dicēs ſpeciale eſſe in vſurario, vt edat codices rationum, alios ad hoc non vrgeri,niſi ſint deputati ad officium publicum,ſed d.Bald. in l.j.§.editiones.in fi.commenti.ff.de eden.intelligit illam glo. in ſcriptura domeſtica,quæ retinetur in domo,ſicut memoriale quoddam, & hanc dicit non eſſe edendam, niſi ab vſurario, quia non præſumitur facta aliquo mandante, & hunc intellectum poſuit do.Flo.hic,& Abb.mod.mihi videtur, ꝙ clare loquatur de omnibus libris mercatorum,quia expreſſe præmittitur,ꝙ ſoli illi,qui ſunt deputati de publico tenētur edere, & ſic vr̄ intelligere text.illius cle. ratio tñ poſita in tex. bene facit pro opi.communi:dicit.n.ꝙ vſurarius cogitur edere ſuos codices, quia excogitauit dolos & fraudes occultas,quæ vix poſſunt de-
18 tegi,† talia autem occultantur communiter per ſcripturas domeſticas & priuatas,non per libros publicos,quos frequenter mercatores coguntur producere etiam in iudicium ad probandum de iure ſuo. Pet.tñ de Anch.ibi,& d.Ant. hic in vna parte vñr tenere gl.prædictam.Sed in alia d.Ant. videtur inclinare in opi.Bar.ꝙ ſit facienda editio,ꝯ quam opi.Bar.tenet Ang.expreſſe in l.argentarius.in prin.ff.de eden.prætereq̄ vbi expreſſe poſſet mandatum probari,per illum tex.in verbo,duntaxat, ille tex.potius facit in oppoſitum, quia vult,ꝙ diſpoſitio illi⁹ legis habeat locum etiam in ſimilibus vel diſſimilibus perſonis, & tales vidētur eſſe mercatores noſtri temporis, & hoc ponderat text. in §.nummularios.quem inducit communis opi. pro ſe, quia nō requirit ſimilitudinem in qualitate perſonæ, ſed ſolum in modo gerendi & exercendi actum,vnde non eſt neceſſe,ꝙ perſona ſit deputata de publico,ſed ꝙ communis opi.Doctorum nō ſit vera,arguitur multipliciter.& primo adducitur tex.contra ſeipſos,in l.j.C.de eden.ſecundum intellectum ipſorum.Dicitur.n. ibi,ꝙ editio rationum eſt facienda ex cauſa, quæ verba important,ꝙ editio regulariter fieri non debet, vt l.ſi quis ex argentariis. §. fin. ergo, &c. Secundo contra iſtam concluſionem arguo ſubtilius, aut enim mercator facit ſcripturam de negocio ſecum geſto, aut de negocio geſto inter alios, cuius tamen ipſe eſt particeps. verbi gratia, quia ipſe ſoluit alteri mandante al-

tero

ADDITIONES.

a VIN. GOD. Princeps non recognoſcens ſuperiorem,coram quo cōuenietur per laicum. De hac materia late tractatur in lib.x.tracta.de poteſt. ſecul. 1350.præſertim in 24.& 25.c.fol.155. & per totum illum tracta. incerto auctore.

b VIN. GOD. Nunquid mercatores noſtri temporis teneantur edere libros contra ſe,& inter tertias perſonas,uide Fed.conſi.119.in fi.Panor.conſ.304. in 2.col.Rom.conſ.205.Fel.in c.cum cauſam.in 2.col.infra eo. Barb.in rubr. de fi.inſtr.in j.col. Adde ꝙ ſi mercatorū libris, uigore ſtatuti credi debeat, intelligitur de his,quæ ad eorum officium pertinent,Alc.in tract.de præſumptio.præſ.9.nu.29.in lib.7.tract.fol.187.

tero,aut conficit ſcripturam inter tertios penitus nihil ad ſe pertinen. primis duobus caſibus oſtendo. Primo,q̃ ex conſuetudine mercator non videtur ſe aſtringere ad ſcribendum. Secũdo q̃ nullum remedium parti competit,dato q̃ tacite videatur mãdaſſe ſcripturam confici. primum probatur,quia mercator,qui eſt conſuetus ſcribere negocium pertinens ad ſe, videtur hoc feciſſe pro ſui vtilitate & ſui cõtemplatione, vt l.ſi communes. in princip.ff.de neg geſt.& traditur in ſimili in l.ſi duo.ff.de acquiren.hære.per Bar.in quibus locis dicitur,q̃ ille,qui gerit negocium commune ſibi & alteri, ſi non poteſt illud pro parte gerere,nihil videtur geſſiſſe contemplatione alterius ſed ſua. Si ergo mercator ex conſuetudine videtur ſcripſiſſe in fauorem ſui, & poſſet,cum fauori ſuo quilibet poſſit renunciare,vt in c.apoſtolicæ.de reg.manifeſte patet, q̃ ex conſuetudine non poteſt dici affectus ſcribere. Ex hoc infertur,q̃ quia non ſcribit ex neceſſitate officij,non poteſt cogi conficere ſcripturam per offiñ iudicis ad inſtar argentarij.ſed oſtendo vlterius, q̃ nulla competat actio ad editionem, nã ſi aliqua poſſet competere, iſta eſſet editio mandati propter tacitum mandatum, vt l. quædam, in prin.ff.man.ſed iſta non competit,vt oſtendam,ergo nulla com
19 petit actio.q̃ non competat actio mandati, probo, † quia licet pars tacite videatur agere cum mercatore, vt ſcribit mercator, cum dum ſcribit non videtur ſcripſiſſe contemplatione mãdati ſed potius vt faciat factum ſuum, vt probatur in d.l.ſi cõmunis.& in l.Stichum.§.ſi mandato.ff.de ſolu.& quod tradit Bart. in l.Modeſtinus.in ſecundo principali articulo.ff.eo. vbi vult, q̃ quamuis fideiuſſor videatur habere mandatum de ſoluendo a debitore, vt l.indebitum.in prin.ff.de condi. inde.tamen ſoluẽdo ſimpliciter, videtur potius ſoluere pro ſuo intereſſe,quam ꝑ executione mandati, pro his facit optime l. ſi quis ex argẽtariis. §.rationem.ff.de eden.vbi patet,q̃ ſi ſcriptura non eſt confecta in forma rationis, quantumcunque ſit facta de mandato meo, ſcribens non cogitur ad edendum,& ponuntur ibi exempla, in quibus ſcriptura continet intereſſe ſcribentis.Tertio principaliter non videtur opi Doc.vera maxime in duobus caſib⁹ præmiſſis,
20 † quia nulla ratio in mercatoribus videtur habere locum, quæ ponitur in l.argentarius.in prin. ff.de eden. quia mercator non habet cauſam publicam, argẽtarius autem deputatur de publico,ſecundum gl.& Bar.in §.nummularios.Nec obſtant,quæ dicunt aliqui Moder.q̃ argentarius non deputatur de publico,qa ſecundum hoc non poſſet ſeruus eſſe argentarius,ꝺ l.prętor.§.ſi ſeruus.ff.de eden. Reſpondeo, q̃ licet ſeruus non poſſit eſſe argentarius,ſi tamen de facto exercet argentariam,perinde cogit, ac ſi de iure exercuiſſet,& ipſe & domin⁹ ei⁹, caſus eſt notabilis in l.j.§.perinde.ff.de eo qui pro tut.neg ge.vbi patet, q̃ licet ſeruus non poſſit eſſe tutor,ſi tamen de facto adminiſtrat tutelam, quicquid dicitur in tutore,habet locum in ipſo.vel dic,q̃ de iure fforum ſeruus poterat habere hoc officiũ,poterat.n.eſſe notarius,q̃ eſt plus,vt l.Thais.§.Seio.ff.de fideicom.lib.licet glo. ibi deſtruat tex.& male,quia contra gl.eſt tex.ſatis clarus in l. generali.circa medium.C.de tab.li.10.in verbo,deinceps. vbi patet, q̃ ante illam.l.ſeruus nõ prohibebatur eſſe tabularius,& q̃ ſub nomine tabularij comprehendatur argentarius conficiẽs rationes,probat tex.clare in fi.ſuper verbo,ratiociniis. Sed prima reſponſio eſt magis expedita, quia Doc.communiter tenẽt, q̃ de nullo iure ſeruus poſſit eſſe notarius. Secundo non videtur habere locum alia ratio poſita in tex.videlicet, quia hæc eſt principalis eorum opera,quaſi principaliter propter ſcribendum ſint deputati.illud.n.dr̃ principaliter fieri,ad quod hr̃ primus reſpectus,vt l.2.in fi.& ibi per Bar.ff.ad muni.& l.3.§.fin.& quod ibi no.ff.de lib.leg.Sed mercatores,qui ſcribunt,principaliter negociãtur,& propter negocium adhibent ſcripturam,ergo principaliter non vñr deputati ad ſcribendum. Vltimo facit in ꝺrium, quia Bar.in l.quædam.in prin.ſæpe alle.præſupponit, q̃ mercatores noſtri temporis tenentur edere libros,ẽt ſi eorum libri nõ faciãt plenam fidem,cum tñ tex.in §.nũmularios. ideo cogit ad edendum,quia maxime ex eorum codicibus fit fides,vnde ſi libri nõ probant plene,non vr̃ eadem ratio in mercatoribus noſtri temporis,quia non debetur tantus fauor imperfectæ probationi,ſicut perfectæ,& quia qñ libri facerent plenam fidem ex ſtatuto vel cõſuetudine,nihil eſt quid imputetur partibus, ſi aliter ſibi non prouiderunt.Sed qñ libri non plene probãt, tunc eſt quid imputetut parti, cur non parauit ſibi probationem, vnde non ſubeſt æquitas editionis,vt l.veluti.circa medium.ff.de eden.vñ
21 dicebat Bar.regulariter in l.j.in fi.C.de fi.inſtr.per illum tex.† q̃ vbicunq; quis perdidit facultatem probandi culpa ſua, non defertur iurm in defectum probationis, pro declaratione prædictorum ponendæ ſunt aliquæ concluſiones breues. Prima eſt
22 iſta†argentarius,& quilibet hñs officium publicum,puta notarius, præſumitur confeciſſe ſcripturam ad me principaliter pertinentem me mandante.Pro iſta quæſtione adduco caſum no.in l.quædam.§.fi.ff.de eden.dicit.n.ibi text.q̃ ſcriptura dicitur ad me pertinere,quæ eſt facta de meo ꝺctu.licet ergo text.in §.pertinere,requirat mandatum,illa tñ litera vr̃ velle,q̃ ex hoc,q̃ cõ traxi,preſumatur mandatum interueniſſe ſingulariter. vnde di
23 cit ſing.Io.And.in addi.Spe.in rubr.de inſtru.edi.†q̃ ſi notarius negat ſe fuiſſe rogatum de ſcriptura,in dubio preſumitur ꝺ ſeipſum pro rogitu. Sicut præſumitur rogitus, quando eſt conuentio de inſtro inter tertios, vt tradit Bart.in l. ſciendum. de verb. ob.& licet Bal.in rub.de fi.inſtr in col.3.teneat ꝺrium ſecundũ Nic.Mat. primum tamen dictum eſt verius, vt patet ex præmiſ
24 ſis.Secunda concluſio eſt iſta, mercator † non deputatus de publico,qui conſuetus eſt ſcribere rationes,ſi libri eius faciunt plenam fidem,tenetur ſcribere ex neceſſitate officij,& edere libros rationum, quia preſumitur ſcripſiſſe de mandato partis, & ſic intelligo iura & rationes doctorum, quæ potiſſime procedunt in iſto caſu,& ſatis probatur iſta cõcluſio in d. §. nummularios. & in l.argentarius.præallegata. Non obſt.l.j.C.de eden.quia illa poteſt intelligi de rationibus domeſticis,ſicut intelligitur in cle. j.de vſur.vel expone vnum ex cauſa improprie,vt ibi per Barto. Non ob.ſecundum arg.quia ad illud dico,q̃ dicimus mercatorem obligariex conſuetudine ſcribendi ad ſcribendum, nõ intelligimus, q̃ obligatio ſurgat ex tacito conſenſu, vt voluntate conſueti ſcribere, ſed quacunque intentione ſcribens ſcribat, l.argentarius. ff.de eden. ex mente ſua obligat eum ad ſcribendum ad ſi. officialis publici.& cum dicitur vlterius,quid ꝑdeſt, q̃ videatur mandatum,cum ſcribens non videatur ſcribere contemplatione illius mãdati.dico, q̃ prodeſt, quia cum mercator neceſſitate ſcribere teneatur,non attenditur intentio ſua in his, quæ non pendent a ſua poteſtate,vt in c.inter dilectos.circa medium.de fi.inſtr.& plene tradit Bart.in l.non ſolum.§.morte.ff. de oper.no.nun.vel poteſt dici,q̃ lex ſi communes,cum materia loquitur in eo, qui gerit negocium commune ſine mandato,ſed vbi præcederet mandatum, tunc actus videretur geri cõ templatione vtriuſque,ſic poteſt intelligi tex.in l.ſi vero nõ remunerandi.ff.man.Non ob.quod tradit Bart.in l. Modeſtinus, quia ſi fideiuſſor ibi videretur exequi mandatum,& ſoluere cõ templatione mandantis,præiudicaret ſibi in iure ſuo,quia non poſſet petere ſibi cedi actionem, ſed hic ſcribens poteſt ſcribere contemplatione ſui & alterius, abſq; vllo ſui præiudicio. Non ob.tertium argumentum,quia fateor,q̃ ceſſat prima ratio aſſignata in l.argentarius. ſ.cauſa publica ſi nõ ceſſat alia, videlicet q̃ principaliter videatur deputatus ad ſcribendum,vnde nõ poteſt dici,q̃ æque principaliter duo intendit.ſ.negociari & ſcribere,vt dicimus in ſi.in l.3.§.fi.ff.de lib.le. Pro cuius declaratione, vide,q̃ ſubtiliter no.Bar.in l.ambitioſa.ff.de decre.ab or. fac. & ſi obſtinate contradicas, q̃ principaliter ſcriptura ſit propter negocium,& ſic negocium ſit principalius. Reſpondeo aliter, q̃ quamuis iſti mercatores non ſint per omnia ſim.argentariis, ſatis eſt tamen,q̃ modus ſcribendi eorum ſit ſimilis in forma ſui, ſicut dicit tex.recte intuenti in d.§.nummularios.per quem poteſt inferri ad tertiam concluſionem, q̃ etiam ſi libri prædictorum non faciant plenam fidem,quia tamen faciunt aliqualem
25 probationem,cogantur eos edere,† qm̃ cum duæ rationes aſſignantur in tex.in d.§.nummularios.videlicet, q̃ conficiunt rationes actus ſui,ſicut argẽtarij, quia ad eorum codices,maxime propter fidem recurritur, ſatis eſt, ſi vna poteſt habere locum, vt l.ſi neutri.§.fi.ff.de priui. cre. & verbum fides,quod ibi ponitur,poteſt capi pro fide imperfecta ſm ſubiectam materiam, ſecundum glo.in cle.conſtitutionem.de elec.quam ſ.allegaui,& verbum maxime,quod vr̃ ſignificare perfectam probationem, poteſt exponi.i.frequentiſſime,& ſic nõ obſtabit. Sed quæritur pro declaratione huius concluſionis,poſito q̃ aliquo caſu mercator non teneatur edere, quia nõ præſumatur mandatũ.Quid ſi expreſſe apparet de mandato, vtrum tunc cogatur edere,& q̃ remedium competat.& dicẽdum eſt ſecundum Ang.in l.argẽtarius.in princ.ff.de eden.q̃ tunc cogetur edere ille, qui mandauit,& ſentit,q̃ cogetur actione mandati, dum alleg. l.quædam. in prin.eo.tit.Tu vero dic clarius,q̃ tũc ꝓpetet actio mandati,ſi ꝺctus fuit omnino factus cum mercatore ſm Pe.de Anc. in cle. j.de vſur.Primum probatur ex ratione.l.quædam. in prin. ff.de eden.& hoc ſentiunt Doct.in d.l.j.C.de eden.dum dicunt, q̃ argentarius non tenetur actione mandati, quia ſcribit ex neceſſitate officij,& ſic ſentiunt,q̃ ex ſolo mandato de ſcribendo teneretur acti.mandati.Secundum probatur in l.j. §.ſi te rogauero. ff. depoſi. vbi patet, q̃ qñ mandatum venit in conſequentiã ad alium ꝺctum,non agitur actione mãdati,ſed ex illo ꝺctu, ſuper quo vide quod no.Bal.in l.j.C.de eden.vbi dixit, q̃ ex mandato de ſcribẽdo,ſicut ex pacto appoſito iuxta ꝺctum, ſemper datur actio ex illo contractu.Quarta concluſio ſit iſta,nec argẽtarius, nec quilibet alius conficiens rationes, vel ſcripturam tenetur illam edere ei, cuius mandato non fuit facta, licet prætendat intereſſe hr̃e ad illam ſcripturam. iſta concluſio probatur in d. §. pertinere.& in d.l.quædam.in fi. & ita tenent gl. & cõiter Doc. in l.prætor.in prin.ff.e.Sed hic aduerte, quia vt refert Ang. in l. quadam.in princ.ff.de eden.aduocati cõiter allegabant ibi ſolẽ-

nem

a nem glo. ſuper verbo intereſſe. a per quam dicebant, †q̃ quilibet
26 tertius qui poteſt prætendere, intereſſe, poteſt petere a notario edi ſibi inſtrumentum, per l. in hac. §. interdū. ff. ad exhi. ſed ipſe ibi ſuper hoc articulo diſtinguit, q̃ aut petitur editio a notario, qui eſt dominus pro totali, & tunc non poteſt peti per iura ſuperius alle. aut petitur editio a tertio poſſeſſore, ad quem venerunt forte prothocolla, qui tamen non eſt dominus, & tunc talis cogitur edere officio iudicis ex titu. edendo, ſed act. in factum, de qua nil in §. interdum. ff. ad exhib. vbi dicit eſſe caſum. alle. Inno. in iſta decretali hoc tenentem, & eādem diſtinctionē poſuit in l. prætor. §. j. præalle. & tetigit aliquid in l. ſi quis ex argentarijs. §. exigitur. eo. titu. Bal. autem in l. fi. in penul. col. C. de
27 eden. dicit † q̃ licet inſtrumentum fiat a notario ad mandatum vnius duntaxat, ſecūdum exemplum gl. in Auc. de Tabel. §. nos autē. tamen quicunque vult impugnare contractum in inſtrumento contentum, poteſt petere a notario copiam illus ſcripturæ, quia ſua intereſt, allegat tex. in d. §. interdum. ſ̃. allegato. Sed ille tex. loquitur ſecundum gl. ibi in illo, qui petit ſibi edi rationes confectas ſe mandante. & quamuis hoc non dicat tex. non tamen dicit, quod fuerint confectæ eo non mandante. vnde poteſt reſtringi per alia iura, quæ dicunt requiri mandatum, & q̃uis obligatio, quæ afficiebat dominum ſerui propter mādatum non afficiat tertium priorem iſtarum rationum, æquum tamē eſt propter mandatum a me factum, vt mihi ſuccurratur, quæ ratio ceſſat, vbi mandatum non interuenit, vnde quando ſcriptura facta me mandante tranſit ad tertiam cauſam, a me cogatur ille edere per officium iudicis, vt. l. quędam. §. nihil. ff. de edē. & ibi per Bal. ſi autem non habent cauſam ab eo, qui conficit rationes, edentur quidem & ab illo, vt tradit Ang. in d. §. nihil. & Bal. in l. j. §. editiones. eo. titu. & edentur tunc per ac. in factum, vt dicit text. in §. interdum. & ita dicunt ſing. per illam literam Nic. Math. & Ioan. And. in addi. Spe. ſuper rub. de fi. inſtru. in 2. col. circa medium. quinimmo iſta originalia & prothocolla tenetur reus edere actori ad intentionem fundandam ſecundū D. An. & Ab. Moder. hic, & ita no. Spec. in titu. de inſtru. edi. §. videndum. ver. & no. ex præmiſſis. & tenet Bald. in d. §. editiones. in 2. Fallen. & in l. fi. C. eod. titu. pro illa tamen opi. ſuperius reprobata videtur facere tex. in l. pen. ff. ad exhib. vbi videtur probari, quod contra quemcunque tertium pro ſcriptura, quæ continet intereſſe meum, poſſum agere, ſed intellige illam. l. ſicut diximus debere facere. §. interdum. videtur tamen præmiſſa cō
28 cluſio dupliciter poſſe limitari. Primo † quid ſi ſcriptura facta a tertio non mandante ipſo fit de negocio principaliter pertinente ad eum, intellige ſaltem æqualiter pertinente, ſicut ad mandātem: tunc enim quia talis ſcriptura videtur in dubio fieri contēplatione illorum, ad quos negocium pertinet, vt. l. ſi pupilli. §. q̃ ſi ego. & quod ibi no. ff. de neg. geſt. illi poſſunt habere ratum illud factum, & ſic ſcriptura videbitur facta ipſis mandantibus, iſta concluſio videtur probari in l. prætor. §. 2. ff. de eden. in verbo mei cauſa, quod proprie videtur ſonare mei contempla. etiā
29 ſine mandato. & l. eum qui. §. fin. cum. l. ſe. ff. commo. † Et ſicut actus factus nomine meo per quem acquiratur mihi ius poteſt a me ratificari, vt. l. ſi pupilli. §. item quæritur. ff. de neg. geſt. ita poteſt haberi ratus actus, ex quo acquiritur mihi facultas probandi, ita dicit ſing. Ioan. And. in titu. de confeſſione. §. nunc dicendum. ver. quid ſi confiteor, & tenet Bal. referens Dy. in l. fin. C. quando li. ab emp. diſ. & An. de Bu. in c. ſi cautio. j̃. de fi. inſtr. & hanc ſententiam videtur approbare Bar. in l. controuerſia. in
30 vlti. q. ff. de tranſac. vbi dixit † q̃ ſi ſit tranſactio inter duos contendentes de hæreditate notarius rogatus de inſtru. tranſa. tenetur edere inſtrumentum tranſac. creditoribus, qui fuerunt abſentes tēpore inſtrumenti confecti, allegat duo iura, videlicet. l. fi. ff. de bo. aucto. iudi. poſ. & l. fi. §. licentiam. el ſecundo. C. de iure deli. Et q̃ prædicta ſententia poſſit ſuſtentari, probat ſubtiliter, quia ego video in l. ſi quis ex argentarijs. §. pertinere. in ſecūdo reſpōſo. quod ad hoc vt debeat edi ratio, non requiritur mandatum verum reſpectu petentis edi, ſed ſufficit fictum, quia quod procurator meus mandauit, ego videor mandaſſe, idem ergo poſſumus dicere, ſi mandatum fictum reſultet ex ratihabitione. ad leges Bar. pōt dici, quod in l. fi. ideo fit editio creditoribus miſſis in poſ. quia cum haberent omnia bona debitoris obligata ſuccedebant in ius ipſius debitoris. vnde inſtrumenta, quæ erant penes debitorem, poterunt facere exemplari, ſicut ipſe debitor potuiſſet, & hanc rationem ponit ipſe Bart. in l. ſi quis ex argentarijs. §. pertinere. præallega. Ad. §. licentia. dicendum eſt, q̃ ideo ibi editur inuentarium creditoribus & legatarijs, quia hæres ibi illud producebat, & allegabat ad ſui defenſionem: niſi enim hęres allegaret de inuentario, ſuperfluum eſſet creditori probare inuentarium non eſſe bona fide confectum, quia haberet intentionem fundatam contra hæredem inſolidum. Vel ſi dicas, q̃ ibi creditor non prouocatus principaliter intendebat officium iudicis, vel condic. ad illam. l. ad petendum declarare omnes res non fuiſſe poſitas in inuentario, & omnes res fuiſſent poſitæ, ad-

huc poſſet dici, quod eſſet locus editioni, quia omnis iſta declaratio & petitio tenderet ad replicationem actoris fundandam, vt ſi hæres exciperet de inuentario, replicaretur de rebus non appoſitis in inuentario, licet ego non credam quod hæc via agendi principaliter competeret creditoribus, quia cum poſſet eſſe cautum eis via ordinaria agendo. ſ. ſuper credito. & replicando
31 non competeret hoc remedium extraordinarium, † ſicut reo nō competit officium iudicis ad imponendum ſilentium actori, quando idem ordinaria actione poteſt conſequi, vt. l. j. §. cōtrarium. ff. de contrario iudic. tu. Tradit Bar. in l. ſi finita. §. elegan. ff. de dam. infec. Ad rationes ſuperius inductas poteſt dici, quod quamuis in §. pertinere. admittatur mandatum fictum, habet tamen originem a veritate, quia procurator vere man-
32 dauit. † Quod ratificatio non dicitur proprie mādatum fictum, ſi æquiparatur mandato, & tamen ſi dicatur mandatum fictū ad minus habet plus fictionis, quam illud, de quo in §. pertinere. & cum ſimus in materia exorbitnanti, quia regulariter inſtrumenta proprie quis non tenetur edere, capiemus mandatum ficte, vt tradit Bald. in ſi. in l. ſi vxorem. C. de conditio inſer. Pro declaratione autem præmiſſorum debes ſcire, quod dubitatio ſ̃. dicta loquitur quando editio inſtrumenti petitur ab eo, qui cō fecit ſcripturam publicam, ſiue ad quem originalis ſcripturę publicę peruenit. † ſed ſi aliquis inſtrumentum
33 b commune confectum ſe mandante fecit exemplari pecunia propria, & petitur editio ab eo, quandǫ eſt quæſtio inter alios, hoc etiam eſt dicendum, quicquid dixit Innocen. qui tenet hic oppoſitū & Anto. de Bu. q̃ eū ſequitur, quod ſimiliter nō dēt fieri editio. ſi pars non velit, quia vt ipſe idem Inno. declarat, hoc inſtrumentum proprijs ſumptibus a notario dicitur proprium ipſius redimētis, non commune, quaſi velit, & hoc ſatis dicit in verbis ſuis, q̃ quamuis ſcriptura originalis ſit facta me mandante, exemplata tamen non dicitur facta me mandante, ergo eſt eadem ratio, q̃ in caſu præcedenti, in quo repræhendimus Inno. hic, vt. ſ̃. diximus. & hanc ſententiam tenet gl. & ſequitur Bar. in l. in fraudē. §. fi. de iure fiſci. & proſequitur latiſſime do. Abb. Modern. hic, qui etiam quærit, vtrum acta communia ſunt edenda, de quo dic vt per eum. Et ad argumen. do. Anto. facit pro Inn. reſponde quod vt hic per Modern. ſicut autem requiritur mandatum præcedens, vt fiat editio, ita oportet, quod interueniat intereſſe petentis, vt. l. ſi quis ex argentarijs. §. rationem. de eden. & tradit gl. & communiter Doc. in l. prętor. §. j. ff. eo. vbi plene per Ang. vnde dixit Ioan. And. in addi. Specu. ſuper rubrica de inſtru. edi.
34 ver. de quarto. † quod notarius inſtrumentum mutui non tenetur edere debitori, quia nō fuit factum pro ſuo intereſſe ſed creditoris, & hoc eſt verum ante ſolutionem factam, ſed poſt ſolutionem eſt maius dubium, quia poteſt amodo intereſſe debitoris, vt notarius edat ſibi inſtrumentum cancellatum, per. l. diſſolutæ. C. de condi. ſine cauſa. ſuper quo dicit idem Ioan. And. in loco præallegato in ſecunda col. quod ipſe debitor non poteſt agere contra creditorem, vt ipſe agat contra notarium, arg. l. q̃ in plures. §. meſſem. ff. loca. ſed iſtud dictum non placet Innoc. vt euitetur circuitus. Dicendum eſt hoc caſu ſicut ipſe dicit in caſu prætedenti, quod debitor de directo poteſt agere cōtra notarium & petere aut originalem ſibi reddi, aut aboleri, ſiue cancellari, ſaltem per condictionem legis, diſſolutæ. ſ̃. allegatæ. & l. fi. C. de ſolu. non eſt enim differentia, ſiue inſtrumentum ſit a principio cauſa ſicut eſt in primo caſu, in quo conceditur actio debitori contra notarium, ſiue cauſa deueniat ad non cauſam,
35 vt. l. ſi fullo. de condi. ſine cauſa. Vtrum autem † creditor poſt debitum ſolutum poſſit ipſe agere, vt inſtrumentum ſibi edatur
c c ſunt opi. nam Ioan. And. in loco præallegato tenuit quod ſic, ſed Bal. in rubrica de fide inſtru. char. 3. col. 2. tenet oppoſitum. & idem ſentit in l. fi. C. de eden. mihi placet opi. Ioan. And. per l. qui tabulas. in 2. reſponſo. ff. eo. vbi patet, quod poſt debitum ſolutum poteſt intereſſe creditori habere inſtrumentum, & ſic
36 tollunt̃r omnia fundamenta Bal. † fateor tamen, quod notarius non debet edere tunc inſtrumentum, niſi debitore prius citatio, & tunc intelligo, quod fiat editio creditori, dum tamen debitor efficiatur cautus pro ſolutione per ipſum facta ſaltem

per

ADDITIONES.

a VIN. GOD. Prætendens de intereſſe ſuo quando poterit petere ſibi edi aliquod inſtrumentum vel ſcripturam. Adde quomodo & quando probetur intereſſe. Ruy. conſi. 29. nume. 3. lib. 5. Et intereſſe habita ratione lucri ceſſantis non debetur ei, qui negociari ſolitus non eſt, Ruy. conſi. 104. nume. 3. & 7. 4. lib. & conſ. 48. nume. 3. lib. 5.

b VIN GOD. Inſtrumentum quod habeo penes me exemplatum proprijs ſumptibus quando cogar edere. Vide tradita per Dominos de Rota Dec. 23. nume. 16.

c VIN GOD. Creditor an poſſit agere, vt inſtrumentum ſibi edatur poſt debitum ſolutum. Dic quod ſic, tamē nō cogitur facere quietationē generalem, ſed pro debito ſolutum tantum. dd. in l. Aquiliana. cum ſeq. de tranſac. Lanfran. in trac. de arb. 19. q. 5. par.

per confeſſionem creditoris,& ſi reus maluerit pro cancellatione ipſius inſtrumenti facienda tam in originali quam in regi-
37 ſtro. † Secundo præmiſſa concluſio poſſet limitari in ſcriptura vltimæ voluntatis,quia illa debet etiam edi illi,cuius intereſt, licet eius cōtemplatione non ſit facta,vt probat tex.& ibi per gl. in l. 2. in vlti. reſponſo. ff. quem admo. teſta. aper. & bene facit tex.in l.j.in prin.ff. eo. vnde dicit Bal,& recte in l.fi. C. de eden.
38 † quod exhæredatus in teſtamento poteſt petere copiam teſtamenti a notario,licet ipſa ſcriptura ſit facta contra ipſum & nō pro ipſo. & idem dicit per illum tex.in l. ſi quis affirmauerit. in fi. ff.de dolo.& quia ſaltem in ſcripturis domeſticis ſpeciale eſt ī vſurario,quod ipſe cogatur edere contra ſe,ideo circa illū quæritur de duobus. Primo,vtrum cogatur edere rationes ſnas,poſt
a quaam deſijt eſſe vſurarius. [a] † Secundo, vtrum diſpoſitio illius
39 cle.poſſit trahi ad ſim.perſonas,vt ad illos,qui committūt frau[a]des frequentes,ſicut ſunt publicani, caupones & ſimiles. ſuper primo diſtingue breuiter,quod aut quæritur de libris & rationibus ſcriptis tempore,quo erat vſuarius, & illos ſine dubio tenetur edere,quia ſubeſt ratio fraudis, & ita probat tex.in ſi.& ibi per Bart.in l.prętor.§.meum.ff. de eden. Aut de libris confectis, poſtquam deſijt eſſe vſurarius.& Bar.ſentit in l.palam. §. non ſolum.in fi.ff.de ritu nupti.quod tenetur tales libros edere, & quod diſpoſitio,vel conſtitutio epiſcopi,quæ loquitur de contractu vſurarij,extendat ad eū & idē dixit in l.qd ſit fugitiuus. in prin.ff. de ædi.edic. fundamentum ſuum eſt, quia iſta nomina verbalia,quę cauſantur a delicto, non deſtruuntur propter ſatisf. delicti vel emendationem.do Bal.narrat in iſta materia. nā rubrica.C.de vſur. ver. 2. tenet contra Bart. & ita dicit ſe conſuluiſſe per ea,quæ habētur in c.cum tu.in verbo donec.j. de vſuris.ſed parcat mihi reuerentia ſua, ille tex.parū facit, qa ego fateor,ꝙ vſurario reſtituēti vſuras relaxat ſuſpenſio, ſed ꝑ hoc nō ſequit,ꝙ relaxatur infamia & mala ꝑſumptio. vnde ipſe idē Bal.
40 in l.im,pbū.in fi.C.de his q no.infa. tenet exp̄ſſe † ꝙ vſurarius,q reſtituit vſuras,ſit ꝑſona ſuſpecta, ſicut prius,nec poſſet dici bonę ꝙdōnis & famæ,l.Caſſius.ff.de ſena.dicit,ꝙ de rigore iuris ciuilis eſt infamis,ſed de æquitate canonica tollitur infamia, ꝑ ea quæ habentur in c.quanquam.de vſuris.in 6. & forte eſſet fatēdum,ꝙ tollitur infamia iuris,ſed per hoc non dicitur, ꝙ tollat infamia facti,& ſuſpicio fraudis. Pro opi.Bal. facit tex. in c.inter
41 ſolicitudines.§.pen j. de purga.can. vbi paret, † ꝙ bona conuerſatio ſequens ex pœnitentia tollit ſuſpicionem hæreſis, q̄ prius erat cauſata contra ipſum. Pro Bar.facit text.in c.teſtimonium. in 2.reſponſo.j.de teſti.vbi probatur,ꝙ licet periurus non ſit infamis infamia iuris,licet egerit pęnitentiam de peccato, & hoc conſtet, nunq̄ poteſt amplius admitti in teſtem, ex quo patet, ꝙ præſumptio fraudis & falſitas cauſata ex delicto in præteritū commiſſo circa ipſam probationem etiam ceſſat per pœnitentiam & ſatiſdationem conſecutam.Sed tu poſſes dicere,ꝙ ibi ꝑſumptio fraudis oritur ex delicto manifeſto in eodem genere delicti.Hæc autem preſumptio fraudis oritur ex alio genere de
42 licti.nam quia † quis eſt vſurarius,idcirco præſumitur facere ꝓtractus in fraudem vſurarum,vt l.eos.§.j.& ibi per Bal.C.de vſu
b ris.vnde concordando opin. [a] poſſet dici, ꝙ aut alius vſurarius fuit detectus in fraudem, puta quia fecit contractum coloratū, qui tamen vere erat vſurarius,& tunc vera ſit opin. Bar. ꝙ hēat locum in eo conſtitutio epiſcopi præſumentis ꝯ vſurarium, & cogatur edere libros rationum, aut vſurarius nunquam fuit detectus in fraudem,& tunc non præſumatur fraus contra ipſum emendatum, & per conſequens non cogatur edere libros rationum,& ita procedat tex. in c.inter ſolicitudines.& doctrina Bal. Secunda quæſtio videtur determinari per caſum ſolennem, quem ibi ponderat Bal.ad hoc in l.quid ſit fugitiuus.§.apud Labeonem.ff.de ædil.edic.per quem tex. ibi dixit Bart.ꝙ ſtatutum loquens de vſurario non habet locum in eo,qui facit ꝓtractum prima facie licitum,licet in fraudem vſurariam.Vnde vī dicen-
43 dum in propoſito, ꝙ † quamuis publicani, nautæ & ſi. ſæpe faciant contractus fraudulentos, quia † cum exercent patēter vſuram,ſecundum formam contractus, non veniūt ſub diſpoſitione cle.quæ loquitur de vſurariis, & ſic non videtur vera doctrina Bal.qui hoc tenuit in l.diſſolutæ.C.de condi. ſine cauſa. Sed
44 † ad hoc poteſt reſponderi ſaluando Bal. ꝙ licet iſti non veniāt ſub verbis cle. comprehenduntur tamen ex mente ipſius, quia in materia editionis diſpoſitio facta de vna perſona trahitur ad ſi. ita arguit iuriſconſultus in l.ſi quis ex argentariis. §. cogētur. ff.de eden. vbi arguit de tuto.ad argentarios,& bene facit tex.in l.j.§.officio.iuncto §.de rationibus.ff.de tutel.& ratio. diſtra. ex quibus patet,ꝙ ſicut tutor cogitur edere rationes pupilli, ita & pro tutore.In contrarium facit text. in cle.j.prælegata. quem ibi no.Petr.ad hoc, vbi probatur in ver.cum de vſuris agitur, ꝙ diſpoſitio illius cle.non habet locum contra vſurarium, niſi q̄n contractus dicitur factus in fraudem vſurarij, vnde licet allegaretur contra vſurarium alia fraus & deceptio, quæ quotidie poteſt contingere,etiam inter non vſurarios,nō haberet locum illa cle.& ideo videtur diſtinguendum in propoſito, ꝙ aut allegatur fraus & deceptio publicani, cauponis & ſi. non tamen dicitur facta in fraudem vſurariam,& tunc licet perſona, a qua petitur editio librorum,ſit conſueta fraudem committere,non cogetur edere libros. Aut allegatur fraus, & dicitur contractus eſſe factus in fraudem vſurariam, & tunc ab huiuſmodi perſonis,ſi conſueuerunt tali modo eſſe fraudulentæ,debeat fieri editio per identitatem rationis,ſecus videtur ſi alio genere fraudis ſolebant vti.Secundo adde dictis Doc.inquantum do.Anto.hic
45 dicit,quod † vbi violentiæ probatæ ſunt pro actore, poteſt co-
c gi reus [c] ad edendum actori ad complendum ſuam probationē per l.hæres palam.§.ſed ſi notam.ff.de teſta.quod iſta ſua doctrina pendet ex intellectu cuiuſdā nota.l. videlicet ex.l.j. in fi.C.de quæſtio.& capio regulam,quam ponit Bar.in l.2.§.diuus. ff. de
46 iure fiſci.& in l.j.§.editiones.ff.de eden.†quod eo caſu,quo quis cogitur producere teſtes de domo ſua contra ſe, eodem modo cogitur edere contra ſe inſtrumenta propria,dicit tex.in l.j.in fi. præallegata ſecundum intellectum Azo. quod regulariter in criminibus non exceptuatis ſerui non poſſunt torqueri in caput dni.Sed quæritur,quid ſi concurrunt alia adminicula ad probationem criminis,nunquid ex dicto ſerui poſſit perfici probatio. & rn̄detur ꝙ ſic ſm intellectum Azo retenta igitur ratificatione eſt ibi caſus pro dicto do. Ant.Et vī ſentire d.Ant.pro verbis
47 ſuis † ꝙ ad hoc vt fiat iſta editio in iſtis caſibus, debeat eſſe pluſq̄ ſemiplene probatū.ſed gl.ibi & cōiter omnes tenent oppoſitū, quod quæcunque probatio concurrat, duret priuilegium rei, ꝙ non tenetur arma proferre contra ſe,& ſecundum hanc opi. doctrina do.Anto. non eſſet vera, maxime quia non probatur iure.ll.enim quæ loquuntur de eo in adiuuanda intentione, loquuntur, quando principale fundamentum actoris erat plene probatum,vnde parum faciunt.Item adde dictis Doc.inquantum vult hic Inno.& Spe.in titu.de inſtru.edi.§. vidēdum. ver.
48 ex præmiſſis quod † quando ſunt perdita inſtrumenta originalia, &
d aliunde [d] non competit actori facultas probandi veriſimiliter,tunc iudex ex officio ſuo poteſt cogere reum ad edendum actori,ne pereat ius actoris.do.de Rota in deci.ſuis, quas ita allegat.D.Anto.volunt generaliter † quod iudex ſemper ex officio
49 poſſit facere ſibi oſtendi inſtrumenta a reo ad inueſtigandum veritatem,dummodo actor iuret ſe non implere officium iudicis animo calumniæ,per l.ſi quis ex argentarijs. §. exigitur.de eden.Sed hoc dictum non placet do.Anto.hic,nec Moder.quia per indirectum corrigerentur omnes leges,ſiue tollerētur, quæ dicunt, quod reus non edit actori, quod non eſt dicendum. Et vltra Doc.contra iſtam concluſionem arguo ſic,editio, vel officium iudicis, de quo iſti dicunt, fundatur ſuper æquitate, vt.l. plane.& l.fi.de peti. hære. ſed tex. in l. qui accuſare.in fin. C. de eden.& in l. fi. circa prin.C.eo.dicunt,quod iſtud eſt contra æqtatem,quod rens edat actori,ergo iudicis officium non competit,nec valet illa cauillatio, eſt enim contra æquitatem, vt edatur parti,ſed non vt edatur iudici, quia cum vtraque editio fiat ad veritatem eruendam, nulla poteſt aſſignari bona ratio, cur in vno caſu ſit æquum in alio non,ſed maius dubium relinquitur in doctrina Inno.contra quam tenet hic do. Abb. Modern. nam hic erat factum multum de antiquo. vnde præſumitur, ꝙ reus non poterat habere aliūde probat. vt in c. licet ex quadam. j.de teſti.& videbis in c.tertio loco.j.eo. & tamen hic denegatur editio. Tertio per regulam poſitam in l.4.§.hoc autem.de dam. infec. vbi dicitur,quod iudex regulariter non interponit officiū ad vtilitatem priuatam tertio,quia.ll.iſtæ & canones, qui dicūt, quod reus non tenetur edere actori,eſſent quaſi ludibrio & ſuperfluæ,quia nunquam actor peteret copiam a reo, ſi veriſimiliter aliunde poſſet habere probationem, mihi placet iſta opi. per nouas rationes.primo per tex.no.in l.fi.C. de quæſti. vbi dicitur,quod in cauſis pecuniarijs etiam in defectum probationis reus non cogitur producere teſtes de domo ſua, ergo idem in inſtrumentis vt.s̄.dixi.Secundo per tex.no.ad hoc in l.2.§. diu°. in j.reſponſo. ff. de iure fiſci. vbi probatur, quod ſpeciale eſt in fiſco,

ADDITIONES.

a VIN. GOD. Vſurarius etiam poſtquam deſijt eſſe vſurarius, an cogatur edere rationes ſuas.vide de hac materia ultra loca uulgaria Laur. Rodul.in repe.c.conqueſtus.de uſuris.nu.153.cum ſeq.& ſequen.Adde tu in hac materia, quis dicatur uſurarius. Grat.conſi.39.uiſis elegantiſſimis dubijs. nume. 9 lib.ſecundo.

b VIN. GOD. Vnde concordando opi,uide tu Bar.in l.prætor.§. etiam.& ibi Iaſon.ff.de eden.Alex. in l.j.in 2.col.C.de eden.Ro.conſi.236.Nota, quod vſurę pęnæ commiſſe non eſt ſoluenda etiam poſt moram.Ruy.conſi. 55. nume. 7.lib.ſecundo.

c VIN. GOD. Reus quando cogatur ad edēdum.Adde quod reus in caſibus, in quibus edere tenetur, editionem patiens tenetur ad expenſas,Ruy. conſi. 20.nu.5.lib.5.

d VIN. GOD. Probatio quando aliunde haberi non poteſt reus cogitur edere.Alias Reus abſolui debet,ſi actor plene ſuam intentionem non probauit.Ruy.conſi.149.nu.40.lib.5.& conſi.133.nu.2.lib.5.

fiſco, vt reus ſibi teneatur edere, qñ aliunde ꝓbari non poteſt, ergo in oppo. eſt ius commune. Tertio, quia ſecũdum hoc ſequeretur, quod rationes priuatæ & domeſticæ confectæ reo ſemper eſſent edendæ actori, quando actor eas non habet, quoniã de ipſis non eſt originale penes tertium, contra. l. fi. C. de eden. & contra cle. j. de vſur. per locum a ſpeciali. & pro confirmatio
50 ne huius ſententiæ dico, †quamuis originale notarij ſit perditũ, per hoc tamen non tollitur facultas probandi ipſi actori, quia notarius, vel eius ſucceſſor poterit agere contra reum, vt pro ſuo intereſſe ſibi det copiam ipſius ſcripturæ. ita dixit Bar. no. in l. fi. de tab. exhi. & probatur clare in l. ſi quis ex argen. §. fi. ff. de edẽ. & ipſe actor poſtea a notario poterit petere copiam in ſui fauorem, & ſi notarius non vellet agere, poſſet cogi, vt ageret pro intereſſe actor, vt eſt caſus notabilis ſecundum vnum intellectum in l. procurator. C. de eden. & tenet Ioan. And. no. in fi. q. ſuper
51 rubrica de inſtru. edi. circa prin. dum dixit †quod ſoluto debito debitor, qui non poteſt agere de directo contra notariũ, dẽt agere contra creditorem, vt ipſe agat contra notarium, vel cedat ſibi debitori act. vt. s̃. retuli. vnde patet, quod non deerit actori facultas probandi niſi forte notarius non haberet ſucceſſorem, vel non ſciretur ſucceſſor eius. Vltimo adde dictis Doctorum in
52 materia præmiſſa, inquantum dixit hic do. Anto †quod in omnibus cauſis pijs, puta in libertate, in dote, in alimentis, in relictis ad pias cauſas & ſi. habet locum id, quod dicitur in fiſco in l. nec quiſquam. ff. de eden. quod reus tenetur edere actori ad intentionem fundandam, quod dictum temperat hic do. Abb. quando aliunde non poſſet haberi probatio, & hoc conſonat his, quæ dixit in præcedenti articulo, vbi voluit, quod in cauſis, ex quibus exuberat multum officium iudicis, & in quibus iudex poteſt ſupplere ex officio, poſſit iudex cogere reum ad oſtẽdenda ſibi inſtrumẽta. dicetur in propoſito, quod ad fi. fiſci reus cogatur edere parti, vel ſaltem iudici ex doctrina præfata. ſed tu aduerte, quia in dote Bal. tenuit expreſſe contrarium in l. j. §. edi. in prima char. in poſit. primi exempli. ff. de eden. vbi tenet in muliere repetente dotem ſeruandam veram. l. fi. C. de eden. &
53 potuit moueri †quia dos non eſt cauſa pia, niſi forte ſit perſona multum miſerabilis, quia tunc poſſet dici pia propter qualitatem perſonæ, & quia non per omnia dos & fiſcus pari priuilegio ambulant, vt no. in l. j. C. de priui. do. in alimentis autem ex libertate, quæ ſunt cauſa pia, vbi alimenta petuntur a paupere ſecundum Bar. in l. alio. ff. de ali. & ci. leg. videtur probabiliter poſſe procedere iſta opi. primo, quod quia iudex in cauſa pia & nullo petente poteſt ſupplere vices actoris, & petere ipſa legata ad pias cauſas, vt eſt caſus vnicus in Auc. de eccle. titu. §. ſinautẽ, quem ad hoc ponderat Bar. in l. nec quicquam. §. aduocatos. ff. de offi. procon. & le. Secundo, quia iudex in cauſa alimentorum poteſt ſupplere ex officio, vt alimenta præſententur miſerabili perſonæ, ſi ſibi ſunt relicta ſecundum Bar. in l. ſeruos. ff. de ali. & ci. le. Tertio, quia hoc videtur probari in l. ſicut ratam. C. de lib. cauſa, vbi eſt caſus, quod dominus tenetur edere inſtrumentũ libertatis dicentis ſe liberum. & licet Bal. ibi & in pluribus locis & alij Doc. intelligant iſtum tex. non de edi. ſed de confectione inſtrumenti, quando aliquis probando ſe liberum, vel aduerſario confitente, vellet ſibi inſtrumentum de libertate fieri, vt traditur per. Bar. in l. ſi finita. §. elegãter. de dam. infec. tamẽ in hoc repugnat tex. & ratio ipſius. primo, quia ibi eſt verbum reſtituere, quod proprie ſignificat traditionem inſtrumenti iam facti. Secundo, quia ratio literæ eſt, ne ſit in poteſtate domini, qui dedit libertatem, non tradendo inſtrumentum, indirecte eam auferre, quæ ratio non haberet locum, ſi tunc poſſet probare ſe eſſe liberatum, vel ſi dominus confiteretur tunc ſe liberaſſe, quia ad iſtam confeſſionem poſſent adhiberi teſtes, niſi forte per pe-
a riculum mortis, [a] vel abſentiæ teſtium, qui non conſiderant̃ ſemper in caſibus no. in c. quoniam frequenter. in princ. s̃. vt li. non conte. vnde magis generaliter vrget ratio, quando ſeruus peteret ſibi edi ad intentionem fundandam, & aliunde poſſet probari. Pro iſta concluſione facit optime tex. in l. j. §. fi. ff. quemad. te. aperi. vbi tex. aſſignans cauſam, cur teſtamentum debet edi omnibus, fundat ſe in hoc, quia communiter de his, quæ ſunt ſcripta in tabulis, aliunde non poteſt fides, vel cognitio haberi, & ideo omnibus debet fieri editio. qua ratione eſt dicendum in cauſis præmiſſis, quæ non debent habere minus fauoris quam
54 vltima voluntas. Circa illum articulum, quo quæritur † quo tẽ
b pore ſint edenda inſtrumenta [b] dic vt hic per Docto. quibus adde inquantum loquuntur de inſtrumentis communibus. tex. in l. antepe. ff. ad exhi. & inquantum dicit, quod editio debet fieri poſt litis conteſta. adde tex. in l. j. in prin. ff. de eden. vbi probat̃,
55 quod habita copia libelli reus debet venire inſtructus a ſeipſo, vnde non placent mihi dicta do. Ab. qui in hoc non concordat cum communi ſententia, pro qua vide gl. & Bal. ibi in l. j. §. eden da. ff. de eden. ſed quia hic per Docto. quæritur de tribus. Primo quid ſi actor faciat mentionem de inſtrumento in libello, vtrũ incontinenti cogatur illud edere. Secundo, nunquid appellans, qui producit inſtrumentum iudici ante li. conte. ad faciendum fidem de appellatione, teneatur illius inſtrumenti tunc dare copiam parti. Tertio, nunquid agens ex iure ſibi ceſſo teneatur an-
56 te li. conteſt. oſtendere inſtrumentum ceſſionis. † Circa primũ adde dictis do. Anto. hic ſequitur diſtinct. Bar. in l. edita. in vlti. char. C. de eden. & in l. poſtquam. §. ſi dies. ff. vt leg. no. ca. quod do. Bal. aliqualiter loquitur varie in hoc articulo, nam in l. qui ſtipendia. in fi. C. de procu. incidenter determinans tertiam q. j. declarandam, ſimpliciter videtur tenere doctrinã Inn. hic, videlicet quod ſi actor habet illud inſtrumentum in prompt̃, teneatur illud incontinenti producere, alias produceret ad li. conteſt. intellige iurante actore, quod inſtrumentum non habet in prõptu, vt declarat Spe. qui etiam approbat opi. Inno. in titu. de inſtru. edi. §. nunc dicamus. ver. quid ſi quis in libello & hoc ſequitur Ang. in l. j. §. eden. ff. de eden. per gl. ibi poſitam. Sed in l. j. §. editiones. 2. char. ff. de eden. dicit, quod ſi agens in libello facit mentionem de inſtrumento, tunc ſemper teneretur illud edere incontinenti. aut facit mentionem de contractu, qui continetur in inſtrumento, verbi gratia de confeſſione. & quia tunc nõ refert ſe ad inſtrumentum, non tenetur edere, alle. dicta Rayn. de For. in l. poſtquam. §. ſi dies. præallegata, & ſic in terminis q̃ ſtionis propoſitæ, videtur approbare opi. Inno. quam etiam ſequitur hic D. Ab. cum li. tamen, quæ fuit Bar. originaliter in locis prædictis, niſi inſtrumentum, quod petitur edi, veriſimiliter debet eſſe penes petentem per l. ſi legatũ ff. de eden & iſta opi. mihi placet tunc, licet alias ſequutus fuerim opi. Bar. & cõſidero, quod quamuis actus, qui facit mentionẽ de inſtrumento nõ limitatiue ſed ſimpliciter, vt ponit Bart. exemplum, niſi dicatur narrare obſcurum, propter quod reus poſſit petere ſe amplius inſtrui viſo inſtrumento, cogitur tamen edere ipſum inſtrumen
57 tum †quia faciendo mentionem de eo in libello, videtur proteſtari ſe eſſe vſurum illo inſtrumento, alias cur faceret mentionẽ de ipſo, ſi non vellet poſtea producere, cum ſic faciendo inclinaret iudicem contra ſe, & maxime hoc eſt verum, ſi diceret, q̃ inſtrumentum ſuo loco & tempore produceret. inſtrumenta autem, quæ quis proteſtatur ſe producturum, debent produci ante ipſam producentis faciendam ex voluntate actori, vt colligitur ex tex. in d. §. edenda. quem ſubtiliter inducit ibi glo. vnde ex iſto capite ſimpliciter videtur tenenda opi. Innocen. quæ
58 videtur etiam eſſe communior. Sed tunc quæritur, vtrum, †productio inſtrumenti iſtius facta ante li. conteſt. ad inſtruendum reum probet intentionem actoris, ſi non producitur inſtrumẽtum poſt li. conteſta ſuper quo dixit Fede. de Se. conſi. 155. & ſequitur hic An. de Bu. quod niſi inſtrumentum reproducat̃ poſt li. conteſt. non probat, quia prima productio fuit facta in iudicio ſummario & ante lit. conteſta. ad vnum finem, ergo non facit fidem ad alium finem, vbi requiritur vera probatio, vt in c. veniens. & ibi no. j. de teſti. quod dictum iudicio meo credo eſſe verum, videlicet quando ſolum inſtrumẽtum producitur, vt reus plenius poſſit deliberare, an velit cedere vel contendere, quia tunc poſſet impugnare inſtrumentum, etiam ſi vellet, quoniã hoc pertinet ad merita cauſæ & debet fieri poſt lit. conteſt. ſed quia ratio iſtorum Docto. concludit generaliter, quod ſemper ſi inſtrumentum producitur ante lit. conteſta. non probat, niſi poſtea reproducatur, vt dictum eſt. hoc dictum poſſet eſſe verũ in alijs caſibus, quando ſuper veritate inſtrumenti non eſſet plene diſcuſſum ante li. conteſta. ſed quãdo fuiſſet plene diſcuſſum, ſicut ſi produceret poſt li. conteſta. tunc hoc dictum eſſet dubiũ quia quando probationes factæ in iudicio ſummario fiunt plene ſicut ſi fieret in iudicio plenario quidam dicunt quod faciũt in alio iudicio, de quo ex dictis vide per D. An. de Bu. in c. causã quæ. j. de teſti. & per Bal. in l. 2. C. de eden. & in l. quo tempore. C. de reſt. mili. Non obſt. præmiſſis, quæ dixit Bald. in l. eos. §. ſin
59 autem. in pe. col. C. de ap. vbi voluit †quod ſi pars proponit exceptiones peremptorias ante li. conteſta. non eſt opus li. conteſta. iterum producere, quia in illo caſu exceptio erat propoſita, licet tempore incongruo ad eundem finem, hic verò ad diuerſum finem erat facta productio inſtrumenti. Circa ſecundũ dixit Spe. no. in titu. de inſtru. edi. §. nunc dicamus. ver. ſed pone. Io. And.
60 in c. Romana. §. ſi vero. de ap. lib. 6. & do. Anto. hic †quod inſtrumentum productum iudici ab appellante ad faciendum fidem de appellatione non debet edi parti illo tempore, quia non eſt productum, vt inſtruat partem ſed iudicem. & ita dicit Bal. in ſi. q. in l. j. §. editiones. allegato. alle. gl. in §. edenda. Sed iſtæ doctrinæ cum reuerentia non videntur poſſe ſtare, quia tex. in §. ſi ve

ro

ADDITIONES.

a VIN. GOD. Adde inſtrumtẽo deperdito in caſu fortuito, quod eius ꝓditio per duos teſtes probatur. Goz. conſi. 11. nu. 6. & nu. 11. & 12.

b VIN. GOD. Quo tempoee ſint edenda inſtrumenta, nota quod inſtrumentum, de quo eſt facta mentio in libello, eſt producendum, alias proceſſus diceretur nullus. Ruy. conſi. 122. nu. 13. lib 3.

ro vult,q̃ de appellatione cõstet iudici,antequam procedat vl-
61 terius.†Sed hoc non potest stare, nisi instrumẽtum producatur parte citata,& detur copia parti aduersæ cum termino competẽ ti ad opponendum,quia aliter instrumentum productum in iu dicio non probat secundum Bar. nota. in extrauagan. ad reprimendam.in gl. super ver.de plano,& satis facit Bar.in l.fi.C. qui admi. ergo videtur,q̃ ista doctrina non sit vera, nisi dicas, quod doctrina Bar.debet intelligi,quando productio instrumenti faceret plenum præiudicium circa merita causæ, vel circa exceptionem declinatoriam,cuius reiectio non pareret magnum p̃iudicium excipienti,sicut est in casu.d.§.si vero.sufficiat qualisqualis fides facta iudici per instrumentum, licet non assignetur copia parti cum termino competẽti ad opponendum,quod tamen dictum est satis dubium,quia satis videtur fieri parti magnum præiudicium attento quod si non probatur legitime appellatũ, pars aduersa penitus excluditur,licet si exceptio reijcia tur ex ista reiectione pars non incurrat magnum præiudicium, quia remanet sibi ius defendendi sententiam latam pro se, vnde circa hoc esset cogitandum.Circa tertiam quæstionem de in strumento cessionis est communis sententia Bar. Spe. & domi.
62 Ant.hic†quod si agitur actione incerta, debet produci mandatum incontinenti, quia aliter agens non legitimaret personam suam secundum Spec.in titu.de instru.edi.§.nũc dicamus. ver. sed quid ecce.& Bar.in l.si duo.in prin.ff.de solu.idem dixit Bal. singulariter & pulchre in l.non solum.§.qui alicui.ff. de procu
63 ra.†quod cessionarius agens actionibus directis si probat mandatum semiplene,non debet admitti cum cautione de rato,nec defertur sibi iuramentum in defectum probationis. Si vero agitur vtiliter, tunc non debet produci instrumentum, nisi post litis contesta.Bal.variat in hoc articulo,nam in l.qui stipendia.C. de procura.simpliciter dicit,quod semper tenetur producere instrumentum cessionis ante litis contesta.per dicta Inno. hic posita in primo articulo superiori.sed in l.j.§.editiones.distinguit, vtrum fiat mẽtio de cessione,an vero de instrumento cessionis, primo casu non debet producere instrumẽtũ, si agitur vtili, & ita sit vera opi.Bar.& Spec. Secundo tenetur producere per ea, quæ sunt dicta in primo articulo superiori,& ista opi.placet, licet ipse idem Bal.in l.j.C. de ac.& ob.sequatur doctrinam Bart. quam tamen limitat in primo membro, videlicet quando agitur directa actione,dicens,quod quando quis agit actionibus directis,non tenẽ producere instrumentum cessionis ante li.contesta. vbinegocium principaliter pertinet ad cessionarium,quia cedens cogitur habere ratum factum cessionarij. pro hoc facit tex.optimus in l.fi.in prin.& quod ibi per Bald. C. de iure do. q̃ dictum non est sine dubitatione,quia licet factum pertineat ad ipsum principaliter,ipse tamen non poterit actione non cessa, neque directa,neque vtili,& esset quasi iuducere per indirectũ, q̃ non esset opus cessione act.quod prima facie non placet.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo,quæ inducit aliquem ad iurandum temere,non valet.*
2 *Probatio per iuramentum suppletiuum,dicitur legitima.*
3 *Iuramentum actori plene probanti,non debet deferri absque causa.*
4 *Actor,quando semiplene probauit, in dubio videtur sibi iuramentum deferendum non reo.*
5 *Consuetudo,quæ inualidat plenam probationem,de iure non valet.*
6 *Lex,quæ fit expresse contra ius diuinum,vel naturale,præsumitur in dubio facta ex iusta causa.*
7 *Consuetudo diuturna,tollit præsumptionem malæ fidei.*
8 *Consuetudo irrationabilis valet,si sit præscriptaspatio 30.an.*
9 *Consuetudo contra ius in dubio,an præsumatur rationabilis.*
10 *Princeps non potest auferre dominium directum,nec vtile.*
11 *Lex vniuersalis,vt tollatur,quid requiritur.*
12 *Præceptum iudiciale,tolli potest inducendo contrarium.*
13 *Consuetudo ciuitatis,super re particularis,quando valeat.*
14 *Dominus feudi,potest illud relinquere pro anima ad vasalli præiudicium.*
15 *Consuetudo valet,per quam quis cogitur vendere rem suam.*
16 *Probandi facultas,per testes inducta a iure diuino,& humano respicit vtilitatem publicam.*
17 *Consuetudo non valet contra vtilitatem publicam.*
18 *Consuetudo, vel statutum contra ius diuinum, vel gentium, non valet sine causa*
19 *Exprimenti causam in statuto non creditur, vbicunque aufertur alicui beneficium.*
20 *Episcopo non creditur auferenti rem ecclesiæ esse solitam infeudari.*
21 *Probatio,quòd non possit fieri nisi per scripturam,quomodo intelligitur.23.*
22 *Statutum restringens probationem ad scripturam,non debet obseruari coram ecclesiastico.*
24 *Testis inhabilis,quando probet,& quando non.*
25 *Iuramentum non defertur in defectum probationis, ubi probatio fieri debet per scripturam.*
26 *Consuetudo probationem validam de iure positiuo,an possit facere inualidam.*
27 *Consuetudo contra ius positiuum in dubio præsumitur irrationabilis, & quando non valeat.30.*
28 *Statutum irrationabile,contra ius positiuum valet.*
29 *Statutum iniquum ligat ipso iure,sed est recurrendum ad superiorem per viam querelæ.*
31 *Statutum non valet,quòd testes non tenerentur videre testatorem.*
32 *Consuetudo,vel statutum an valeant vt testamentum possit fieri minori numero testium.nu.34.*
33 *Clausula derogatoria respiciens consuetudinem præteritam,videtur tollere futuram.nu.35.*
36 *Repetitio non fit ex natura canonis,quando inducitur aliquod exorbitans.*
37 *Dictio aduersatiua sine copula aduersatur in iure,& in facto.*
38 *Lege reprobante consuetudinem præteritam,quando valeat,vel non futura.*
39 *Dispositio legis,quæ loquitur per verba de præterito, nunquid extendatur ad actus futuros.*
40 *Lex semper loquitur.*
41 *Lex magis sequitur naturam vltimæ voluntatis,quam contractum.*
42 *Lex quando præteritam & futuram consuetudinem videatur tollere.43.*

CAP. II.

SIcut. Actor, qui testibus, aut instrumentis plene probauit, non cogitur præstare sacramẽtum licet cõsuetudo hoc dicet. Vel sic & forma lius,non valet consuetudo,per quam actor,qui plene probauit,cogitur præstare iuramentum.secunda ibi,nos &c.
1 Primo no. q̃ † consuetudo, quæ inducit aliquem ad iurandum temere non valet, quia dicitur esse nutritiua peccati, & videtur esse contra ius diuinum,inquantum cogitur aliquem iurare vltra legitimas ꝓbationes,saltem si fiant per testes,vt in c.omni. s̃. de testi.& quod ibi no. Et pondero, quod in dubio ista consuetudo censetur esse irrationabilis, & tamen posset esse casus, in quo hoc iuste posset induci.verbi gratia,si iudex suspicatur de testibus,vel de instrumẽto.de quo dicetur plenius in secunda gl.
2 Secundo no.ibi cum aliæ legitimæ probationes.q̃†probatio, q̃ fit per iuramentum suppletiuum defectis probationibus dicitur probatio legitima, sicut ostendit ver. aliæ,quæ implicat probationem iuramenti esse eiusdem qualitatis,vt.l.mutus.§.j.ff.de proc.in tex. & gl. & sic videtur q̃ in dispositione statuti talis probatio suppletiua, quæ constat ex iuramento & vno teste comprehendet.& facit iste tex. cõtra Bal. in l.in bonę fidei.C.de reb. cre.vbi dixit,quod vbicunque probatio ponitur in conditione, non defertur iuramentum in defectum probationis, pro cuius dicti intellectu vide,q̃ scripsimus s̃.in rub.Nota tertio ibi, cum
3 aliæ legitimæ probationes &c.q̃† iuramentum actori plene ꝓ-
a banti non debet deferri sine causa,& idem est econtra[a] reo, qa si actor nihil probat, non cogitur suscipere iuramentum sibi delatum ab actore,aut referre, cum ipse etiam sine causa notari non debeat. Vnde si reperitur in aliqua. l. quod deficiente probatione actor possit iuramentum reo deferre sicut dicit.l. cum de indebito.§.in omnibus.ff.de proba.intelligitur non omnino deficiente probare,& hoc tenet hic do. Abb. in notabilibus clarius, vt in c.fi.j̃.de iureiur.allegat Spe.in titu.de iuramenti delatione.§.j.ver.si autem reus.Sed ista opi.videtur contra duas leges.primo contra.l.fi.in 2. respon. C.de fideicom. vbi casus clarus,q̃ etiam vbi nullus testis & nulla probatio est ex parte actoris, potest referri iuramentum iudiciale, & tenetur illud subire, vt ibi videtur.Secundo adduco tex.no.in l.tutor.in prin.ff.de iureiu. vbi tex. dicit, vt scias inducere,quod deficientibus omnibus alijs probationibus tutor debet deferre iusiurandum. Nec dicas,quod ibi exponitur tex.sicut in §.in omnibus. s̃. allegato. & sicut hic,quia iurisconsultus dicit in fi.q̃ tunc non potest deferre iusiurandum,quia eodem modo sibi actio denegaretur,si non deferret,ex quo datur intelligi, q̃ ibi tutor non poterat semiplene ꝓbare,qa si posset semiplene ꝓbare,aliqñ nõ denegaret sibi actio in casibus,in qbus dẽt deferri iurm semiplene probãti. Præterea,qñ tutor semiplene probasset deferendo iuramẽtum parti aduersæ,nõ ageret vtiliter negocium pupilli eo casu, quo posset petere illud sibi deferri in defectũ probationis. Tertio contra istam opi.adduco tex.secundum communem intellectum in l.generaliter.in prin.C.de reb.cred.& iure.vbi probatur,quod iuramẽtum iudiciale potest deferri in initio litis,quod non contingeret,si deferri deberet solum, quando actor semi-
4 plene probasset.Vltimo no.ex isto tex.q̃† quãdo actor semiplene probauit,in dubio videtur deferendum sibi iuramentum ne cessa-

ADDITIO.

a VIN. GOD. Idem est econtra &c.Tu uide de ista.q.quę opi.sit cõmunior, pleniſſime per do.Iaſ.post Alex. in 2.col.in l.manifestæ turpitudinis. ff. de iureiur.& Panor.in c.fi.eo.tiru.Adde,quod iuramentum regulatur secundum naturam actus,super quo interponitur.Ruy.consi.16.num.14.lib.20. & uide in consi.67.num.10.lib.4.

ceſſarium potius, quam reo. Sed poteſt dici, q; Potifex hoc caſu non dicit iuramentum eſſe deferēdum actori, ſed in defectum probationis ad huiuſmodi ſuffragium recurri, de quo dic, vt in c.fi.j. de iureiu. In gl. poſita ſuper ver. talem, per iſtum tex. iuncta
5 gl. dicunt Doc. †q conſuetudo, quæ inualidat a plenam probationem de iure non valent. pro intellectu articuli, qui eſt ſubtilis, diſtingue tres caſus. Nam aliquando quæritur, vtrum conſuetudo, vel ſtatutum poſſit probationem legitimam de iure diuino inualidare, puta requirendo plures teſtes quam duos, videtur diſponendo, q; probatio non poſſit fieri per teſtes, ſed per ſcripturam duntaxat. Aliquando conſuetudo, vel ſtatutum approbat probationem illegitimam de iure diuino, vt q; credatur vni teſti, vel teſti, deponenti de fama, vel de credulitate, & ſi aliquando conſuetudo, vel ſtatutum inualidat probationem legitimam inductam de iure poſitiuo. verbi gratia cùm addit aliquam ſolennitatem inſtrumento publico, & aliter non vult inſtrumētum probare, vel vult, quod probatio non poſſit fieri niſi per ſcripturam publicam manu notarij. Circa primum Ioan. And. hic tenet, quod ſtatutum, vel conſuetudo non valeat. Sed in titulo de inſtru. edi. §. compendioſe. ver. ſed nunquid. tenet oppoſitum ſecundum Doc. ſed hic mihi videtur, conſidera diligenter mentē ipſius, quod immo dicat idem in oppoſitum cū aliquali modificatione, dicit enim in præcedentibus ſequens errorem Iac. de Are. quod conſuetudo contra legem nō valet, niſi data ſcientia & patientia principis, vel niſi ſuſtinente cauſa neceſſaria, vel euidenter vtili, vel niſi cum agitur de modico per. l. j. in fi. ff. de ven. inſpi. Poſtea quærit de quæſtione noſtra, quod quæſtio ſoluitur per ſe ipſam, quia cum dictum ſit. s̄. quod conſuetudo probationem minus validam inducis, quia contrariorum eadem eſt regula, cum ergo ſuperius non dixit ſimpliciter, quod conſuetudo poſſit perficere probationem imperfectam, ſed demum ex euidenti cauſa, patet, quod vbi de euidenti cauſa non apparet, ipſe ſentit conſuetudinem non valere, ſicut hic, & ſic in dubio non valebit conſuetudo, & hanc opi. approbat do. Ab. hic dicens, quod ſiue ex defectu probationis aduerſa pars non locupletetur cum aliena iactura, ſiue locupletetur, in dubio conſuetudo iſta non præſumitur rationabilis, per tex. in ca. cum veniſſent. s̄. de eo qui mit. in poſ. cauſa rei ſer. & per ea quæ tradunt Doc. in c.fi. s̄. de conſue. vbi concludunt, quod in dubio conſuetudo contra ius præſumitur irrationabilis, etiam contra ius poſitiuum per ea, quæ habentur 12. diſtin. c. illa. & facit tex. in c.j. de præſcri. lib. 6. ſed iſta opi. prima facie videtur dubia. primo, quia text. in l. de quibus. ff. de leg. æquiparat quo ad tollen-
6 dum legem expreſſam & conſuetudniem. † ſed lex, quæ fit expreſſe contra ius diuinum, vel naturale, præſumitur in dubio facta ex iuſta cauſa ſecundum Ci. in l. fi. C. ſi contra ius, vel vtili. pub. & tenet D. An. in c. quæ in eccleſiarum. s̄. de conſti. & videtur probari in ſtatuto in l. Lucius. §. fi. ad muni. ergo idē vī dicendum in conſuetudine. Confirmatur hæc concluſio, quia diuturnitas temporis & tacitus conſenſus populi facit præſumi, q; ex cauſa rationabili conſuetudo ſit inducta, vt probat tex. in ſimili in c. peruenit. de emp. & vnd. vbi probatur, q; ex diuturnitate temporis præſumitur conſenſus mulieris legitime determinatus, bene facit, quod habetur in c. ea noſcitur. de his quæ fi. a præla. & l. qui in aliena. §. 1. ff. de acqui hære. Et cum dicitur, q; inducens conſuetudinem contra ius habet præſumptionem contra ſe, & cenſetur quodammodo in maſa fide. dici poteſt, q;
7 † hanc præſumptionem tollit diuturnitas temporis, maxime ſi conſuetudo ſit præſcripta ſpatio. 30. annorum. ſicut videmus, quod præſumitur bona fides tali ſpatio, vbi alias non præſumeretur ſine titulo, vt traditur in c. ſi diligenti. j. de præſcrip. & hoc modo poſſet intelligi, quod tradit Bal. in iſta materia ſingulari-
8 ter in c.j. circa princ. qualiter olim feu. alie. pote. vbi dixit † quod conſuetudo irrationabilis valet, ſi ſit præſcripta ſpatio. 30. annorum, & hoc tenuit do. Flo. in c. clerici. s̄. de iudic. nam ne dicat expreſſe contra. c. vltimum. s̄. de conſue. intelligendum eſt, ipſum intellexiſſe dictum ſuum in caſu dubio, vbi ſimiliter nō appareret conſuetudinē eſſe irrationabilem, quaſi velit, quod per ſpatium longiſſimi temporis inducatur præſumptio iuſtę cau-
9 ſæ ſubſiſtentis. † Mihi in hac materia difficili videtur dicendum, ſi quæritur, vtrum conſuetudo contra ius in dubio præſumatur eſſe rationabilis, & ſic valeat, an vero irrationabilis, & ſic non valeat. Quod aut eſt contra ius diuinum, vel naturale, vel contra iusgentium, aut eſt contra ius poſitiuum. primis tribus caſibus, quos pono pro vno, cōclude, quod ſi conſuetudo, vel ſtatutum generaliter diſponit contra iura prædicta, vel aliquod prædictorum, tunc in dubio non præſumatur eſſe rationabilis, niſi probetur. exemplū in decretali noſtra, quando requiritur vltra plenam probationem generaliter iuramentum, vel alia probatio, & ita poteſt intelligi tex. in c. cum eſſes. j. de teſta. & in c. inde. j. ver. 2. quantum. c. cum veniſſet. s̄. de eo qui mit. in poſ. Pro iſta concluſio. eſt bonus tex. in c.j. in fi. de cap. mona. lib. 6. vbi dicit, quod conſuetudo non valet, per quam conceditur epiſcopo, quod inſtitutum in beneficio poſſit remouere pro libito voluntatis. & licet ius, quod aufertur ibi ſit quęſitum de iure poſitiuo. i. ius in beneficio, habet tamen æquitatem naturalem, pes quam diſponitur, quod id, quod noſtrum eſt, non debet a nobis ſine cauſa auferri, vt l. id quod noſtrum. de reg. iur. propterea dixit Bart. ſingulariter in l. j. C. de fun. patri. lib. 10. per illum text
10 † q; ſicut princeps non poteſt auferre dominium directum, q; quæritur de iure gentium, ſine cauſa, ita non poteſt auferre dominium vtile, & tamen ſæpe numero dominium vtile acquiri-
11 tur de iure ciuili. Pro iſta concluſione facit ratio † quia ad tollendum. l. vniuerſaliter etiam in loco particulari non eſt dubium, quod quāto maioris eſt præiudicij, tanto requiritur fortior cauſa, & ideo non ita de facili reſultat præſumptio pro ſtatuto vel conſuetudine, tunc. concedo tamen quod ſi appareret euidenter de cauſa iuſta inducendi conſuetudinem vel ſtatutum vera
12 ſit opi. do. Abb. hic qui dixit † quod quando præceptum nō eſſet morale ſed iudiciale, ſicut eſt præceptum, de quo agitur nūc, quod in ore duorum, vel trium, ſtat omne verbum, poſſet inducci, vel conſtitui contrarium, quas allegat hic, videlicet per. l. hominem. ff. man. & l. ex facto. in prin. de vulg. & pupil. de quo dic vt hic plenius per eum. Si vero ſtatutum, vel conſuetudo non diſponit generaliter contra aliquod de prædictis iur. ſed in aliquo caſu, & tunc dicit hic Gaſpar de Cald. & do. Flo. quod conſuetudo valet, & poteſt hoc induci in aliquibus caſibus ſecundū eos, poſſet bene inducere conſuetudo, quod requirantur plures teſtes, ſicut facit. l. in teſtamento. & in l. teſtium. ex auc. ibi poſita. C. de teſti. & canon. 15. q. i. c. ſinautem. & c. felix. & plene in c. non poteſt. de reg. iur. Sed iſta exempla non videntur ſufficere. quia in lege communi, quæ fit per principem, in dubio præſumitur iuſta cauſa, vt. s̄. diximus. ſed in l. inferiori, vel conſuetudine hoc non eſt expeditum, & ſic debet intelligi Bal. in l. quod vero. in prin. ff. de leg. dum dixit, quod in dubio lex præſumitur eſſe rationabilis quamuis tex. quem allegat in c. illud. 12. diſtin. loquat de conſuetudine particulari, & ſic de tali conſuetudine vel. l. intellexit, dictum ſuum eſſet verum, quando conſuetudo diſponit præter ius. & ita loquitur ille tex. & gl. ibi poſita, vel qū contra ius poſitiuum, vt j. dicam, non in caſu noſtro. Et immo vt ſaluetur iſta doctrina iſtorum Doctorum dicamus ſecundū do. An. de Bu. in iſto arti. quod aut conſuetudo, vel lex particularis addendo probationi, quæ ſufficit de iure communi, vel aliquid aliud diſponendo aliquod ex ſupradictis iuribus inducit aliquid, per quod, ſi ſeruatur talis diſpoſitio nō ſolum aufertur ius alterius ipſo inuito, ſed locupletatur quis cum aliena iactura, & tunc in dubio conſuetudo & ſtatutum præſumuntur irrationabilia, niſi probetur iuſta cauſa. Caſus eſt vero ad propoſitum in c. ex parte. s̄. de conſuetudine, vbi patet, q; conſuetudo inducēs, quod vir in caſu, quo perdidit per caſum bona ſua poſſit alienare bona vxoris prohibita alicui cenſetur irrationabilis, nec valet. & ita poteſt intelligi tex. no. in l. j. in prin. ff quod quiſque iur. vbi videtur probari, quod in dubio ſtatutum particulare contra ius præſumitur iniquum. Si vero conſuetudo, vel ſta-
b tutum b aufert ius alterius ipſo inuito, non tamen aſſicit eum iactura, vel damno ſaltem notabili, exemplum quando per ſtatutum ciuitatis reſcinditur contractus factus cum priuato reſtituto ſibi precio, vel quando priuatus cogitur vendere rem ſuam iuſto precio, vel in ſimilibus caſibus, vel nihil in effectu adimitur priuato, vel ſaltem conſeruatur indemnis, licet excludatur a lucro, tunc conſuetudo, vel ſtatutum in dubio præſumuntur rationabilia, vide. j de verb. ſig. ad ea. caſus eſt notabilis in illa. l. Lucius. in fi. s̄. allegata. Nec dicas, quod ibi apparet de cauſa manifeſta. ſ. de vtilitate publica, quia ciuitas publica ſubdita habet in ſtar priuati, vt l. eum qui vectigal. ff. de verbo. ſignifi. & de iure communi non habet hoc priuilegium, quod conceditur fiſco propter vtilitatem pub. vt. l. ſi tempora. C. de ven. rerum fiſca. li. 10. ex hoc datur intelligi, quod iſta non eſſet ſufficiens cauſa, & tamen tex. dicit ibi, quod in dubio valet ſtatutum. Secundo hoc probatur per tex. quem reputo ſingularem ad hoc, in l. fi. C. de
13 iu. reipub. lib. 11. vbi eſt caſus ſecundum lec. gl. † q; valet cōſuetudo ciuitatis, per quam inducitur, q; domus alicuius ruit abſolute area per rempu inuito domino poſſit vendi, & tū prima facie

ADDITIONES.

a VIN. GOD. Quæ conſuetudo inualidet vel ualidet probationem a iure diuino approbatam. de iſta quæſtio. & alijs ſimilibus vide ſaly. in l fi. C. ſi contra ius vel vtili. pub. & ibidem per Alex. in apoſt. ad Bar. Adde, quod conſuetudo damnoſa eccleſiæ, vel irrationabilis in alienatione rerum eccleſiaſticarum non eſt ſeruanda Ruy. conſi. 40. nu. 45. lib. 2.

b VIN. GOD. Conſuetudo & ſtatutū quando auferant tertio. Adde q; conſuetudo induci poteſt, q; unus pro alio ſoluat collectas, ſicut q; unus pro alio puniatur, corporaliter, uel debitum ſoluat. Ruy. conſi. 116. num. 2. & 9. lib. 4. eſt ēt conſuetudo tantæ potentiæ, ut forenſes etiam ad collectas teneantur, ut tradit Ruy. in s̄. citato conſi. num. 3.

cie hoc videtur irrationabile, nisi forte statueretur terminus domino ad reficiendum, & esset negligens. & licet ibi non dicatur, ꝙ precium rei sit restituendum domino, vel ꝙ debeat conseruari indēnis, hoc tamen subintelligitur secundum gl. sing. quā ibi
14 no. Bal. ad hoc in c. j. in verbo si vero. de allodiis. in vsi. feu. † vbi probatur singulariter, ꝙ dominus feudi potest relinquere rem feudalem pro anima etiam ad ꝓiudicium vtilis domini vasalli, licet econtra vasallus ad ꝓiudicium domini hoc non possit, vt in c. j. § donare. quib. mo. feu. amit. gl. tamen notabilis intelligit ibi, ꝙ dominus teneatur restituere feudum æqualens, vel æstimat. Tertio probatur hæc conclusio in l. venditor. § fi. ff. cō-
15 mun. prædi. vbi probatur expresse. † ꝙ valet consuetudo, per quā quis cogitur vendere rem suam. & licet Bar. in prima consti. fforum, in princi. intelligat illum tex. quando consuetudo inducit ex causa, & in l. 2. in fi. C. de fide instru. & iure has. fisca. lib. 10. ex hoc tamen nō apparet in tex. & immo si non vis diuinare, oportet dicere, ꝙ ibi causa præsumitur, sed in præsenti articulo videlicet, vtrum consuetudo possit probationem validam facere inualidam, videtur dicendum contra præmissa, ꝙ indistincte ista
16 conditio non valeat noua ratione. Et arguitur sic. † facultas probandi per testes inducta a iure diuino & humano respicit vtilitatem publicam, vt in Aucten. de testa. circa prin. & est glo. ordi. in auct. vt sine prohibi. matres debit. & re. §. quia vero. & tradit
17 Bald. in aucten. iubemus. C. de iudi. † sed consuetudo non valet contra vtilitatem publicam, quia habet causam derogatoriam contra se positam in l. nec damnosa. & in l. rescripta. C. de preci. impe. offe. & in l. fi. C. si contra ius vel vti. pub. ergo videtur, ꝙ cō suetudo, vel statutum huiusmodi non valeat, secundum Bar. in l. de quibus. circa medium distinctionis suæ. ff. de le. confirmatur ista conclusio ex his, quæ notanter ponit Inno. in quadā sua extrauaganti, quem refert Ioan. An. in c. fi. de censibus. lib. 6. in nouella. vbi voluit, ꝙ consuetudo contra vtilitatem publicam non valet, nisi superiore consentiente tacite, vel expresse. Et aduerte, quia ar. videtur concludere, etiam si apparet de causa legitima consuetudinis contra omnes Doctores vt hic. sed ad hoc possumus respondere dupliciter, primo negando, ꝙ facultas ꝓbandi principaliter respiciat bonum publicum per ea, quæ habentur in l. 2. in fi. ff. ad munici. & in l. j. ff. solu. mat. per Bar. & iō Vber. de Bobio, quem sequitur Spec. & etiam videtur sequi do. Anto. hic dixit, ꝙ valet pactum, vt quis non possit probare, nisi per instrumentum, vt refert Spe. in titu. de proba. §. videndum. ver. sed pone ꝙ non valeret, si facultas probandi respiceret bonum publicum principaliter, vt in c. si diligenti. s̄. de foro compe. & c. ad nostram. de iureiur. sed quia ista responsio est contra communem sententiam, de qua in d. auc. iubemus. & in d. c. si diligenti. Ideo dic secundo, ꝙ doctrina Bar. in d. l. de quibus. non est vera, quia. l. allegatæ per eum videntur ponere clausulam derogatoriam ad rescripta & sanctiones principis ad post. partis cō cessas, non autem ad. ll. vel statuta, vel consuetudines introductas sponte a communi consensu. & dato ꝙ regulariter propter rationem prædictam non valeret consuetudo, vel statutum addens probationi approbatæ de iure diuino & humano, per hoc tamen non tolleretur potestas statuendi, vel inducendi consuetudinem ex causa euidenter necessaria vel vtili, ita refert hic do. Anto. in tit. de instru. editione. §. compendiose. ver. sed nūquid. & idem tenet in c. fi. in 12. char. s̄. de consue. vbi videas. & licet meo iudicio Ioan. An. hoc non dicat, non enim loquitur de isto casu sed refert ad consuetudinem inductam in testam. contra ius, quę habet clausulā derogatoriam contra se, de qua proxime dixerat. Sed refert se ad prima dicta, inquantum dixerat, ꝙ consuetudo contra legem non valet etiam simplicem, nisi dēt sciētia, vel patientia superioris, & tamen dictum est solenne in se & multum ampliat no. per Bar. in l. ambitiosa. ff. de decre. ab ordi. sa. Et ad ea quæ. s̄. diximus in isto articulo primo dum allegauimus. l. Lucius §. fi. ad muni. Adde aliam bonam. l. in l. j. C. de vēdi. rerum ciui. lib. x. secundo inquantum dixi ad. c. cum veniſſet. ꝙ illa debet intelligi de consuetudine, quæ est cōtra ius gen. vel diuinum non contra ius positiuum, potest responderi aliter, videlicet ꝙ consuetudo forte erat talis, contra quam ex aliqua causa intrinseca, vel qualitate ipsius erat præsumendū. tūc enim esset contra ius positiuum consuetudo & non præsumeretur ista. exemplum in Auc. vt nulli. & quod ponit Host. & do. Ant. in c. postu. de fo. competen. nam in d. l. & auctoritate præalle. præsumitur consuetudo irrationabilis propter suspicionem vtilitatis propriæ, quæ resultat in inducente consuetudinem. Sed quæ
18 ritur pro declaratione perfecta, quia supradictum est, ꝙ † cōsuetudo, vel statutum contra ius diuinum, vel gentium non valet
a sine causa. a Quid si in statuto exprimat̄ causa, quæ si esset vera, esset probabilius, vtrum credatur statuentibus in isto casu. sup quo est dicendum, ꝙ aut causa exprimitur a statuente cōtra ius ciuile & positiuū. Aut exprimitur a statuente contra ius gentiū, vel diuinum. primo casu credo, quod staretur assertioni statuentium, & ita intelligo, quod tradit Bar. no. in l. ambitiosa. in vlti. char. ff. de decre. ab or. fa. cum enim statutum possit tollere ius ciuile & positiuum simpliciter & sine causa, vt infra dicam, sic etiam credetur exprimenti causam Secundo casu non videtur quod debeat credi exprimenti causam, & ita sentit Barto. sing. per illum text. in l. diuus. ff. de adimen. leg. vbi videtur sentire &
19 clare, † quod exprimenti causam in statuto non creditur, vbicunque per expressionem illius causæ auferretur alicui beneficium, vel ius, quod aliquis haberet aliunde, quam a statuto, pro his facit optime, quod habetur in l. cum quis decedens. in §. Titia. ff. de le. 3. vbi patet, quod assertio etiam cum iuramento inter personas suspectas non facit fidem. dicuntur autem personæ suspectæ illæ, quæ regulariter sunt prohibitæ aliquid facere, & non possunt illud facere nisi ex causa. facit tex. & quod ibi per Barto. in l. si forte, in princ. ff. de castren. pecu. vnde arguit Bald.
20 no. in ꝓludijs feudorum, charta quarta. † quod si episcopus concedit rem ecclesiæ tanquam insolitam infeudari, ista sua assertio non facit fidem, dicit no. Ioan. And. in addi. Specu. in rub. de reb. eccle. non alie. in si. q. & per hoc videtur quod doct. Bar. in d. l. ambitiosa. in terminis, quos ponit, valet quando illi faciūt statutum, qui habent potestatem a consilio. nec possunt statuere nisi ex certa causa. & doctrina eius videtur esse satis dubia, dū vult̄, quod credatur taliter statuentibus de expressione causę. Sed potest defendi, quod quia persona eorum est approbata de publico specialiter ad hoc, sit præsumptio pro dicto eorum, ar. l. j. C. de ponderibus & auri dat. lib. x. Et ex prædictis omnibus potest inferri ad determinationem duarum aliarum quæstionum, quæ tanguntur hic per Doct. vt sicut s̄. diximus quod statutum, vel consuetudo potest, vel non potest inualidare legitimam probationem addendo maiorem numerum, quam requiritur de iure diuino, ita possit, vel non possit approbare, vel inualidare probationem illegitimam de iure diuino. Et pro ista conclusione vide bonum tex. secundum lecturam Host. i. in c. j.
21 j. de ap † & similiter etiam habemus distinguere, quando statutum, vel consuetudo vult, quod non possit fieri probatio nisi p scripturam, & distinguit do. Abb. in ista sicut in prima & recte. & hæc etiam est intentio do. Ant. in ista quæstione, licet non ita clare, dum dixit sequendo Specu. in titu. de proba. in §. videndū. in ver. sed pone, quod in potestate ent. si testes sunt valde legales recipere probationem testium non ob. statuto disponente, quod probatio non possit fieri nisi per instrumentum, vel scripturam. videtur enim sentire hoc, quando alias debitor locupletaretur cum aliena iactura, vt dixit in prima quæstione. Sed ipse idem domi. Anto in c. cum Ioannes. in prima char. de fide instr. sentit, quod non possint admitti testes via ordinaria, & vbi pars locupletaretur cum aliena iactura, dicit, ꝙ non habet locū denunciatio euangelica, in qua posset probare per omne genus probat. quia, vt inquit Feder. in consi. suis, quem refert & sequitur Pe. de Ancha. in regula, ea quæ fiunt. versus finem. de reg. iu.
22 in 6. † Statutum restringens probationem ad scripturam nō debet obseruari coram iudice ecclesiastico, maxime si agatur de peccato. dixit etiam Bald. ad propositum in l. certi condictio.
23 §. quoniam. ff. si cer. pe. † quod vbi per statutum potest fieri probatio, nisi per scripturam, si producantur testes, & pars non contradicit, neque reseruat exceptionem, vel admittit eos cū clausula, si & inquantum, si simpliciter eos recipit ad iuramentum valet probatio, quia pars tacendo videtur probasse hoc genus probationis, arg. l. si quis testibus. C. de testi. & c. j. de restit. spol. Sed contra istam doctrinam arguitur, quia non videtur, ꝙ sit in potestate partis testem inhabilem ipso iure, cuius inhabilitas est notoria, approbare, vt probatur in in tex. & gl. in l. cum lex. ff. de testa. & tradunt Moder. in c. testimonium. j. de testi. & Bar. in l. ad testium §. conditionem. ff. de testa. in quibus patet, quod si testis infamis infamia iuris notoria, non potest adhiberi a parte, vt sit testis in instrumento, ergo non potest approbari persona eius. Respondendo dicas, ꝙ † aliud est facere, ꝙ testis inhabilis solennizet instrumentum. i. adhibeatur pro solennitate instrumenti, & fieri non potest, vt in dictis iuribus, aliud, ꝙ in iudicio persona testis possit approbari in ꝓiudicium suum ab illo, contra quem producitur, quia hoc regulariter fieri potest, iuxta. l. si quis testibus. C. de testi. & immo casus diuersi sunt. Scias
25 etiam, quod † vbicunque probatio debet fieri per scripturam, ibi non defertur iuramentum in defectum probationis, vt sentit Bal. no. in auc. sed nouo iure. in vlti. col. C. si cer. pe. sed hoc dictum est dubium & declarabitur in c. causam. infra eod. Circa
26 † aliam. q. quia quæritur, vtrum consuetudo, vel statutum probationem validam de iure positiuo possit facere inualidam, &

econtra,

ADDITIO.

a VIN GOD. Quæ causa requiratur vt tollatur ius per statutum. Adde, ꝙ statuto. disponente contra ius commune, tamen non uergitur ad declarationē statuti, quod intelligi potest secundum ius commune. Ruy. consi. 44. nume. 9. lib. tertio.

econtra, an inualidam possit facere validam. dicendum est, q̃ opin. Io. And. quam posuit in d. §. compendiose. s̃. allegato, vide
a licet, q̃ statutum & consuetudo possint ista facere esse vera per tex. allegatum per eum in d. c. cum dilectus. & maxime in ver. præsertim, quæ dictio implicat, q̃ etiam si non appareret de cã consuetudinis, tamen consuetudo esset valida, & hoc facit diuturnitas temporis, quæ facit præsumi iustam causam, vbi forte alias præsumeretur. pro quo vide optimum tex. in Auth. de vsuris nauticis. in fi. vbi Imperator dicit, q̃ obseruatum multo tempore præsumitur iustum. & licet ille text. in superioribus faciat in contrarium, inquantum dicit, q̃ consuetudo illa erat seruanda, quia non erat contraria iuri communi, & illum text. ad hoc ponderat Bal. in c. j. §. nos Romanorum. de pa. Constan. & sic videatur ibi probari opinio communis, de qua in c. fi. s̃. de cõsuet.
27 videlicet, † q̃ consuetudo contra ius positiuum in dubio præsumitur irrationabilis, & non valet, ille text. non debet sic exponi, sed altero de duobus modis, vel q̃ illa litera velit, consuetudinẽ præsumi facilius iustam, & fortius ibi non est contra ius, non p̃sumeretur iusta. Sed forte facilius probaretur contra ipsam, q̃ esset irrationabilis. vel dic, q̃ loquitur de consuetudine, quæ esset reprobara a lege, quia illa dicitur proprie contra legem, non autem de consuetudine, quæ esset contra id, quod cõtinetur in l. & hanc sententiam, Io. An. approbat Bald. in l. de quibus. in 3. char. ff. de legibus, allegat glo. ord. in Auth. vt præpo. nomen imp era. & dato sine præiudicio veritatis, q̃ consuetudo, vel statutũ contra ius positiuum in dubio pr̃esumeretur irrationabile, adhuc tamen non sequeretur absolute, q̃ talis consuetudo, vel statutum non valeret, intellige, si esset inducta consuetudo ab illis, qui possent facere statutum expresse contra ius, verbi gratia cõsuetudo ciuitatis, quę posset statuere expresse p̃ legem ciuilem,
28 vt l. omnes populi. de iusti. & iure † statutum enim irrationabile, & iniquum contra ius positiuum valet, nec est nullum ipso iure, dummodo non sit contra bonos mores, siue contra ius naturale, vel diuinum, quia tunc non valeret, maxime si nutriret peccatum, vt in c. ex parte. s̃. de consue. & ibi no. Et qua ratione valet statutum iniquum, debet valere consuetudo irrationabilis, & de consuetudine tenet ita Bal. no. in c. j. de feu. cog. in duobus locis. & in l. de quibus. in ver. quo ad primum. ff. de legi. Et probatur ista consuetudo in l. dudum. C. de contrahen. empr. iuncto c. constitutus. de resti. in integ. dicitur enim in l. dudum. q̃ illa consue. per quam quis cogitur vendere vicino est irrationabilis, & tamen in c. constitutus. mandatur obseruari, tãquam valida, & oportet, q̃ supponatur, q̃ illa terra ibi subiecta ecclesiæ poterat facere statutum cõtra ius expresse, nisi forte diceres, q̃ ibi suberat aliqua causa, ex qua consuetudo erat rationabilis, & non probaret intentum nostrum. sed tamen conclusio est vera, quia (vt dixi) statutum & consuetudo procedunt a pari potestate, sed statutum iniquum valet ipso iure, vt l. 3. in princ. & ibi hoc tenet expresse Bar. ff. quod quisque iuris. & est casus noster in c. cum omnes. s̃. de constit. & ibi hoc tenent Hosti. & Ant. de But. idem dicendum in consuetudine. vnde dicebat Bald. in c. j.
29 §. nos Romanorum. de pace Constan. † q̃ statutum iniquum ligat ipso iure, sed est recurrendum ad superiorem per viam que relæ, allegat Io. And. in c. fi. de appel. in 6. nisi forte esset factus p̃ particularem personam in fraudem particularis personæ, quo casu est nullum ipso iure, secundum Bar. no. in l. j. in princ. ff. de legi. & hanc distinctionem ego sum sequutus in c. cum omnes.
30 præallegato. Secundo † casu non valet consuetudo irrationabilis, & sic loquitur tex. in c. fin. de consue. Aduerte tamẽ, q̃ si lex, vel statutum approbando scripturam minus validam pro valida de iure de facili posset materiam præbere delinquendi. exẽplum, si statutum, vel consuetudo vellet, q̃ daretur fides libris mercatorum, vbi non essent scripturæ verisimiles de sui natura, vt quia sine causa & male compositæ, & ad bonam æstimationem mercatoris, non videtur valere ista cõsuetudo, ita dicit singulariter Bal. in l. j. versus principium. C. de confes. & tenet eleganter do. Abb. allegans illud dictum in c. bonæ. s̃. de postu. pr̃e la. el ij. & ideo dicebat notanter Ang. & sequuntur ibi Moderni
31 in l. 3. ff. de testa. † q̃ non valet statutum vel consuetudo, p̃ quam induceretur, q̃ testes, qui essent præsentes testamento, nõ tenerentur videre testatorem, quia ex hoc posset de facili dari materia falsum fabricandi. & q̃ valeat statutum, vel consuetudo simpliciter dans fidem scripturæ priuatæ. tenet Bald. expresse in l. j. in 2. char. C. de sum. tri. Et ad ea, quæ diximus in primo principali argumento adde, q̃ pro sententia communi, q̃ non valeat consuetudo addens numerum testium testibus requisitis de iure diuino, videtur esse casus notabilis in c. cum esses. in prin. de testib. vbi reprobatur consuetudo, sed tanquam irrationabilis, q̃ vult, q̃ secundum ius ciuile requirantur plures testes, quã duo, ergo præsumitur in dubio rationabilis, alias non reprobaretur. sed potest dici, q̃ multa concurrentia simul faciunt ibi præsumi consuetudinem irrationabilem, videlicet fauor testamenti. consuetudo generalis ecclesiæ & ius diuinum. est. n. præsũptio, cum rationabilius sit, quod obseruat vniuersalis consuetudo, q̃ id quod obseruatur in vno loco particulari. Posuit etiam hic d.
32 Ant. & Moder. vtrum † valeat consuetudo, vel statutum b per
b quod inducitur, q̃ possit fieri testamentum cum minori numero testium, quam requirat ius commune, in quo ipse referendo dicta Ioan. And. in loco sæpe allegato in addi. dicit q̃ statutum, vel consuetudo hoc inducere non possint, fundamentum tenẽtium hanc partem est, quia in l. fi. C. de testament. est clausula derogatoria ad consuetudinem, ergo consuetudo postea sequuta non valet, vt l. eos. C. de vsur. & in aucten. nauigia. C. de fur. in c. quia sæpe. de elec. in 6. q̃ autem in d. l. fi. sit clausula derogatoria, probat do. Abb. hic tali modo. dicitur enim in l. fi. præallegata, quod rustici iuxta antiquam consuetudinem possunt testari, dum tamen adhibeant ad minus quinque testes, si plures habere non possunt, & sic patet, q̃ limitatur consuetudo rusticorum, & sicut reprobatur inquantum requirebat minorem numerũ, quam quinque testes, ergo est ibi clausula derogatoria ad consuetudinem, sed illa inductio est erronea: quia, vt inquit Bart. in l. omnes populi. in j. q. ff. de iusti. & iure. & Bal. in d. l. j. præallegata, & in l. j. C. quæ sit lon. consue. ibi loquitur de consuetudine, quæ ante. l. illam non valebat, quia villæ & oppida subiecta ciuitati nullam habent iurisdictionem secundum Bar. in l. j. in prin. ff. de dam. infec. & ideo non potuerunt statuere, vel inducere consuetudinem, quia consuetudo inducitur ab habente iurisdictionem & ab eo, qui potest. l. condere de iure ciuili, vt patet in l. de quibus. circa me. ff. de leg. & hoc etiam ibi dicit Bal. non ergo reprobatur ibi consuetudo valida secundum hunc modũ inducendi, sed potius non approbatur cõsuetudo inualida. hoc autem. s. non approbare consuetudinem nullam, non est apponere clausulam derogatoriam ad validam consuetudinem. sed do. Ioan. de Imo. in l. 3. ff. de testa. inducit illam. l. subtilius p̃ opi. prædicta. dicitur enim in 2. responso ipsius, quod per illam. l. nõ derogatur iuri communi in locis, vbi viget scientia literarum iur. postea sequitur in tex. in illis vero locis, vbi non est iur. sciẽtia volumus antiquam consuetudinem rusticorum seruari. & pondera, dicit ipse, quod in isto ver. in illis, est dictio aduersatiua vero, de cuius natura est, q̃ aduersetur in iure, & ponat idem in facto in casu, cui aduersatur, vt in l. 3. §. sed & fortius. ff. ne qs eum qui in ius vocand. est vi eximat. vnde si in illo. ver. cõfirmatur consuetudo rusticorum, ergo in alijs locis infirmatur cõsuetudo, & sic ponitur idem in facto diuersum in iure, & per hanc rationem tenet ipse opi. Ioan. And. & Iac. de Are. non ob. dicit ipse inductio, quã facit Bar. ad dictam. l. fi. in fi. in l. j. C. de sum. tri. dum dixit sequendo Cy. & Pe. in l. dudum. C. de contrahen. emp. q̃ licet ista lex tollat consuetudinem præteritam, non tamẽ prohibet futurum. nam secũdum eum illa l. fi. esset imposita verbis, quia in potestate rusticorum fuisset sublata præterita consuetudine nouam introducere supposito, q̃ prior eorum fuisset valida, & sic de facili tolleretur effectus. l. Præterea, si lex derogat ad consuetudinem tanquam non bonam & non rationabilem, nulla est ratio, cur ex mente. l. non videatur velle prohibere eandem consuetudinem de nouo inducere, vnde cum mens. l. sit ipsa lex, & etiam ex ipsa possit argui, vt l. cum mul. solu ma. & l. nominis & rei. §. verbum. ff. de verbo. significa. & in c. intelligentia. j. de verbo. signific. satis videtur a lege prohibita consuetudo futura, & hanc opi. sequitur hic do. Abb. in effectu
33 volens expresse, † q̃ clausula derogatoria respiciens consuetudinem præteritam videtur tollere futuram per ea, quæ tradit Bar.
34 in l. de q̃bus. ff. de legi. & in l. omnes populi. de iusti. & iure. † Vnde infert, quod non valet consuetudo, vel statutum tollens solẽnitatem numeri testium requisitam a iure communi, nisi forte consuetudo, vel statutum hoc disponeret ex noua causa, vel ex antiqua non considerata a legislatore, de quibus verisimile est, q̃ si considerasset legislator, aliter statuisset saltem in illo loco p. l. si hominem. cum ibi notatis. ff. manda. Pro declaratione articuli duo sunt videnda. primo, nunquid lex finalis habeat clausulam derogatoriam, & vtrum lex tollens consuetudinem præteritam, vel consuetudinem simpliciter intelligatur derogare cõ-
35 suetudini futuræ. Ad † primum dico defendendo sentẽtiam Bar. & communiter legistarum, q̃ si in l. fi. secũdum inductionem. s̃. factam esset clausula derogatoria tacita non expressa, quæ non

operati r

ADDITIONES.

a VIN. GOD. Consuetudo an possit inualidare probationem validam de iure ci. Adde, q̃ consuetudo attenditur, nisi sit irrationabilis. Ruy. consi. 165. nu. 4 & 18. lib. 4. Nec aliquo tempore præscribitur, ibidem nume. 12. similiter irrationabilis, scandalosa & contra bonos mores non ualet. Ruyn. consi. 154. nume. 11 lib. 4.

b VIN. GOD. Statutum, uel consuetudo an possit induci, quod testamentũ fieri possit minori numero testium. Adde, quod testamentum scriptum etiã manu testatoris & a notario subscriptum est per tres testes nõ ualet inter extraneos secus inter liberos. Ruy. consi. 1. nu. 21. lib. 3.

operatur tantam vim ſicut expreſſa, vt ſequens diſpoſitio ſibi non præiudicet.caſus eſt notabilis.in l.fi.in prin.ff.de leg.2. quē ibi ponderat Bar.ad hoc.Secundo dico,quod dictio vero, eſt dictio aduerſatiua ad ius & non ad factum, quando nulla induceretur diſpoſitio exorbitans a iure communi, & ſic intelligitur, quod no.in l.allegata in oppoſitum. ſed quando induceretur aliquid exorbitans a iure communi,ſicut induceretur hic, quia tolleretur poteſtas ſtatuendi populo contra ius commune, contra.l.omnes populi. ff. de iuſti. & iure.tunc dicam, q̄ illa dictio non ſtabit proprie, ne per ſubauditiones & tacitos intellectus fiat iurium correctio,ſicut videtur in c.cupientes.§.q̄ ſi per.20. in gl.de elec.in 6.& optime facit,quod tradit Bar.in l.prætor. §.
36 eritque.ff.vi bo.rap.vbi dixit† q̄ vbi alias fieret repetitio ex natura ſermonis,nunquam fit,ſi ex tali repetitione inducitur aliquid exorbitans,nec eſt nouum illud,q̄ dictiones aduerſatiuæ ponantur aliter.i.aliquando aduerſentur ad ius & ad factum,vt traditur in l.qui vſumfructum.ff.de verbo.obli.per Bar.& l. hoc amplius.§.de his.ff.de dam.infecto. & no. in l.ſed ſi lege.in princi.
37 ff. de peti. hære. † Et aduerte pro declaratione huius ſolu. quia dictio aduerſatiua cum ponitur ſine copula ſequēti, ſemper de neceſſitate ſignificat diuerſitatem in facto & in iure, vt dicunt Docto.in locis præallegatis. & talis diuerſitas reperitur in l. fi. ſecundum inductionem Ioan. de Imo.quia ibi in primo reſponſo loquitur de teſtamento facto in vno loco. in ſecundo loquitur de teſtamento facto in alio.& ſi hoc eſt verum, q̄ tunc,quare ſicut dictio ſignificat aduerſitatem in facto, cur non poſſit ēt ſignificare diuerſitatem ſeu aduerſitatem in qualitate facti, vt in primo caſu loquitur tex.cum nulla eſt conſuetudo, & ſit teſtamentum,in ſecundo alibi fit teſtamentum,& ſic certe nō videtur poſſe reddi ratio de re, quæ probetur iure, & ideo in iſta materia tenenda videtur eſſe communis opinio,q̄ valeat cōſuetudo, vel ſtatutum diminuens ſolennitatem teſtamenti, quā tenet Bal.in l.ſed in ea.ff.de legibus. in ſecundo commento, & l. non ſpeciali.C.de teſtamentis.dicebat Ang.in d.l.neque.q̄ non valeret teſtamentum vel conſuetudo,quæ vellet,q̄ teſtamentū poſſet probari per vnum teſtem,qui tunc eſſet,ſed veritas huius dicti pendet ex primo articulo. Et ad materiam vide, quod tradit not.Bald. in ca.j.§.item noſtram.de conſt. Circa ſecundum articulum procedendo per concluſiones breuitatis cauſa. Pri-
38 ma ſit concluſio, † ſi lex reprobat conſuetudinem[a] præteritam,
a quia contra bonos mores,tunc non valet conſuetudo futura,ſic debes intelligere dicta Petri.& ita tenet Bal.in l.dudum.C.de q̄trahen. emp. Si vero tex. reprobat conſuetudinem præteritam alia ratione,tunc fuerunt opiniones,quia aliqui dicunt, non tollitur conſuetudo futura,vt tradit Bar.in l.j.C.de ſum.tri.& Cyn. in l.dudum.præallegata.hoc tenet gl.no.in c.ſtatutum.de elec. quam allegat hic do.Abb.& Anto.in c.fi.s̄.de conſue.12.char. ſed Ioan.And.ſing.in addi.Spec.in titu. de dona. inter virum & vx. §.j. in addi. quæ incipit,reaſſumpſit hanc. q. expreſſe tenet oppoſitum,dicens q̄ intentio.l. videtur eſſe, ſi tollit conſuetudinem præteritam,multofortius prohiberet futuram, quia de natura.l.eſt diſponere in futurum,vt in c.fi.s̄.de conſti. & hāc ſententiam tenet Bal.in l.dudum.C.de contrahen.emp. Limita tamen hoc ſingulariter,niſi conſuetudo,quæ aufertur, concordaret cum iure communi,quia tunc illa eſt potius iuris obſeruantia,quam conſuetudo per ſe,& ideo ſi reuocatur ius & obſeruatio non prohiberet noua cōſuetudo.ita tradit ipſe in c.j. in prin. de capitulis Corradi. iſta quæſtio & veritas ipſius videtur pen-
39 dere ab alia,nunquid† diſpoſitio legis, quæ loquitur per verba de præterito, extendatur ad actus futuros. dixit Bart. in l. omnes populi.ff.de iuſti.& iure.in 7.q.principali.quod licet lex loquatur per verba de præterito,ſi tamen non continet remiſſionem pœnæ delicti,ſemper trahitur ad futura.& idem dixit in l.illicitas.ibi,pono. ff.de offi.præſi.fundamentum ſuum eſt, quia lex ſemper loquitur,vt.l. Arriani. C.de hære.vnde licet loquatur p verba de præterito, ſemper tamen videtur ſequi actus futuros, quia ſemper de nouo videtur promulgari,& hanc rationē pun ctaliter vritur do.Abb.hic ad probandum,quod lex tollens conſuetudinem præteritam, tollat etiam futuram.nam & ipſe tenet hanc opi.& Imo. in l.2. ff. de teſta.cuius dicta. s̄. retuli ibi in q. de teſt.ſed ego alias ſcribendo ſuper.q.illa in c.fi.s̄.de conſti. nō ſum ſecutus illa dicta Bar.& merito, immo tenui ſecundū Bal. Oldra.& alios in l.leges.C. de legi. quod ſi lex loquitur per verba temporis præteriti non trahatur ad actus futuros, mouebatur ſubtili ratione vltra Doct. †quia ſi dixerimus ſecundum Bar.
40 quia ſemper lex loquitur,ſemper diceretur,quod nunquā poſſet induci conſuetudo præſcripta contra.l.contra. c.fi. s̄. de conſuetudine.probatur illa conſequentia, quia in iuribus, quę de nouo oriūtur de nouo incipit currere preſcriptio,niſi a die,quo oritur ius ſecundum glo.& Docto.in l.ſiquis emptionis. §. i. C. de præſcrip.30.annorum.& Bar.& Mod.in l.de pupillo.§.ſi pluribus.ff.de no.oper.nun.& traditur in c.peruenit. j.de cenſibus. in quibus locis videtur, q̄ quando aliquis debet ſingulis annis certum quid,& tot ſunt obligationes, quot ſunt anni, potuit inducere tamen illarum opin.Dixi tunc, & non placet, quod aut lex diſponit non contra ius commune, ſed præter ius,& tunc vera ſit opi. Bar. quia ſecundum Bar.in l. tranſlatio. ff. de adimen.
41 leg.† lex magis ſequitur naturam vltimæ voluntatis, q̄ contractum,ſed in vltima voluntate prouiſio facta per verba de præterito tranſit ad futura, vt l.talis ſcriptura.in fi.ff.de le.j.ergo idem in lege.aut lex diſponit contra ius, verior tunc eſt opi. Bal. p̄ tex. ſingularem, quem ibi ponderat Bar.ad hoc in l. vxori. §. j. ff. de le.3. vbi probatur,quod prouiſio teſtatoris facta per verba de p̄terito non trahitur ad diſpoſitionem futuram, vbi induceret aliquid exorbitans a iure communi.ex his videtur inferendum in caſu noſtro,q̄ dummodo non reprobetur ſtatutum, vel conſuetudo præterita tanquam contra bonos mores non extendatur lex reprobans conſuetudinem præteritam ad futura. vnde articulus redditur valde dubius,ſed tamen poteſt dici,q̄ vera ſit opinio communis,quia non eſt ratio, cur legiſlator voluerit tenere conſuetudinem præteritam,& non prohibere de futuro, quia de facili lex poſſet eſſe ludibrio, vt dicit Imo. in d.l. 3. præallegata.quæ ratio ceſſat in q.poſita per Bar.in l.omnes populi. potuit enim ſtatuere ex cauſa de præterito aliqua particulari cauſa ad reprobandū actus præteritos,ita quod non futuros, articulus ta
42 men eſt dubius.Secunda concluſio ſit talis† lex ſimpliciter dicit, non ob.conſuetudine, nec refert ſe expreſſe ad præteritam conſuetudinem,videtur omnem tollere.ſ.etiam futuram.l. ſi ſeruitus.in prin.ff.de ſerui.vrba.prædi.per quam legem ita tenet Dy. & Bar.in l.ſi mihi & Titio.§.in legatis.de le.j.& Cy.& Pe.in l. 2. C.quæ ſit lon.conſue & plene refert & ſequitur Anto. de Bu.& Moder.in c.fi.in 12.char.s̄.de conſuetudine.ſed contra illam cō munem opi.facit,quia cum verba l.ſint indefinita ad p̄teritā conſuetudinem & ad futuram,de ea non videtur haberi reſpectus ad futuram cōſuetudinem duplici ratione.prima eſt, quod multipliciter poteſt exponi in dubio reſtringi, vt diſpoſitio non exorbitet a iure communi, vt in c. cum dilecti. de conſue. & in c.dudum.& Anto.de Bu. j. de decimis. ſed ſi interpretemur de conſuetudine p̄teritā,non inducitur aliquid contra ius commune,quia princeps, præteritum ſtatutum & conſuetudinem poteſt tollere,ſi vult ex poteſtate ordinaria,vt c.j.de conſti.lib.6.
43 † ſed ſi trahatur ad futuram conſuetudinem,tunc inducitur aliquid exorbitans,quod populus non poſſit facere ſtatutum, vel conſuetudinem.& facit contra illam doctrinam tex. in l.fi.C.in quibus cau.in integrum reſti.nō eſt neceſſ.iuncto.c.imperialē.§. præterea.de prohibita feu.alie. per Fede. in quibus patet, quod quamuis lex ſimpliciter dicat, q̄ aduerſus minorem nulla curret præſcriptio, tamen non intelligitur ſublata præſcriptio inducta per.l.nouam,quia de illa non præſumitur.l.latorem cogitaſſe,vt per eam tolleretur,& per illum tex. reprobat ibi Bal. ſentē tiam Bar.in l.etiam.ff.de mino.vbi dixit,quod lex tollens ſimpliciter præſcriptionem videtur in genere cogitaſſe de ſtatuto, vel lege futura. ita ergo dicam in propoſito, q̄ vbicunque tollitur conſuetudo per.l.illa clauſula indefinita non reſpicit conſuetudinem futuram,& illud eſt verum indubitanter, vbicunque cōſuetudo noua induceretur ex noua cauſa vel ex veteri, vel ſimili a legiſlatore ignorata per l.ſi hominem. ff. man. & tenet hic D.Ab.& do.Anto.in c.fi.12.char.s̄.de conſue.ita intelligens dicta Io.An.in addi.ſæpe alle. vbi autem prædicta ceſſarent, pōt defendi communis opi.vt.s̄.dixi.q̄ videatur ſublata cōſuetudo futura,quia cum nulla poteſt reddi ratio,cur magis tollat præteritam,quam prohibeat futuram,ſatis videtur eſſe de mente.l.q̄ cū poteſt comprehendere tempus futurū & præteritū, vtrunq; comprehendat,iuxta ea quæ no.tradit Bar.in l.j. circa prin. ff.de iure codi.Non ob.rōnes prædictæ,quia prima ratio poſſet habere locū, vbicunque appareret de mente. l. ſicut apparet in caſu noſtro. & poſſet habere locum, quando ius, quod inducitur per nouam.l.non fuiſſet indiuidualiter reprobatum in præteritum, & ideo dico in caſu illarum.ll. quod ſi præſcriptio, quæ induceretur ex forma ſtatuti,totaliter eſſet conformis præſcriptioni iuris communis, q̄ illa non curreret contra minorem, quia ſubrogatur loco præſcriptionis, vel alias ſecundum Barto. in l.2.§.penul. ff. pro emp. & talis eſt caſus noſter. Illud ēt ſcias poſtremo, quod ſi lex per dictionem vniuerſalem nulla le. vel quauis, & ſimiles,tollit præteritas conſuetudines, intelligitur tollere & conſuetudinem firmatam tanto tempore eius, cuius memoria non exiſtit. ita dicit gloſ. vnica & ſing,in clemen. ſi vna. iuxta fin. de re. eccle. non alie. Quid autem ſi ſimpliciter tolleretur conſuetudo præterita, vtrum tunc illa tanti temporis videretur ſublata, eſſet maius dubium, de quo non dico ad præſens.

ADDITIO.

a VIN. GOD. Lex reprobans conſuetudinem antiquam quando ualeat. Ad de,quod lex reprobans ſimpliciter conſuetudinem contrariam tam inductā quàm inducendam reprobare intelligitur.Ruy.conſi.109.nu.14.lib.4.

SVM.

SVMMARIVM.

1 Canonicus prębendatus dicitur possessor rerum temporalium prębendę.
2 Possessionis appellatione venit naturalis.
3 Fraus episcopatuum & parochiarum non possunt prescribi.
4 Dictio, videlicet, ponitur aliquando declaratiue.
5 Probationes actoris & rei, quando sunt pares, reus absoluitur, etiam si actor possideat. nu. 6.
7 Possessio non facit presumi aliquem dominum, quando agitur principaliter de dominio.
8 Testes actoris, quando pręponderant testibus rei, tunc reus debet condemnari.
9 Testibus affirmantibus, non plus creditur, quam negantibus in criminalibus.
10 Canonicus, quando possit agere nomine proprio.
11 Canonicus & ecclesia, possident naturaliter insolidum.
12 Successor in beneficio obligatur stare statuto prędecessoris, sed non successor in canonia, vel prębenda.
13 Canonicus est administrator ecclesię suę prębendę.
14 Officia duo, quando quis habere possit, vel non, nu. 15. 16. 17. & 18.
19 Canonicus, qui habet duplicem canoniam in ecclesia, an debeat habere duplicatas distributiones.

CAP. III.

IX literis. Si in communi iudicio actor & re' pariter probauerit, reus absoluitur, nisi actor stet pro libertate. Vel sic & perfectius, in iudiciis duplicibus incumbit probatio vtriq;, qa vterque dicitur actor, & data paritate probationum debet absolui reus, prętereq; in causa liberali. secunda est ibi, ad quod. tertia est ibi, prętereq;. quarta ibi, nam possessori, &c. Primo no. ibi, singulas possidetis, secundum d. Ant. q; † canonicus, qui habet prębędam annexam canoniæ, dr possidere & esse possessor rerũ temporalium prębendę, & hoc largo modo fm d. Ant. quia ꝓprie dominium & possessio rerum prębendę, vel est penes ecclesiã, vt vr probari, 12. q. j. §. fi. vel est penes ipsum ius prębendæ, inq;tum est ius spirituale, & beneficiũ separatum, vt dixit Inno. hic. habet. n. prębenda in se duo, ius. s. spirituale, de quo in c. dilecto. & in c. minoribus. j. de pręb. & temporalitatem annexam, vt inquit gl. no. in c. is cui. de sen. excom. in 6. & ex hoc text. potest argui, † q; vbicunq; verbum possessio, [a] profertur a l. comprehendatur ille, qui possidet naturaliter tantũ & non ciuiliter, de qua q. posuit Bald. singulariter & eleganter in l. j. C. communia de vsucap. vbi hoc idem concludit, quando verba proferuntur a l. de quo tetigit Bar. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acqr. pos. & Ang. in l. sciendum. §. possessor. el j. ff. qui satis. cogan. vbi videtur casus in oppositum. Si autem verba proferuntur a contrahentibus, dic vt plene tradit Bald. in loco prædallegato. Secundo no. ibi, occupasse, &c. q; iudicium finium regun. non solum competit, qñ duo contendunt se possidere, sed etiam quando vnus possidet, & alter nõ, ꝙcor. tex. in l. si irruptione. in prin. ff. finium regun. Tertio no. q; † q̃uis fines episcopatuum & parrochiarum non possunt præscribi, ne cõfundatur iurisdictio ecclesiastica, vt in c. super eo. j. de parrochiis. tamen fines rerum ecclesiæ temporalium bene possent præscribi. Quarto no. ibi, videlicet actoris & rei, † q; illa dictio videlicet, nõ ponitur semper limitatiue, sed aliqñ declaratiue simpliciter, de qua vide ꝑ Bart. notanter in l. quæsitum. §. si quis fundum. ff. de fun. instr. Quinto no. in ver. q; si ambarũ, q; † qñ probationes rei & actoris sunt pares, non solum probatio actoris confunditur, quod est regulare, & reus absoluitur, vt in regula cum sint, de regu. iur. & in c. inter dilectos. in fi. j. de fi. instr. & tradit Bar. in l. de minore. §. tormenta. ff de quæstionibus. sed etiam in eo, q; actor & reus probauerunt, præferuntur probationes rei, quia ipse debet absolui, qui vincat. & illa est rõ, in qua se fundat Pontifex, qua rõne attẽta resultat vnum, quod est mirabilius, † data paritate probationum inter reum & actorẽ, ẽt si actor sit in possessione iuris petiti, tñ reus debet absolui. sed forte posset dici ꝯ, per ea, quæ hñr in l. si de eo. §. j. ff. de acq. pos. per Bart. & in c. licet causam. j. eo. per Doc. vbi dicit, q; qñ in interdicto vti possidetis probationes rei, & actoris sunt pares, ille vincit, qui probat de titulo in possessorio. sicut ergo ibi proprietas adminiculatur possessioni, ita eꝯ videtur, q; possessio iuuet proprietatem. sed posset responderi, q; non est eadem rõ, quia fortius est ius proprietatis, quam possessionis, vt l. j. C. si de momen. pos. fue. appel. & multũ facit ille tex. pro primo dicto, vbi in paritate probationum, licet reus possideret, nullum tamen fit fundamentum, q; reus possideat ad hoc, q; vincat, sed simpliciter in hoc, q; fauorabilior est absolutio quam condemnatio, hoc tamen non affirmo pro nũc. No. sexto, secundum Doct. q; † vbi agitur de dominio principaliter, possessio non facit præsumi aliquem dominum, secus si dominium deduceret incidenter. & aduerte, qa illa lra probat, hoc eẽ verũ non solũ si agatur rei ven. sed & si agat quacunq; actione, dũ tñ deducatur principaliter ꝓprietas, de qua mã vide, qd tradit ꝑ Bal. in l. cũ reus. C. de prob. Bar. l. quidã in suo. ff. de ꝙdi. inst. & per Doc. & ibi ꝺicam in c. cum ad sedem. s. de rest. spol. Vltimo no. secundum Moder. q; † si testes [a] actoris pręponderant testi[b] bus rei, tunc reus non debet absolui sed condemnari. intelligun tur autem pręponderare ex qualitatibus, de quibus in c. in nostra. j. de testi. & in l. ob carmen. §. si testes. ff. eo. dixit tamen hic d. Abb. Moder. q; si testes actoris in modico pręponderant testibus rei, puta. in qualitate persone, tunc reus est absoluendus. allegat Glo. quam reputat sing. lxxxj. di. c. clerici. quæ vult, q; si duo clerici deponant de crimine contra clericum, & duo layci deponunt pro clerico, creditur plus laycis, quam clericis, vel ad minus reus absoluitur: sed cũ posses dicere, q; licet ibi esset maior præsumptio pro testibus actoris habito respectu ad personas ipsorum testium, erat tamen alia præsumptio pro reo, quæ confundebat illam, & forte reddebat probationem partis, quia persona accusata erat clericus, pro quo multum præsumitur, q; nõ deliquerit. 11. q. 3. c. absit, & q; ibi no. & illam glo. allegat Bal. 9 pro sing. in l. data opera. C. qui accu. non possunt † q; in crimina libus fauore absolutionis non plus creditur testibus affirmanti bus, quàm negantibus, de quo in l. diem proferre. §. si plures. ff. 10 de arbi. & in c. j. de arbi. lib. 6. † In glo. prima, quæ incipit, mei [c] propria, hæc gl. simpliciter tenet, q; canonicus possit agere [c] pro iuribus prębendæ suæ pro interesse proprio, sicut potest vsufructuarius, vt in ea dicitur, & gl. illam credo esse verissimam, si canonicus æquiparetur vsufructuario, vt tenent cõmuniter Doc. licet tamen vsufructuarius non possit agere rei vendi. quia non est dñs, potest tñ confessoria agere pro iure suo & ꝯ extraneum possessorem, vt l. vti frui. §. vtrum autem. ff. quemadm. o. vsusfr. peta. sicut etiam agit finium regun. vt toto tit. ff. finium regun. & l. 3. §. vnde vi. & ibi per Bar. ff. de vi & vi ar. & ideo dicit Inno. notanter in c. in literis, iuxta fi. j. de resti. spol. & sequitur Bal. eleganter hoc declarans in l. 2. in 3. char. ver. item quæro. C. de seruiti. & aqua. † q; canonicus, quia possidet res prębendę naturaliter, 11 potest agere nomine proprio interdicto recuperandæ. dicit tñ ibi singulariter, q; speciale est in ecclesia, q; ambo possident naturaliter insolidum ꝯ regulas iuris, quia reputantur pro vna ꝑsona, vnde patet ex præmissis satis clare, q; nulla erat dubitatio hic, quomodo canonicus possit agere, sed quia Inn. forte dubitauit, vtrum canonicus esset vsufructuarius, iccirco quęrit postea, vtrum ille canonicus posset agere nomine suæ prębędæ, cuius dictis adde secundum d. Abb. Moder. q; aut prædium conceditur canonico ab ecclesia ad simplicem vsum, non tñ ad beneficium perpetuum, & tunc quia talis concessio potest absolute reuocari ad beneplacitum concedentis, vt l. Lucius. & ibi no. ff. de dona. talis canonicus nullum ius habet in d. prębęda, ad hoc adducit tex. 16. q. j. clerici. & ea. causa. q. j. c. possessiones. & ideo infert, q; tunc canonicus non poterit agere nomine suæ prębędæ, nisi hoc haberet a lege, vel cõsuetudine, vel committeretur sibi ab habente potestatem fm Inn. sed ꝯ illam conclusionem vr esse casus in cle. j. in tex. & gl. extra de rescrip. vbi vr probari & clare, q; primo obedientiarius, qui potest reuocari ad nutum superioris, etiam si sit deputatus ad beneficium, quod est de mensa, potest conueniri pro sua administratione, & etiã potest agere, vt traditur in c. cum deputati. s. de iudic. licet ergo canonicus nullum ius habeat in beneficio, quod possit dici propriũ, sicut habet beneficiatus perpetuus in c. si tibi absenti. de prębęn. li. 6. videtur tamen, q; possit agere ipse, & conuenire. probatur illa conclusio, quia non potest negari, q; huic canonico sit commissa generalis administratio illarum rerum, licet reuocabiliter, ergo possit agere, tenet consequens per c. qui generaliter. de procu. in 6. & per l. sed si vnius. §. procuratorem. ff. de iniuriis. vnde etiam isto casu credo, q; agere possit. Si vero assignatur canonico prębenda, vt beneficium perpetuum, & tunc dicit ipse, aut quæris, vtrum dicatur administrator legitimus prębendæ quo ad hoc, vt possit agere, & dicitur legitimus administrator, vt ꝓbatur hic in tex. nostro, & tenet hic Inno. in vna glo. aut quæris, vtrum dicatur administrator legitimus quo ad hoc, vt contractus eius obliget successorem, & tunc non dicitur esse legitim° administrator, & ita distinxit Inno. & d. Ant. in c. fi. infra ne prę lati vices suas: canonicus enim non dicitur proprie habere successorem in beneficio, vt in c. relatum. el secondo. j. de testamẽtis. vnde dicit glo. not. in c. quod sicut. in princ. supra de electio. quòd successor canonici non possit agere de contemptu sui

prædе-

ADDITIONES.

a VIN. GOD. Possessionis appellatione uenit naturalis. Adde, q; possessionis natura est, transferre onus probandi in aduersarium. Bar. Soc. cons. 191. uisis. uerbis tamen non obstantibus lib. 2. Cor. cons. 90. uiso, litera M. li. 2. & licet possessionis appellatione ueniat naturalis tantum, interdum uenit utraque. Alex. in l. j. §. j. de ui & ui arm.

b VIN. GOD Testes rei, quando prępondерant testibus actoris. No. q; testes totidem pro matrimonio quot sunt illi, qui sunt contra matrimonium, præferuntur, si cætera sunt paria Rui. cons. 130. nu. 11. li. 4.

c VIN. GOD. Canonicus, quando possit agere nomine proprio. Adde, q; canonicorum testimonium recipitur super his, quæ in capitulo dicta sunt. Fed. Schench. in tract. de teste. quem habeo in primo lib. tract. fol. 248. nu. 29.

17 cium non eſt probatum ſemiplene,& tunc remanet probatio iniqua.finaliter non recedo a communi ſnĩa,ſed dico declarando ipſam,† ꝙ iudex poteſt condemnare ex indiciis indubitatis, qñ ſunt talia, quę inducunt quaſi notorium prę ſumptionis,vel manifeſte ponunt factum ante oculos, ſicut eſt in exemplis Io. An. in loco præallegato.in dubio autem quantumcunque indicia ſint veriſimilia vrgentia non vĩ ſufficere ad cõdemnationẽ. & forte poteſt dici, ꝙ qñ concurrunt plura indicia multum fortia,poſſit eſſe vera doctrina Doct.prædicta,ſed ex vno indicio q̃tumcunq; vehementi ſolo non vĩ,ꝙ poſſit ſequi condemnatio in cauſis atrocibus.iſta cõcluſio vĩ probari in l.3.§.pe.ff.de offi-
18 prefe.vigi.vbi patet,†ꝙ ſi orrea ſunt perfracta,quę hẽbãt cuſtodes deputatos,licet magna ſit preſumptio ꝫ cuſtodes,non tamẽ pñt condemnari crĩaliter ꝓp hoc,ſed poni ad torturam, vt dicit ille tex.no.quia tñ poſſet eſſe vnum indicium adeo indubitatũ, quod æquiualeret multis,licet hoc raro contingat, ẽt forte iſto caſu,poſſet dici,ꝙ ſequeretur ꝺdemnatio ſm mentem Doc. dixit tñ Nic.de Mat.& Bal.ſingulariter in d.l.ſciant cuncti.in vltimis verbis,† ꝙ vbi cunq; condemnat iudex in crĩali ex præſump-
19 tionibus,nunq̃ debet imponere pœnam ordinariã delicti,ſed minorem,nihil allegat,ſed pro eo eſt caſus ſing. cum gl.in c.inter ſolicitudines.§.vlt.de purga.cano. Inn.autem dixit, ꝙ iudex pro dolo præſumpto dꝫ diminuere pœnam ex arbitrio.ita ponit no.in c.quia veriſimile.ĩ de preſump. quod ſequitur Pet. de Anch.in regula,ſine poſſeſſione.de reg.iur. & Bal. eleganter in
20 c.j.in fi.quib.mo.feu.amit.& in l.ſi fugi. † & eſt mens iſtorum, ꝙ valeat ſententia, ſi imponitur pœna ordinaria, ſed tñ iuſtius ſit moderari pœnam,& vtrum iſto caſu poſſit appellari a facto iudicis:Dic,vt per Bar.in §.pœna grauior. & ex his poteſt inferri ad q.de qua ponit Spe.in ti.de præſump.§.fi.ver.ſed pone.& per Cy.in l.metum.C.quod met.cauſa.& in l.j. C.ſi quis impe-
21 maled.ꝓ Bal.& Imo.in l.fi.de hære.inſti.† videlicet,vtrũ ex hoc ſolo,ꝙ aliquis fuit comminatus alicui mortẽ,ſi poſtea reperiatur

ADDITIONES.

a VIN. GOD. Qñ teſtis deponit ſup negatiua,&c.uide cõno ꝓ Gemi.in c.ſi teſtes. in §.item ſolã.4.q.3.Curt.in ſuo tract.de teſte,in conclu.28.& 36.Adde, qđ dt Rui.cõſ.164.nu.2.li.4.de teſtibus negantibus vel affirmantibus, qb. magis,& qñ credaf,& inſup de teſtib.uniuerſitatis, qñ ꝓbent,& quã fidẽ faciãt, Rui. ꝙſ.92.n.3.& ꝙſ.98.n.4.& ꝙſ.119.n.8.li.4.& ꝙſ.12.n.9.& ꝙſ.137.n.14.li.5.

b VIN. GOD. Vtrum unum indiciũ ſufficiat ad torturam, an uero requirant plura,& utrũ quis poſſit condẽnari ex præſumptionib.in crĩalibus. Adde,ꝙ indiciũ ſufficiens ad torturã eſt, qñ q;s erat malæ cõdõnis,& cõſuetus talia fa-ceꝛ,Rui.ꝙſ.80.n.5.li.4. Et idiciũ ſaltẽ duob.teſtib.,ꝓbari d3. Rui.ꝙſ.7.n.5.li.5.

tur ille occisus, ista sit sufficiens probatio ad cõdemnationem, & in effectu communiter distinguunt Doct. in locis prędictis, ꝙ aut ille, qui fuit comminatus, erat homo potens, & ꝙsuetus minas exequi, & tunc ista est sufficiens præsumptio ad condemnationem, arg. eorum, quæ habentur in l. de pupillo. §. si quis ipsi. ff. de no. ope. nun. & in præalle. l. metum. aut ille, qui fuit condẽnatus, non est talis persona, & tunc non poterit condemnari, vt l. j. C. si quis imper. male. poterit tamen poni ad torturam, vt singu. ait Guil. in Spe. in loco allegato. sed contra istam alleg. videt esse casus singularis & vnicus, quem ibi ponderat Bar. ad hoc in l. j. §. si quis tñ. ff. quod vi aut clam. per quem tex. dicit ibi notanter Bart. ꝙ ex consuetudine inferẽdi iniuriam ad excusationem alicuius præsumatur iustus metus, tamen ad faciendum condẽnari illum, qui est consuetus sic facere, hoc non sufficit, etiam si agatur ciuiliter, vt est ibi casus. Sed potest responderi, ꝙ ibi non
22 præcesserant minæ. hæc tamen responsio non est tuta, †quia tñ vr̃ facere consuetudo inferendi iniuriam, quando aliquis læditur ad præsumendum, ꝙ iniuria sequatur, quantum minæ præcedentes, & consuetudo exequendi minas, si recte ꝙsideras, vnde in exemplo posito per Doct. probabilius videtur esse dicendũ, ꝙ non probetur crimen, sed potius fiat indicium ad torturã, vt tenet Io. de Imo. in loco allegato. pro his facit optime, quod sin. posuit Bal. in l. obseruare. §. fi. in longo commento suo. ff. de of.
23 procon. & lega. vbi dixit. † Nota, ꝙ si aliquis interfecit aliquem, ex hoc solo non præsumitur ratificario delicti, ꝙ aliquis sit familiaris meus, ꝙ receperit occisorem in domo, & ꝙ fuerit gauisus maleficium esse commissum, &c. si tot coniecturæ simul nõ arguunt mandatum, vel ratificationem, vr̃ multo fortius, ꝙ solæ minæ præcedentes & consuetudo exequendi minas non ꝓbẽt plene maleficium. Secundo potest decidi ex præmissis alia qõ
24 hic relata per Doct. & in d. l. fi. †Quid si aliquis fuit visus in loco cum gladio sanguinolento, vtrum sit præsumptio, ꝙ ipse occiderit, si reperitur illo tempore aliquis esse occisus. super quo Doct. variant, nam Io. An. in loco allegato requirit quatuor ꝓiecturas, vt probetur maleficium, ꝙ domus non haberet, nisi vnũ exitum, ꝙ aliquis fuerit visus exire de domo cum armis, ꝙ gladius esset sanguinolentus de recenti, & ꝙ aliquis exiuerit pallidus & trepidus. sed Bal. in l. fi. ꝓallegata, & in d. l. sciant. in j. col. non requirit nisi duo ex istis coniecturis, videlicet ꝙ quis exiuerit cum gladio sanguinolento, ponit tamẽ ibi, ꝙ auditus fuit clamor, sed hanc qualitatem non ponit in l. fi. & rectius, quia si reperitur vulnus, satis apparet, ꝙ aliquid fuit factum. Bart. autem in l. 3. ff. de fur. quem sequitur hic d. Abb. dicit, ꝙ si aliquis est visus in certo loco cum gladio euaginato, & ibi postea reperit homo occisus, istud sufficit ad probandum maleficium. Tu autẽ considera in hoc vltimo dicto, ꝙ aut quis est visus in loco, & cũ gladio euaginato, & tunc credo opi. Bar. veram, ꝙ probetur maleficium præsumptiue, pro quo adduco tibi text. no. in l. si vero plures. §. interdum. ff. de his qui deiecerũt vel effu. quem sic intelligit gl. in l. j. §. fi. ff. e. vbi patet, ꝙ si aliquid est deiectũ ex cubiculo, vel lecto, in quo dormiebat vnus ex pluribus habitantibus domum, tamẽ alij tunc non tenentur. & licet iste tex. nõ loquatur in punitione doli, sed culpæ, videtur tamen, ꝙ etiam vbi agitur de dolo puniendo concurrente illa qualitate, quæ cõcurrit in casu nostro: tutior tamen videtur opi. communis in d. l. fin. ꝙ ad minus requiratur alia qualitas, videlicet ꝙ gladius esset sanguinolentus, cum enim tex. in c. sciant cuncti. in fi. requirit indicium indubitatum, hoc de quo dicit Bart. non videtur esse tale, nisi concurrat aliud indicium, puta inimicitiæ, vel minæ præce-
25 dentes, †quia potest esse, ꝙ aliquis euaginauit gladium videns alium insultari timens forte de se ipso, vnde ista probatio est æquiuoca. fateor tamen, ꝙ istud est indicium vrgens ad torturã
26 quia hoc solum, † ꝙ quis esset in loco tempore commissi maleficij, facit indicium contra eum, vt est tex. no. secundum Bart. in
27 l. 2. ff. de via publi. vbi etiam dixit not. per illum tex. †ꝙ si homo mortuus reperiretur in loco, ibi præsumitur fuisse occisus, licet contra disputando dixerit Ricar. Malum. quem refert & sequitur Bal. in l. j. §. cognoscit. ff. de offi. præfec. vigi. quod est sing. verbum. facit optime pro prædictis, quod tradit no. Inn. in c. continentia. de clerico percus. de hoc est glo. in l. licet. C. de pactis. vbi
28 dixit, †ꝙ hoc ipso ꝙ aliquis esset armatus in loco, vbi committitur malum, prẽsumitur stare malo animo propter arma, vt opẽ ferat, vt refert Bal. in l. raptores. C. de epis. & cler. ꝙ sufficiat vnũ indicium vehemens ad condemnationem absq; eo, ꝙ sint plura, tenet Bal. expresse in l. non eo minus. in pe. char. C. de acc. vbi
29 dixit no. †ꝙ si aliquis incontinẽti post maleficium commissum associat aliquem, ex hac sola præsumptione potest cõdemnari, ꝙ opem delicto præstiterit in ipso committendo. idem ẽt Bart.
30 in simili in l. si neutri. §. fi. de pri. cred. vbi voluit no. †ꝙ si aliquis est alicui locutus secreto, & postea ille incontinẽti commisit homicidium, potest loquens condemnari de consilio, vel mãdato præstito. Ecce ergo, ꝙ condemnatur hic aliquis ex sola vnica p̃sumptione. sed Bal. non credit hoc esse verum, immo dicit opositum in l. j. in 2. char. C. de seruis fugi. ꝙ ex hoc solo nõ potest quis condemnari de mandato, vel de consilio, etiam si præcesserint minæ, quod est fortius. & multum facit ad dicta in j. q. nisi præcedat inimicitia capitalis, vel aliæ ꝓiecturæ vrgentes. & hoc est tutius, quia non potest negari, ꝙ sola locutio non est indubitatum indicium, quod requirunt iura. & per ista sufficienter sit expeditus primus art. principalis. De secundo dic, vt plene & recte tradit Bar. in l. fi. ff. de quæst. vbi respõdit optime ad ea, quæ videntur requirere plura indicia, & vide Io. An. in loco præalle-
31 gato. Et adde dictis ipsorum, †ꝙ nunq̃ reus potest torqueri ex legitimis indiciis præcedentibus, vbicunque offensus exculpauit reum, quia dixit, ꝙ ipse non fuit actor delicti, licet non remitteretur pœna per ista verba, si probaretur delictum, ita singulariter dixit Bal. in l. j. in pen. col. communia de lega. Quid autem si ille, qui commisit maleficium, vult liberare mandatorẽ in dicendo, ꝙ omnino erat facturus, vt mãdans nõ decapitetur. dic, vt ponit singulariter Bal. in c. j. §. homicidium. de pace Cõstan.
32 †Illud scias, ꝙ contra clericum non potest procedi ad torturam existentibus legitimis indiciis, nisi sit etiam infamatus de crimine, vt tradit notanter Abb. Moder. c. grauis. j. de deposito. sed de isto dic vt plenius habetur in nouella, & ibi per Moder. in c. si clericos. de sen. excom. in 6.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium non contrahitur per ista verba, iuro te accepturum in coniugẽ.*
2 *Priuilegium concessum matrimonio, non trahitur ad sponsalia.*
3 *Prohibitio copulæ extendebatur vltra quartum gradum consanguinitatis.*

CAP. VI.

IVrauit. Si testes sunt examinati & publicati super matrimonio contrahendo non recipiuntur noui testes. h. d. secundum verum intellectum. secunda est ibi, quia vero. tertia ibi, respondemus No. primo, ꝙ †per ista verba etiam iurata, iuro te accepturum in coniugem, vel in vxorem, non contrahitur matrimoniũ per verba de præsenti, quia respiciunt initiũ matrimonij, & non executionem, iuxta ea quæ habentur in c. ex parte, & in c. ex literis. de sponsalibus. Secundo no. ꝙ †priuilegium concessum matrimonio non trahitur ad sponsalia a de futuro, quando in ipsis non est eadem ratio. non. n. vertitur tantum periculum in impediendo matrimonium contrahentium, sicut in dissoluẽdo iam ꝯctum, & per hoc patet veram esse no. doctrinam Bart. quã ipse posuit in l. multum interest. in fi. ff. de verb. obl. ꝙ in correlatiuis non fit extensio, vbi in alio non est eadem ratio, sicut nec hic in connexis, vel antecedentibus ad actum. Tertio no. ꝙ † de iure isto prohibitio copulę extendebatur vltra quartum gradum cõ sanguinitatis, quod est hodie correctum, vt in c. non debet. de consang. & affi.

1 2 3

ADDITIO.

2 VIN. GOD. Priuilegium concessum matrimonio non trahitur ad sponsalia, &c. Adde, ꝙ matrimonium per uerba de præsenti non secuta copula, potest per Pontificem dissolui de potestate ordinaria, Goz. cons. 2. nu. 2. & 14.

SVMMARIVM.

1 *Iudicis ordinarij appellatione, qui veniant.*
2 *Officij appellatione quid veniat.*
3 *Procuratoris officium & si vile, non potest exerceri ab excommunicato.*
4 *Literis episcoporum & aliorum iudicum, quando, quomodo & quibus casibus credatur. nu. 5.*
6 *Declaratio c. 1. de procurat.*
7 *Literis episcopi non creditur, vbi potest præsumi dolus & fraus.*
8 *Litera sigillata sigillo Cardinalis super voto vltramarino facit fidem, quando sigillum non est ignotum.*
9 *Literis iudicum sigillatis, quando non credatur.*
10 *Princeps proprio sigillo, quando possit autenticare scripturam.*
11 *Scriptura sigillata sigillo autentico, & subscripta a testibus, quando fidem faciant.*
12 *Sigillum competens iudici inuentum propter negocia spectantia ad illud officium.*
13 *Nauta & caupo, quando tenetur pro rebus sibi consignatis.*
14 *Argentarius non tenetur edere scripturam in forma rationis non confectam.*
15 *Mandatum procuratoris, si fiat apud acta, notarius debet adhibere testes. num. 45.*
16 *Sigillum iudicis ordinarij, quando potest facere fidem de contractu.*
17 *Scriptura erit autentica, si ex consuetudine iudex potest dare fidem instrumento sigillato per se.*
18 *Mandati litera sigillata, sufficienter probat mandatum contra sigillantem.*
19 *Barones, quando plures sunt in vno feudo, ille solus sigillat, qui est maior inter eos.*
20 *Notarij minor auctoritas, quam iudicis in instrumentis.*
21 *Instrumentum consideratur duobus modis.*
22 *Procuratoris constitutio excommunicati non est ipso iure nulla.*
23 *Procurator prohibitus constitui non potest pro se agere in iudicio. nu. 25.*

24 *Minor licet nomine proprio non poteſt eſſe in iudicio, ſi conſtituitur procurator ualet mandatum ipſo iure.*
26 *Geſta per excommunicatum, an ualeant ipſo iure.*
27 *Prælatus inſtitutus in beneficio, poteſt agere nomine eccleſiæ.*
28 *Inſtrumentum notarij, quando ualeat poſt priuationem notariatus.*
29 *Opinio communis habilitat alias inhabilem ad actum ſolennizandum.*
30 *Procurator excommunicatus ſi impetrat reſcriptum, ualet impetratio. n. 32.*
31 *Diſpoſitio emanans in materia odioſa, non trahitur ad dependens, conſequenter uel antecedenter.*
33 *Teſtamentum excommunicati reconualeſcit poſtea abſoluti.*
34 *Teſtimonium ualet habilis tempore teſtificationis, licet inhabilis tempore iuramenti.*
35 *Actus nullus, quando ex poſt facto poteſt reconualeſcere.*
36 *Diſpenſatio ſuperueniens, quando ratificet collationem beneficij nullum.*
37 *Bannitus, ſi prohibetur eſſe de prioribus, oportet, quòd ſit abſolutus tempore ſcrutinij.*
38 *Mandati eſſentia conſtituitur ex duobus.*
39 *Collateralis ſatis eſt, quòd ſit doctor tempore ſententiæ, quando talis qualitas requiritur in ſententiando.*
40 *Actus nullus, qui facilius ratificetur.*
41 *Inhabilitas perſonæ occultæ, quæ reddit actum nullum, non afficit, ſi ſuperueniat habilitas.*
42 *Excommunicatus procurator, an poſſit alium ſubſtituere, & quando & quomodo.*
43 *Laicus ſi ex forma ſtatuti non poteſt eſſe executor teſtamenti, poteſt deputari ad nominandum clericum executorem.*
44 *Quaſi contractus ſi prohibetur in iudicio, fortius uidetur prohiberi ſubſtitutio.*

CAP. VII.

POſt ceſſionem. Per litteras ordinarij probatur excommunicatio, niſi probetur contrarium. h. d. Primo no. ſecundum Moder. q̃ † appellatione iudicis ordinarij
1 comprehenditur non ſolum habens iuriſdictionem cum territorio, ſicut epiſcopus, ſed etiam inferior prælatus, qui habet iuriſdictionem in certa loca, vel perſonas, de quib. vide, quod notant Hoſt. & Io. An. in c. cum contingat. de fo. compe. ad hoc adducunt moder. gl. cum tex. in c. ordinarij. in prin. de offi. or. in 6. & eſt ratio clara: quia ad eſſe iuriſdictionis ordinariæ nō requiritur neceſſario territorium, vt dicunt Doct. in loco allegato, & ſubtiliter declarat Bal. in l. j. §. cum vrbem. ff. de offi. præfec. vrb. circa medium. eſt tamen aliqua differentia quantum ad acquiſitionem iuriſdictionis inter eam, quæ cohæret territorio, & inter eam, quæ nō cohæret, vt ſingulariter declarat Bar. in l. ſequitur. §. ſi viam. ff. de vſucap. in vlt. q. Si tñ cōferatur alicui poteſtas & iuriſdictio, quam habent alij iudices ordinarij, relatio illa fit ad iudices ordinarios, qui non habēt iuriſdictionem ex priuilegio & ſpecialem, ita probat tex. no. cum glo. in l. ſi vel in aliqua. in fi. cum l. ſeq. ff. de offi. procon. & leg. Secundo no. ſecundum
2 Abb. hic, q̃ † appel. officij [a] venit omne miniſterium, quod eſt
a neceſſario explicandum, ſiue ſit cum iuriſdictione, ſiue non, & hoc dicit poſſe induci ad quæſtionem ſtatuti facientis mentionem de officio. v. g. ſi ſtatutum dicat, q̃ habens vnum officium in ciuitate illo durante non poſſit ad aliud eligi, comprehenderetur etiam officium ſine iuriſdictione, allegat tex. in c. j. de cōſue. li. 6. & bene facit tex. 89. diſt. c. ſingula. cum ſi. Tu autē vide Pet. de Anch. qui hanc quæſtionem mouet in terminis ſuper rubr. de offi. deleg. & ibi determinat, vel ſaltem inclinat in partē oppoſitam, mouetur, quia in toto tractatu. C. & ff. ponūtur rubricæ de habentibus officium cum iuriſdictione. & hoc eſt, quod dicit Bal. notanter in l. j. in 2. col. C. ſi a non compe. iudi. vbi inqt ſubtiliter, q̃ officium iudicis habet ſe ad iuriſdictionē, ſicut actꝰ ad habitum, vnde officium vī eſſe exercitium iuriſdictionis, & quia ſuper iſta q. dixi latiſſime in d. rubr. ibi vide, & vide etiam bonum tex. in l. ſi quis officij. in prin. ff. de ritu nup. & quod pulchre & ſubtiliter ſcribit Pet. de Anch. in rep. ſua circa prin. in re-
3 gula ea quæ fiunt. de reg. iur. Tertio no. q̃ † q̃uis officium procuratoris ſit vile, ita q̃ poſſit exerceri etiam ab infame, iuxta no. in c. Imperatoris. de iura. cal. & Inſtitu. de excep. §. fi. tamen nō poteſt exerceri ab excommunicato, & hoc eſt inductū duplici ratione potiſſima. Prima eſt propter periculum communionis, vt in c. pia. de excep. Secundo, quia poſſet aliquo caſu ipſi procuranti eſſe vtile, q̃ non eſt concedendum, vt facilius conuertatur excom̃municatus, ſicut etiam his rationibus remouetur a teſtificando & a iudicando, vt in c. decernimus. de ſen. excom. Illud etiam pondera in iſto tex. q̃ ille, qui cōſtituitur procurator, debet eſſe habilis non ſolum tempore conſtitutionis, vt in c. ſi eo tempore. de reſcrip. in 6. & ſimilibus, ſed etiam a tempore acceptationis, de quo dicetur in gl. vlt. In gl. j. poſita ſuper verbo, or-
4 dinarij, gl. iſta ingreditur materiam difficilem, † qualiter literis
b epiſcoporum & aliorum iudicum credatur [b] tetigit Inn. hic, & in c. j. & 2. j̃. de fi. inſtr. & Spec. in ti. de proba. §. fi. ver. x. & Mod. hic diffuſiſſime proſequuntur in effectu dicta Io. Calder. paucis additis vel mutatis, quorum dictis adde breuiter, & primo in-
quantum communiter prædicti concludunt, q̃ literis ſigillatis autentico ſigillo regulariter non debet credi, niſi habeant ſubſcriptionem teſtium, quod hoc dictum videtur valde dubium. & primo contrarium tenuit expreſſe vltra hic allegata Nico. de Mate. & Ioan. And. in addit. Spec. in ti. de inſtru. edi. §. nunc videndum. in addi. magna. in ver. ſecundum ſupplementum. vbi
5 poſuit tres notabiles concluſiones in iſta materia. † prima eſt, q̃ literis epiſcoporum, regum & vniuerſitatum creditur etiam ſi teſtes non ſint inſcripti, dummodo ſint ſigillatæ eorum ſigillo autentico in pertinētibus ad officium ſigillantis, pro hoc adducit tria iura ciuilia, videlicet in auth. ad hæc. C. de fi. inſtr. & in l. in fraudem. §. quoties. ff. de iure fiſci. & in l. fin. C. de quadri. prę ſcrip. & tex. iſtum. Secunda concluſio eſt, tales literę ſigillatæ talibus ſigillis ſunt magis autenticæ, quam inſtrumentum notarij. Tertia concluſio, ſigillum non autenticat ſcripturam, in qua continetur aliquid non pertinens ad officium iudicis ſigillātis. Quantum ad primam concluſionem videtur, q̃ iura allegata per eum non probent, quia non loquuntur de ſcripturis munitis ſigillo ſimpliciter, ſed de ſcripturis repertis in archiuio publico, & ita intelligit iſta iura Bal. & melius in l. exemplo. C. de proba. de illis autem eſt diuerſa reſpōſio, vt videbitis in c. cum cauſam. j. eo. & licet Bald. ſequatur hanc concluſionem Nic. de Mate. & Io. And. in loco vbi ſ̃. & ipſe ponit no. in rubr. de fide inſt. in vlt. charta, tamen hæc dicta videntur contra communem sētentiam Moder. & contra duo iura expreſſe, videlicet cōtra tex. in c. 2. j̃. de fi. inſtr. & in c. j. in fin. ſ̃. de procura. & inducunt tertio loco tex. pro iſta opi. in c. quoniam contra. j̃. eo. ſed ad primam decretalem, quæ eſt fundamentum huius opi. Reſpondeo ſubtiliter & vere dico, q̃ in c. 2. deciditur, dari fidem inſtrumento ſigillato principaliter, declaratur ibi, q̃ ſcripturæ priuatæ non datur fides, ſi teſtes in ea deſcripti ſint mortui, niſi ſcriptura ſit manu notarij, vel autentico ſigno ſignata, non ergo fuit intētio Pōtificis decidere, q̃ requiratur teſtimonium in ſcriptis, ſed ponere differētiam inter ſcripturam ſigillatam, in qua teſtes ſunt inſcripti, & inter ſcripturam priuatam, quę caret ſigillo. Ad tex. in c. j. de procu. reſpōdeo, q̃ ibi ſubſcriptio fuit requiſita ad cautelam propter malitiam & dolum facientis mandatum, quod patet, quia vltra ſubſcriptionem teſtium Pōtifex ibi vult, q̃ ſcriptura ibi fiat apud acta, & ſic per manum publicam, q̃ non eſt neceſſarium in alia ſcriptura ſigillata, in qua teſtes eſsēt ſubſcripti, vt etiam fatentur Doc. hoc etiam patet ex alia ratione, quia
6 in caſu d. c. † illæ literæ erant literæ mandati, & agebatur de præ iudicio conſtituentis procuratorem, & quo ad hunc effectū ſecundum omnes Doct. ſufficeret ſimplex ſigillum ſine ſubſcriptione teſtium, vt in cle. j. de procura. & in c. ſi quorundam. j̃. de ſolu. & j̃. dicetur. patet ergo, q̃ propter ſuſpitionem malitiæ conſtituentis iudex ibi exigit tot ſolennitates vltra regulas iuris, & hoc eſt, quod dicunt Do. de Ro. deciſ. ſua 22. quam refert hic d.
7 Abb. † q̃ vbi poteſt præſumi dolus & fraus, nunquam creditur literis epiſcopi, vbi alias crederetur, & q̃ opi. Nico. & Ioan. An. in addi. prædicta ſit verior, videtur probari per tex. in c. inter dilectos. ver. ſed priuilegium. j̃. de fide inſtr. in c. ſuper his. iuncto
8 prin. cum fi. j̃. de fi. inſtru. vbi videtur probari, † q̃ littera ſigillata ſigillo Cardinalis ſuper abſolutione voti vltramarini facit fidem, quando ſigillum non eſt ignotum, hoc etiam dictat reſpō ſio, quare deputaretur officialis publi. niſi faceret fidem, niſi dicas, q̃ facit fidem cum ſubſcriptione teſtium. Pro hac etiam parte multum facit tex. in c. cum a nobis. j̃. de teſti. non cauillando literam, & pro concor. iſtarum opinionum potes ſequi deciſionem dominorum de Rota, quæ concordat in effectu cum opi-
9 nione glo. noſtræ. aliquo addito vt dicamus, † quòd de proceſſu iudiciali cum iudex procedit vt iudex, non credatur literis ſigillatis iudicum, quia frequentius contingit circa illa magnum intereſſe partis, & odium, & intereſſe publicum, quam circa actꝰ voluntariæ iuriſdictionis, & qui non exercentur in figura iudicij, & quia hoc etiam ſpecialiter eſt prouiſum, per ca. quoniam contra. infra eod. in aliis autem actibus voluntariæ iuriſdictionis, ſiue extraiudicialibus creditur literis ſigillatis pertinentibꝰ ad officium iudicis ſigillantis, & ſic intellige opin. glo. tuæ. Aduerte tamen, quia licet iſta opin. poſſit defendi de iure, & dom. Abb. hic dicat hanc eſſe opin. Rotæ de iure, re tamen vera illa deciſio non tentit hoc, quia quòd debeat credi literis epiſcoporum, fundat ſe ſuper generali conſuetudine, poſita tamen hac opinione & diſtinctione pro vera dicit, quod ſtilus palatij non admittit,

ADDITIONES.

a VIN. GOD. Et quid veniat appellatione officii, uide Barba. in rubr. de offi. iudi. dele. Albe. in 4. parte ſtat. in q. 24. Adde, q̃ iudex ordinarius dato ſibi adiūcto non definit eſſe ordinarius. Rui. conſ. 5. nu. j. lib. 5.

b VIN. GOD. Literis epiſcoporum & aliorum iudicum, quando quomodo, & quibus caſibus credatur, quando habent ſigilla. Vide Bald. in conſ. 33. lib. 4. & quando credatur ſigillo epiſcopi, Oldra. conſ. 183. factum tale eſt.

admittit, ꝙ credatur literis ſigillatis epiſcopi in reſpicientibus commodum proprium. 4. q. 3. c. j. l. j. C. ne quis in ſua cauſa. hoc
10 tamen limitat Pet. de Bella p. †niſi ille, qui apponit ſigillum inſtrumento teneat locum principis in territorio ſuo. verbi gratia rex, tunc enim ſicut poteſt iudicare in cauſa propria, vt. l. proxima. ff. de his quæ in teſtamento delentur. ita poteſt autenticare ſcripturam in commodum proprium per ſolum ſigillum, ita refert & ſimpliciter ſequitur Bal. in l. exemplo. in pen. q. C. de proba. Secunda concluſio Nico. de Mat. videtur eſſe contra caſum in c. cum a nobis, de teſti. in pe. reſponſo, dicitur ibi, ꝙ literæ iudicum reprobantur per duos teſtes, ſed hoc non eſt in inſtrumẽto notarij abſolute, vt. c. cum Ioan. de fi. inſtru. ergo patet, quod iſtæ literæ non ſunt meliores inſtrumento publico. præterea ex quo facilius poteſt committi falſitas in eis, vt dixi in voce, nõ eſt, ꝙ ſcriptura debeat eſſe ita autentica, ſicut illa, quæ fit manu notarij. Tertia concluſio eſt magis dubia, nã do. Anto. & do. Abb.
11 tenent †ꝙ quando ſcriptura eſt ſignata ſigillo autentico, & ſubſcripta a teſtibus, faciat fidẽ ad minus iſto caſu in omnibus actibus etiam non pertinentibus ad officium ſigillantis, mouentur per tex. in c. 2. de fide inſtru. qui indiſtincte videtur velle, ꝙ talis ſcriptura faciat fidem, & per tex. in d. c. cum a nobis. Sed contra iſtam communem ſententiam arguo fortiter, ſigillum autenticum non imponit fidem ſcripturæ, niſi ſit facta ſuper negocio, propter quod ſigillum eſt inuentum, vt eſt tex. in c. ſignificauit.
12 j. de app. †ſed ſigillum, quod competit iudici, ſiue collegio non videtur inuentum niſi propter negocia ſpectantia ad illud officium, vel collegium, vt in c. dilecta. & quod ibi no. de exceſ. prælа. ergo in alijs non imponit fidem ſcripturæ. Secundo pro iſta parte adduco tex. no. in l. 3. in verbo, eodem modo. ff. nau. cau.
13 iſta. vbi probatur, ꝙ diſpoſitio. l. quæ ſimpliciter dicit †ꝙ nauta & caupo tenentur pro rebus ſibi ttaditis & cõſignatis: intelligitur, ſi ſint ſibi conſignatæ ex cauſa pertinente ad illud officium, per quem tex. dicit Bal. no. in fi. C. ad Mace. †ꝙ ſi ex forma ſtatuti filiusfamilias mercator obligatur ex ſuo contractu, reſtringitur illa diſpoſitio, ſi contrahit in pertinentibus ad mercantiam. facit optime tex. in l. ſi quis ex argentarijs §. rationem. ff. de eden. vbi
14 probatur, ꝙ ſcripturam non in forma rationis argentarius non tenetur edere, quod eſſet ſi ſcriptura illa faceret fidem, & eſſet publica, quamuis non eſſet de pertinentibus ad officium, ad minus cogentur edere ratione ſimilitudinis, quam haberet cum ſcriptura officij ſui, per. l. argentarius. ff. de eden. in verbo abſimiles. Nec obſtat prædictis ſi dicatur, iura iſta loquuntur in eo caſu, quo ſoli ſcripturæ creditur, ſed in caſu noſtro ſcriptura habet ſubſcriptionem teſtium, quia ad hoc eſt facilis reſponſio. nã licet ſit ſubſcriptio teſtium, non poteſt negari, ꝙ in his, quæ nõ ſpectant ad officium iudicis, deficit auctoritas ſigillantis, & probantur p iura præallegata. ſola autem ſubſcriptio teſtium per ſe non facit ſcripturam autenticam, vt in Auc. de inſtru. cautela & fide. §. ſed & quis. ſed pro opi. Docto. facit tex. no. in l. ſancimus. in primo reſponſio. C. de teſta. vbi patet, ꝙ ſi teſtamẽtum fiat apud acta, non requiritur in eo præſentia trium teſtium, ſicut requiritur in illa voluntate reuocatoria, ſi fieret extra acta. Ex eo patet, quod priuilegium, quod conceditur actis, vt notarius poſſit illa ſcribere ſine teſtibus, videtur etiam cõceſſum in actu non pertinẽtẽ ad illud officium, ergo idem in propoſito videtur poſſe dici, ꝙ ſicut ſigillum iudicis poteſt autenticare ſcripturã pertinentem ad officium ſuum, ita poſſit autenticare contractũ factum coram ſe, licet non pertineat ad eius officium. ſed poteſt dici, quod illud ibi eſt ſpeciale fauore vltimæ voluntatis & diuturnitatis temporis. alias dixit Bal. notanter in rub. C. de fide in-
15 ſtru. ꝙ †ſi mãdatum procuratoris fiat apud acta, notarius debet adhibere teſtes, quia mandatum de actis eſt pertinens ad officiũ ſcribẽdi acta. Aduerte tamen, quia in prima concluſione. ſ. poſita, videlicet, nunquid credatur literis iudicum pertinentibus ad eorum officium Bal. variauit aliqualiter, nam in l. ſi procuratorem abſentem. ff. de procu. & in rub. ſ. alleg. tenuit, ꝙ autenticaret ſcripturam, vt dictum eſt. ſed in l. pacta nouiſſima. in pen. col. C. de pac. refert & diſtinguit in effectu, prout diſtinguũt Io. Cal. & Moder. vt. ſ. retuli. ipſe autem dicit, ꝙ iure ciuili prædicta diſtinctio eſt vera, ſed de inre canonico dicit, ꝙ creditur literis maiorum iudicum, qui habent auctoritatem a iure, vel conſuetudine habendi ſigillum, ſicut eſt epiſcopus in his, quæ pendent ab auctoritate eorum tantum. i. in his, quę ipſi ſoli poſſunt facere. aliter etiam dixit in l. ſi qua per calumniam. C. de epiſ. & cle. ſed tu dic vt ſuperius fuit dictum, quicquid ipſe dicat. Adde præmiſſis inquantum dixi in 3. q. ꝙ de non pertinentibus ad officium iudicis non creditur literis ſigillatis, vnde non creditur literis continentibus contractum iudicialem, vt dicit Nico. Mat. in addi. prædicta, quod hoc limitat Bald. ſing. eſſe verum,
16 niſi ſimus in loco, in quo non reperitur tabellio, vel nõ eſt vſus tabellonis, quia tunc ſigillum iudicis ordinarij poteſt facere fidẽ contractui. ita tradit Bal. in c. j. circa prin. de pace Conſtan. allegat Ioan. And. in nouel. in c. 2. de fo. compe. li. 6. Sed tu aduerte quia Io. præſupponit & ſentit clare, ꝙ hanc poteſtatem habeat ibi iudex ex conſuetudine, ſed ꝙ de iure hoc poſſit in ſubſi
17 dium non ſentit, ſicut dicit Bal. vult tamen ibi no. Ioan. An. † ꝙ ſi ex conſuetudine, iudex poteſt dare fidem inſtrumento ſigillato per ſe, iſta ſcriptura erit autentica, etiam in præiudicium clerici in foro eccleſiaſtico, qđ eſt ſingulare ad no. in c. ꝙ clericis. ſ. de foro compe. Adde etiam dictis Doc. in hac materia, inquantum
a dicunt, ſigillum[a] ſi ſit cognitum, ſemper autenticat ſcripturam
18 contra ſcribentem †ꝙ quamuis litera mandati ſigillata ſufficiẽter probet mandatum contra ſigillantem, traditio tamen ſigilli facta alicui non facit præſumi mandatum etiam generale. ita no. Arch. in c. quamuis. de procu. lib. 6. & tenet Bal. no. in l. ſi ꝙ
19 curatorem abſentem. ff. de procu. †Illud etiam ſcias, ꝙ quando plures ſunt principes, vel barones in vno feudo, ille habet poteſtatem ſigillandi ſolus, qui eſt caput inrer ipſos non alij, ita not. Ioan. And. & Abb. antiquus in c. inter dilectos. j. de fi. inſtru. Bal. autem dicit, ꝙ ille poteſt vti facultate ſigillandi, penes quem de voluntate aliorum eſt ſigillum, vt ipſe no. in c. j. circa prin. de cõtro. inueſti. Item adde dictis D. Ant. inquantum vult, ꝙ ſi teſtes ſunt deſcripti in litera, licet non ſint propria manu ſubſcripti, faciunt fidem in c. 2. j. de fide inſtru. & hoc dicit ſentire Ioan. Cal. quòd do. Flo. approbat hanc opi. ſed do. Ab. impugnat eam dicens, ꝙ mens Ioan. And. clara eſt, ꝙ requiratur ſubſcriptio, & ꝙ etiam hoc ſentit Ioan. Cal. cum vtitur verbo ſubſcriptionis. vnde ipſe tenet, ꝙ de neceſſitate requiratur ſubſcrip io teſtiũ. primo per tex. in c. j. in fi. ſ. de procu. ſecundo per tex. in c. quoniã contra. j. eo. quam inducit ſic, quia in iudicio quaſi cõtrahitur, vt. l. 3. §. idem ſcribit. ff. de peculio. ſicut ergo non ſufficeret quo ad probandum proceſſum, inſcriptio teſtium cum ſigillo iudicis, ſed requireretur ſcriptura duorum bonorum virorum, vel eorum ſubſcriptio, vt in d. c. ita & in contractibus & actibus extraiudicialibus. maxime quia poteſt eſſe eadem ſuſpicio in iſtis ſicut in iudicio, ne forte iudicis iniqua aſſertio poſſit magnum afferre præiudicium parti. Tertio mouetur, quia ſi creditur epiſcopo, & viuæ voci ipſius in præiudicium alicuius. 6. q. 2. c. ſi tantum & c. plauit. 21. q. 3. c. ſi epiſcopus. eadem ratione ſoli aſſertioni & ſcripturę ſuæ non debet credi. Quarto hoc videtur probari per rationem quam aſſignat Ioan. And. quia quando teſtes ſe ſubſcribunt manu propria, tunc per comparationem ipſarum literarum ſubſcriptio poterit cognoſci, & vtrum ipſa ſit vera, vt. l. comparationes. C. de fi. inſtru. & in Auc. de inſtru. cau. & fide. §. ſi vero adminiſtrator. Sed quando teſtes inſcribuntur in litera, tunc faciens literam facilius poſſet committere falſum, ſi vellet, poſſet enim deſcribere teſtes, qui viuebant tempore datæ literarum, & nunc ſunt mortui, & per diſſimilitudinem literarũ nõ poſſet reprobari litera. Et per iſtam rationem tenet hoc hic do. Ab. Nec ob. ſecundum eum, ꝙ in inſtrumento notarij ſufficit ſimplex deſcriptio abſque ſubſcriptione teſtium, vt traditur in c. j. de fi. inſtru. nam ad hæc reſpondet Ioan. Cal. in alio ar.
20 † ꝙ maior eſt auctoritas notarij, cui officium ſcribendi principaliter committitur, quam iudicis, vel prælati, cui non committitur hoc principaliter. pro hoc bonus tex. in l. argentarius. in prin. in ver. principale officium. ff. de eden. & iſta opi. habet æqtatem in ſe per rationes prædictas. Multum tamẽ obſtat ſibi tex. in c. 2. de fi. inſtru. & licet ipſe nitatur reſpondere ꝙ verbum inſcriptio pro ſubſcriptione ibi capitur largo modo, hæc tamẽ reſponſio non videtur procedere, quia ibi verbum inſcriptio determinat pariter inſtrumentum notarij & ſcripturam ſigillatã, vnde pariformiter de vtraque ſcriptura debet intelligi, vt l. iam hoc iure. de vul. & pup. niſi dicamus, ꝙ aliquando vnum, & idẽ verbum reſpectu diuerſorum effectuum & diſpoſitionum capietur diuerſimode, vt traditur in l. j. de offi. procon. Et ad materiam præcedentem pro illa parte, quam tenuimus, ꝙ credatur literis ſigillatis iudicis, vide tex. quem ibi no Barto. ad hoc in l. diuus. §. quod autem. ff. de offi. præſi. poteſt tamen intelligi ille tex in his, quæ ſunt modici præiudicij, vt etiam eſt communis opi. quoniam illis literis ibi creditur ſolum quo ad inquirendũ. & hoc ponitur inter ea, quæ ſunt leuis præiudicij, vt colligitur ex his, quæ tradit Bar. in l. diuus. ff. de cuſto. reo. Adde etiam dictis Ioan. And. & Ioan. Cal. hic inquantum dicunt, ꝙ quamuis literis promulgatorjis excommunicationis credatur, vt in iudicio & extra per tex. noſtrum & per c. curent. 11. q. 3. non tamẽ creditur literis teſtimonialibus factis tempore excommunicationis latæ, quod dictum ſequitur hic D. Ant. ꝙ hęc dicta non videntur vera. ꝙ probo vltra Doc. fortiſſima ratione, quia iſte tex. vult, ꝙ contra iſtas literas poſſit probari contrarium, ergo patet ꝙ loquitur in literis teſtimonialibus, nam ſi loqueretur de literis promulgatorijs, impoſſibile eſſet probare contrariũ,

quia

ADDITIO.

a VIN. GOD. Adde in ſigillo priuatæ perſonæ, an ſit validam & probet, uel requiratur quod ſit approbatum, D. Tindar. in trac. de teſtib. c. 8. nume. 4. in lib. 1. trac. fol. 279.

quia ipsæ literæ sunt sententiæ in scriptis latæ, vt in c, fi. de re iudi. in 6, vnde non potest bene intelligi, quomodo posset reprobare scripturam, si sit dispositiua. & licet possit dici, ꝙ possunt reprobari literæ promulgatoriæ probando, ꝙ non fuerint confectæ mandato episcopi, vel eius manu, & sic posset solui argumẽtũ hoc, tamen nimis restringit tex. & potius innuit, ꝙ contra assertionem literarum episcopi, etiam si illæ sint literæ episcopi,
21 potest seruari contrarium, & ista opi. placet, † quia non est differentia quo ad effectum probandi, vtrum litera testimonialis asserens factum de præsenti, vel promulgatoria, quoniam omne instrumentum consideratur duobus modis. vno modo secundum id quod continetur in ipso instrumento, & illud nunquã est probatio, sed est factum, quod probatur. alio modo sumitur pro eo, ꝙ continet. i. pro charta habente solennitates instrumentales secundum Bar. in l. si quis legatum. in prin. ff. de falsis. & in l. j. §. hoc interdicto. ff. quid vi aut clam. & isto secundo modo impossibile est, ꝙ instrumentum sit aliud, quam probatio, nisi quando pro essentia contractus requireretur scriptura, vt. l. contractus. C. de fide instru. tamen est probatio etiam tunc, vnde siue litera sit promulgatiua, siue testimonialis, videtur ꝙ vtraque quo ad fidem imponendam actui, qui continetur in ea, non consideretur nisi vt probatio, nisi forte dicas, ꝙ magis credatur literis promulgatiuis, quia non possunt reprobari nisi per vnum modũ, vt. s̃. dixi. Mihi autem placet prior opinio, quam approbat hic Imo. quia ista iura indistincte loquuntur, vt iste tex. & in c. ad probandum. de re iudi. & in c. j. s̃. de treu. & pace. & ꝑ ista parte videtur esse casus in c. cum a nobis. j̃. de testi. non impropriando literam, vbi patet, ꝙ in dubio creditur literæ testimoniali iudicum, nisi contrarium probetur, quod potest intelligi in his, quæ sunt leuis præiudicij secundum communem intellectũ Moder. & ita etiam illum intelligit hic Abb. qui sentit cum ista opinio. In gl. posita super verbo excommunicatus. pro declaratione eorum, quæ hic traduntur per Doct. videnda sunt plura. Primo vtrum constitutio procuratoris excommunicati sit nulla ipso iure. Secundo posito ꝙ sic, vtrum gesta per procuratorẽ excommunicatum sit nulla ipso iure. Tertio, vtrũ procurator excommunicatus admittatur ad impetrandum rescriptum ad lites. Quarto posito, ꝙ actus factus per procuratorẽ excommunicatum sit nullus ipso iure, ꝙ constitutio procuratoris excommunicati sit nulla, vtrum absolutio superueniens ante acceptationem mãdati faciat, vt procurator possit esse in iudicio. Quinto quid econtra, si tempore facti mandati aliquis est habilis, & tempore acceptati mandati est excommunicatus, vtrum valeat mandatum. Sexto & vltimo erit videndum, nunquid procurator excommunicatus tempore constitutionis cũ potestate substituendi possit non excommunicatum substituere. Circa primum videtur vera opi. Inn. quam ipse posuit hic †
22 ꝙ constitutio
a procuratoris excommunicati ipso iure non[a] sit nulla, sed sibi agẽti obstat exceptio per. c. pia de excep. lib. 6. Non ob. tex. iste, quẽ subtiliter hic inducit Abb. ad partem contrariam dicens, quod si mandatum non esset nullum ipso iure, non ponderaret summus Pontifex tempus acceptationis mandati, quasi velit, ꝙ si tempore acceptationis procurator erat excommunicatus, licet postea tempore, quo agebat, esset solutus, non poterat agere virtute primi mandati, & ex hoc datur intelligi, quod mandatum fuit nullum secundum eum, quia si valuisset ipso iure cessante impedimento excommunicationis, posset tunc procurator agere, sicut potest principaliter excõmunicatus, post absolutionẽ, nam respondeo, ꝙ summus Pontifex non ponderat tempus acceptationis propter tempus sequens post acceptionem, sed propter tempus præcedens acceptationem, & vult, ꝙ tempore acceptationis ꝑ procuratorem excõmunicatus non possit agere, licet a principio tempore constitutionis non esset excommunicatus, sicut dicetur in quarta conclusione. Non ob. tex. in c. fi. de procura. quia ille non loquitur de procuratore excommunicato, sed de constituente excommunicato. Nec dicitur ibi, ꝙ mandatum sit nullum ipso iure. immo potius innuitur oppositum. & quod ista conclusio Inno. sit vera, adduco primo nota. doct. Bar. quam ponit in l. filiusfamilias. §. veterani. in vlt. q. ff. de procu. vbi dixit notanter, † ꝙ ille, qui prohibetur constitui procurator, non potest agere pro se in iudicio per illum text. & per ea q̃ no. gl. in l. reum. C. de procu. & ipse idẽ in l. militem. C. eo. vnde videtur ex ista doctrina, ꝙ saltem quando reus constituit aliquẽ procuratorem, qui est excommunicatus, constitutio non sit ipso iure nulla, quia tanquam reus ipse excommunicatus posset esse in iudicio, vt in c. cũ inter. j̃. de excep. Secundo ꝑ prima opi. adducit singularem gl. quam ibi approbat Bart. in l. exigendi, in
24 prin. C. de procu, secundum vnam lectu. vbi probatur, † ꝙ licet minor nomine proprio non possit esse in iudicio, vt l. 2. C. qui legi. personam. Si tamen constituitur procurator, valet mandatum ipso iure. sed ob. exceptio, ergo idem dicendum in casu nostro, etiam si procurator constituitur ex parte actoris. & hoc tenet idem Bar. in l. licet. C. eo. ita etiam no. determinat Ioan. An. in c. qui generaliter. §. fi. de procu. lib. 6. in nouella: per quæ dicta maxime in casu nostro hoc videtur tenendum, quia excommunicatus nomine proprio possit esse semper in iudicio ipso iure, nisi repellatur exceptione vt in d. c. pia. vnde dato ꝙ doctr.
25 Bar. esset vera in d. §. veterani. & in l. minor. in prin. de procu. † ꝙ quando quis non possit esse in iudicio pro se, non possit constituti procurator ipso iure, potest tamen agere pro se in iudicio, tamen non obstaret huic decisioni: quia, vt dictum est, excommunicatus per se in iudicio potest esse ipso iure, si non repellatur. & huic parti adhæreo de subtilitate iuris, sed tamen secundum mentem istius literæ magis placet opi. communis per inductionem pro ipsa. s̃. factam per do. Abb. Nec ob. responsio data per me, quia si intentio literæ respiceret solum tempus præcedens acceptationẽ mandati non tempus sequens, tunc non magis dixisset summus Pontifex de tempore acceptationis mandati, q̃ de alio tempore post acceptationem, ex quo omne tẽpus post constitutionem erat æquale vniforme, quia quocunque tempore superuenit excommunicatio, si mandatum non erat nullum ipso iure, idem erat effectus, videlicet ꝙ procurator repellebatur ope exceptionis. vnde melior est intellectus do. Abb. ꝙ hic ponderetur tempus acceptationis ad ostendendum, ꝙ si postea sequatur absolutio, procurator non possit agere. & sic mandatũ erit nullum. & sic hoc speciale odio excommunicati, in alijs vero casibus procedant dicta Bar. in d. §. veterani. quæ etiam approbat Ioan. de Imo. & Mod. in d. c. qui generaliter. §. fi. præalleg. Circa secundam dubitationem videtur, ꝙ opi. Ioan. Cal. sit
26 vera, ꝙ † mandatum sit nullum, cum valeant gesta per [b] talem
b procuratorem occulte excommunicatum, si constituens ignorauit eũ esse excommunicatum, primo quidem, quia hanc sententiam & distinctionem approbat Archi. in c. j. de rescri. lib. 6. per multas rationes, quas ibi refert Ioan. An. in nouella. ex quibus hoc colligitur, licet principaliter non formetur ista quęstio, sed vtrum procurator excommunicatus possit impetrare rescriptum ad lites, de quo dicetur in tertio artic. Secundo confirmatur ista opi. quia non solum in officijs publicis auctoritate & vtilitate communis opi. & iusta causa ignorantiæ facit personam inhabilem haberi probabili, sed etiam in officijs priuatis vtilitate, sicut est officium testis, vt est casus in l. j. C. de testa. & ibi ꝑ Bar. & Doc. & tradit idem Bar. in l. ad testium. §. conditionem. ff. eo. & gl. no. in l. cum lege. ff. de testa. ergo videtur, quod similiter in procuratore sit dicendum in fauorem eorum, qui ignorant esse talem, vt dicit Bal. no. in l. 2. in pe. char. C. de serui. & aqua.
27 † ꝙ prælatus institutus in beneficio potest agere nomine ecclesiæ, si communi opinione reputatur prælatus. & tamen hic nõ agitur de officio publico vtilitate. Tertio hoc confirmatur, nam sicut ille, qui contrahit cum procuratore reuocato, vel soluit sibi aliquando liberatur, si ignoret ipsum esse reuocatum, vt no. in l. cum quis. in prin. ff. de solu. & in c. mandatum. s̃. de procu. & bene facit gl. no. in Auc. de Tabel. §. pen. quam approbat Bal.
28 in l. j. C. de testa. & l. si arbi. C. de sen. quæ vult † ꝙ quando notarius est priuatus notariatu ipso iure, si communi opinione toleratur pro notario, valet instrumentum, licet si nunquam fuisset notarius, vt ibidem per Bal. aliud esset, ita possumus dicere in proposito, quia cum quilibet admittatur ad agendum pro altero, nisi sit prohibitus, si delictum superueniens & excommunicatio occulta priuat procuratorem hac facultate, videtur esse iusta causa ignorantiæ, quæ concurrente communi opinione faciat actum valere. Sed tamen non obstantibus præmissis, plus placet communis opi. Mod. hic, quia tex. in l. i. C. de testa. loquitur in officio publico saltem auctoritate, vt. l. si quis ex signatoribus. ff. quemad. testa. ape. sed officium procuratoris non est tale, vt dixi in voce † Præterea ibi communis opi. habilitat inhabilem ad actum solennizandum, ꝙ est minoris præiudicij, quã
29 habilitare inhabilem ad accusandum substantiam actus in ipso, vnde non est simile. & pro ista ratione vide Bal. in d. l. arbiter. in fi. C. de sen. Non ob. secundum arg. quia plus est, ꝙ aliquis semel vere & actu fuerit constitutus procurator, quam ꝙ a principio fuerit constitutus & nulliter, licet in primo casu sit postea reuocatus. & ideo non est bona illatio ex iuribus præallega. Circa tertium dixit Archi. & sequitur ibi Ioan. And. & communiter Moder. in c. j. de rescri. lib. 6. † ꝙ si constituens procuratorem
30 ad impetrãdum ignorat eum esse excommunicatum, [c] valet im-
c petratio

ADDITIONES.

a VIN. GOD. Constitutio procuratoris excommunicati non est nulla ipso iure. Adde quod excommunicatus non potest agere nec etiam per procuratorem. Ruy. consi, 61, nu. 10. lib. 5.

b VIN. GOD. Gesta per excommunicatum an valeant ipso iure. Adde, quando excommunicatus repellatur. a testimonio & ab alijs act. Alber. in trac. de testib. in lib. 1. Trac. fol. 258. nu. 16. & 259. nu. 20.

c VIN. GOD. Procurator excommunicatus si impetrat rescriptum, valet impetratio. Adde, quod procurator, qui non admittitur, admitti potest ut defensor. Ruy. consi, 118. nu. 1. lib. 5.

petratio facta per procuratorem.& ita tenuit gl.in c.fi. s̃.de procu.Idem etiam tenuit Ioan.Cal.in dispu.sua,quæ incipit,excommunicatus communi opi.&c.q̃ approbat Pet. de Anch.in regula,accessoriũ,in repe.de reg.iu.vbi multa adducit ad propositũ, sed potissima ratio videtur esse, quia impetratio rescripti nõ est actus iudicialis, vnde non debet esse prohibitus excommunicato impetrante nomine proprio, vt in c.1.de rescrip. lib.6. prout ibi subtiliter declaratur per Mod.ergo procurator non prohibe
31 tur impetrare.Cõfirmatur ista cõclusio, † quia in materia odiosa dispositio prohibita emanans super principali non trahitur ad dependens consequenter vel antecedenter, vbi illud est tale, sine quo aliquo modo principale esse potest,secundum Bar. in l.in quæstionibus. ff. ad.l. Iul.maie.Bal.in auc.si dicatur.in fi.C. de testi. licet igitur impetrare dicatur quoddam præambulum ad actum iudicij,non tamen est ita necessarium , vt sine eo actꝰ iudicij esse non possit,quia potest litigare coram ordinario, & per hoc est expeditus iste tertius articulus.Circa quartum, qui
32 est in omnibus difficilior, communis est sentẽtia Doc. hic, † q̃ si procurator erat excommunicatus tempore constitutionis, licet tempore acceptationis sit absolutus, mandatum sit nullum ipso iure,nec valebit iudicium factum per procuratorem postea absolutum, nisi dominus sciat absolutionem, & patiatur p̃ curatorem acceptare, vel agere,& esse in iudicio nomine suo p̃ ea,qua tradidit Inn.in c.ex parte decani.s̃.de rescrip.& licet do. Anto.hic requirat consensum expresse de nouo,do.Abb. Mod. credit,q̃ sufficiat scientia & patientia sine expresso consensu p̃ ea,quæ habentur in gl.in c.j.de eo qui duxit in matri. quã prius pol.& in c.proposuit.de coniugio seruorum.fundamentũ primi dicti,q̃ vbicunque agitur de habilitate, vel inhabilitate personæ,initium est spectandum,vt in c.dudum.s̃.de ele. &in c. si eo tempore.de rescrip.in 6.Pro ista opi.facit,quod ponit gl. no. in c.dilectus.el.2.j.de præben.Guil.in Spec.in titu.de iudice deleg.§.circa prin.qui volunt,quod si iudex delegatus est excommunicatus tempore impetrationis,licet non absolutus tempore acceptationis,non valet delegatio.sed in contrarium facit,qđ
33 ponit Fede.de Se.consi.suo.129.vbi dixit† q̃ quamuis testamentum excommunicati sit nullum ipso iure secundum quosdam per.c.decernimus.de sen.excom.lib.6.tamen si excommunicatus absoluitur, testamentum reconualescit per ea, quæ notan. in c.quanto.de vsu.lib.6.Item pro tertio adducitur singularis decisio Ioan.And.in mercu.in regula,factum legitime.de reg.iur. quam approbant Moder.in c.testimonium.j.de test. vbi voluit
34 † q̃ si testis tempore iuramenti est inhabilis, & tempore depositionis est habilis,valet testimonium,quia depositio est effectus testimonij,& illo tempore attenditur inhabilitas, vt.l. notionẽ. §.instrumentorum.ff.de verbo.signifi.Tertio, q̃ ista communis opin. non sit vera , probatur sic. mandatum procuratoris non est actus legitimus,qui non possit stare in suspenso , immo stat in suspenso vsque ad acceptationem, vt in c.licet, de procu-
35 ra.in 6.†sed in his,quæ recipiunt suspensionem, licet actus sit a principio nullus,potest tamen ex post facto actus reconualescere, vt probat tex.vbi per Bar.in l.si tibi electio.§.si vnus.ff. de optio.leg.ergo videtur,q̃ sufficiat procuratorem esse habilem saltem tempore acceptationis. pro his facit, quod singulariter tradit Inno. c.nisi cum pridem.§.j.de renun.quem refert & sequi
36 tur do. Anto.in c.at si clerici.s̃.de iudi.vbi vult† quod quando collatio beneficij est nulla propter inhabilitatem personæ, si illa inhabilitas est dispensabilis, intellige per inferiorem a principe,dispensatio superueniens ratificat collationem nullam,quia potius illa collatio videtur stetisse in suspenso , quasi oĩno fuisset nulla.ita ergo etiam possumus dicere in proposito, cum absolutio ab excommunicatione regulariter competit cuique ordinario ab episcopo.s̃. vt in c.nup.de sen.excom. & no. in c. innotuit.s̃.de eo qui fur. ordi. susce.Pro declaratione huius conclusionis habes considerare tres casus.nam aliquando.l. infringit actum creationis,vel constitutionis alicuius officij propter inhabilitatem personæ.Aliquando lex infringit actum acceptationis officij, vel dignitatis.Aliquando simpliciter prohibet aliquem esse procuratorem, vel officialem.primo casu fatendum est,quod,quia habilitas requiritur tempore principij actus & creationis officij,si persona est inhabilis illo tempore, non valet actus, licet postea tempore acceptationis officij reperiatur habilis.& sic loquuntur iura allegata per Doc.Secundo casu dicit sin.Ioan.And.in titu.de accu.§.sequitur,in addi.magna.ver. est & alia quæstio eiusdem Iacobi. Quando quis prohibetur simpliciter acceptare officiũ implicite prohibitus est eligens ipsum eligere,per tex.in c.cum in cunctis.§.inferior. s̃. de elec.& ideo etiam hoc casu si tempore electionis esset inhabilitas, non valeret actus,licet tempore acceptationis quis esset habilis.& hoc modo potest intelligi elegans doctrina Bal.in rub. C. de condi.
85 nemus, † ꝙ qm̄ feudum nullum hz̄ seruitium annexum, vel qm̄ hz̄ certum seruitium determinatum, quod potest præstari per fęminam, sicut per masculū, feudū transeat ad fęminā, sicut ad masculū, vt tenuit Bal. in c. j. §. j. qui feu. da. pos. & in c. j. §. cū aūt. in titu. eōm vel abba. tunc vī, ꝙ qua ratione feudum tale potest

transire

ADDITIO.

a VIN. GOD. Feudum quando transeat in ecclesiam, &c. Vide tu Iaſ. in repe. l. 2. col. 91. in q. 16. C. de iure emph. Adde, an feudum redeat ad ecclesiā, quando decessit ille, cui in diuisione feudum assignatum erat. Ruin. consi. 11. num. 15. lib. j.

transire in filiam fœminam, possit etiam transire in filium monachum, quia fęmina, monachus, vel clericus quo ad feuda ęq parantur, & sunt similes, casus est in c.j. an mutus vel imperfectus, in vsi. seu. & Bal. in c.j. de gradibus succeden. in feudo, & clare decidit in l. quoties. C. de suis & legi. tunc erit dicendum sicut diximus in primo casu huiꝰ tertij articuli, & hoc videtur esse verius, quia iura feudorum simpliciter dicunt, & indistincte, ꝙ fœmina non succedit in feudum, vnde intelligas indistincte, vt declarat Bal. in d. l. quotiens. C. de suis & legit. Consequenter etiã
16 quærunt hic notanter Doct. † vtrum hæreditas, a quæ defertur
a post monachatum, deferatur monasterio immediate, vel mediate personæ monachi. super quo dicunt Innoc. & Io. quos sequuntur Moder. ꝙ hæreditas defertur monasterio & non monacho, allegant tex. 19. q. j. c. fin. vbi text. dicit, ꝙ monachus, qui fuit ante monachatum gratis non potest exhæredari post monachatum, & sic patet, ꝙ non consideratur persona monachi, sed solum monasterium. & per hoc dicunt isti cessare multas difficultates, vtrum si monachus nollet adire, monasterium possit adire. Item si monachus moritur non adita hæreditate, vtrum monasterium possit adire, sed illa opin. cum reuerentia non est vera, & contra eam tenent communiter legistę in l. Deo nobis. C. de epis. & cle. Non obstat tex. in d. c. fin. quia illud non est ideo quia hæreditas non deferatur monacho, sed est, ꝙa delictum monachi nõ debet nocere monasterio, cui commodum est applicandum, casus est in l. post legatum. §. si filius. ff. de his quibus vt indig. Præterea tex. ille in c. non liceat. non est lex authentica, immo contra legem authẽticam expresse in l. Deo nobis. ver. ꝙ pro hoc tantummodo. C. de epis. & cler. vbi tex. vult, ꝙ si aliquis efficitur monachus, propter hoc tantum non posset exhęredari, ergo patet, ꝙ poterit propter causas legitimas, & sic attenditur persona monachi, nec censetur esse approbatum, ꝙa sit in decreto, ex quo de se non est lex authẽtica, sicut non sunt approbata dicta Gratiani, nisi inquantum nituntur ratione, vt tradit Io. And. & Moder. in c.j. de rescrip. pro hac sententia facit tex. 18. q. j. c. statutum. vbi videtur velle, ꝙ postquam monachꝰ est absolutus a monachatu, tunc nõ possit esse legitimus hęres, ergo tempore monachatus non, & sic facit pro communi sñia. In p̃rium facit idem tex. in ver. sequẽti. in verbo acquisierit. vbi patet, ꝙ etiam tempore monachatus actus acquirendi residet in ipso, & hoc est verius, quia hoc probat text. clare in pluribus vers. in d. l. Deo nobis. & inter cætera dicit ibi text. qñ defendunt sibi hæreditatem ab intestato nullo obstaculo generãdo ex monachatu, ergo sicut ipsis defertur hęreditas, quãdo sunt laici, ita
87 qñ sunt monachi, & hoc est tenendum. Secũdo quæritur, † vtrũ
b si monachus b non vult adire, monasterium possit adire. super quo puncto Bar. in l. j. ff. de vul. & pup. decidit, ꝙ monachus ęquparatur magis filio, q̃ seruo. & ideo infert, ꝙ sicut filio repudiãte pater potest adire hæreditatem ipse, vt l. cum non solum. §. j. C. de bo. quæ lib. ita etiam poterit monasterium monacho nolente adire, & hanc sententiam tenet Bal. in l. cum oportet. §. j. C. de bo. quæ lib. & in l. j. C. qui admitti. & in l. cum proponas. C. de hær. inst. & vr̃ esse illa communis sententia, quamuis Bar. in l. tutor. ff. de bo. pos. & in l. is potest. de acq. hęr. videatur senti re, ꝙ monachus in adeunda hæreditate ęquiparatur magis seruo, q̃ filio. & idem sensit in l. j. in prin. ff. de stip. ser. sed d. Ang. in l. j. præallegata, tenet in hoc articulo contra Bar. & communem sñiam duplici ratione. prima, quia monachus magis æquiparatur seruo, q̃ filio, allegat Inn. in c. cum olim. de priui. & Bar. in l. j. de stip. seruo. præallegata. sed illa ratio non est uera, per tex. in l. Deo nobis. C. de epis. & cle. in verbo, nullo obstaculo, per quẽ patet, ꝙ per monachatum filius non succedit aliter, quã si non esset monachus, ergo succedit vt filius & vt suus, quod non eẽt, sic æquiparatur seruo. secunda ratio est ꝼm eum, quia l. cũ non solum. de bo. quæ lib. specialiter est inducta p̃ regulas iuris communis, & inducit ibi aliquid in fauorẽ filij, videlicet quia pater non vult cõsentire, posset adire solus, propter quod, vt seruetur æqualitas, statuitur eꝑ, ꝙ si filius non vult adire, pater solus pos-
88 sit adire, quæ ratio cessat in monasterio & monacho, † quia monachus ipse non posset adire monasterio repudiante, immo potest inuito monacho monasterium repudiare, ita tradit no. Bar. in l. tutor. in fi. ff. de bo. pos. & tenẽt Doc. hic. Io. autem de Imo. in d. l. j. tꝫ opi. Bar. noua ratione, quia cum monachus non hẽat velle, nec nolle, hæreditas, quæ defertur monacho potest adiri p monasterium sine consensu monachi, in quo reside r totũ velle monachi. 12. q. 2. c. nolo. & c. nõ dicatis. in c. si religiosus. de elec. in 6. sed illud dictum fuit reprobatum in lectione prędecẽti. vbi ostẽdimus clare, ꝙ hæreditas defertur monacho. & ipse dꝫ adi-
89 re, nec hoc repugnat iurib. præcedẽtibus, † quia id, quod monachus non habeat nolle, non sic intelligitur, ꝙ nunquam habeat interuenire voluntas monachi, alias sequeretur, ꝙ si monachus est electus in prælatum, Abbas solus posset acceptare electum, quod est ridiculum. quia immo requiritur consensus electi, vt in d. c. si religiosus. huic posset responderi, ꝙ in istis concernẽti-
bus personam mere monachus habeat velle & nolle, licet. n. additio sit actus personalis, tamẽ finis eius tendit ad res. immo intelligitur sic, ꝙ non potest aliquid velle non consentiente abbate, vnde reiecta sua ratione placet mihi opin. d. Ang. & noua & subtili ratione, quia tex. in l. fi. C. de bo. quæ lib. loquitur, quã do defertur filio hæreditas aduentitia, cuius proprietas resident in persona filij, quo casu disponitur, vt dictum est, causa seruandæ ęqualitatis, vt dicit Ang. & bene, ꝙ in monacho illud nõ est considerandum, quia incontinenti quicquid quærit, monaste-
90 rio quærit, vnde magis † videtur monachus æquiparari filio, cui defertur hæreditas profectitia, q̃ filio, cui defertur hęreditas aduentitia. Sed in hęreditate profectitia stat regula, ꝙ si filius non vult adire, non quæritur patri, quia vtriusq; voluntas requirit, vt l. si quis mihi bona. §. iussum. de acq. hęr. & plene Bart. declarat in l. is qui hęres. §. fi. ff. eo tit. ergo non videtur, ꝙ monasteriũ inuito monacho possit adire. Nec potest dici, ꝙ per legem finalem ius antiquum in hęreditate profectitia sit correctum, quia hoc est impossibile, quia si hoc esset patre repudiante, acquireretur hęreditas filio, quod non reperitur iure cautum in profectitiis. Præterea cum illa lex sit correctiua iuris antiqui, non extenditur vltra casum suum, vt l. pręcipimus. in fi. C. de appel. & hoc modo arguendi vtitur Bar. in l. j. ff. de vul. & pup. in fi. quæstione. Item quia non est eadem ratio, quæ in hęreditate aduentitia, in qua seruatur ęqualitas inter patrem & filium, quod nõ est in casu nostro, quoniam patre repudiante filius nõ posset adire, vt dictum est. considera etiam, ꝙ illa lex principaliter fuit inducta in fauorem filij, cui quæritur proprietas, quę non est co-
91 siderabilis in hęreditate profectitia. Tertio quęritur, † vtrũ mo-
c nachus c hęreditatem non aditam transmittat ad monasteriũ. Super quo distingue tres casus, quia aut loquimur de hęreditate patris, vel aui, vel de materna, vel extranei. Primo casu pũctus
92 stat in hoc. † Vtrum monachus desinat esse suus, nam si non desinat, videtur, ꝙ transmittat per l. ex militari. §. fi. ff. de mili. test. & quod ibi per Bar. si desinit, stat regula in oppositum, ꝙ hęreditas non adita non transmittitur, super quo puncto videtur cõcludere Bal. in l. j. C. qui admitti. dum allegat l. si ex causa. §. Papi. & quod ibi no. ff. de minor. ꝙ monachus desinat esse suus, & propterea hęreditatem non transmittit. p̃rium tenuit ipse idem in l. apud hostes. in fi. C. de suis & legi. & l. Deo nobis, C. de epis. & cle. Nec ob. dicit ipse, ꝙ monachus nõ est in potestate patris, iuxta no. in l. si ex causa. §. Papi. quia non valet consequẽtia, aliquis non est in potestate, ergo non est suus, vt patet in posthumo, qui nascitur post mortem testatoris, nam ille nunq̃ fuit in potestate, & tamen est suus patri vt l. Gallus. §. videndum. ff. de lib. & posth. & l. posthumorum. ff. de iniusto testa. Sed ista ratio nihil valet, quia licet non sit vere suus, fingitur esse suus, quia posthumus ad sui fauorẽ hr̃ pro nato, vt l. qui in vtero. ff. de statu hominum. sed monachus nec est vere in potestate patris, nec fingitur esse, sicut posthumus fingitur fuisse, vt dixi, & ideo non est simile. Pręterea dicit ipse, emancipatus non est in potestate, & tamen succedit ad similitudinem suorũ, vt l. meminimus. in fi. C. de legi. hęr. Sed illa ratio minus valet, quia non succedit vt suus quo ad effectũ transmittendi, vt traditur in l. ventre. de acquir. hęre. Pro hac sua conclusione arguo sic, non p̃ negari, ꝙ monachus in successione parẽtis succedit perinde, ac si nõ esset ingressus, vt p̃ in d. l. Deo nobis. ver. nullo obstaculo, est igit ille monachus ficte suus, & sic non vere. sed dispõ. l. quę loqtur de suitate quo ad aliquem effectũ ipsius comprehendit etiam sñũ ficte. dr̃ aũt ficte suus ille, qui non est vere in potestate. ita p̃bat tex. no. in l. lege Cornelia. §. fi. ff. de testa. ergo vr̃, ꝙ ille monachꝰ transmittat, quia fingitur esse in potestate quo ad hoc, & per cõ sequens esse suus, & illo modo concludet primum argumentũ. Bal. in contrarium facit fortissime, quia non potest negari, ꝙ ille monachus quo ad quędam nullo modo vere, vel ficte est in potestate patris, sed ille, qui censetur, vel fingitur esse in potestate quo ad quid, & non quo ad oĩa, non potest dici suus quo ad effectũ suitatis, sicut si totaliter fingeretur esse in potestate. casꝰ est sing. qui hoc determinat in ratione sui, in l. j. §. quęri potest. ff. de suis & legi. ergo vr̃, ꝙ iste monachus non transmittat. & licet passus sit dubius per prędicta, placet mihi opin. Bal. in d. l.
93 Deo nobis. per illum text. qui clare hoc probat. † dicit enim in

succes-

ADDITIONES.

a VIN. GOD. Hæreditas defertur monasterio immediate, & non mediante persona monachi. Hinc est, ꝙ si monacus decessit ante aditam hæreditatẽ, potest tamen monasterium adire secundum cõem opi. de qua p Cor. ꝑ. 88. li 2.

b VIN. GOD. Monacho repudiante hæreditatẽ an monasteriũ illã adibit. Vide Soc. in cons. 183. in prin. lib. 2. incipit, eleganter sunt omnia discussa.

c VIN. GGD. Monachus, an transmittat hæreditatem non aditam. Vide Soc. in cons. 81. in præsenti. circa principium, lib. j & insuper adde, quando monachus transit ad aliud monasterium, quod eidem monasterium succedat. Gozz. cons. 51. lib. 2. & de hoc late per Pet. de Perusio in tract. de mut. stat. perso. post princ. nu. 10 cum seq. habetur in li. 10. tract. fol. 287.

ſucceſſione inteſtati, ꝙ monachus ſuccedit patri ſecundum leges noſtras, nullo obſtaculo ei generando ex ingreſſu, ſed ſi monachus non ſuccederet vt ſuus, tunc eſſet aliquod obſtaculum in filio ſuccedendo ſecundum leges veteres, quæ acquirunt hæreditatem filio ipſo iure ex capite ſuitatis, ergo remanet concluſio prædicta vera. non obſtat tex. in c. quæri poteſt, quia poſſumus dicere, quòd hæc lex vltra procedendo vult caſum fictum haberi pro vero, vnde idem iudicatur quod de vero, vt l. filius. in prin. ad l. fal. & l. Gallus. §. ꝙ ſi is. & quod ibi per Bal. de lib. & poſthu. & hoc eſt tenendum, quicquid dixerit Guil. Spec. in tit. de ſta. mon. §. j. & 2. vbi voluit, ꝙ filius, qui ingreditur monaſterium, deſinat eſſe ſuus, & ꝙ nepos ex eo tanquam ſuus debeat inſtitui, & ſuccedens in locum patris, quod dictum non placet Bal. in auth. ſi qua mulier. C. de ſac. ſanc. eccl. per ea, quæ ſ̃. dixi-
94 mus. Secundo caſu, videlicet †cum quęritur de ætate materna, dicendum eſt ſecundum Iac. de Are. & Docto. hic, quod etiam tenet Io. de Imo. in l. j. ff. de vul. & pup. ꝙ monachus tranſmittit hæreditatem ad monaſterium tanquam ad filium, vt in tex. noſtro, per l. vnicam. C. de his qui ante aper. tab. ſed id videtur male dictum, licet omnes approbent, quia vt dicunt hic Docto. in aliis concluſionib. diſpoſitio huius tex. non extenditur vltra caſum ſuum, vnde quo ad alia monaſterium non hr̃ loco filij, ſed pro communi ſententia facit text. 8. q. 3. c. ſi qua mulier. vbi videtur probari, ꝙ monaſterium computatur in numero filiorũ quantum ad diuiſionem ſubſtantię ingredientis, ſed ille canon non facit, quia ibi computatur inter filios, quo ad diuidẽdum ſubſtantiam defuncti, non quo ad tranſmittendum hæreditatẽ non aditam, & poteſt induci tex. ille ꝺ Docto. iſto modo, quia in diuiſione ſubſtantiæ ingredientis monaſterium computat̃ monaſterium loco filij in vno caſu duntaxat. ſ. ſi ingrediens prius non fecit teſtamentum, vt ibi patet, & probatur in Auth. de mona. §. illud. & ſic apparet, ꝙ extra caſum illum etiam in ſubſtantia filij monaſterium non hr̃, vt filius. vnde opin. Doct. remanet
95 dubia. Tertio caſu & vltimo, † quando defertur monacho hęreditas extranei, dicendum eſt ſecundum Bar. in l. is poteſt. de acquir. hære. & Bal. in l. j. C. qui admit. & omnes Mod. hic, ꝙ hæreditas non adita, non tranſmittitur ad monaſterium per l. vnicã. §. in nouiſſimo. C. de cadu. tol. competit tamen reſtitutio monaſterio tanquam læſo, ex hoc ꝙ monachus non adiuit, & eſt mortuus ſeculo. l. Pantonius. & quod ibi per Bar. ff. de acqui. hæred. ſed ad vltimum eſt mihi dubium, quia illa lex loquitur, quãdo hæredi ante mortem erat aliqua cauſa iuſta, propter quam nõ adiuit, ſicut minor ętas, vel abſentia, ꝙ non eſt in noſtro caſu.

SVMMARIVM.

1 *Honor, diſtrictus, & iuriſdictio, quid ſignificent.*
2 *Communitas a diſtrictu, qualiter diſtinguitur.*
3 *Iudex ſuper emergenti pronunciat, & eſt ſententia interlocutoria.*
4 *Iudex poteſt reſeruare exceptiones contra teſtes poſt ipſos receptos.*
5 *Terminus vnus, & idem poteſt aſſignari ſuper pluribus articulis compatibilibus.*
6 *Termini probatorij lapſus ipſo iure, excludit nolentem producere teſtes.*
7 *Exceptioni fidelitatis, cum corruptione opponi poteſt, etiam poſt ſententiam.*
8 *Iudex, quando non poſſit excipientem expellere.*
9 *Exceptionem peremptoriam, nunquam repellit præſumpta calumnia.*
10 *Excipiens ſemper admittitur, vbi patitur grauamen irreparabile.*
11 *Articuli, quando ſunt incompatibiles, iudex non poteſt aſſignare terminum ſuper vtroque.*
12 *Iudex ex officio ſuo poteſt aſſignare terminum ad probandum parti non petenti.*
13 *Teſtium receptio aliud, & examinatio aliud.*
14 *Iudex cum examinat, etiam ſi interrogatoria non dentur a parte, debet ex officio ſuo diligenter teſtes interrogare.*
15 *Teſtibus non creditur in quinque caſibus hic no. 17. 18.*
16 *Iuriſdictionis per acquiſitionem quaſi poſſeſſionis in vna ſpecie nõ probatur acquiſitio quaſi poſſeſſionis in altera ſpecie.*
19 *Infamia facti non repellit totaliter teſtes, eſt tamen in iudicis arbitrio. 20.*
21 *Libello quando duo narrantur, quorum vnum venit qualificatiue ad alterum, debent ambo illa probari.*
22 *Teſtis, ſi probatur corruptus, non propter hoc præſumitur dixiſſe falſum.*
23 *Teſtes, quando ſunt pares numero, quibus magis credendum.*
24 *Teſtis vt concludat de continua poſſeſſione, quid dicere debeat.*
25 *Interdicto vti poſſidetis plures cauſæ vincendi.*
26 *Poſſeſſio ſequens præſumitur clandeſtina probata antiquiori.*
27 *Iura incorporalia, an duo poſſint inſolidum quaſi poſſidere.*
28 *Interdicto vti poſſidetis repellitur quis, quando ſua poſſeſſio eſt iniuſta. 29.*
30 *Verbum euidentiſſime, quid ſignificet.*
31 *Libelli forma in interdicto vti poſſidetis.*
32 *Dominus poteſt agere pro moleſtatione ſubditorum ſuorum.*
33 *Teſtes vel inſtrumenta, an poſſint produci poſt lapſum termini.*
34 *Concluſio facta in cauſa, non obſtat in cauſa appellationis.*
35 *Iudex ſi ſtatuit terminum cum comminatioñe, ꝙ vlterius eum non audiet, re integra poſt lapſum termini debet audiri.*
36 *Pars poſt lapſum termini, quando audiatur.*
37 *Cauſa, ꝙ ſit ſummaria, debet potius operari dilationem eſſe magis peremptoriam quam minus.*
38 *Iudex ex officio poteſt ad rei defenſionem producere teſtes.*
39 *Interlocutoria, quædam eſt aſſignatio termini.*
40 *Interlocutoria iudicis aſſignantis terminum limitatur a cauſa.*
41 *Terminus aſſignatus a iudice, qui eſt miniſter l. debet idem operari, quod terminus aſſignatus a lege.*
42 *Teſtis receptus poſt lapſum termini parti non opponenti, an recipiatur nulliter.*
43 *Iudex ſi abſque cauſa concedat ſecundam dilationem, eſt nulla ipſo iure.*
44 *Termino lapſo probandi a lege vel ſtatuto, an noua dilatio dari poſſit.*
45 *Excluſio legis fortior, quam hominis.*
46 *Concluſio in cauſa fortius excludit probare volentem, quã quilibet terminus.*
47 *Teſtes iurare in termino, an ſufficiat.*
48 *Actus inualidus, quando confirmatur, denominatur a confirmante.*
49 *Teſtis dictum abſque iuramento eſt inualidum, ita iuramentum ſine dicto.*
50 *Iudicis negligentia non conuincitur, niſi appareat de proteſtatione partis.*
51 *Pars ſi fecit diligentiam, vt teſtis examinaretur in termino, tunc poterit poſtea examinari.*
52 *Teſtis dictum non continetur in iuramento.*
53 *Fictio translatiua, quando non habeat locum.*
54 *Terminus legalis fortius excludit, quam terminus hominis.*
55 *Verba, debeas probauiſſe, ſignificant actum perfectum.*
56 *Clauſula ad probandum & probatum habendum per omne genus probationis, quid operetur.*
57 *Iudex ex officio, ſi vult deferre iuramentum, non impedit eum concluſio.*
58 *Excluſus a facultate probandi aliter, quam per ſcripturam, non poteſt petere iuramentum ſibi deferri.*
59 *Dilatio concedi non poteſt, niſi parte citata, etiam ſi vellet poſtea ratificare.*
60 *Teſtis poſt ſententiam, an & quando poſſit reprobari de falſo.*
61 *Terminus ſi eſt aſſignatus ad opponendum, videtur ſatis cognitum de cauſa.*
62 *Iudex, qui pronunciat ſuper principali, videtur pronunciare ſuper incidenti.*
63 *Exceptio falſi, an & quando poſſit opponi poſt ſententiam.*
64 *Abſolutoria in ciuili non parit exceptionem in criminali.*
65 *Probationes factæ in iudicio criminali, faciunt fidem in cauſa ciuili.*
66 *Inſtrumentum de falſo poſt ſententiam reprobari poteſt.*
67 *Iuramenti delati de falſitate poſt ſententiam quæri non poteſt.*
68 *Teſtis corruptionem, an ſufficiat probare ſine falſitate.*
69 *Teſtis corruptus pecunia repellitur a teſtimonio, & punitur de falſo.*
70 *Teſtis, qui conuincitur circa corruptionem, poteſt puniri pœna falſi.*
71 *Factum qualificatum qui deducit, an teneatur probare vtrunque factum, & qualitatem.*
72 *Dictio cum, quando coniungat.*
73 *Contrahentium mens in contractibus potius attẽditur in natura rei, quam formalitas & verborum proprietas.*
74 *Factum deducens qualificatum, ſi vnum tantum probat, iudex ex officio poteſt illum condemnare.*
75 *Accuſator deducens diem maleficij in libello, ſi probat de altero die, debet ſequi abſolutio.*
76 *Delictum probare abſque qualitate, an ſufficiat.*
77 *Officium iudicis in cauſa criminali ad condemnationem rei non exuberat.*
78 *Clauſula, quare petit reum condemnari ſecundũ formã iuris, et ſtatutorũ, &c.*
79 *Clauſula, ſuper quibus omnibus & ſingulis intendimus ex officio requirere.*
80 *Statuti ex forma, quando poſt duos menſes de delicto cognoſci non poteſt, an comprehendat delictum qualificatum.*
81 *Probationes, quando ſunt omnino æquales, tunc iudex poteſt ponere ſortem.*
82 *Sorti nunquam eſt locus, niſi cum tractatur de probatione vnius perſonæ ad alteram.*
83 *Pignus, quando obligatur duobus creditoribus eodem tempore vnicuique acquiritur pro parte.*
84 *Duobantes duo æqualiter, ſe poſſidere, videtur ꝙ vnicuique ius acquiratur pro dimidio.*
85 *Pars, quando videatur ſuſpicari ſe poſſe repelli a poſſeſſione. 87.*
86 *Poſſeſſio reſpectu interdicti vti poſſidetis conſideratur tẽpore litis conteſtatæ.*

CAP. IX.

LIcet cauſam. In interdicto vti poſſidetis vincit, qui melius probat de poſſeſſione eiuſdem temporis, vel qui probat de titulo, vel qui probat ante litem motam poſſeſſionẽ, & diuiditur in quinq; partes. In prima ponitur commiſſio & proceſſus deciſus. In ſcda ibi porro, ponitur exceptio rei ꝺ perſonas teſtium in re petita actoris, & iudicis interlocutio. In tertia ibi, poſt hoc, ponitur noua exceptio rei ꝺ perſonas & dicta teſtium, exceptionis admiſſio & aſſignatio termini. In quarta ibi, quanquam, ponitur reprobatio teſtium ex parte rei ex multiplici capite. In quinta & vltima ibi, ex præmiſſis, præmittitur ratio decidendi, & ſequitur ſententia. No. primo ibi, diſtrictu, ho-
1 nore & iuriſdictione, † ꝙ iſta diſtinguuntur vt ſpecies diuerſæ. ſ. honor, diſtrictus & iuriſdictio. ſignificat. n. honor ſecundũ Ioã. An. reuerentiam extraiudicialem, & vt quis honorifice ſuſcipiatur, iuriſdõ autem ſignificat cognitionem cauſarum ciuilium & crialium, diſtrictus ãt executionẽ pœnarum, & quãlibet coactionem

ctionem actualem, ſed hoc non vr̃ bene dictũ, quia aut nomen iurisd. hic capitur vt ſpecies diſtincta a mero & mixto imperio, vtroq; .n. modo capi poteſt ſm gl. inl. Imperium. ff. de iuriſ. om. iud. & in Auth. de defen. ciui. §. & iudicare. ſi capitur primo modo, tunc comprehendit etiam merum imperium, quo ad execu tionem actualem, vt traditur in dictis iuribus, ſi capitur ſecũdo modo non comprehendit cognitionem cauſarum crĩaliũ, qa illa eſt meri imperij, & non poteſt committi, niſi ex cauſa, vt l. j. §. j. & ibi no. ff. de offi. eius cui mand. eſt iuriſd. dicamus ergo & melius, ꝙ iuriſdictio dicit cognitionem cauſarum ciuilium, diſtrictus merum & mixtum imperium, & aduerte, quia iuriſdictio diſtinguitur a diſtrictu modo prædicto, reſpectu eiuſdẽ loci. † qualiter diſtinguatur communitas a diſtrictu, & quæ ſit differentia inter iſta nomina, hæc eſt alia qõ, ſuper qua vide, quod hr̃ in c. inter dilectos. in prin. de fi. inſtru. & in cle. ne Romani. §. ſane. de ele. vbi plene Pet. de Ancha. & in c. cum ad ſedem. s̃. de reſti. ſpo. & quod ponit notanter Bal. in c. j. de capi. qui curi. vendi. & in l. j. §. cum vrbem. ff. de offi. præfec. vr. & l. etiam. C. de iure do. Tertio no. ibi, interloquendo decreuimus, ꝙ † ſup emergenti iudex pronunciat, & eſt ſententia interlocutoria, de quo in c. j. s̃. de or. cogn. Quarto no. ibi j̃. trium menſium, duo ſemper mentitenenda. † Primum eſt, ꝙ licet iudex exceptiones, quæ opponuntur p̃ teſtes, poſſit reſeruare poſt teſtes receptos & publicatos, vt in c. præſentium. j̃. de teſti. ſi tamen vult, poteſt ẽt admittere partem excipientem ad probandum incontinẽti dictas exceptiones. dum tñ non retardetur [a] examinatio teſtium in cã principali, quia hoc eſſet p̃ tex. in auth. ſi dicatur. C. de teſti. ſup quo vide tex. & quod ibi no. gl. j. in c. cum cauſam. in prin. j̃. de teſti. † Secundo habes colligere ex hoc ver. ꝙ ſuper pluribus arti. compatibilibus poteſt aſſignari vnus, & idem terminus, cõcor. tex. in l. generaliter. §. pe. C. de reb. cre. & ibi per Bart. & eſt gl. in cle. j. in verbo donationem. de ver. ſig. & plene diximus in c. preterea. s̃. de dilatio. Quinto no. ꝙ † lapſus termini probatorij ipſo iure excludit nolẽtẽ producere teſtes, nec diſtinguit hic, vtrum res ſit integra vel non. & ſic non vr̃ eſſe vera doctrina Bar. in l. fi. ff. de feri. & in l. mancipiorum. ff. de opti. leg. de qua hic pleniſſime per Ant. de But. & Moder. & vlterius pondera ver. nullatenus audiendum, ꝙ etiam ſi parte non opponente aliquis producat teſtes poſt lapſum termini eo caſu, quo non poteſt producere ipſo iure, non valet productio. facit opt. tex. cum glo. in auth. ſi qua mulier. C. ad Velle. de quo etiam dicetur pleni[9] in gl. Sexto no. ibi, quod corruptum, &c. ꝙ † exceptioni fidelitatis cum corruptione poteſt opponi etiam poſt ſententiam, de quo in gl. & vlterius ex eodem ver. collige ſecundum d. Ant. ꝙ quicquid licet opponere poſt ſententiam, multofortius ante, licet teſtes ſint publicati, ꝙ facit ad no. in c. iurauit. s̃. eo. Septimo no. & tene menti ibi, nonnulli crederent, &c. ꝙ † ſi pars excipiens non eſt in manifeſta calumnia, ſed ſolum iudex præſumit p̃ partem, non poteſt iudex excipientẽ repellere, ſed Inn. in c. poſt electio. de conceſ. præb. d. Ant. & d. Abb. in notabilibus intelligunt, qñ vel præſumptio calumniæ eſſet leuis, tunc. n. non poteſt iudex repellere exceptionem peremptoriam, vel quaſi, ſed declinatoriam bene poſſet ex leuiori præſumptione repellere ſecundum eum. ad hoc. c. pia. de excep. in 6. poſſit tamen iudex, ſi ſuſpicare tur leuit. de calumnia deferre iuramentum calumniæ excipienti, ſicut dicitur in c. paſtoralis. j̃. de excep. & in c. 2. de iura. cal. li. 6. ſecũdum d. Ant. hic. Tu autem aduerte, quia Bal. in l. j. in vlt. char. C. qui acc. non poſ. vr̃ ſimpliciter tenere per illum tex. † ꝙ nunquam præſumpta calumnia, & ſi ſit vehemens præsũptio, repellit exceptionem peremptoriam, vel quaſi: ex verbis tamen ſuis colligitur diſtinctio multum æqua, videlicet, ꝙ aut reiectio exceptionis ex calumnia præſumptiua pareret excipienti præiudicium irreparabile ſaltem in alio iudicio, & tunc non debeat excipiens repelli, aut pareret præiudicium irreparabile, & tunc poſſit repelli pro primo dicto poteſt adduci tex. iſte, quia hic ſi excipiens ſuccumberet interdicto vti poſſidetis, efficeretur de reo actor in iudicio petitorio, incumberet ſibi onus probãdi dominium, vbi alias non incumberet, & ſic poſſet parari præiudicium irreparabile, quia per hoc poſſet contingere, ꝙ abſolute perderet in cauſa proprietatis, vel ad minus grauaretur irreparabilitas onere probandi, ſed prima conſideratio eſt melior. Pro ſecundo dicto bene facit tex. in l. defendere. in fin. & quod ibi p Bar. ff. de auc. tut. & tex. in c. ſuſcitata. s̃. de reſti. in integ. & iſta diſtinctio magis placet, quam id, quod ſing. dixit Bal. in hoc articulo in l. in p̃ctibus, in princ. C. de non nu. pecu. vbi diſtinxit inter implorantem officium iudicis & inter excipiẽtem, vt primo caſu poſſit quis repelli per tex. noſtrum, † & ꝙ vbi patitur grauamen irreparabile, debeat admitti excipiens, etiam ſi præſumat̃ de calumnia p̃ ipſum, videtur eſſe caſus a contrario ſenſu in c. ſolicitæ. de reſti. ſpo. vbi tex. innuit, ꝙ poſtquam ſpoliatus fuerit reſtitutus. bene poterit agere de adiuratis, licet preſumptio ſit p̃ agentem. ſicut ergo ibi non repelleretur agens, ita nec excipiẽs, quia reus in exceptione efficitur actor, vt l. j. ff. de excep. Io. An. ſingulariter in ti. de iudice delegato. §. reſtat. in addit. magna. iuxta fi. videtur clare ſentire, ꝙ tunc iudex propter præſumptã calumniam poſſit excipientem repellere, quando ſubeſſet iuſta cauſa. v.g. quia ſupereſſet parum temporis dati ad dicẽdum, & iudex timeret incurrere pœnam, ſed cum iudici ſit datum aliud remedium, & ibi dicitur, nõ debet auferri ius partis, vnde mihi placet diſtinctio ſupradicta, quæ eſt multum æqua. Octauo no. in ver. indulto, ꝙ † qñ articuli ſunt ſimul incompatibiles, iudex non poteſt aſſignare terminum ſuper vtroque, ſed bene vno & eodẽ actu poteſt plures terminos aſſignare ſucceſſiue, de quo dic, vt in c. præterea. s̃. de dila. & per Bar. in l. 2. in fi. ff. de re iudi. Et vlterius ex iſto ver. collige, ꝙ dictio ex tunc, habet hanc virtutem, quia ſuſpendit actum & interlocutoriam iudicis, vſque ad extremum tempus, quod ſignificat, niſi forte diceretur, ex tunc prout ex nunc. tunc. n. videretur eſſe intentio iudicis, vt traheret̃ retro effectus ſententiæ, de qua clauſula vide quod traditur in c. præterea. j̃. de ap. & l. huiuſmodi. ff. de ver. ob. per Bal. in c. j. de mil. vaſ. qui contu. eſt. & de dictione tunc, habes tex. in l. 4. ff. de cond. & dem. Secundo collige ex eodem ver. ꝙ † iudex ex officio ſuo poteſt aſsignare terminum ad probandum parti non petenti, etiam ſi non ſit timor, ꝙ pereat inſtantia. nam de iure cano. inſtantia eſt perpetua, vt in c. pe. s̃. de iudi. quod facit optime ad notata per Bar. in l. j. C. de dila. & in l. 4. §. hoc autem. de dam. infec. Tertio potes colligere ex eodem ver. ibi recipere, ac examinare curarent, ꝙ † aliud eſt receptio teſtium, aliud examinatio. & ideo poteſt inferri, ꝙ ſi collega committit collegæ receptionem teſtium, non videtur committere examinationẽ, maxime quia plus eſt examinare, quam recipere teſtes, & iuramentum, & plus induſtriæ requiritur, & etiam eſt maioris effectus, ar. eorum, quæ tradit Bar. in l. 3. ff. de iuriſ. om. iud. vnde cum alias iſta quæſtio hic eſſet de facto, & ego allegarem hoc, aduocatus partis aduerſæ allegauit ſtilum & conſuetudinem, ꝙ deputatus ad recipiendum teſtes, intelligebantur poſſe examinare teſtes, de iure autem eſſet dubium, multum facit in p̃rium iſte text. non tamen determino pro nunc Nono collige ſecundum Docto. ꝙ † iudex cum examinat, etiam ſi interrogatoria non dentur a parte, debet ex officio ſuo diligenter teſtes interrogare de omnibus circunſtantiis, & multofortius de cauſa. Ego autem põdero ex iſto tex. ꝙ iccirco Papa mandat hic ſpecialiter fieri, ꝙ præſumebat de calumnia p̃ partem excipientem. ideo iudex eſſet in minori culpa, ſi quando timet de calumnia & falſitate, non inquireret ſubtiliter. & ex hoc forte poſſet attentari vnum nouum in iſta materia, ꝙ quando iudex habet teſtem probabiliter ſuſpectum, vel partem producentem teſtem, ſi non interrogat de cã ſcientiæ, non valeat dictum teſtis, licet pars hoc non petierit, vel ad minus videtur, ꝙ pars, p̃ quã fuit productum, etiam poſt publicatas atteſtationes poſſit petere teſtem receptum vt interrogetur de cauſa, quia iudex videtur fuiſſe in dolo, vel in diſſoluta negligentia, quæ comparatur dolo, ex quo teſtis, vel pars erit ſuſpecta, de quo tamen dic, vt no. Inn. & Doc. in c. per tuas. j̃. de teſti. Decimo colligo ex ver. quanquam. vſq; ad ver. id quoque teſtes † excluſiue, quinque caſus [b] ex quibus teſtes repelluntur a teſtimonio. Prim[9] eſt, ſi contradicunt ſibi ipſis, vt l. eos. in prin. ff. de falſis. 4. q. 3. c. qui falſa vel varia. Scds eſt, ſingularitas teſtiũ, ſi non habet conteſtes. 3. q. 9. c. nihilominus. & pondera iſtum tex. ſing. cum hic agatur de probanda iuriſdictione, videbantur admitti teſtes ſing. ſecundum Inn. & Doct. in c. cum oporteat. j̃. de accu. & Bal. in l. j. C. de teſta. & in l. teſtium. C. de teſti. cuius contrarium videtur probari hic, niſi dicas, ꝙ hic teſtes erãt ſingulares, quia deponebant de actibus inferentibus diuerſam ſpeciem iuriſdictionis. v.g. vnus deponebat de actu meri imperij, alter de actu ſimplicis iuriſdictionis, alter de honore & reuerẽtia extraiudiciali, & ex hoc intellectu ſic declarato infertur non minus no. † ꝙ per acquiſitionem quaſi poſſeſſionis iuriſdictionis in vna ſpecie non probatur acquiſitio quaſi poſſeſſionis in altera ſpecie, de quo per Innocen. & Anto. de Butr. in cap. dilectus. infra de capel. mona. & per Moder. in capit. j. de relig. domi.

plenil-

ADDITIONES.

a Non retardetur. Tu uide omnino Lanfranc. de Oria. in repet. c. quoniam contra falſam. in §. teſtium depoſitiones. in colum. 66. de proba. in ver. pro declaratione præmiſſorum.

VIN. GOD. Adde Barth. Socin. in conſil. 244. conſiderata. uerſicu. ſed huic. lib. ſecundo.

b VIN. GOD. Not. hic quinque caſus pulchros, in quibus teſtibus non creditur. Teſtes recepti poſt proceſſus publicationem fidem non faciunt, & ſic non probant. Ruin. conſil. 164. nume. 4. lib. 4. Teſtes uarij in circunſtantiis, quæ negocium principale concernunt, non probant. Ruin conſil. 150. nu. 9. lib. 5. Teſtes recepti ante inquiſitionem, & parte non citata non probant. Ruin. conſil. 10. num. 9. lib. 5. Teſtes in aliquibus uarii non probant etiam in his, in quibus ſunt concordes. Rui. conſ. 158. num 10. lib. 5. Teſtes deponentes de credulitate, etiam quod dicant, ſe pro certo credere, nõ probant. Rui. conſi. 6. nu. 11. lib. 5. Et teſtes de facto conuicti in uno, ſunt repellendi omnino. Rui. conſ. 158. nu. 7. lib. 2.

pleniſſime per d. Ant. in c. ſi. de cau. poſ. & proprie. per Bal. in l. 2. C. de ſerui. & aqua. & tãgit Bar. in l. 3. §. ſi quis hoc interdicto, de iti. actuq; priua. & in l. ſi publicanus. in prin. ff. de publi. nam ſi ex acquiſitione vnius ſpeciei infertur ad aliam, ex quo ꝑ omnes actus infertur ad vnum effectum, viderentur teſtes probare, vt dicunt Doc. in locis præallegatis. Tertia cauſa eſt, † qñ teſtes ꝯ dicunt vnus alteri & producuntur ab eadem parte, tũc. n. derogant ſibi fidem. vt patet ibi, quia ſibi inuicem, & mirandũ eſt, quomodo d. Abb. in no. hic errauit, qui expreſſe tenet, hunc tex. ſolum loqui, qñ teſtis ꝯ dicit ſibimet, nam hoc dr̃ in ver. q̃q̃, ibi, ſibimet in ſerie ſui teſtimonij, &c. ſed in ver. ad reprobãdũ, ibi, quia ſibi inuicem, &c. loquitur de teſtibus, quorum vnus ꝯ dicit alteri, quod ſignificat iſta dictio inuicem. & aduerte, quia iſte tex. debet reſtringi, qñ ꝯ dicẽtes ſunt æquales numero, iuxta no. in c. cum tu. j. ti. proxi. licet ita ſimp̃r dicat. Quarta cã † eſt, infamia facti, quinta eſt leuitas, quæ ſignificat hominem mendacem ſine præiudicio alterius ſm d. Abb. antiquum hic, qui arguit ꝯ eum, qui facile credit, ſm glo. 7. q. 5. c. nolumus. & in his duabus cauſis tene menti hunc tex. no. ſm Doc. quia probat clare, † ꝙ infamia facti non repellit totaliter teſtem, niſi iudex arbitretur eum totaliter repellendum. & ſic intellige, ꝙ erit in arbitrio iudicis, de quo vide in c. teſtimonium. j. de teſti. & in l. j. C. de ſum. tri. & fide catho. per Bar, poteſt etiam exponi iſte ver. ſm Abb. Moder. ꝙ cum dicit nulla, referatur ad infamiam facti, cũ dr̃ modica, referatur ad hominem leuis opinionis, & ſm hoc ꝓbaret iſte tex. ꝙ infamis infamia facti totaliter repellitur, ſed prima expoſitio melior. tñ quia ex verbis tex. vr̃ colligi, ꝙ quia iſtæ duæ qualitates infamia & leuitas erant ſimul in iſtis teſtibus, vñ non poſſumus dicere, ꝙ aliquibus eorum crederetur aliquid, & aliquibus non, cum omnes hr̃ent eandem qualitatem. Secũdo, quia iſta verba, eorum dictis nulla pro modica, generaliter referuntur ad precedentia, & ſic vñr dicta tam de leuibus, quam de infamibus, & ſecundum hoc no. ſingu. † ꝙ eſt in arbitrio iudicis repellere totaliter, non ſolum ſi ſit infamis infamia facti, ſed ẽt ſi ſit leuis opinionis. Vndecimo no. in ver. idem quia. ſm Doct. communiter, ꝙ † qñ vnus narrat duo in libello, quorum vnum venit qualificatiue ad alterum, dz ambo illa probare, alias ſuccumbit. concor. tex. in l. diuus, ff. de re iud. vnde dicit hic Io. An. & ibi Bart. ꝙ bona cautela eſt proteſtari in fi. articulorum. & libelli, ꝙ non aſtringit [a] ſe ad probandum omnia capitula per ſe narrata, ſed ſolum neceſſaria pro victoria. tamen aduerte, quia iſte tex. non vr̃ probare hoc, qm̃ in ipſo, vt patebit, j. in gl. nõ ſufficiebat probare corruptionem ſine falſitate, vel eꝯ, de quo dicetur plene in gl. quid autem ſit in præcepto iudicis qualificato. dic, vt in c. cum dilecti. j. de dolo & contu. & hic aliqualiter ꝓ Abb. in notabilibus. Duodecimo † collige ſing. ex iſto tex. ꝙ ſi teſtis probatur eſſe corruptus, non propter hoc præſumitur dixiſſe falſum in reliquis, nec annullatur eius teſtimonium vt falsũ, licet puniatur pœna falſi vt falſarius, ſecundũ Bar. in l. j. in prin. ff. ad l. Cor. de fal. ſed hoc videtur eſſe falſum & impoſſibile, qa teſtis, qui conuincitur de corruptione, conuincitur de periurio & falſitate, cum. n. teſtis iuret, ꝙ non mouit ad teſtificandũ prece, precio, &c. ſi reperitur fuiſſe corruptus, apparet, ꝙ iurauit falſum ſm Bal. in l. ſi quis teſtibus. C. de teſti. & teſtis falſus in vno capitulo eſt falſus in omnibus. Inn. & Doct. in c. fraternitatis. j. de hæreticis, & in l. ſi ex falſis. C. de tranſact. ergo videtur hic, ꝙ præſumptiue probetur falſitas probata corruptione. potes ſoluere altero de tribus modis. vel ꝙ prædicta doctrina Doctorũ non eſt vera per illum. vel meli⁹, ꝙ aut teſtis deponit falſum in vno capitulo ex his, quæ immediate pertinent ad negocium deductum in iudicio, & tunc ſit vera doctrina Doct. aut in his, quę pertinent mediate in exemplo corruptionis, & tunc non cẽſeatur falſus in negocio principali, fateor tñ de iure canonico indubitãter iſte teſtis ex ſola corruptione poſſet repelli, qñ exceptio opponeretur tempore legitimo, ideſt ante lapſum termini, idẽ etiam credo de iure ciuili, vt l. 3. §. l. Iulia, ff. de teſti. tamen quia corruptio facta in cauſa, in qua teſtis producitur, vulnerat fidẽ teſtis, ſicut periurium, & etiam quia, vt ſ. dixi, teſtis corruptus ꝯ nincitur de periurio, ergo ſequitur, ꝙ videtur, etiam de iure ciuili repelli, & ita probat tex. in l. ſi quis teſtibus, in fi. C. de teſti. ita etiam ſentit Spec. in tit. de teſte. §. j. ver. item ꝙ eſt corrupt⁹, & hoc qñ probatur corruptio facta in illa cauſa, ſi autem probaretur corruptio, vel periurium in alia cauſa, tunc forte ſtandum eſſet regulæ, de quo tñ dic, vt traditur in c. teſtimonium. j. de teſti. & adde, ꝙ qñ teſtis corrumpitur, vt nõ deponat teſtimoniũ, tunc creditur teſti, ſi poſtea per partem, in cuius præiudiciũ fuit corruptus dicat ꝯ corrumpentem, vel etiam pro corrumpente, iſte eſt caſus ſing. quem ibi ponderat Bal. in c. j. circa medium. ſi de inueſti, inter do & vaſ. lis oriatur. Tertiodecimo no. ꝙ quando † teſtes ſunt pares numero, illis magis creditur, qui deponũt magis conuenientia, vel veriſimilia, & qui præſumũtur melius informati, propterea dicit gl. no. in c. cum eccleſia Vlterana. de elec. & Inn. in c. auditis. j. de præſcriptionibus, ꝙ magis creditur teſtibus, qui iuuant intentionem iuris communis, quam deponentibus pro eo, qui ſe fundat ſuper iure ſpeciali. Quartodecimo no. ibi, a 60. annis, ꝙ † ad hoc vt teſtis concludat de cõtinua poſſeſſione debet dicere, ꝙ Titius poſſedit a 60. annis & citra [b] cum copula, de quo vt per Bar. in l. Celſus. ff. de vſucap. & hic ꝓ Io. An. & Mod. qui etiam ponunt, quid ſi teſtis dicat, ꝙ poſſedit decem annis & plus, vt illa adiectio, & plus, aliquid operetur, de quo vide per Bar. in loco alleg. & in l. cum furti. de in litem iurãdo. & per Bal. in l. ſi quis in ſuo. C. de inoffi. teſt. & pondera text. ſecundum Moder. quia in teſtibus communis Fauentiæ non fuit appoſita dictio copulatiua, ex quo datur intelligi, ꝙ illi nõ probant continuam poſſeſſionem, & hoc plus placet, quam id, quod alias ſcripſi ſuper illo notabili. Quintodecimo no. plures † cauſas, quib. aliquis vincit in interdicto vti poſſidetis. prima, ſi probet per teſtes meliores de ſua poſſeſſione, vt dictũ eſt. ſecunda, ſi probet de antiquiori poſſeſſione, † quia poſſeſſio ſequens præſumitur clandeſtina, vel violenta, ſecundum Io. And. hic in nouella. vnde dicit Inn. ꝙ ad obtinendum in interdicto vti poſſidetis, ſufficiebat hic probare de antiquiori poſſeſſione dumtaxat, & hoc tenet Bar. per iſtum tex. in l. ſi duo. in prin. ff. vti poſſi. & vt tu bene intelligas dicta Doct. oportet intelligere, ꝙ etiam ſi poſſeſſor non probaret fuiſſe continuatam in probata antiquiori poſſeſſione, ſequens poſſeſſio præſumeretur clandeſtina, id-eſt præſumatur acquiſiuiſſe poſſeſſionem naturalem ſequens poſſeſſionem. nam de iure ciuili non poteſt intelligi, quia non cõpeteret in priori poſſeſſione interd. vti poſſid. Item probata poſſeſſione prædicta pro priore poſſeſ. non eſt poſſibile dicere, ꝙ ſequens poſſideret aliqua ſpecie poſſeſſionis, licet etiam feciſſet ſibi præſtari aliqua ſeruitia, maxime quia poſſeſſio naturalis retinetur per ſubductionem obedientiæ ſuo ſuperiori. de hoc tamen dic, vt traditur in l. cum eo. in prin. ſ. de acquir. poſſ. per Bar. præterea etiam ſi aliquo caſu poſſet dici poſſeſſio naturalis occupata, videretur per ea recuperata, ex quo eccleſia continuauit in perceptione ſeruitiorum. & vlterius aduerte in iſto verſ. quia Papa videtur dicere, † ꝓ iſta iura inter alia, duo non poſſunt poſſidere inſolidum, ſed hoc videtur falſum & contra ea, quæ habentur in c. j. j. de iurepat. & in cle. ſi plures. eo. titu. & contra l. j. ff. de offi. conſul. & ea quæ no. Bar. in l. fur. ff. de rer. di. & l. j. §. ſi plures. ff. de exce. Ioan. An. hoc ſoluit dicens, ꝙ iſte ver. non intelligit de iuribus incorporalibus, ſed ſolum de rebus, licet incorporalibus. ſed iſta ſol. manifeſte contradicit text. in verbo ſufficienter, & in verbo per quod, & etiam prius literæ, vnde d. Abb. Mod. dicit, ꝙ quoad effectum credit idem eſſe in iurib⁹ incorporalibus, qd̃ in corporalibus, quę verba poſſunt exponi, videlicet ſi aliquis inſolidũ primo quaſi poſſidebat iuriſdictionem, alius poſtea vſurpãdo illa, quæ ſunt huius iuriſd. licet poſſit poſſidere inſolidum, tamen primo eſt clandeſtinus poſ. ideſt iniuſtus, & licet non priuet primum ſua poſſeſſione, quia cum per hanc nouam poſſeſſionem videtur turbare priorem, cum in effectu diminuat ius eius, ſaltem quo ad vtilitatẽ. ideo poterit repelli per interdictum vti poſſi. ex quibus verbis ſic declaratis habes notare ſing. duo. Primũ eſt, † ꝙ ille, qui eſt in poſſeſſione ciuili & naturali, poteſt repelli in interdicto vti poſſid. qñ ſua poſſeſſio ciuilis & naturalis eſt iniuſta, propter ſimplicẽ poſſ. in alterum præcedentem. & ſic ampliatur id quod dr̃ Bar. in l. j. §. interdictum. ff. vti poſſ. & quod no. Cano. in c. item cum quis. ſ. de reſti. ſpol. Secundum ſing. habes no. † ꝙ cum ſecũdus poſſeſſor in iuribus incorporalibus, etiam ſi concurrat cum primo & non ſpoliet primum, dicitur poſſeſſor iniuſtus, ſicut ille, qui clandeſtine accipiat naturalem poſſeſſionem vacantẽ, quæ ſingularia ſunt ſemper menti tenenda. Tertia cauſa eſt, ſi agens interdicto vti poſſid. ꝓbat de ſua poſſeſſione titulata alio non probante de titulo æque bono. & ita tenet Bar. per illum tex. in d. l. ſi duo. in præſenti ſi de eo. §. fi. ff. de acq. poſ. quia probatio, quæ fit per inſtrumentum dicitur euidentiſſima. Decimoſexto † no. in ver. euidentiſſime. no. Docto. in c. ex ratione. j. de app. & ad ea, quæ ponit Bar. in l. ſi conſtante. in prin. ff. ſol. mat. & inducitur optime iſte text. ad id quod dicitur in c. quoniam contra. j. eo. Decimoſeptimo collige † ex iſto text. formã libelli in interdicto vti poſſidetis, in qua tamen deficit vnum ſecundum Hoſtien. & Io. And. quia non fuit petitum intereſſe preteritum. Tu autem

ADDITIONES.

[a] Non aſtringit. Vide de hac clauſula Bar. in l. circa eum. ff. de proba. Inn. in c. ex parte. in glo. in uer. occaſione, de priuil. Docto. omnes in l. ſcire. ff. de excuſa. tuto.

VIN. GOD. Adde de huiuſmodi clauſula, Alex. conſ. 6. col. 2. & 3. lib. 3. Marant. de ord. iud. Memb. 3. nu. 10. fol. 181.

[b] A 40. annis & citra, &c. Vide Cuma. in conſ. 77. in fi. Alex. conſ. 80. in 3. col. uol. 4. & conſ. 112. in 2. col. eo. uol. Panor. conſi. 12. in 1. col. in 2. uol. Ange. in l. falſus. in 2. colum. C. de fur. Felyn. in c. ꝙ ad conſultationem. col. 15. de re iudic. Imo. conſi. 19. & conſi. 101.

VIN. GOD. Adde qualiter teſtes poſſunt probare poſſeſſionem, Rui. conſ. 122. num. 4. lib. 5.

autem de forma illa & requisitione ad libellum dic, vt solenniter tradit Bart.in l.j.§.in interdicto.ff.vti possi.Vltimo no. secun
32 dum Ioan.And.ℭ † superior,vel dominus potest agere pro mo
a lestatione subditorum suorum.[a]& est ratio secundum eũ, quia quando subditi molestantur,videtur molestari dominus,in Authentico vt iudices sine quoquo suffra.sed istud dictum intelligit Abb.Moder.& bene,quando subditi molestarentur & cogerẽtur parere alteri in aliquo actu iurisdictionis, & ita erat hic. vbi autem iniuria esset illata subdito nõ in contumeliam domini, vel res esset subdita,vel subditi si aliter vellet agere actione ciuili,non potest agere dominus,vt est tex.no.cum gl.sua in c.auctoritate.in fi.de priui.in 6.& no.Inno.& Moder. in c. dilecti. j. de ap.In gl.super verbo trium mensium, tractant hic Doc.diffuse,
33 vtrum testes, vel instrumenta possint produci post lapsum termini,super quo fuerunt opiniones,nam Archid.dixit absolute,
b quod neque testes,neque instrumenta[b] possunt produci, vt ipse no.30.q.5.c.iudicantem.& hanc cõ.videtur sentire Specu. in titu.de dila.§.videndum,ver.quid si data.vbi etiam no. dixit,ℭ assignato termino simpliciter ad probandum videtur esse assignatus ad probandum per instrumẽta sicut per testes, & illam opi.videtur affirmare Bar.in l.admonendi.ff.de iureiur.cum dicit,ℭ post lapsum termini instrumenta produci non possunt. Alij distinguunt,ℭ aut res est integra. i. quia ius aduersæ partis in nihilo deperijt, quia aduersarius potest probare sicut prius, & tunc admittitur productio testium & instrumẽtorum per. l. mancipiorum.ff.de optio.leg.hoc dicit Cy.post Iaco.de Are. in l.si ea.C.de acqui.pos.& sequitur hic Bal.hoc tenet Bart. in l.fi. ff.de ferijs,vbi dixit,quod quando res est integra, etiam si nullũ subsit impedimentum,vel alia causa legitima, ex hoc solo potest concedi secunda dilatio.& sicut iudex posset concedere secundam dilationem,ita possit admittere probantem sine noua dilatione, mouetur, quia si nouus terminus posset assignari in causa appellationis,vt.l.per hanc.C.de temp. ap. eodem modo videtur re integra posse assignari in causa principali. sed ista ratio non est sufficiens,quia secundum hoc si parificatur causa appellationis & principalis quo ad istud,dicitur,ℭ vbi res nõ esset integra in causa appellationis,non esset concedẽdus nouus terminus,quod nullus unquam dixit,quia text.in l.per hanc. simpliciter permittit nouum terminum assignari.Preterea dari po
34 test ratio diuersitatis clara, †sicut enim conclusio facta in causa non obstat in causa appellationis ex hoc solo, quia partes videtur se limitare ad causam principalem,quæ pendebat, vt traditur in c.fraternitatis.in fi.& c.cum venissent.j.de testi.ita possumus dicere,quod iudex assignando terminum in causa principali videatur limitasse voluntatem suam ad illam causam, & propterea non fiat præiudicium in causa appellationis.Præterea facilius permittitur exclusio in causa principali per lapsum termini,quam in causa appellationis,quia illa expectat aliam post se, sed appellatio aliquando non expectat, aliquando tamen potest expectare,vnde prima ratio est melior & vniuersalior. videtur tamen confirmari distinctio prædicta ex his,quæ tradit no. Inno.in c.cum in tua.j.qui matri.accu.pos,quem refert & sequtur Bal.& Ang.in l.si quis hæres instituatur,in prin. ff. de hære.
35 insti.qui volunt,†ℭ si iudex statuit terminum alicui etiam cum comminatione, quod vlterius eum non audiet, reintegra post lapsum termini debet audiri,[1]super quo not. ipse idem Bald.in auc.ad hæc.in fi.C.de vsu. & quod tradunt Moder. in l. quamdiu.ff.de acqu.hære.sed Bar.in l.damni.§.Sabini.ff. de dam. infec. videtur simpliciter tenere, quod receptio facta post terminum non valeat,non distinguendo vt prædicti.& idem videtur tenere reiecta expressa distinctione. s. dicta in l. mancipiorum.
36 ff.de opt.lega.†vbi dicit,quod post lapsum termini pars non debet audiri, nisi iuret de nouo ad se facultatem probandi peruenisse,per tex.in c.pastoralis.de excep.sed ad illum tex.posset dici,quod ideo ibi sit fortior exclusio,quia terminus ad proponẽdas excepriones,de quo ibi,non fit,nisi causa cognita, & quando iudex suspicatur,quod pars per malitiam nolit protahere litem,vnde non est mirum,si pars post lapsum termini non admittitur propter præsumptam calumniam, quæ est contra ipsam,quæ ratio non habet locum semper elapso termino probatorio.licet aliquando posset habere,vt fuit declaratum in notabilib. sed tamen placet mihi inductio illius tex. propter vnũ verbum,quod ponitur hic.ibi,pariformiter.i. propter verbum nullatenus,quod ponitur in lapsu termini probatorij, sicut ibi in lapsu termini ad proponendas exceptiones. Præterea etiam potuit subesse alia causa,vel potest,propter quam statuatur terminus,quam calumnia præsumpta, de quo tamen dicendum, vt in c.pastoralis.videtur tamen Bar.in d.l mancipiorũ. respondendo ad illam legem hoc suum dictũ intelligere,quando post lapsum termini ad aliquem actum iudiciarium esset processum, quasi iudex procedendo ad vlteriora, quasi partes faciat rem integram absque eo, quod ius partis sit factum deterius, do.Ant. hic referens Do.de rota conclusione.30.tandem cõclu
dunt,ℭ si loquimur in causis summarijs,& in qbus proceditur de plano, & forte sine figura iudicij, de stilo palatij & de æquitate canonica admittitur probatio testium reintegra per ea, q̃ no.gl.in cle.sæpe.in ver.non obstan.de ver.signifi. sed hoc vide-
37 tur falsum,†quia quod causa sit summaria,debet potius operari dilationem esse magis peremptoriam, q̃ minus, vt dixit sing. Bar.in extraua.ad reprimendum.in glo.in verbo per citationẽ, & sequuntur Moder.in l.si finita.§.Iulianus.ff.de dam.infec.facit tex.in cle.sæpe. de verb.sig.vbi permittit abbreuiatio dilationum in huiusmodi causis,& quod no.Bar.in l.filius.in princip. ff.de dona.aut loquitur in causis ciuilibus,in quibus non proceditur summarie.& tunc post lapsum termini nunquam admittitur probatio testiũ etiam re integra.casus est hic.& pro istacõ. induco sic subtiliter.nam hic patet,ℭ pars,cuius testes reprobãtur de corruptione,& fidelitate,habuit terminum ad reprobandum dicta illorum testium.& sic satis innuit ista litera,ℭ ius aduersarij erat integrum,sicut in primo termino,idem videt probare tex. in c. coram. de resti.in inte. aut loquitur in causis criminalibus,& tunc indistincte non admittitur accusator post terminum,vt no.Compo.in c.ℭ sicut.in prin.s.de ele. de reo autem nihil dicunt Doc.sed hoc determinat Ioan.And.in titu. de teste.§.nunc videndum.in addi. magna,incip. viso de persona.
38 ℭ ideo aliud est,quia id potest esse, si consideramus personam iudicis,quia iudex ex officio ad rei defensionem potest producere testes,& publicare processum,quinimmo & post conclusum in causa,vt.l.vnius.§.fi.ff.de quæsti.& per Bar.in l.j.in fi. ff. eo.titu.sed si reus ipse vellet producere,forte esset maius dubiũ quia æqualitas est seruanda in iudicijs, etiam quo ad effectum probationis, vt.l.petendæ. C. de temp.in integi. rest. pen. & in regula,non licet.de reg. iur. Iudex autem ex lapsu termini non impeditur testes producere, quia terminus præfixus parti non excludit iudicem secundum Bal.in l.2.§.sed quia.C.de iura.calum.[1]si vero quærimus de instru.tunc dicunt Do. de rota conclusione præallegata,quod semper admittitur ꝓductio instrumentorum, quoniam istæ sunt probationes,quæ non requirũt tractum temporis, & quia sunt euidentes, cessat præsumptio malitiæ & calumniæ,& hoc tenet gl.in d. cle.sæpe.in verbo nõ obstante.pro his adducitur tex.in c.cum dilectus.j. de fi. instru. quem ibi allegat gl.vbi patet,quod post publicatos testes admittitur instrumentorum productio. sed ista inductio potest euitari,quia alia est ratio exclusionis, quæ fit per lapsum termini, & alia,quę fit per publicationem testium,nam post lapsum termini quis excluditur,quia iudex videtur tacite interlocutus,quod partem vltra non audiet,quæ ratio ita excludit instrumenta sicut testes,quando est terminus assignatus ad producendum instrumenta, sed publicatio testium excludit productionem testium propter timorem subornationis,quæ ratio cessat in ꝓductione instrumentorum.sed tu potes illum tex. inducere subtilius,quia ibi est dictio etiam,quæ implicat, instrumenta posse produci ante testes publicatos,& nisi intelligeretur, quod productio posset fieri post lapsum termini, tunc implicarentur casus superflui & indubitati,quia certum est,quod in termino potest fieri productio,& etiam sine termino, vt.s.diximus. sed cõtra istam sententiam communem insurgit Ioan. de Imo. hic p. l.in exercendis.C.de fi.instru.vbi probatur,ℭ id quod dicitur in testibus, habet locum in instrumentis, & quia in instrumentis
39 videtur habere locum ratio Archi.quæ est ista,† assignatio termini est quædam interlocutoria, vt.l.a procedente. C. de dila. & in c.j.eo.titu.sed interlocutoria,quæ transiuit in rem iudi. licet possit per iudicem reuocari,non tamen per partem,vt. c. cũ dilecti.in fi.de ele.ergo videtur,quod non possit producere neque testes,neque instrumenta.Confirmatur ista ratio, quia ista interlocutoria trahit secum executionem ipso iure.s.quod non debeat audiri,ergo non potest reuocari per iudicem nisi ex iusta causa,vt.l.j.§.fi.& ibi per Bar.ff.de præto. stip. ad hoc accedit regula,de qua in l.si is qui.de le.2. quod mora non purgatur quando pœna infertur ipso iure secundum gl.no.in clem.ne in agro.de sta.mo.quam allegat Bal.in auc.habita.C.ne filius pro
40 patre.sed huic rationi potest responderi, † quod interlocutoria iudicis assignantis terminum limitatur a causa, propter quam assignatur, vt dicit tex. clare in l. mancipiorum.ff. de optio.lega. in ratione sui.si ergo re integra cessat causa,seu cessaret,propter

quam

ADDITIONES.

a VIN. GOD. Dominus potest agere pro molestatione subditorum suorũ. Potest etiam agere pro iniuria illata vasallo ad interesse proprium. Ruyn. consi.61.nume.16.lib.5.Dominus autem directus non potest cognoscere de primis causis rusticorum.Cur.iu.consi.2.nu.1.

b VIN. GOD. Testes, vel instrumenta quando producuntur post terminum lapsum.Adde,quod instrumentum, de quo est facta mentio in libello, an sit producendum,alias processus dicatur nullus.Ruy.consi. 122.nume. 13. lib. 2.& testes recepti post processus publicationem fidem non facunt. Ruyn. consi.164.nu. 4.lib.4.

quam dilatio probatoria excludit volẽtem probare poſt terminum, interlocutoria iudicis non videtur prolata in hoc caſu, vn de pro vera determinatione huius articuli vidẽdum eſt, quæ ſit cauſa, quod lapſus termini excludit volentem probare, & cur iſte terminus aſſignatur a iudice. Super quo eſt dicendum, ꝙ cauſa eſt, ne lites protrahantur in lõgum ſine cauſa, ita dicit tex. in l. j. in fi. C. de dila. & in l. 2. in fi. C. vt. j. cer. temp. & bene facit tex. in l. 2. circa prin. C. de temp. app. hoc ſuppoſito apparet vera deciſio quæſtionis, elapſo termino probatorio, licet res ſit integra, ſi tamen concedatur noua, vel ſine dilatione producãtur teſtes, protelabitur iudicium, pluſquam fieret, ſi teſtes non reciperentur, ergo etiam iſto caſu ſubeſt cauſa, per quam terminus probatorius debet excludere, vnde indubitanter teneo opi. Archi. Specu. & Ioan. And. eſſe veriſſimam & in teſtibus & in inſtrumentis, præterquam ſi pars aduerſa producit inſtrumentũ poſt terminum, per tex. in d. c. cum dilectus. & in iſto caſu habet locum ratio aſſignata per Domi. de Rota. confirmatur iſta cõcluſio primo per tex. in l. ſcire oportet. § j. in fi. ff. de excu. tuto. vbi tex. punctualiter dicit, quod poſt lapſum. l. dierum datoũ ad proponendum excuſationem pars nullam viam habet amplius ad proponendum, ſed hoc non eſſet verum, ſi aliquo caſu pars poſſit admitti. puta re integra, ergo videtur, ꝙ etiam re integra hoc fieri nõ poſſit. & eſt ratio in illo tex. quia licet ibi poſt lapſum termini res ſit integra, durat tamen cauſa, propter quã terminus ſit peremptorius fauoris populi. Nec dicat aliquis, ꝙ ibi loquitur in termino legali, qui quidem terminus fortius exdit, quam terminus hominis quantum ad annullandum, vel quantum ad impediendum actum fieri, vt l. ſi libertus. de ope. liber. & l. facta. §. ſi quis bonorum. ff ad Treb. & quod notant
41 Bar. in l. ſi inſulam. ff. de ver. ob. †quia ad hoc dicitur, quod terminus aſſignatus a iudice, qui eſt miniſter. l. debet operari idẽ, quod terminus aſſignatus a. l. ar. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudi. & eſt tex. bonus, qui hoc probat in c. cupiẽtes. §. quod ſi per 20. de ele. lib. 6. quem ego alias induxi in oppoſitum, & non bene. Prẽterea vbi ceſſaret, cauſa excluſionis termini legalis, adhuc in illo ſuccurreretur. tex. eſt not. in l. j. §. ſi mulier. ff. de lib. agno. licet gl. illum tex. deſtruat. Secundo adduco tex. in ratione ſui in d. l. mancipiorum. de op. leg. vbi iuriſconſultus reddens rationem, quare ibi poſt lapſum termini aſſignati a iudice pars admittat̃ re integra, quod hoc eſt ideo, quia cauſa termini fuit conſeruatio indemnitatis hæredis, quæ cauſa ceſſat, quando eſſet lapſus terminus, & hæres nõdum eſt damnificatus, vnde patet a contrario ſenſu clare ex mente literæ, quod quando cauſa, propter quam terminus eſt excluſiuus, non ceſſaret, etiam re integra non admitteretur quis poſt terminum. Tertio pro hoc facit tex. in c. coram. s̃. de reſti. in integ. vbi pars poſt lapſum termini ita excluditur a dilatione petenda, vt producat inſtrumenta ſicut & teſtes. Non obſt. tex. in c. ſi tibi abſenti. de præben l. 6. per quem alias tenui opinionem communem, quia reſpondeo vt. s̃. dixi ad. l. mancipiorum. uam cauſa termini fuit ibi neceſſaria ex vacatione, patitur etiam detrimentum, & vt poſſet ſibi in continenti prouideri. ſi ergo adhuc non prouiſum ceſſat termi
42 ni aſſignatio. † vtrum autẽ poſt lapſum termini teſtis receptus parte non opponente recipiatur nulliter. dic, quod ſi terminus eſſet legalis, expeditum eſſet, quod receptio eſſet nulla, per tex. in l. ſcire oportet. §. conſequens. & quod ibi no. ff. de excu. tuto. & per ea quæ tradit Bald. in l. properandum. in prin. C. de iudi. in illa. q. quando terminus præfigitur parti, ſed ſi aſſignatur a iudice, eſſet maius dubium per ea, quæ tradit Inno. in c. vltra tertiam. de teſti. vbi dixit, ꝙ licet non debeat dari quarta dilatio, ſi tamen fiat parte non opponente, valebit. In contrarium tamẽ
43 facit, quod no. Bar. in l. j. C. de dila. vbi dixit, †ꝙ ſi iudex ſine cauſa legitima concedit ſecundam dilationem, conceſſio eſt nulla ipſo iure, quando conceſſit totam dilationem primam ſicut debebat. pro quo facit tex. ſingu. & quod ibi per Bar. in l. fi. §. ſed & quia. C. de iure delib. per quem dixit ibi Bal. no. quod quando certus terminus eſt aſſignatus a iudice ex legis diſpoſitione aſſignatio vlterioris termini eſt nulla ipſo iure, ex quo teſtis examinatus poſt terminum tenet Barto. in l. 2. ff. de ap. reci. & Bald. in l. 3. in fi. C. de epiſ. audi. pro qua concluſione facit iſte tex. in verbo nullatenus audiendæ, & quod ſuper eo dixi in notabilibus, & eſt expeditus ſufficienter iſte arti. & magis placent prædicta in iſto artic. quam ea quæ alias ſcripſi in iſta materia & qa
44 hic Doc. quærunt, †vtrum ſi ſit aſſignatus terminus ad probandum a lege, poſt lapſum termini legalis poſſit produci teſtis in
a cauſa ap. non obſtante lapſu termini[a] ideo ſciendum eſt, quod Archi. in c. de illicita. 24. q. 3. & Io. Mo. in c. cupientes. §. quod ſi per. 20. de elec. lib. 6. tenent, quod terminus ſtatutus a lege impedit probare volentem in cauſa appellationis. & hoc ſequitur do. Ant. hic, & etiam in c. paſtoralis. j. de excep. & ſic limitatur ſing. l. per hanc. C. de temp. ap. hæc opinio fundatur duplici ratione, quia aſſignatio termini legalis eſt ſententia. l. a qua non poteſt ap. & l. ſi qua pœna. ff. de verb. ſig. & l. j. ff. de ap. reci. nõ ergo poteſt dici, ꝙ appellatio diffinitiua ſuſpendat effectum interlocutoriæ, quę prẽcesſit diffinitiuam, & etiam aſſignationẽ termini, prout dixit no. Io. An. in c. fi. de appel. lib. 6. Secunda ratio, quia ſicut litis conteſta. quia eſt terminus excludendi dilatorias operatur eundem effectum in cauſa appellationis, ſicut in principali. ita videtur, ꝙ alius terminus legalis operetur ſuum effectum in cauſa appellationis. & ſic iſta doctrina eſt vera, cum hodie per ſtatuta Italiæ ſi iudex non aſſignat terminum, habeatur pro aſſignato a iure, magnum præiudicium foret volẽti probare in cauſa appellationis. †fortior eſt enim legis excluſio quã ho
45 minis, vt no. Inn. in c. cum in tua. qui matr. accuſ. poſ. & eſt tex. in l. facta. §. qui bonorum. ff. ad Treb. Præterea ſicut renũciatio facta teſtibus ſuper certo & determinato articulo trahitur ad cauſam appellationis, quia ſpecifica renunciatio habet maiorẽ vim, vt in c. conſtitutus. in fi. j. de teſti. ita videtur, ꝙ excluſio legis, quæ ſemper eſt certa, operetur ſuum effectum in cauſa appellationis. & iſta noua ratio multum vrget in contrarium. facit fortiſsime, quia ſecundum hoc publicatis atteſtationibus de iure ciuili non deberent poſſe produci teſtes in cauſa appellationis, quoniam publicatio teſtium eſt termin⁹ legalis, vt in auth. at qui ſemel. C. de probat. & tamen contrarium communiter tenetur in l. per hanc. C. de temp. app. Præterea ſicut diximus in præcedenti articulo, & plene probauimus, paria ſunt aliquid fieri a lege, vel a miniſtro legis, vt etiam probat text. in d. §. ꝙ ſi per 20. ergo ſicut non obſtat prẽfixio termini facta a iudice, ita videtur, ꝙ non obſtat facta a lege, vbi nõ eſt eadem ratio excluſionis in cauſa appellationis, ſicut in principali articulo. c. de teſti. in ratione ſui. extra de teſti. Item ſi concluſio in cauſa videtur fieri reſpectu primę inſtantiæ, vt fatentur prædicti Doct. & probatur in c. cum veniſſent j. de teſti. & ibi per Inno. fortius videtur, ꝙ poſt terminum legalem quis non excludatur in cauſa appel.
46 †quia non eſt dubium, ꝙ concluſio in cauſa potius excludit probare volentem quam quilibet terminus, & iſta ſententia videtur æquior, & credo, ꝙ ſeruaretur in practica per rationes prædictas. & ad obiecta in contrarium poteſt dici, ꝙ nõ videtur fuiſſe de intentione. l. aſſignantis terminum probatorium ſimpliciter in cauſa principali, ꝙ talis terminus ad cauſam app. extenda tur. Non ob. quod dicitur de litis conte. quia quo ad primordia litis cauſa appellationis dicitur eadem cum principali, vt l. ita demum. C. de procu. & ad q. principalem primo tractatam vide Ang. in l. & ſi poſt tres. ff. ſi quis cautio. in ſua repet. vbi videtur ſequi dicta Bar. in l. fi. ff. de feriis. non ſolum in termino dato ad probandum, ſed etiam in termino dato ad excipiendum, ſed plus placet, quod primo dixi. Conſequenter tractat hic Ioã.
47 And. & d. Ant. an poſt † terminum datum ad probandum ſuffi ciat teſtes iurare in termino, ſuper quo diſtinguit hic d. Anto. allegans Archid. in c. pia. de excep. lib. 6. ꝙ aut aſſignatur terminus ad probandum ſimpliciter, aut ad probandum & probatũ habendum. primo caſu ſufficit teſtes iurare in termino, licet deponant extra terminum, etiam ſi pars nullam diligentiam fecerit, mouentur tenentes hanc partem principaliter duplici ratione. Prima ratio fuit ibi, quia tempus depoſitionis trahitur ad tẽpus iuramẽti, ſicut diximus de milite iurato in l. j. in fi. ff. de bo. poſ. ex teſt. mil. & no. in l. pen. de milit. teſtam. ſed ad illas optime reſpondit Ioan. And. in tit. de teſte. §. qualiter. ver. hoc quoque. in addi. magna, vnde dicas vt ibi per eum. Bal. autem in l. ſi quando. C. de teſti. probat, ꝙ dictum teſtis trahitur ad tẽpus iuramenti ſubtili ratione, quia ſi non traheretur ad tempus iuramenti, tunc depoſitio teſtis, quæ eſt actus magni prẽiudicij, videtur facta parte non citata, contra l. de vnoquoque. ff. de re iudic. cum teſtis examinetur in ſecreto iudicis, vt l. nullum. C. de teſtib. & in c. venerabili. eod. titu. Secunda ratio principalis fuit But. quam refert Io. And. in loco præalleg. & Bart. in l. damna. §. Sabini. ff. de damn. infec. quia examinare teſtem non reſidet in parte, licet producere ſic, vnde ſi teſtis nõ fuit examinatus. j. terminum, non eſt quid imputetur parti, & ſic non debet currere terminus, vt l. ſi cum ipſe. de excu. tu. & no. Inn. in c. tam literis. de teſti. & d. An. hic tres alias rationes adducit do. meus tenensſ iſtam opi. in §. Sabini. Prima eſt, quia cum principium teſtificãdi ſit iuramentum & finis diſpoſitio, finis debet trahi ad principium, ſicut videmus in d. §. Sabini. & l. ſub conditione. ff. de ſolu. & eſt ratio Bal. in d. l. ſi quando. ſed huic reſpondet Bar. in d. §. Sabini. ꝙ in actu teſtificandi teſtificatus non trahit neceſſariã conſequentiam a iuramento, non inſpicimus iuramentum tanquam principium, vt l. potior. & l. qui balneum. ff. qui potio. in pig. & ſi dicas immo teſtis cogitur teſtificari, ad hoc reſpõdeo, ꝙ

hoc

ADDITIO.

a VIN. GOD. Elapſo termino probandi a lege, vel ſtatuto, an noua dilatio dari poſſit. Vide Alex. in conſ. 24. Viſo proceſſu. & ibi in apoſt. nu. 4. li. 4. Et nota, ꝙ dilatio probatoria ſine citatione aſſignata non ualet, nec ſufficit notificatio, ſecus in expectatoria. Rui. conſ. 61. nu. 5. & 24. lib. 5.

hoc non est propter iuramentum sed ex natura officij, vt patet in c.dilectorum.j.de testi.cog.& quod ibi no. Secundo arguit,
48 † ꝙ quando actus inualidus confirmatur, denominatur a confirmante, sicut a suo principali, vt traditur in l. & quia. ff. de iurisdi.om.iu.sed dictum testis est nullum sine iuramento, vt in c. 2.j.de testi.ergo videtur recipere formam a iuramēto, & tūc videtur facta depositio.& quamuis ad omnia argumenta simul possit dari vnica solutio, vt.j.videbis, tamē respondeo ad istud. & dico, ꝙ aliquando confirmans est omnino diuersum & separatū à confirmato, & tunc procedit, quod dictum est. aliquando sunt duæ, ex quibus conficitur vnum totum integrale, exemplum in testamento, in quo interueniunt solennitates intrinsecæ & extrinsecæ, vt.l.iubemus. C.de testa. & tunc magis determinatur actus a forma intrinseca, quam ab extrinseca, vt patet ex no.in l.si is qui. ff.de testa.& in l.si quis legatum, in princ.ff. de fal.vnde cum forma & series testimonij sit forma substantialis testificatus, iuramentum autem sit forma extrinseca, quod patet, quia potest comitti, vt in c.testi.j.de testi.merito magis debet denominari testificatio ab ipsa serie testimonij, quam a iu-
49 ramento, †nam sicut sine iuramento dictum testis est inualidū, ita iuramentum sine dicto. Tertio dicit ipse, iuramentum testis est dignius dicto & testificatu, quod patet, quia in ipso consistit fides testis, quod patet, quia quando duo concurrunt, actus denominatur ab eo, quod est dignius, vt in c.quod in dubijs. de cō sec.eccl. vel alta.& l.quæritur. ff.de sta.homi. ergo dictum testis debet trahi ad iuramentum maxime, vt actus magis valeat, q̃ pereat, vt.l.quoties, de re. du. sed illud absurdum potest negari, quod iuramentum sit dignius actu testificandi, cum sit solennitas extinseca, vt dixi, ergo. nec est verum, quod fides testis sit in solo iuramento, sed in alijs, de quibus in l.3.§.tu magis. ff.de testi.& in c.nostra.j.de testi. maxime, quia iuramentum fit propter dictum, non dictum propter iuramentum, ergo potius debet considerari dictum, quam iuramentum, vt.l.j. §. si te rogauero. ff. depos.& l.cum enim. ff.de nouati. vnde Bart. in d. §.Sabini. tenet contrarium.& D.Abb.Moder.hic, & ad dictum Butri. respondent, quod etiam examinare testem pertinet ad partem, vt sollicitet iudicem,& instet pro examinatione, sicut diximus in prosequente ap. cui datur terminus ad prosequendum. & finiendum eam, vt dicitur in clemen. sicut. de ap. intelligitur enim assignatus terminus parti, quantum ad actum finiendi appe. quatenus est in ea.s. vt interpellet iudicē,& faciat, quod in ea est, vt expediat causam, vt in c.ex ratione. & quod ibi no. j.de app.& in l.fi.§.illud. C.de temp.ap. non tamen præsumitur negligentia in officiali publico, nisi probetur secundum Bar. in d.§. Sabini. vnde debebit pars protestari, quod examinet testes. pro qua responsione adduco casum in terminis in l. si quando. §.fi. C.de testi. in ver. si per iudicem steterit, vbi patet, ꝙ testis non examinet. potest etiam contingere culpa partis. ad idē tex. optimus,& quod ibi per Bal. in l. properandum. §. finautē vtra-
50 que. C.de iudi. per quem tex. dicit ibi Bal. †quod in his, quæ pē dent a iudice, nunquam conuincitur negligentia iudicis, nisi appareat de protestatione partis per.l.quibus diebus. in prin. de cō di.& demon.& hanc opi. Bar. approbant hic D.Abb.Moder. & Ioan And. in titu. de teste. §. qualiter. iuxta fi. additionis magnę, licet Bal. in l.si quando. alleget ipsum aliter, & non bene, idem etiam Archi.& Ioan. An. in c.pia. de excep. lib. 6. prout eos refert Bal. in d.l.si quando.& Ioan. And. in addi. allegata, licet D. Ant.
51 referat eos per oppositum in d.c.pia. † Sed aduerte, quia si pars fecit diligentiam suam, quod testis examinaretur in termino, tunc poterit postea examinari. & idem si fuit impedita aliqua causa facere suam diligentiam, ita no. Specu. in titu. de dila. §. j. ver. illud quoque. iuxta fi. Bal. tamen in l. si quando. & Saly. ibi tenent opin. do. Ant. hic per duas rationes. prima ratio, quia si pars non fecit diligentiam suam, etiam pars aduersa conuincitur fuisse in culpa, cum & ipsa possit instare, vt testes examinarentur, vt.leg. si quando. C.de testi. ergo non potest alteri culpam imputare, vt in d.c.intelleximus. j.de adul.& ista fuit ratio An.de Bu. quam ponit Io. An. in d.addi. sed ista ratio non valet, quia licet pars possit instare, quod testes examinentur, non tamen ad hoc tenetur, quia nullus tenetur adducere probationes contra se, vt in c.j. s̃.eo. Secunda ratio fuit, quia tex. in d.l.si quā do.dicit, ꝙ j.x.dies testes non tenentur comparere, si nolunt, ergo si volunt, possunt post terminum. sed ista ratio non valet, qa prædicti dies, de quibus in d.l.si quando. non sunt terminus statutus a iudice ad probandum, sed sunt dilatio legalis, vltra quā testis non cogitur stare in loco iudicij, & postquam potest deponere si vult, dum tamen. j. terminum statutum ad probandum. Aduerte tamen, quia licet Bal. ita teneat, vt dixi, quando est assignatus terminus ad probandum, secus tamen dicit esse, quando esset assignatus terminus ad faciendum iurare & examinari testes, ita dicit ipse in d.l. si quando.& l.obseruare. §. fi in vlt. col. vbi omnino videas. ff. de offi. proconsul. & leg. mihi autem placet opinio communis, quam s̃.retuli, maxime quia, aut dicis. j. terminum esse vere probatum,& hoc est falsum, quia non iuramentum solum, sed depositio iuramento precedente est probatio, vt.l. si vnus.& l.hac consultissima. C.de testa. & licet Bal. dicat in l.Antistius. in prin. ff.de acqui. hære. quod testis iurādo videtur deponere implicite de tempore iuramēti,& sic quod dictum postea est declaratio præcedentis depositionis, & per consequens videtur posse fieri extra terminum per ea, quæ no. tradit Ioan. And. in titu. de teste. §. nunc videndum. in addi. domi. Anto. hic in alia. q. tamen istud dictum nō procedit, quia aliud est testium receptio,& aliud examinatio, vt in c. præsentium. §. testes.& ibi hoc no. Moder. de testi. lib. 6.& est bonus casus in c. j. circa prin. si de inuesti. lis ori. inter do.& vas. per quem tex. di-
52 cit hic notanter Bald. †quod dictum testis non continetur in iuramento, immo est aliud, nisi quo ad robur depositionis. prętę rea dato quod testis iurans in iuramēto videtur deponere, hęc depositio esset nulla quantum ad vim probationis, vt generalis & obscura, vt in c. in præsentia.& ideo forte tunc declaratio deberet fieri. j. terminum per. l. accusaturus. & quod ibi per Bart. ff. de adul. habet tamē hæc declaratio vim inductiuam, ex quo a prin. actus fuit nullus, sed prima ratio magis placet, aut dicis dictum testis ficte videri esse depositum tempore iuramenti,&
53 intra terminum,& hoc non videtur posse dici, † quia hoc possetesse, nisi per fictionem translatiuam, quæ fictio[a] non habet locum, quando actus, qui retro videtur fieri, non posset nunc fieri vere, vt.l.bonorum. ff.rem ra.ha.& per gl. in c.vt circa,& c.qd si.de elec.lib.6. per Bal. in auten. hodie C. de ap. nec potes dicere, quod satis est, quod intra terminum fuerit præstitum iuramentum, quod est principale in probatione, quia primum ego nego, vt.s̃.dixi, respendendo dictis domini mei. Præterea dato quod sic esset, non pnsset negari, quod illud principale de se nō esset sufficiens, nisi depositio per fictionem traheretur ad tempus iuramenti,& sic stat ratio prædicta,& placet mihi communis opi. per quam multo fortius est dicendum, quando est assignatus terminus ad faciendum iurari & examinari testes, quic quid dicant Do. de ro.& do. Anto. hic, dato tamen quod opin. Bal.& do. Anto. esset vera, dupliciter videtur esse limitanda. primo secundum Bal. sin. in rubrica. C. si ex fal. instru. nisi terminus esset statutus ad probandum a lege, quia tunc verba legis debēt intelligi proprie, quod est probatio vera. j. terminū, vt in
54 c.pia, de excep. lib. 6. †terminus vero legalis fortius excludit, quā terminus hominis secundum Bal. in l. si ea. C. qui accu. nō posset cum. s̃. in articulo præcedenti fuerit dictum, quod terminus iudicis idem operatur, quod terminus legis, non videtur proce-
55 dere ista limitatio. †Secunda limitatio est, nisi iudex assignauit terminum per verba præteriti temporis, verbi gratia, debeas probauisse j.x.dies, significant enim illa verba actum perfectum, vt l.j. in fi. ff. quod quisque iuris, sicut & illa clausula, ad probandum & probatum habendum, vt no. Ioan. And. in d. c.pia.& ideo vtroque casu mens iudicis videtur fuisse, vt probatio in termino sit completa, vt dicunt Bal.& Ang. in l. Antistius. in princi-
56 pio, præallegata. Amplius dixit † Dominicus de sancto Geminiano in d.c.pia. quod si est assignatus terminus ad probandū & probatum habendum per omne genus probationis, post lapsum termini non poterit deferri iuramentū in defectum probationis, quia lapsus istius termini habet vim conclusionis in causa quo ad ea, quæ sunt facti secundum do. Anto. hic. Tu autem
57 aduerte, †quia si iudex vellet deferre iuramētum ex officio suo parti, cōclusio in causa, vel aliquid simile non impediret eum, vt tradit notanter Bal. in l. si accusatoribus. in pe. char. C. de accu. Si vero hoc vellet facere parte petente, & terminus talis non fuisset assignatus de consensu partium, vel saltem de consensu eius, cui assignatur, tunc non excluderetur petens deferri iuramentum, quasi sit conclusum in causa, quia conclusio in causa non sit, nisi per cōsensum partium vel per l. vel statutum, vel forte iudex vellet haberi pro concluso, vt patet in auth. iubemus. de iudi. & per gl. in cle. sæpe. versus fi. de ver. sig. quod esset, quando iudex expresse vellet haberi pro concluso. Sed posito quod terminus esset assignatus de voluntate partium, adhuc crederem, ꝙ pars posset petere iuramentum deferri, licet
58 Bal. dicat notant. in auth. sed nouo iure. C. si cer. pe. † ꝙ exclusus a facultate probandi aliter, quam per scripturam, non possit petere iuramentum sibi deferri, quia illa est quædam species probationis, vt traditur in c. fi. j. de iureiur. nihilominus hoc casu aliter videretur dicendum, quia in dubio pro facto iudicis præsumitur, ꝙ sit iustum, vt.l.j.& 2.C.de offi.ciui. iudi. Sed ꝙ reus saltem causatiue cogeretur iurare,& si non præcise, priusquam sciret, vtrum tale iuramentum esset necessarium,& debet præstari, vbi non est plene probatū, vt in c. sicut cōsuetudo. s̃. eo. hic

esset

ADDITIO.

a VIN. GOD. Nota, ꝙ fictio cessat, ubi aliter cōmode actus expediri pt. Ruy. cōsi. 5.nu. 12. lib. 2. Nec habeat locū in dispositione strictę interpretanda, & ubi aliquid pro forma requiritur. Ruy. consi. 17. nu. 16. lib. 3.

esset iniustum, tamen arctaretur habens probare aliquo casu ad iuramentum non necessarium, contra d. c. sicut.tum, quia ad iurandum non debet quis induci sine causa, vt in c. &si Christus.in princip.j. de iureiur,ergo videtur,quod intentio iudicis non videtur fuisse ista,& si esset expresse sua intentio, videlicet ꝙ si iudex diceret,& ad præstandum iuramentum in defectum probationis,credo,ꝙ grauaret partem,& posset appellare.moueor per gl.no.& tex.in cle.sæpe.in verbo,post donationem, de verbo.sig. vbi tex.innuit.per gl.dicitur clare,ꝙ iudex non potest assignare vnum terminum cuicunque habenti probare ad deponendum & probandum simul,quia si talis terminus assignaretur,fatigaretur habēs probare superfluo in probatione, si forte aliquas probationes fateretur aduersarius, quare non esset opus præstare, vt in ca.j.de confes.lib.6. sicut ergo ibi non debet dari vnus terminus,ne probatio aliquo casu redderetur superflua, ita non debet dari vnus terminus, ex quo superfluo posset quis grauare iuramento. Et vlterius super ista gl.posuit D. Anto.no.videlicet† vtrum si dilatio concedatur[a] vni parti altera ab
59 a sente non citata,maxime cum spe, ꝙ pars absens, & non citata ratificaret illam, valeat assignatio termini parte postea ratificāte. Super quo Spe.dixit,ꝙ sic,in titulo de dila. §. nunc videndū. ver.sed pone.& eius opi.sequitur Ang.in l.fi.ff.de ferijs,pro qua videtur esse gl.sin.quam ipse non allegat,in l. ne quicquam. §. vbi decretum.ff.de offi.procon.& leg.quæ dixit, ꝙ in probatione interlocutoriæ,etiam si contineat præiudicium partis,non requiritur citatio antecedenter,sed sufficit intimatio ex post. Vnde aduerte,quia secundum illam gl.non requireretur ratificatio partis,sed sufficeret notificatio.& hanc practicam videt seruari in quodam loco in assignatione terminorum,allegat glo. tex.in l.diem proferre.in prin.ff.de ar.qui tex.non facit,quia ibi prorogatio compromissi,quæ per epistolam,vel nuncium notificatur,fiebat de consensu partium,habebat enim arbiter potestatem ex compromisso, vt patet ex.l. proxime præcedentibus,vnde postea non requirebatur alia citatio propter consensum præcedentem,& ideo Bart.in d.§.vbi decretum, contra gl. & melius contra Spec.tenet Ioan.And.in addi.in loco præallegato per regulam in l.nam ita diuus. ff. de adop. & in l.de vno quoque.ff.de re iudi.& in c.inter quatuor.cū multis alijs. s. de maio.& obe.& illa dicta sequitur hic Do. Anto. adducens Fede.de Senis idem tenentem consilio suo.79.cuius opi.placet tā ex dictis,quam etiam ex noua ratione, quia cum in assignatione dilationis requiratur causæ cognitio, vt.l.a procedente. C. de dilat.& traditur in l.fi.ff.de ferijs,per gl.& Doct.pars autem cau sæ cognitionis sit citatio, vt.l.in causæ.§.causa cognita.ff. de mino.sequitur,ꝙ omissa citatione fuit omissa solēnitas substantialis, quæ reddit interlocutoriam nullam, vt.l. cum hi. §. si prætor.ff.de transac.& plene in l. prolatam.C.de sen. Sed actus nullus ex defectu solennitatis omissę,q̄ debuit cōmunicari actis, vel p̄cedere, nō potest postea ratificari, vt.l.obseruari.§.tutor.ff.de excu.tuto.& l.si quis mihi bona.§.iussum.ff.de acqui. hære. & plene in c.cum consuetudine.s.de consue. ergo ista ratificatio non prodest,licet prosit ratificanti,& sit in eius fauorem, vt plene declarat Bar.in si.q.in l.furioso.ff.de re iud.& in l.ea quæ. C. quomodo,& quando iudex, quem refert hic do. Anto. & plenius in c.causam,quæ.s.de iudi.In gl.posita,super verbo,opponi.ibi,alij probabilius dicunt, vt Io.tenet ista gl. † ꝙ post sententiam
60 b [b] possit dici de falsitate simpliciter absque corruptione, siue dicatur de falsitate directo, siue per indirectum,& hanc sententiam tenet Bart.in l.diuus.ff.de re iudi. sed gl. inferius super verbo se astrinxit,videtur hoc intelligere,quando dicitur de falsitate post sententiam indirecte, secus si directo : nam quando dicitur directo, sicut nec posset dici falsitas publicatis testibus ante sententiam in cle.de testi.& quod ibi per gl.extra de testi. ita multo minus poterit deduci post sententiam secundum Inno.& Io.And.& hanc opi.approbat hic do.Abb.transiēs cū ista distinctione,cum qua etiam transit Ioan.de Imo.in l. diuus. & sic tenent isti in effectu,quod de falsitate possit dici post sententiam per indirectum,& ita refert Ioan.de Imo.in d. l.diuus. tenuisse hic Inno.& Ioan And.hoc etiam sentit do. Abb. hic. sed do.Anto.de Bu.in gl.refert expresse Inno. & Ioan. And. tenere oppositū, videlicet quod post sententiā etiam per indirectum non admittatur.probatio falsitatis simplicis, & hanc opi. eandē sequitur do.An.in gl.super verbo,se astrinxit.licet in gl.nostra sequatur hanc gl cum distinctione prædicta,& pro sententia Bar. adducit Bu. istum tex.vbi patet,ꝙ opponēs voluntarie se astrinxit ad probandum falsitatem & corruptionem,& sic videtur, ꝙ de necessitate non tenetur probare nisi alterum.Sed huic inductioni respondetur dupliciter,& primo,quod quamuis in casu decretalis nostrę sufficeret alterum,istud est verum, eo quia sumus ante sententiam & non post.& licet hic adducatur exemplum de opponente post sententiam, illud exemplum adduxit ad ostendendum hoc, quod falsitas & corruptio simul multo fortius potest deduci post sententiam,si potest post, non tamē per hoc dicitur,ꝙ post sententiam alterum istorum sufficeret, & fuit inductum hoc ar. a maiori propter falsitatem directam, quæ publicatis testibus non poterat deduci sine corruptione, vt.s̄.diximus.Secundo respondetur secundum do. Anto. hic & Bal.in l.j.C.de condi. inde. ꝙ iste, qui voluit probare falsum cū corruptione non astrinxit se voluntarie ad hoc, quasi alterum sufficeret,immo vtrunque requiritur, vt videbis declaratum in gl. super verbo, se astrinxit. pro opi. do. Anto. quod non admittatur probatio falsitatis post sententiam per indirectum, facit ratio,quam ipse allegat, quia reprobatio testium per indirectū etiam ante sententiam publicatis testibus non potest fieri, quādo quis ante testium publicationem potuit sufficienter reprobare testes per indirectum,vt dixit glos. not.in ca. iurauit. s. e. & traditur in c. ex tenore. præallegato. si ergo publicatis testibus 64
ante sententiam pars potuit reprobare testes per indirectum, est,ꝙ possit imputari parti, ergo debet excludi a facultate proban.post sententiam sicut excluderetur post publicationem, si 65
aī potuit ꝓbare. Non ob.tex.in c.cū venerabilis.j.de exce.& l.j. & per totum. C.si ex falsis instrumentis, in quibus patet, ꝙ de falsitate potest dici post sententiam, quia ad illa iura respondetur,quod loquūtur de falsitate instrumenti non de falsitate testium,nam sicut contra instrumentum ante sententiam, semper possunt produci testes, quia nulla est suspicio subornationis, ita videtur posse produci postea.sed ista responsio non videtur esse sufficiens per tex.quem ego pōdero ad hoc in l. falsam. C.si ex fal.instru.in ver.attestationum. vbi videtur loqui de testibus,& per rubricam illius titu.dum dicit, de falsis instru. vel testimonijs sententia lata sit, placet tamen mihi opi. do. Anto. 66
per rationem suam,& noua ratione vltra ipsum, si est assignatus terminus post testes publicatos,vel post instrumenta producta ad impug.testes vel instrumenta,non est dubium, ꝙ si lapsus vnius termini excluderet volentem opponere ante sententiam, vt in c.pastoralis.& quod ibi no. j. de excep. multo fortius
61 excludet opponentem post sententiam † Præterea ex quo fuit assignatus terminus ad opponendum &c.& pars nō opposuit, videtur satis cognitum de causa,& veritate instrumenti, vel testium per ea,quæ tradit Bar.in l.properan.§.& si quidem.C. de 67
iudi.& in l.prolatam.C.de sen.ergo non videtur, ꝙ ciuiliter ad eundem finem possit allegari quæstio falsi per ea, quæ habentur in l.cum quæritur.& l.cum de hoc. ff. de excep. rei iudi.& in c. veniens. j. de testi.& idem videtur, si nullus sit assignatus terminus iuxta formā c.præsentium.j.de testi.quia ex hoc ꝙ iudex secutus est attestationes, vel instrumenta,tacite videtur pro 68
62 nunciasse super veritate ipsorum, † quia iudex, qui pronunciat super principali, videtur pronunciare super incidenti, sine quo principale stare non potest, vt plene traditur in c.j.s̄.de ordi.cogni.& in l.j. C.de ordi.iudiciorum, & sic sententia videtur transisse in rem iudicatam, & consequenter ad eundem finem non possit amplius cognosci.Pro hac conclusione est casus nō cauillando literam in c.cum venerabilis.j.de exce. quem induco sic subtiliter vltra Docto. dicitur enim ibi in ver.hoc non solum,ꝙ & ante sentētiam potest obiici exceptio falsitatis, & annectitur ratio causa falsorum instrumentorum prætextu latæ sententiæ vsque ad viginti annorum spatium valeat retractari. ex qua ratione clare datur intelligi, ꝙ exceptio falsi nō potest simpliciter opponi contra sententiam, quia illa esset perpetua, si simpliciter posset opponi, vt l.pure.§.fin.ff de doli except. cuius contrarium dicit text.licet Docto.destruant illam literam.Item datur intelligi,ꝙ non competit officium iudicis simpliciter, & absolutè: quia tunc summus Pontifex in retractatione sententiæ nō fundaret se in remedio criminalis actionis,de quo loquitur idē
63 versi. cum sed omnes. Vnde dicamus vltra Doct. & melius, † ꝙ aut allegatur falsitas per viam exceptionis, vel officij iudicis 69
simpliciter post sententiam,& hoc fieri non potest,etiam si allegetur falsitas instrumenti per tationes prædictas : aut allegatur falsitas per viam criminalis iudicij, quia accusatur producēs testes falsos, vel instrumentum,& tunc pendente accusatione criminali poterit obiici exceptio falsitatis, vt impediatur executio sententiæ pendente accusatione,& vt retractetur sententia sine iudicio criminali de falsitate appareret,iuxta l.fi.C.si ex fal.instr. & licet text.in l.j. secunda, & tertia illius tituli, & maxime in l.j. non videntur loqui præcise de accusatione criminali propter verbum alterius, positum in tex. restringitur tamen ad causam criminalem per l.fi.C.eod.titu.& ibi, crimen intendis, per l.qui 70
agentis.

ADDITIONES.

a VIN. GOD. Dilatio concedi non potest nisi parte citata,etiā si vellet postea ratificare Adde,ꝙ immo dilatio potest assignari parte non citata,si postea, notificatur absenti. Rui.consi.62.nu.7.lib.5.

b VIN. GOD. Post sententiam.An,& quando testis possit reprobari de falso, Tu dic, ꝙ ex quo falsum sine dolo non committitur, ut per Rui. consi. 86. nu.j.lib. 4. ꝙ allegans dolum debet prius probare illum. Goz. consil. 94. numero 13.

agentis. ff. de exce. vbi tex. vtitur verbo accuſationis. & licet in fi.illius.l.dicatur ex reſcripto principum ſententiam latam præ textu falſi inſtrumenti poſſe retractari, intelligimus ſecundum princi.illius.l.per.l.qui filiabus,in prin.ff.de leg.j. & per rationē ſubtilem, quæ etiam concludit omnes prædictas leges. dicitur enim in medio illius literæ,q̄ iudex interloquendo approbauit inſtrumentum,& pars confeſſa eſt,inſtrumentum eſſe verum, & tamen admittitur quæſtio falſi, q̄ non poteſt dici, ſi intentetur.q.falſi ciuiliter, quia ex quo ſemel iudex pronunciauit, inſtrumentum eſſe verum,ſententia facit ius,ſi falſitas deducatur ad eundem finem.Vnde facit tex.in l.fi.C.de fide inſtr. & quod ibi no.nec mireris,quòd exceptio falſi reiecta tacite, vel expreſſe non impediat iudicium criminale,quia iudicium ciuile intē
64 tatur ad aliū finem. & immo quando reus in iudicio ciuili abſoluitur,quia crimen non eſt probatum, abſolutoria non parit exceptionem in criminali,vt.l.2.§.hoc edicto.ff.vi bo.rap.& in
65 l.j.C.quando ciui.act.&c. † Econtra probationes factæ in iudicio criminali faciunt fidem in cauſa ciuili. vnde in iudicio criminali declaratur inſtrumētum eſſe falſum,notorium erit,ſententiam latam prætextu falſorum inſtrumentorum, vel teſtiū eſſe iniuſtam, ergo poterit retractari, licet millies tranſiuerit in rem iudicatam,vt in c.inter cætera.j̄.de re iudi.& plene traditur in c.quoniam contra.j̄.e.& quod iura prædicta habeant intelle ctum. s̄. poſitum, videlicet q̄ prius intentetur iudicium criminale, quam retractetur ſententia,bene facit tex. in l.diuus. in fi. ff.de re iudi.in ver.& rem ſæuere vindica.per quem tex.patet,q̄ ibi probatio falſitatis fuit cauſa ad finē puniendi. & ſic intentetur iudicium criminale.Dicit tamen ſingulariter Bald. referens
66 dicta Nico.de Mat.in l.fi.in fi. C. de fide inſtru. † q̄ poſt ſententiam licet poſſit reprobari inſtrumentum de falſo per probationes extrinſecas ex inſpectione ipſius inſtrumenti non poteſt, quæ dicitur reprobatio intrinſeca, ſed hoc non eſt dicendum, niſi in caſu illius legis, videlicet qñ originale eſſet penes partem aduerſam,& volens accuſare de falſo vellet ipſam cogi ad producendum ipſum originale.nam ſi volens accuſare haberet originale penes ſe,videretur multo fortius debere admitti,quod ꝓbatio quæ fit per inſpectionem inſtrumenti,eſt euidentior,vt.l.
67 fi.C.de edic.diui Adri.tol.†Scias etiam,quod quamuis poſt ſententiam poſſit quæri de falſitate criminaliter,vt dictum eſt, teſtium, & inſtrumētorum,non tamē poteſt quæri de falſitate iuramenti delati a parte parti quo ad finem retractandi iuramentum præſtitum, quo autem ad finem puniendi periurium ſic. vt eſt caſus no.in l.q̄ ſi deferente.ff.de dolo. Sed quæritur hic ꝑ
68 gl.& Doc.†nunquid poſt ſententiam ſufficit probare ſolā cor-
a ruptionem ſine falſitate. a& concludit gl.noſtra q̄ ſic,ꝑ.c. ſicut. j̄.de teſti.Sed contrarium tenet hic Inno. & Ioand. An. per iſtū tex.qui.j̄.ſubtiliter inducetur.Bar.autem in l.diuus.de re iudic. & D.An.hic tenent contrarium.& mouentur tali ratione,quia teſtis hoc ipſoq̄ conuincitur de corruptione,cōuincitur de falſitate,vt.l.j.§.j.ff. ad l.Cor.de fal.ergo ſimul videtur doceri,quod vtroque,& hanc opi.approbat hic Abb. Moder. adducens tex. in c.ſicut.in fi. j̄. de teſtibus. nec poteſt dici ſecundum eum, q̄ ibi ſit ſpeciale in cauſa matrimonij, quia ratio poſita in fi. text. eſt generalis, videlicet q̄ teſtibus corruptis & periuris non eſt credendum.ſed tu dic,q̄ illud,quod ponitur in fi.literæ, non eſt ratio præcedentis dicti, immo eſt nouum dictum de per ſe. nā primo dixit Pontifex,q̄ ſi per alios teſtes probatur corruptio, retractanda eſt ſententia, ſed ſi ijdem teſtes, qui primo depoſuerunt,nunc velint dicere ſe eſſe corruptos,non ſunt admittendi, quia hoc ipſo patet de turpitudine ſua,vel periurio, vnde dicit do.Flor.tenens opin.Ioan. Andr. quę mihi placet.& pro declaratione articuli & eorum,quæ diximus in notabilibus circa materiam corruptionis teſtium, pono breuiter duas cōcluſiones.
69 Prima eſt,† teſtis corruptus pecunia b etiam iure ciuili repelli-
b tur a teſtimonio,licet non ſit condemnatus de hoc, & licet fuerit corruptus in alia cauſa,quam in ea, in qua tunc teſtificatur, hoc probaui.s̄.in nota.ſufficiētur, & vltra ibi allegata adduco tibi tex.no.in l.3.§.Iulianus.ff.de teſti.quem tex.induco, ſicut dicitur in prin. literæ, quod quis repellitur a teſtimonio, qui eſt condemnatus publico iudicio,& ſic de iure ciuili regulariter requiritur condemnatio,poſtea dicitur in verſi.qui non,q̄ qui accipit pecuniam ob teſtimonium dicendum, vel non dicēdum, repellitur a teſtimonio, ſi de hoc fuerit condemnatus, vel conuictus,& ſic patet per illam alternatiuam, quod quo ad crimē corruptionis non eſt neceſſaria ſententia.Secunda concluſio in
70 iſta materia eſt talis,teſtis † qui conuincitur circa corruptionē, poteſt puniri pœna falſi, quia conuincitur dixiſſe falſum iuramento,ex quo iurauit non precio teſtificari, & contrarium apparet, ſed per hoc non ſequitur, q̄ conuictus dixiſſet falſum in alijs capitulis,ſicut expreſſe probat in prin.tex.vbi patet q̄ ꝑ probationem corruptionis non probatur falſitas, niſi forte dicas,q̄ hoc eſt ideo in tex.noſtro, quia iſte ſpecifice ſe aſtrinxit ad probandum corrupti onem,& falſitatē, quaſi exprimendo vtrunque de per ſe non videatur velle alterum probari per alterum, ſed non reperitur iure cautum, vnde melior videtur eſſe opin. Ioan.And.quam Bar.quod probata corruptione non probatur falſitas,& conſequenter q̄ ex ſola corruptione non poſſit obijci poſt ſententiam.ſed contra iſtam opi.facit tex.in l.diuus,in fi.ff. de re iudi.quem ponderat ibi Ioan.de Imo.vbi patet, q̄ fuit deducta conſpiratio corruptionis & falſitas.& in tex. videtur affirmare,q̄ ſufficiat probatio corruptionis,& eſt ratio, vt dicit ibi Ioan.de Imo.quia probata corruptione probatur falſitas, & ſic videtur, q̄ ſola corruptio poſſit obijci poſt ſententiam. Sed tu poſſes dicere reſpondendo ſubtilius & verius, quam alias dixerimus,q̄ alia ratio Ioan.de Imo.non eſt vera, quia ibi ſupplicās in libello deduxerat illa tria copulatiue.ſ.conſpirationem, falſa teſtimonia & corruptionem teſtium, vnde cum copula ponatur inter diuerſa de ſui natura,vt traditur in rubrica de iuris, & fac.igno.apparet,q̄ alios teſtes dicebat ſupplicās falſos & alios corruptos,& ſic ex corruptione non probatur aliorum falſitas. Præterea pondera tex.ibi in fi.vbi requirit duo copulatiue,videlicet conſpirationem aduerſariorū, & corruptionem teſtium, & ſic non ſufficit ſola corruptio,quod non eſſet verum, ſi ꝑ corruptionem falſitas,vt patet in text. & ca. ſenſus ergo illus literæ eſt,quando fit mentio de conſpiratione ſimpliciter, facere mētionem de falſitate, quia conſpiratio aduerſariorum ad retractandum ſententiam non debet aliquid operari, niſi quia falſis teſtibus circūuenerunt religionem iudicantis, ſicut declaratur in l.ſi prætor.§.Marcellus.ff.de iudi.& per Bar.& alios, & ſic in effectu non fuit omiſſa falſitas in cōmiſſione, quæ erat expreſſa in libello. Sed tu potes dicere, q̄ ſi tex.ille intelligeretur de falſitate diuerſorum,ſicut expoſuimus,non probatur ibi,q̄ falſitas & corruptio ſint ſimul probanda in eiſdem teſtibus, & illud ego credo & infero,quod reſpectu odij partis,quæ produxit teſtes & falſos & corruptos pro dilec.eſt,vel melius adhuc,quod alium corrumperem & alios ſubornauerim ad falſum dicendum, quam ſi eoſdem corrupiſſem & ſubornaſſem,vnde merito etiam illo caſu poterit dici de corruptione, ſicut ſi argueret falſitas & corruptio eorundem teſtium, & illa reſponſio plus placet quā illa,quam alias dedi ad illā.l.In glo.poſita ſuper verbo aſtrinxit ſibi,ar.contra.j̄.de appel.c. ſignificauit. Pro declaratione huius particulæ & etiam vltimæ partis gl.quæ expedietur
71 cum iſta, videnda ſunt duo.primum eſt † vtrum ille, qui dedu-
c cit factum qualificatum c in dubio videatur ſe aſtringere ad ꝑbandum vtrunque. Secundum ſuppoſito q̄ videatur etiam ſe aſtringere,quid ſi probat alterum tantum, vtrum iudex ex officio poſſet condemnare & repellere agentem, ſi vnum tantum fuiſſet deductum.& arguitur primo cum communi opinione, quæ fuit Bar.in l.diuus.præallegata.& in l.Fulcinius.§.j. ex qui. cau.in poſ. eatur,q̄ ad vtrunque videatur ſe aſtringere. primo per tex.quem ibi ponderat Bar.ad hoc in l.j. §. quæſitum.ff. de aqua quot.& æſti.ſecūdo per caſum no. in iſta materia in c. ab eo.de elec.li.6.vbi tex.dicit,q̄ ſi aliquis obiecit alicui crimē manifeſtum,ſi non probat vtrūque excluditur a proſecutione cauſæ,& incidit in pœnam, & quia tu poſſes cauillare literā in hac concluſione demonſtro tibi manifeſte hoc, quod dicit.nam ibi dicitur,quod deducenti crimen qualificatum non competit facultas corrigendi vel crimen,vel qualitatem, quia eſt quæſitū ius reo,vt non probans non audiatur vlterius & puniatur. modo ſi probans factum & non qualitatem deliberet vincere, admitteretur detractio qualitatis, nec haberet locum ratio literæ ex quo ſuccumbens in qualitate non pateretur pœnas decretalis.vnde patet manifeſte,q̄ ſuccubens in qualitate ſuccumberet in toto,quod non eſſet,niſi ad vtrūque videatur ſe aſtrinxiſſe.In contrarium fortiſſime facit,quia quando deducitur factū qualificatum per adiectiuum, ſolet diſtingui, quod aut illud, qđ exprimitur per adiectiuū eſt acceſſoriū ad illud,quod principaliter deducitur in diſpoſitione,tunc adiectiuum copulat acceſſorie,& ideo extincto principali non conſideratur id, quod accedit,vt Inſtitu. de leg. §. ſi quis ancillas.aut per talem adiectiuum deducitur id, quod ſui natura non habet ſe acceſſorie, & principaliter deductum, & tunc adiectiuum ęque copulat principaliter, vnde ſi deficit principale non videtur deficere id, quod improtatur per adiectiuum,& ecōtra.Caſus eſt no. in l.ſi quis fundū.in fi.ff.de fundo inſtru.per quem tex. videtur inferēdum ad quæſtionem noſtram,quia ille,qui deducit falſum cū

corru-

ADDITIONES.

a VIN. GOD. An ſufficiat probare corruptionem ſine falſitate.Dicas,quod requiritur,quod fuerit conuinctus pecuniam accepiſſe,vt habetur in trac.de reprob.teſt. D.Steph.Aufe.in lib.4.trac.fol.178.nu.3.

b VIN. GOD. Teſtis corruptus pecunia repellitur a teſtimonio,& punitur de falſo.Adde Par.de Put.in trac.ſind.verſ.an ſi.

c Qui deducit factum qualificatum,an teneatur probare vtrūque factum & qualitatem &c.uide tu Fel.in c. 2.in 10.col.de reſcri.ver.fallit tertio.&c.& Cal. Alex.in c.omnes leges,col.3.diſtin.1.Imo.in conſi.102.col.2.

corruptione,cum corruptio & falsitas sint extrema separata, & corruptio non accidit necessario falsitati,in dubio non videatur se astrinxisse ad probandum, vtrunque. sic, si deduxisset corruptionem copulatiue, quinimmo etiam si libellus diceret, q̃ Titius dixit falsum cum corruptione,adhuc videretur dicendū
72 idem: †quia dictio cum,quando ponitur inter duo,quorū vnū naturaliter non accedit ad aliud, videtur deducere vtrunq; principaliter sicut copula,& casus est no,in l.si vt certo,§. si me rogaueris.ff.commoda. & bene facit tex.& quod ibi per Bar.in l.Titiæ textores.§.nihil.ff.de le.j.quod ipse ponit in l.si cui fundum. vnde videtur per prædictam.l.si cui,quod si aliquis deducit falsitatem cum corruptione, vel dixit, q̃ dixit falsum corruptus p̃ adiectiuū,sufficiat probare corruptionem sine falsitate, & multo fortius falsitatem sine corruptione.& quia ista cōtraria sunt difficialia Bar.in d.l.si cui fundum.in fi.nititur respondere huic obiectioni.& videtur obscure loqui in tantum, quod male potest elici intellectus,sed tamen sensus est iste in effectu, q̃ qualitas importata per adiectiuum,potest considerari respectu sui dicti vno modo sicut adiectio relatiua, quæ refert se ad illā rem, vel factum principale, seu sicut res ipsa, ex qua facta est relatio & adiectio. Si consideretur primo modo, tunc non potest subsistere sine principali,quia accidens non potest esse sine subiecto, neque relatio sine extremo,ad quod fit relatio. Secundo modo potest res ipsa,ex qua fit relatio sub sistere per se,exemplum, testator legat alicui fundum instructum, & in vita sua alienat dictum fundum,& sic respectu fundi alienati rei principalis extinguitur alienatio, vt.l.rem legatam. cum ibi no.ff.de adi.leg.dicit ergo tex. in d.l.si tu pereres in iudicio illud accidens.& illā qualitatem instrumenti,primo erat relatio & adiectio.i.qualitas fundi,male peteres,quia sub ratione relatiui & accidentis nō potest amplius cadere destructo subiecto i.alienato fundo, in quo legatū est extinctum. sed si tu petas res, ex quibus fiebat ista relatio. i. res quas instruebat paterfamilias,dum erat in fundo,tunc bene petis,quia istæ res considerant̄ vt substantiuum de per se, vt qualitas alterius.Et ex his dicit saluari opin.suam in l. diuus. quasi velit, quod si libellus dicit, aliquem dixisse falsum , quia corruptus , licet probetur corruptio. sine falsitate, non tamen probat , prout est deducta. i.sicut qualitas , sed potius sicut res quædam de per se, ex quo est facta relatio, vel qualitas ad falsitatem , nam vnum videtur deductum,& aliud probatum, sed parcat mihi reuerentia sua, per hoc non fugit contrarium, quia similiter ego dico in fundo instructo,quia res, ex qua fit relatio,& qualitas non est deducta in legato, vt talis non debeat, vt res simpliciter,ex quo non potest peti vt qualitas & adiectio.
28 diffuſe do. Abb. † quomodo diuerſæ ſpecies probationum poſſunt ſimul iungi ad faciendum vnam plenam probationem, & refert dicta Bart. in l. admonendi. ff. de iureiuran. & l. j. §. idem Cornelio. ff. de quæſti. & Ioan. Cal. Et ad primum membrũ ſuę diſtinctionis, dum dicit, ꝙ diuerſæ ſpecies probationis non coniunguntur, cum tendunt ad diuerſa, vnde teſtes ſingulares nunquam coniunguntur ad probationem, vt in c. bonæ. & in c. cum dilectus. allegato, tertia. q. 8. nihilominus. & ibi per gloſ. Adde
29 ꝙ poteſt probabiliter dubitari, vtrum per teſtes ſingulares ſaltem fiat ſemiplena probatio, ſuper quo diſtinxit Bal. ſingulariter in c. j. circa prin. de cõtrouerſia inueſti. ꝙ aut teſtes ſunt omnino ſingulares circa factum mediatum & immediatum, exemplum cum deponunt ſuper diuerſis factis, quorum vnum non infert modo aliquo in aliud, & tunc iſta varietas debilitat fidẽ teſtium, nec dicuntur ſemiplene probare, neque defertur iuramentum in defectum probationis. aut teſtes non ſunt omnino ſingulares. exemplum, quando vnus teſtis deponit de cõtractu, alter de confeſſione facta parte pręſente, & tunc teſtis deponẽs de veritate ſemiplene probat, & coadiuuatur ab altero teſte, licet vnus deponat de contractu, alter de confeſſione, ꝙ eſt diuerſum. & ratio eſt ſecundum eum, quia confeſſio, de qua deponit alter teſtis, licet ſit diuerſum factum contractum immediate, continet tamen contractum in ſe, inquantum ipſa confeſſio probat ꝓtractum eſſe factum, ꝙ plenius declarabitur in ſequentibus. Item tenuit Bal. quo ad primum membrum, in l. de quibus. in vlt. char. col. j. ff. de legi. vbi dicit, ꝙ nimia varietas in facto reiterabili ſapit varietatem, ſicut in facto non iterabili hẽat eam manifeſte, allegat Bald. qui hoc notanter dicit in l. j. in fi. ff
30 quemadmo. teſta. ape. & in l. Labeo. ff. de ſupel. leg. † Et ex hoc. infert, ꝙ quia teſtes ſingulares debilitant ſe adinuicem, non defertur ſacramentum in defectum probationis. & licet nihil boni alleget, poteſt probari iſta concluſio, nam quando in iudicio deducitur unum factum per actorem ſeu reum, ꝙ ſit probandum per teſtes, præſumptio iuris eſt, ꝙ non præſumatur multiplicatio, vel pluralitas eiuſdem actus, vt eſt caſus in c. in præſentia. s̃. eo. & no. Inn. & Moder. & in c. cum Io. j̃. de fide inſtru. vnde ſi teſtes plures deponunt idem factum pluries factum eſſe, ſicut faciunt teſtes ſingulares, non ſunt quidem contrarij contrarietate manifeſta, nec etiam præſumptiua, ſed tamen reddit eorum dictum ueriſimile propter pręſumptionem prędictam. Et ſic eſt dubium, quando plures teſtes ſunt adinuicem varij, et contrarij, utrum poſſunt reduci ad concordiam, ad effectũ probandi, ut traditur in c. cum tu. j̃. de teſti. ita poteſt affirmari probabiliter, ꝙ ad inueniendum ſemiplenam probationem ſufficit iſta ſingularitas. nec præſumitur pluralitas factorum ad perficiendum ſemiplenam probationem, ſed ſolum ad hoc ut teſtes non uideantur contrarij ex præſumptione iuris, quę præſu-
31 mit factum non multiplicari, † quia fauorabilior eſt plena probatio, quam ſemiplena, & ſic uidetur procedere, & iſta concluſio eſt uera, quando plures teſtes ſingulares deponerent circa plura facta, quę eſſent ad minus quo ad ſubſtantiam eiuſdem formæ & effectus, & inter eaſdem perſonas per rationem prędictam. Vbi autem teſtes ſingulares deponerent circa diuerſa facta non eiuſdẽ formæ & effectus, puta de homicidio diuerſarũ perſonarum, uel de diuerſis contractibus & delictis, tunc quia hic non datur multiplicatio circa idem factum. ſ. eiuſdem formę & effectus, non obſtat præſumptio prædicta, & ideo teſtes ſingulares ſemiplene probant, & defertur iuramentum in defectum probationis. primum dicit notanter Spec. in tit. de inquiſitione. §. nunc uidendum. verſi. ſi autem ſemiplene. & ibi Bal. in addi. Item dixit Bal. in addit. tit. de probationibus. §. fi. ubi di-
32 xit, † ꝙ etiam mille teſtes ſingulares non probant niſi ſemiplene, ſecundum ꝙ dicit gl. no. quam ibi approbant omnes in c. tã literis. in princ. j̃. de teſti. Erat enim ibi probatio facta per teſtes ſingulares de diuerſis criminibus, vt exponit ibi gl. ſuper verbo ſoli. & communiter Doct. tamen glo. ibi ſentit expreſſe ſup ver. prolata. in fi. ꝙ niſi cauſa eſſet criminalis deferendum ibi erat iuramentum in defectum probationis. Secundo adde inquantum dixit, ꝙ ex pluribus imperfectis probationibus diuerſis ſpecie tẽdentibus ad idem poteſt reſultare vna perfecta probatio, ꝙ hoc aliter declarat Bart. & ſubtilius in l. ſi quis ex argentariis. §. j. ff. de eden. vbi dixit, ꝙ quando diuerſæ ſpecies probationis ſunt imperfectæ in ſe, licet non faciant plenam probationem, tunc vera eſt doctrina prædicta. exemplum, quando fama coniungitur cum vno teſte: vnaquæque enim probatio eſt per ſe perfecta, ideſt in ſua ſpecie. nam & dictum teſtificantis non habet probari in ſe a teſte, licet ſolum non ſufficiat, & fama q̃uis non plene probet de ſe, tamen probata eſt perfecte, ſi probatur duobus teſtibus, ſcilicet quando diuerſæ probationes eſſent in

ſua

ADDITIO.

[a] VIN. GOD. Vide Rui. cõſi. 92. nu. 11. li. 4. vbi ibidẽ & p totũ de probatione duorum teſtium & per famam & per inſtrumenta, multa adducit.

a ſua ſpecie inter ſe. verbi gratia, fuga probatur per alium teſtem, tunc enim coniunguntur iſtę probationes adinuicem, vt faciāt vnum plenum indicium, quia quodlibet indicium debet ꝓbari per duos teſtes, vt no. Inno. in c. ſicut. j. de ſimo. & eſt glo. ord. & ibi per Bart. in d. l. fin. C. famil. ercis. & per eundem in l. fi. ff. de
33 quæſt. Et aduerte, quia ſicut in aliquibus actibus teſtes, qui deponunt de veritate, debent eſſe plures numero, quam duo: ita teſtes, qui volunt probare indicium, vel coniecturam, ex qua illa diſpoſitio, vel coniectura probaretur, vnde tunc non ſufficerent duo teſtes ad probandum indicium, caſus eſt no. & ibi Bar. in l. cum proponeretur. ff. de leg. 2. & tradit Bal. in c. j. §. fin. ſi de inueſti. lis oriatur inter domi. & vaſall. Dixit etiam alibi Bal. no
34 tanter † ꝙ probatio, quæ fit ex diuerſis ſpeciebus probationū, dicitur magis præſumptio, quam probatio, vt ipſe ponit in ca. j. §. eum autem. de controuer. inueſti. ſed hoc dictum non credo verum, niſi quando aliqua ex illis ſpeciebus, vt coniectura vel indicium non erat probatio. quid enim ſi non coniungitur vnus teſtis de veritate cum confeſſione facta parte abſente, prout voluit Bal. in l. admonendi. de iureiuran. quare non reſultabat vera probatio, cum nulla ſpecies probationis hic ſit coniecturalis & cum mixtum participet de natura extremi, vt dicitur in l. 2. in princip. & ibi plene de verb. oblig. Sed circa hoc membrum
35 quæritur de quæſtione notabili, videlicet, † quid ſi vnus teſtis deponit de veritate contractus, & alter teſtis deponit de confeſſione facta parte præſente, quæ ſi eſſet plene probata, ſola faceret plenam probationem, vtrum iſtæ ſpecies coniungerentur ſimul ad perficiendum probationem. ſuper quo cōſidera duos caſus. nam aliquando loquimur de mutuo, vel alio contractu, qui in hoc eſt ſimilis mutuo, aut loquimur in aliis contractib. & factis. Primo caſu dicendum eſt indubitāter, ꝙ iſti teſtes ſunt ſingulares, quia teſtis, qui deponit de numeratione, deponit de mutuo naturali, ille autem, qui deponit de confeſſione de mutuo ciuili. Inſti. de lit. obli. in prin. & l. 2. §. creditum. & ibi no. ff. ſi cert. pet. hoc expreſſe tenent Cyn. & Pet. in l. 2. C. quæ ſit lon. conſue. quos refert Salyc. & ſequitur in l. teſtium. in fi. C. de teſti. hoc etiam tenet dom. Abb. hic, licet contrarium dicat & male in c. cum dilectus. infra de ſucceſſ. ab inteſta. pro his facit optime, quod ponit Specu. in tit. de teſte. §. j. ver. ſed pone. & Mod. in c. ſi cautio. infra de fide inſtrumen. Secundo caſu eſt maior dubitatio, nam Bal. qui ſolus mouet iſtam quæſtionem in authen. rogati. C. de teſti. & Salyc. ibidem dicunt, ꝙ ex his duobus non reſultat plena probatio, quando iſti teſtes habito reſpectu ad id, ſuper quo immediate deponunt ſuper diuerſis, ſunt ſingulares. vnus enim deponit immediate de contractu, alter de confeſſione, quo caſu ſunt diuerſa, vt patet de ſe, adminiculatur tamen confeſſio ſemiplene probata teſti deponenti de veritate, ita ꝙ reſultat plus quam ſemiplena probatio, & minus plena probatio, pro hoc dicit eſſe caſum in c. cum dilectus. infra de ſucceſſ. ab inteſta. qui tex. hoc probat. Sed ad illum tex. poteſt dici, vel ꝙ probat contrarium ſecūdum communem Doct. lecturā ibi, qui volunt, ꝙ ex confeſſione illa & vno teſte oriatur ſufficiens præſumptio ad condemnationem, vel tenendo ſecūdam lecturam dicamus, ꝙ ibi confeſſio plene probata per teſtes non probat neque plene, neque ſemiplene, quoniam emanant in extraneis, & potius inducit vltimam voluntatem, vt ibi dicitur, & ſic limitabitur ſingulariter, quod dicit Bart. in l. cum quis de-
36 cedens. §. codicillis. ff. de leg. 3. videlicet, † ꝙ confeſſio facta in vltima voluntate parte præſente non probat, ſi pars non acceptauit confeſſionem, vel notarius pro eo. non ſolum autē non probat plene, nec ſemiplene, dicit ille tex. no. licet aliquid adminiculi faciat. & licet Bal. in c. j. de controuer. inueſti. circa prin. teneat hanc ſuam opin. de qua ſupra: hæc tamen opin. non vide-
37 tur vera, † quia quando fit ſemiplena probatio, actus, qui immediate non eſt contractus, de quo quæritur, ſed probat ipſum contractum eſſe factum, ſicut ſi ille actus probaretur plene, probaretur contractus perfecte per illum actum, ita ſi actus ille ꝓbaretur ſemiplene, etiam contractus principalis ſemiplene probabitur, ita ꝙ defertur iuramentum in defectum probationis, caſus eſt no. & ibi glo. ordi. in authen. de inſtru. fi. & cau. §. ſi vero aliquid tali. in ver. ſi tamen quiſquam. ſupra de iureiur. vbi patet, ꝙ ſi in ſcriptura priuata debitoris continetur aliqua promiſſio, & illa ſcriptura probatur ſemiplene, ꝙ ſit ſcripta manu debitoris, probatur etiam ſemiplene illa promiſſio, quæ in ſcriptura continetur, & defertur iuramentum, vt ibi dicitur, hoc probat tex. eo. tit. §. ſed & ſi quis. in fi. ibi, fidem cum vtroque ſuſcipiat. vbi patet, ꝙ ad probandum ſcripturam eſſe manu debitoris, duo teſtes faciunt ſemiplenam probationem, & ſemiplenam facit comparatio. Si ergo vnus teſtis probat confeſſionem factam parte præſente, probabit etiam mediate ſemiplene contractum. i. per medium confeſſionis, & ſi iſta eſt ſemiplena probatio, nihil ob. quin poſſit coniungi cum vno teſte de veritate, quia cum teſte de veritate non ꝓiungitur teſtis deponēs de ꝓfeſſione, quia ſic eſſet ſingularis, ſed ipſa ꝓfeſſio probata per teſtē.

ADDITIO.

a VIN. GOD. Adde, quando fuga faciat indicium ad torturam', Dec. conſil. 234. In effectu. col. 2. li. 2. & an ſuſpectus de fuga poſſit capi ab incompetenti iudice, Dec. conſ. 75. lib. j.

SVMMARIVM.

1 *Petitio contra monachum dirigenda, & non contra monaſterium aliquando.*
2 *Monachus debet ſtare in monaſterio, donec dubitatur, vtrum ingreſſus valeat.*
3 *Teſtes deponentes de peritia artis, debent eſſe perſonæ honeſtæ.*
4 *Teſtibus publicatis deponentibus de peritia artis, poſſunt produci teſtes contrarij ſuper peritia.*
5 *Iudex quando poſſit interponere officium ſuum.*
6 *Iudex poteſt corrigere etiam parte non petente dictum deponentis de peritia artis.*
7 *Monialis an poſſit recuperare bona, quæ obtulit, ſi profeſſio ipſo iure non valuit, 8.*
9 *Diſponere magis videtur, qui ſuſpendit voluntatem in futurum, quam diſpoſitionem.*
10 *Declaratio l. adminicula. ff. de cond. ſine cau.*
11 *Oblatio, quæ fit expreſſe de bonis, ob quam cauſam fieri dicatur.*

CAP. XIIII.

a CAuſam. Poſſunt reprobari matronæ, ꝙ quas virginitas probatur ad diſſoluēdum matrimonium, a vel ſic ſecundum alium intellectū, quando teſtis deponit de peritia artis, etiam publicatis atteſtationibus poſſunt contra ipſas noui teſtes induci. ſecunda ibi, mandamus. tertia ibi, & quia. Nota primo ibi, puellam, &c †ꝙ quando agitur contra monachum pro annullatione monachatus & profeſſionis, quia dicitur, ꝙ ingreſſus non tenuerit, debet dirigi petitio contra perſonam ipſius, & non cōtra
1 monaſterium. Et idem eſt, vbicunque ſententia condemnatoria ferenda non poteſt mandari executioni, niſi contra perſonā monachi, pro quo vide optimum tex. vltra Docto. in c. dudum. infra de conuer. coniug. & de materia dic, vt plene tradit Innoc. & Moder. in c. cum his. & c. fin. infra de re iudic. & in c. cum dilecta. in vlt. glo. ſupra de reſcript. & quod ponitur in c. in præſentia. ſupra eodem. & in auth. cauſam, quæ. C. de epiſcop. & cleri.
2 vbi per Bar. No. ſecundo, ꝙ †donec dubitatur, vtrum ingreſſus valeat, monachus debet ſtare in monaſterio, in quo ingreſſus eſt, & ab eo habere expenſas litigij: quia interim nihil habet ſecundum Hoſtien. & Docto. hic, & eſt bonus text. in c. ex parte j.
3 de accuſa. Nota tertio, ꝙ † etiam teſtes deponentes de peritia artis debent eſſe honeſtæ perſonæ nō ſolum periti. vnde omnis exceptio, quæ poteſt repellere alium teſtem videtur poſſe hūc
4 repellere, arg. huius literæ. No. quarto in ver. verum, ꝙ† publicatis teſtibus deponentibus de peritia artis, poſſunt produci teſtes contrarij ſuper peritia, quinimmo videtur etiam, ꝙ poſſint produci teſtes de veritate deponentes aliter, q̄ per peritiam, & in hoc amplio hic dictum d. Abb. qui tenuit primum dictum per iſtum tex. alij dicunt, vt videbis in gl. ꝙ ſpeciale eſt in cauſa matrimoniali, ſed pro prima opin. multum facit ratio literæ ibi, & quia, &c. quæ videtur eſſe generalis ad omnem caſum, de quo dic vt plenius in c. propoſuiſti. ſupra eod. Nota vltimo, quòd in
5 cauſis, in quibus exuberat officium iudicis, ſicut in cauſa matrimoniali, beneficiali & ſimilibus, iudex poteſt interponere officium ſuum non ſolum in his, quæ non poteſt pars, vt in c. conſtitutus. infra de appel. & in c. cum nobis olim. ſupra de ele. ſed etiam in his, quæ poteſt pars, vt ſentit hic Ioan. Andr. nam quia agitur de matrimonio diſſoluendo, pars poterit producere teſtes publicatis atteſtationibus ſecundum communem intellectum, ꝙ habet, ꝙ hoc ſit ſpeciale in cauſa matrimonii, ideſt ꝙ iudex ex officio ſuo hoc facit in fi. litis. Pro p̄dictis benefacit tex. in c. exceptionem. in fi. j. de exce. vbi patet, ꝙ licèt pars poſſit expellere excommunicatum in quacunque lite, hoc etiam poteſt iudex, ſi pars nō facit: quia agitur de periculo animæ, ſed forte ibi eſt alia ratio ſpecialior: quia intereſt iudicis non communicare excommunicato. Ad materiam iſtam vide, quod ponit ſingula
6 riter Bar. in l. arbitro. ff. qui ſatiſd. cogan. vbi voluit, † ꝙ dictum deponentis de peritia artis, iudex poſſit corrigere ex officio etiam parte non petente. In glo. poſita ſuper ver. ponatis, ibi,
7 tenebat monachatus. Quærunt hic Goffr. & Docto. † quid ſi matrimonium fuiſſet conſumatum copula carnali, ſic quod non valuiſſet profeſſio ipſo iure, vtrum bona, quæ ipſa monialis obtulit, poſſet recuperare. & ſingul. dicunt, quòd ſic per

ADDITIO.

a VIN. GOD. Nota, ꝙ matrimonium in paradiſo terreſtri fuit ordinatum, Soc. iun. conſ. 63. nu. 39. li. 3. Hodie tamen matrimonium reddit clericum ad inſtar meri laici, Paiſ in conſ. 40. nu. 23. lib. 4. & in matrimonio tria bona cō currunt, fides ſcilicet, proles & ſacramentum. Grat. conſ. 38. nu. 19. li. 2.

per ea, quæ habentur in c. quod a te. ĩ. de cle. coniug. sed d. Abb. Moder. latius reassumens quæstionem recitat hic dicta Bal. in auth. ingressi. C. de sacrosanc. ecc. quæ plenius prosequitur do. Ant. de But. in c. in præsentia. s̃. eo. in 6. char. & de cæteris casib.
8 dic vt ibi per eum, & hic per Moder. † Sed est vnus casus dubitabilis, videlicet qñ ille, qui sciebat ingressum non tenere, obtulit expresse se & sua, in quo dixit Bart. & sequuntur Doct. prędicti, ꝙ tunc bona non reuocantur reuocato ingressu, quia ille, q offert sua sciens ingressum non tenere, est similis soluenti ex falsa causa, quam scit esse falsam, qui videtur donare, & ideo non repetit, vt l. j. ff. de condi. inde. & l. cuius per errorem. ff. de regu. iur. Bal. autem non tenet hoc dictum in auth. ingressi. dicens, ꝙ quando causa finalis falsa exprimitur, tunc semper deficit dispositio, & reperitur datum per l. j. §. si repetendi. ff. de cond. ob causam. & per l. adminicula. ff. de condi. sine causa. sed hoc dictum non probatur iure, & nimis restringit leges præallegatas. s. nã tex. in l. si parenti. loquitur de eo, quod datur ob causam de futuro, qua non secuta competit repetitio, non de eo, quod datur ex causa, sed de præsenti, vel de præterito, quæ est falsa, & quam scit esse falsam. text. autem in l. adminicula. loquitur simul in causa de futuro, quæ reducitur ad non causam, quia est impossibilis sequi, & licet isti casus videantur similes, videlicet ꝙ aliqs soluat ex causa de præterito, quam scit esse falsam, & soluat ex
9 causa de futuro, quam scit non posse sequi, † recte tamen intuenti videtur, ꝙ ille, qui non suspendit volũtatem in futurum, magis velit disponere, quam ille, qui suspendit dispositionem
10 in causam futuram licet impossibilẽ. † Et tamen scias, ꝙ in casu l. adminicula. communis opin. est, ꝙ non competeret repetitio, si mulier soluens dotem sciret matrimonium non posse contrahi, præterquam in vno casu secundum Bart. videlicet quando fuissent contracta sponsalia, & data dos, non autem contractum matrimonium. Sed hoc non obstaret opi. Bal. quia ꝙ ibi non daretur repetitio in casu prædicto, esset potius propter delictum, quam quia dãs videretur donare, vt ibi declarant Doct.
11 restat ergo videre in casu nostro duo. † Primo, vtrum oblatio, quæ fit expresse de bonis, videatur fieri ob causam de præsenti, idest propter professionem, vel ob causam de futuro, idest etiã propter alimenta, quæ debet percipere monachus a monasterio, nam si videretur facta propter alimenta & causam de futuro, tunc repeterentur bona causa non secuta, & quæ non potest sequi, vt l. j. & quod ibi no. C. de condi. ob causam. & l. si vt proponis. eod. tit. & quod traditur in c. verum. de condit. appos. & hoc tenet expresse Anto. de Butr. quando oblatio fuit facta pro alimentis futuris, in c. in præsentia. supra eod. & certe videtur dicendum, ꝙ oblatio in dubio censeatur facta propter causam de præsenti, sicut enim ille, qui est in periculo mortis donando videtur donare causa mortis, vt l. 2. & 3. & quod ibi per Bart. ff. de dona. causa mor. ita ille, qui profitetur, videtur donare ex causa professionis, quæ est mors ciuilis, quia cum per professionem transferat se in potestatem alterius, videtur etiam expresse offerre bona illi, in cuius potestatem se transfert, quæ est ex natura potestatis, si professio esset valida, transiret ad eum. c. in præsentia. supra eod. & hoc est verisimilius. Sed ad hoc isto concesso videtur, ꝙ communis opin. non sit vera, aut enim dicis, transferri dominium ex ista oblatione tanquam ex donatione facta ecclesiæ, & hoc videtur falsum, quia hic concurrit duplex speciali tas, videlicet ꝙ solutio, vel traditio facta ex falsa causa inducat tacitam donationem, & ꝙ in ecclesiam trãsferatur dominium ipso iure sine traditione, quæ non videntur posse concurrere, vt l. j. & quod ibi no. ff. de dotis promissione. & ita no. Bar. in simili q. in ecclesia in l. si rem aliquam. ff. de acquir. poss. aut dicis ex ista oblatione acceptata per monasterium resultare pactum nudum de donat. & hoc non videtur posse procedere secundum diuersas opin. nam secundum Dyn. in c. quod semel placuit. de reg. iur. & gl. in l. 2. §. circa. ff. de doli excep. quorum dicta sequitur Anto. de But. in c. si cautio. in prima char. ĩ. de fide instr. promissio facta ex falsa causa, quam vtraque partium scit esse falsã non valet: quia in pari causa potior est conditio excipientis, & hoc sequitur Bal. in l. generaliter. C. de non nume. pecu. & sic si prior, vel abbas, qui recipit professionem, sciuisset vna cum professente professionem nõ valere, & sic falsam esse causam, ex qua fiebat oblatio, videtur, ꝙ ex dicta promissione non possit agi, sed hoc non tenet Bar. in d. §. circa. & credo, ꝙ dicat melius, ꝙ nunc, quia si promissio facta ex falsa causa scienter fundatur in hoc, ꝙ promittens videtur donare, sicut dicimus in soluente, sequitur, ꝙ quando vterque sciuit causam esse falsam, nihil obstat, quin inducatur donatio. nec video, quomodo ratio Dy. concludat, si supponitur id, quod dixi, sed concludit secundum intẽtionem suam, quia ipse non credit, ꝙ in isto casu includatur donatio, sed tunc debet ostendere differentiam, quare soluens scienter videtur donare, & non scienter promittens, cum ista parificentur in ista materia, vt probat tex. in l. fi. C. ad legem falci. Vbi autem iste, qui ingreditur monasterium, sciret causam esse falsã, monasterium vero ignoraret, tunc secundum Dy. & d. Ant. & glo. & Bart. induceretur perfecta donatio, vt notatur in prædictis locis. Bal. autem tenet oppositum in l. generaliter. prę allegata: quia non datur consensus vtriusque concurrens in donatione, respondens ad l. j. ff. de condi. indeb. & ibi per eum, & forte sua opi. esset verior de subtilitate iuris, sed tamen alia est cõmunior. vnde secundum Bart. in primo casu & communem opi. in secundo saluari posset opin. Docto. in c. in prę sentia, & in auth. ingressi. Sed contra ipsam fortiter facit: quia dispositio. l. siquis argentum. C. de dona. non videtur habere locum in donatione tacita, ita declarat sing. Bar. in l. iurisgentium. §. quinimmo. circa fi. commenti. ff. de pact. & sic cum oblatio facta ex falsa causa habeat tacitam donationem, non videtur, ꝙ possit agi ex pacto nudo, vnde opi. communis redditur multum dubia, in duobus tamen casibus procederet magis clare. primus est, quando traditio rerum esset facta monasterio, tunc enim sumus in casu legis primæ, de condit. inde. & sic quando interuenisset stipulatio, per quam quis promisisset bona sua expresse. Item tenẽdo, ꝙ de iure canonico ex pacto nudo oriatur actio, de quo in c. j. supra de pact. forte in terris ecclesiæ procederet ista opin. sed adhuc istud esset dubium, quia posset dici, ꝙ dispositio canonis nõ haberet locum in tacito pacto, sicut nec lex, si quis argentum. sustinendo tamen dicas, ꝙ l. si quis argentum. de iure ciuili est exorbitans, vnde illud fit, ne duplex pœnalitas concurrat circa idem, quæ ratio cessat in foro canonico, in quo istud est ius cõmune, quia ex pacto nudo oritur actio, vnde tantum debet operari tacita concessio, qnantum expressa. l. item quia. ff. de pac.

SVMMARIVM.

1 *Originalia actorum, an debeant remanere penes iudicem, vel penes notarium.*
2 *Instantia de iure canonico non perit triennio.*
3 *Perditio instrumenti. siue alicuius scripturæ, quomodo probetur.*
4 *Cæusæ pro processu, non præsumitur ante sententiam latam.*
5 *Partes, si fatentur esse litem contestatam, statur assertioni partium.*
6 *Lis debet contestari de iure canonico in interdicto recuperandæ.*
7 *Partes regulariter non possunt cogi ad componendum, vel ad concordiam.*
8 *Tractatus appellatione comprehenditur contentio de aliqua re, etiam si non sit deuentum ad aliquam conclusionem.*

CAP. XV.

CVm bonæ. Acta facta coram primis iudicibus faciũt fidem coram successoribus iudicantibus ex eadem instantia, & possunt produci noui testes, primis attestationibus perditis non obstante publicatione. secunda est ibi, mandamus. tertia ibi, alioquin. Nota primo ibi, apud priores iudices, maxime iun
1 cta prima glo. † ꝙ originalia actorum videntur debere remanere penes iudicem, apud quem sunt confecta, sed Ioan. Andr. in cap. quoniam contra. supra eodem. dicit per illum text. ꝙ debent remanere apud notarium, qui scripsit, & ꝙ hoc euenit de facto, non quia ita debuerit fieri, & secundum hoc colligitur vnum notabile, ꝙ si originalia instrumentorum inueniantur penes alium, quam penes illum, apud quem stare deberent, non propterea perdunt auctoritatem, secundum Abb. Moder. pro quo est casus in l. quædam. §. his autem. & §. nihil. ff. de eden. & l. qui tabulas. & quod ibi no. ff. de fur. Nota secundo secundum
2 Hostien. ex isto tex. ꝙ † de iure canonico instantia non perit triẽnio, nam cum hic fuit commissa per Innocen. & demum mortuo Innocentio successit Honorius, qui vixit vltra triennium, cui successit Grego. qui causam de nouo committit. sed ista sua illatio facile potest euitari: quia ius instantiæ non incipit, nisi a litis contest. vt l. properandum. in princip. C. de iudic. vnde potuit differri litis conte. tantum, quia per tempus nouæ commissionis non erat lapsum triennium. Nota tertio perpetuo vltra
3 Docto. ꝙ † perditio instrumenti, siue alicuius scripturæ probatur, quando facta debita diligentia ex auctoritate superioris scriptura non inuenitur, & est vnus modus probandi negatiuam per perditionem rei, secundum Barto. qui hoc singulariter declarat in l. is potest. in secunda char. ff. de acquiren. hæred. allegat text. in l. 3. §. Nerua filius. ff. de acquiren. possess. & hoc est verum sine dubio quantum ad concedendum parti, vt producat testes de nouo, penes quam scriptura non erat, & similiter ad faciendum præsumi aliquid esse deperditum in fauorem eius, penes quem res non erat: sed ille, penes quem res olim fuit, velit probare rem esse amissam, puta notarius ne edat instrumenti parti, vel mercatori, ne producat libros, tunc nisi allegetur & probetur aliqua causa verisimilis, propter quam præsumatur perditio, ista diligens inquisitio non sufficeret, quia potuisset malitiose rem occultare, ita tradit Barto. not. in l. si quis ex argentariis. §. fin. ff. de eden. & Bald. post Cyn. in l. si creditor. C. de pigno. actio. & satis probatur in dictis iuribus. Nota quarto

ibi

4 ibi aliquando, &c. ℘ † ante sententiam latam non præsumitur pro processu causę, etiam si probentur acta esse perdita, & sic in subsidium. & hoc modo extenditur text. in c. quoniam contra.
5 s̃. eo. No. quinto ex eodem ver. ℘ † si partes fatentur litem esse contestatam, statur assertioni partium, de quo miratur hic multum do. Abb. quia per partes non potest remitti lit. contesta. vt traditur in c. fi. de re iud. li. 6. vnde videbatur, ℘ confessio partiũ emanans super solennitate, quam partes non possunt remittere, non probent solennitatem interuenisse secundum Bart. qui ita no. in l. sciendum. in j. col. ff de verb. ob. & est casus in l. si forte. ff. de castren. pecu. & quod ibi traditur per Bart. & in c. super ea. in fra de eo qui cogno. consan. vxo. vnde dicit, ℘ in decretali nostra ideo statur tali assertioni, quia agitur de modico, vel nullo præiudicio. si enim lis non erat contestata, de nouo poterat contestari, quinimmo totus processus paucis verbis poterat repeti, secundum notabilem doc. Bar. in l. mutari. ff. de procura. & melius ponit in l. cum quærebatur, ff. iud. sol. & quod tetigit hic Abb. sed plenius per D. Ant. & ipsum in c. pen. s̃. de iudi. Vel potes dicere, ℘ hic vna cum assertione partium cõcurrebat etiam assertio priorum iudicum, & sic non stabatur soli confessioni partium, de qua in c. cum a nobis. j. de testi. Nota sexto ibi quibusdam
6 spoliationibus, ℘ † de iure canonico in interdicto recuperandæ debet lis contestari. de quo in c. consultationibus. s̃. de offi. deleg. & in c. cum ad sedem. s̃. de restit. spol. Nota septimo
7 vltra Doct. ibi, si partes, &c. ℘ † regulariter partes non possunt cogi ad componendum, vel ad concordiam, licet iudex possit eã quærere: de quo dic, vt traditur in l. congruit. ff. de offi. presi. per Bar. & in l. equissimum. ff. de vsufr. de secundo & primo simul vide, quod plene ponit Ant. de But. s̃. de mut. pet. & in c. fi. s̃. de transac. 5. q. 2. c. si primates. 32. quæst. 8. c. si pars membrorum.
8 c. studendum. 90. distinct. Not. vltimo, ℘ † appellatione tractatus
a a comprehenditur contentio de aliqua re, etiam si nõ sit deuentum ad aliquam conclusionem: non enim scribit Pontifex, ℘ rescribat sibi, quid fuerit cõclusum, sed quid dixerint partes, ita ℘ non est necesse, vt dicatur tractatus aliquam conclusionẽ esse factam, ℘ facit notanter ad ea, quæ ponit Bal. in l. multum. C. si quis al. vel si. l. Titia. §. item respondit. ff. de verb. oblig. & in l. pacta nouissima. C. de pact.

ADDITIO.

a VIN. GOD. Nota, ℘ tractatus præcedens facit præsumere errorem in actu incontinenti facto, ideo ille attenditur, non actus subsequens. Ruin. consi 73. num. 7. lib. i.

De testibus. *Rubrica.*

Continuatur rubrica ad præcedentem hoc ordine. dictum est supra tit. proximo de probationibus in genere, sed quia genus melius cognoscitur per declarationem & numerationem specierum, quæ continentur sub genere, consequenter ponitur de pluribus speciebus probationum, & quia inter istas species probatio testium est validior & efficacior, vt in Authen. de fide instrumen. & cau. §. si vero. Ideo hæc species cæteris præmittitur, 4. quæstio. 3. c. testes. & fere per totum. & 3. quæstio. 9. nihilominus. Et pro declaratione rubr. quærunt hic Docto. de duabus quæstionibus. prima, quare dixit de testibus & attestationibus, cum in C. & ff. dicatur solum de testibus. & de ista dic hic per Doc. secundo, quare dixit de testibus & non de teste, & sup hoc dixit de testibus, quia vnus testis non sufficit, sed perficitur probatio per numerum pluralem, vt in cap. nuper. & in ca. licet. sed hoc dictum impugnant Moder. quia etiam ponitur infra de fi. instrumen. & tamen vnum solum instrumentum probat idẽ, & de præsumpt. & tamen aliquando vna violentissima presumptio sufficit, vt in c. afferte. & in c. tertio loco. infra de præsump. vnde Ioan. Andr. dixit secundo loco, ℘ hoc est vnum de his, quæ ponuntur ad beneplacitum, & de quibus non potest reddi ratio, per l. non omnium. ff. de legi. Vel dic, secundum Abb. Moder. ℘ immo locutus est in plurali, quia frequentius tractatur in hoc ti. de pluribus testibus, quam de vno, siue de fide vnius testis. Tu dic & verius, ℘ immo locutus est in plurali, & hic & in sequentibus titulis, quia diuersæ sunt species testiũ subalternæ, & instrumentorum & presumptionum: quidam enim sunt laici, quidam clerici, inter quos est differentia quo ad pœnam, vt in c. de cætero. infra eodem. Item sunt masculi & fœminę, inter quos similiter est differentia, vt in c. quoniam. infra eodem. & l. ex eo. ff. de testib. sunt & testes infames & criminosi, quorum aliqui totaliter repelluntur, aliqui non totaliter, sicut & consanguinei & domestici, de quibus in c. litteris, & in c. testimonium, infra eodem.

SVMMARIVM.

1 *Testis precio corruptus, an testificari possit.*
2 *Testificantis effectum, delictum commissum in fraudem testimonij ferendi, an tollat.*
3 *Testis simpliciter productus a parte, non citatus an valeat, & nu. 5.*
4 *Testis si præsente parte iurat, an productus præsumatur per se.*
6 *Citatio, si per iudicem commissa reperiatur, in dubio præsumitur commissa parte instante.*
7 *Opus quod inuenitur ab aliquo factum, præsumitur ab eo factum, ad quem pertinet.*
8 *Testis non productus, sed qui sponte obtulit se testificaturum, vtrum sit tanquam suspectus repellendus.*
9 *Testis si in iudicio a longinquo comparuit, in dubio præsumitur monitus a iudice.*
10 *Pars, si protestetur tempore iuramenti, quòd saluæ essent sibi exceptiones, testis tanquam suspectus repellitur.*
11 *Testis qui sponte non citatus producitur, ex hoc præsumitur inimicus.*
12 *Testem, vt melius ueritatem deponat, an liceat instruere.*
13 *Infidelis regulariter ad testimonium non admittitur.*
14 *Testis qui testificatur, an debeat esse ieiunus.*
15 *Verbum vnum & idem, de consilio & de præcepto intelligi potest secundum diuersas personas & materias.*

CAP. I.

PLacuit. Testes debent esse idonei & fideles, & nõ corrupti. secunda est
1 ibi, & vt. No. primo in verbo, p̃cio. † ℘ testis corruptus precio nõ potest testificari, ẽt si recipiat pecuniã, vt verum dicat. 15. q. 4. c. sane vnde ẽt si deponat verum, puniri potest pœna falsi, & in dubio ex hoc solo ℘ est corruptus, præsumitur dixisse falsũ. primo enim probat tex. & ibi per Bar. in l. j. ff. ad l. Cor. de fal. & tenet Bart. in l. diuus. ff. de re iudi. circa fi. de quo dixi plenius in c. licet causam. j. tit. prox. Non solum autem punitur pœna falsi, qui corruptus dixit testimonium, sed etiam qui corruptus noluit dicere, vt probat text. & ibi per Barto. in l. prima. §. primo. ff. de fal. Est tamen differentia inter ista duo, quia primus, vt dixi, præsumitur falsum dixisse, quia corruptus, & si non cogatur testificari, & deponat, creditur ei. ita probat text. singu. secundum Bald. in cap. primo. circa medium, si de inuestit. lis oriatur inter domi. & vasal. sed hoc non potest procedere absolute de iure ciuili, de iure autem canonico oportet distinguere, ℘ aut testificatur contra eum, qui illum corrumpit, & tũc stabitur testimonio suo, ne lucretur ex delicto suo: aut testificatur pro ipso, & tunc videtur prima facie ℘ non debeat stari, quia reperiretur esse criminosus. Sed tamen adhuc videtur dicendum idem, per text. not. in cap. inquisitionis, circa fin. infra de accusa. vbi patet, ℘ testis qui extra iudicium mentitus est ne testificaretur, cogi-
2 tur testificari, & creditur eius dicto, † quia delictum commissũ in fraudem testimonij ferendi, non tollit effectum testificantis, sicut nec inimicitia captata in fraudem, vt l. vnius. §. cum quis. & ibi per Bart. ff. de quæst. & hoc est verius, quia absurdum est & contra naturam testis, ℘ non possit dicere pro vtraque parte, & quia ex quo testis cogitur testificari, non obstante corruptione videtur approbatus a parte aduersa, qui petit eum cogi ad testificandum, vel a iudice si iudex procedit ex officio. & dicit hic Hostien. notabiliter, ℘ licet testis non possit testificari precio, tamen potest testificari prece. Et ex hoc infert hic do. Abb.
3 † ℘ licet testis non sit citatus a iudice, sed producatur simpliciter a parte, valet tamen eius testificatus. ita etiam dicit Spec. in titu. de testi. §. qualiter. ver. iudex. Amplius dicunt not. Domini de Rota decisione 360. quos refert hic do. Abb. & in c. secundo.
4 infra eod. latius, † ℘ si iurat parte præsente, præsumitur productus a parte, licet de productione non appareat, & per consequens valebit eius dictum. & licet hoc suum dictum non probet, neque primum, neque secundum per bonas decretales, vel leges, primum tamẽ probatur in l. Iulia. in prin. & l. inuiti. ff. de testi. quæ iura subtiliter inducit Bar. & declarat in l. post legatum. §. his vero, ff. de his, qui. vt indig. & est bo. text. & hoc ponit domi. Abb. in cap. cum in tua. infra de spon. vbi patet, ℘ admittitur testimonium consanguineorum contra famam, licet sponte oblatam. † videtur tamen per illum text. in alio ver. singulari
5 ter limitari istud dictum, videlicet ℘ sit verum, quando alias testis
a a citatus, esset persona integra, & cui plene deberet credi. secus si esset persona suspecta, quæ etiam si produceretur citata non plene probaret, tunc enim vbi alias crederetur ei, licet non plene, nunc repelleretur in totum, sicut ibi repelluntur parentes contrahentium, & hoc est ℘ forte vult dicere text. in Authen. de testi. §. si vero ignoti. in ver. festinantes. vbi loquitur de personis vilibus & festinantibus ad testimonium. nisi resoluas copulam in singularitates. sed iste intellectus est magis coloratus. secundum probatur ratione, & auctoritate.

ADDITIO.

a VIN. GOD. Adde in hac disputatione de testibus, ℘ testes minime integri perficiunt aliis adminiculis, Rui. consi. 149. nu. 6 li. 5.

auctoritate quidem, quia do. Anto. in c.j. supra de iudic. tenet,
6 † ꝙ si reperitur commissa citatio per iudicem, in dubio præsu-
7 mitur commissa parte instante ratione, †quia opus quod inue-
nitur factum & nescitur a quo, vel expensa, præsumitur in du-
bio facta ab eo, ad quem pertinet, vt l. cum seruus. & quod ibi
per Bart. ff de verbo. obliga. & probatur in l.j. C. de alimen. pu-
pil. præstan. ita videtur, ꝙ si testis iurat parte præsente, debeat
præsumi productus a parte in dubio sed relinquitur. Tertium
8 dictum, ꝙ est magis dubitabile, † quid si constet ꝙ testis nō fuit
productus, sed quòd spōtè obtulit se testificaturum, vtrum per
hoc sit suspectus & repellendus? Super quo distingue breuiter
& dic, quod aut quæritur vtrum iudex possit eum repellere
antequam iuret & debeat. & dicendum est, quod sic, ex quo
enim se ingerit est suspectus, vt l. quæ omnia. ff. de procurat. &
ita debet intelligi Bar. qui hoc tenet in l. post legatum. §. is vero.
9 ff. de his qui. vt indig. Aduerte tamen, †quia si testis comparuit
in iudicio de longinquo, in dubio præsumitur fuisse monitus a
iudice, & in dubio, non debet repelli, nisi forte iudex asserat cō-
trarium. ita tradunt Do. de Rota concl. 366. & est singulare ver
bum, ꝙ refert & sequitur do. Ant. in c.j. §. de iudi. Nec ob. primę
conclusioni, si dicatur ꝙ ex quo pars, in cuius fauorē testis vult
deponere, & cui incumbit onus probandi, est præsens & non ꝓ-
tradicit, videtur tacite consentire ꝙ testis iuret & sic ipsum pro-
ducere per ea, quæ habentur in regula, is qui tacet. de reg. iur. &
in c. nonne. de prę̄sump. quia ad hoc est dicendum, ꝙ quamuis
pars ex postfacto videatur consentire, non tamen per hoc pur-
gatur suspitio testis, qui sponte se obtulit. Aut testis fuit recept⁹
ad iuramentum per iudicem, & tunc dixit Bald. in c.j. §. porro. q̄
fuit prima causa. & in l. presbyteri. C. de epi. & cle. ꝙ semper te
stis plene probat, quia hoc ipso ꝙ iudex detulit sibi iuramentū,
videtur eum monuisse vt testificetur, & sic non videtur testifi-
cari sponte. sed istud dictum posset esse verum, quando ante iu-
ramentum delatum testis non obtulit se velle testificari. vbi au
tem præsens se obtulisset, tamen est causata suspitio, q̄ non pur-
gatur postea per monitionem iudicis. dictum tamen suum cre-
do verum ex alia ratione, quia ex quo pars tempore iuramenti
nihil opposuit, videtur approbari persona testis tam a parte, q̄
erat præsens, quam a parte citata, quæ non comparuit, quæ ha-
10 betur pro præsente, vt in c. 2. j. eo. †& ideo posses dicere probabi
liter, ꝙ si tempore iuramenti pars esset protestata ꝙ salue essent
sibi exceptiones, iuxta formam authenticæ, si dicatur. C. de te-
sti. & c. præsentium. j. eo. iste testis posset repelli tanquam suspe
11 ctus, & hoc casu esset vera opi. etiam Bart. † Illud etiam scias, ꝙ
testis qui sponte producitur non citatus, ex hoc solo præsumit
inimicus eius, contra quem producitur in alia causa, vbi alias
non præsumeretur, vt est casus no. quem ibi ponderat do. Abb.
Moder. secundum vnum intellectum, in c. cum P. j. de accusat.
12 † non solum autem licet rogare testem vt testificetur, sed etiam
licet parti instruere testem, vt melius deponat veritatem, vt ita
13 dicit eleganter Bal. in l. fi C. si ex fal. instru. † Nota secundo, ꝙ re
gulariter infidelis non admittitur ad testimonium, de quo 2. q.
7. c. si hæreticus. & in c. Iudæi. j. eod. fallit in casu, qui ponitur in
c. contra Christianos. de hæret. lib. 6. & quod ibi nota. Nota ter-
14 tio, †ꝙ testis qui testificatur, debet esse ieiunus, super quo tamē
est aliqua varietas. nā glo. dicit ꝙ hoc est de honestate, sicut in
collibus Vraniæ. 22. q.j. c. honestum. Io. autem An. dicit ꝙ hoc
est de honestate in locis, in quibus homines solent ex nimia po-
tatione turbari. do. Abb. sentit, ꝙ in omni persona ista sit lex p̄-
cepti, & ꝙ testis non possit restringi, vt dicit Io. An. propter ver-
bum, nullus. quod est vniuersale & secundum eum, ideo iubet
testis esse ieiunus, non quia præsumatur ꝙ ieiunus sit magis ad-
uertens & magis sagax, tamen standum esse consuetudini in
15 istis. Tu potes dicere, † ꝙ vnum & idem verbum potest intelli-
gi de consilio & de prę̄cepto, secundum diuersas personas &
materias, vt in cle. exiuit. circa medium. de verb. sig. & probatur
s̄. in c. damnamus. circa medium. & immo potest esse verum di
ctum Io. An. ꝙ quo ad quosdam sit consilium, & quo ad quos-
dam præceptum. Qui autem sint actus, qui debent fieri in ieiu-
no, & quis dicatur ieiunus, dic vt traditur. 7. q.j. c. non oportet.
de conse. dist. j. c. sacramenta. & dist. 5. c. vt episcopi. & c. seq. &
c. si constiterit. j. de accusa.

SVMMARIVM.

1 *Testis si examinatur parte non citata dictum illius nullum indicium facit.*
2 *Dispositio legis expressa, etiam circa ordinatoria iudicij, vbi reperitur, debet in foro ecclesiastico seruari, canone non contradicente.*
3 *Citatio vna sufficit ad videndum iurare testes.*
4 *Testium examinationi, pars præsens an esse debeat, an iuramento.*
5 *Citatus ad videndum iurare testes si est impeditus, per se comparere, an per procuratorem comparere teneatur.*
6 *Solennitas aliqua, quando requiritur a lege, vel ante actum, vel tempore actus, an eius omissio reddat actum nullum.*
7 *Mulier, si ex forma statuti non potest contrahere sine consensu consanguineorum, est lex prohibitiua.*
8 *Testes non posse ad iuramenta, parte non citata recipi, an hoc semper sit verum.*
9 *Testes producti inter alias personas, & ad alium finem iustam causam inquirendi contra tertium tribuunt, qui non fuit citatus.*
10 *Iudex, qui potest procedere iuris solennitate non seruata, quamuis non teneatur deferre iuramentum testi, non tamen potest recipere testem parte non citata.*
11 *Testes in inquisitione speciali formata, an possint recipi parte non citata, ad probandum crimen, quod est inconueniens.*
12 *Citatio vnica sufficit, quando aduersarius est terribilis, & potens.*
13 *Citatio quæ fit ad videndum iurare testes, an debeat esse peremptoria, vel sufficiat vnica.*
14 *Citatus si legitimo impedimento sit impeditus receptio testium, an sit nulla.*
15 *Testium examinatio interest partis retracletur & habeatur pro nulla, tanquam facta parte non citata.*
16 *Scientia impedimenti, non solum reddit sententiam diffinitiuam nullam, sed etiam quemlibet actum processus.*
17 *Testes quando lite non contestata recipiuntur contra contumacem, vt valeat, quid requiratur.*
18 *In interlocutoria, quam profert iudex admittendo articulos, vel productas propositiones, utrum citatio partis requiratur.*
19 *Interlocutoriæ ferendæ in cognitione, cum requirit causæ cognitionem, partis citatio requiritur.*
20 *Causa, quando est discussa partibus præsentibus, & in causa concluſum, an possit procedi ad diffinitiuam parte non citata.*
21 *Interlocutoria sine causæ cognitione valere videtur.*
22 *Interlocutoriæ in probatione, per quam persona læditur, quæ facienda est citatio, in cognitione autem non.*
23 *Procurator constitutus est ad litem, nunquid si dominus citatur ad videndum iurare testes receptio testium valeat.*
24 *Ius vtile instantiæ non acquiritur domino ipso iure, nisi post finitum mandatum.*
25 *Cessio iuris instantiæ, & cuiuscunque alterius iuris, an possit fieri domino absente.*

CAP. II.

IN nomine Domini. Nulla est re-
ceptio facta
contra non contumaces. secunda ibi, ecce admonē-
1 dus est semper. † Nota primo perpetuo in verbo,
nullius momenti. nam per hunc text. videtur singulariter pro-
bari, ꝙ si testis est examinatus parte non citata, dictum eius nul-
lum facit indicium, quod tenuit Barto. in l. maritus. ff. de quæ-
stio. quando nullo modo pars fuit citata, sed quando testis est
examinatus contra vnum citatum, tradit notabiliter Barto. in
l. admonendi. ff. de iureiuran. & bene facit text. in capitu. si duo
patroni. §. primo. eodem titu. vnde vult Barto. in loco allegato,
ꝙ plures testes hic examinati semiplene probarent. sed istud di-
ctum est dubium, & videtur contra text. notab. in cap. inter di-
lectos. § porro. de fide instrumen. in ver. nocumentum. de quę-
stione tamen dic, vt tradit Anto. de But. in capit. fin. infra de iu-
reiuran. & Bald. melius cæteris, in l. secunda. circa fi. C. de eden.
2 Nota secundo, † ꝙ vbicunque reperitur dispositio legis expres
sa, etiam circa ordinatoria iudicij, illa debent seruari in foro ec-
clesiastico, quando canon sibi non contradicit, & sic ampliatur
3 tex. in capit. primo. infra de oper. no. nuncia. Nota tertio ibi, aut
defensore, &c. ꝙ citatio fiat a iudice per seipsum, ex quo satis
colligitur ꝙ ad videndum iurare testes, sufficit vna citatio, ne-
que requiratur trina vel peremptoria. nam si requireretur tri-
na, vel peremptoria, non esset eiusdem effectus citatio facta per
alium, & monitio iudicis, vt l. secunda. C. quomodo & quando
iud. & no. in capit. consuluit. supra de offic. delega. super quo vi-
de quod no. Bart. in l. consentaneum. C. quomodo & quando
iudex. & in l. si finita. §. Iulia. ff. de damno infecto. Nota quarto
4 † ibi, & audire testes, &c. ꝙ pars videtur debere esse præsens exa
minationi testium non solum iuramento. Docto. tamen inter-
pretantur, & etiam consuetudo omnia iura, quæ sic loquuntur,
intellige de iuramento testium, non de examinatione, super
quo vide quod tradit Specu. in tit. de teste. § nunc tradendum.
5 & hic Ioan. And. Nota † quinto ibi, ineuitabili, &c. ꝙ citatus ad
videndum iurare testes, si est impeditus per se comparere, non
tenetur comparere per procuratorem, quod est intelligendum
q̄n impedimentum est temporale, & non multum duraturū.
de quo tamen dic, vt plene traditur in cap. querelam. de procu.
& per Bar. in l. 2. §. j. ff. si quis caut. & in l. j. ff. de diuer. & temp.
præscri. & potest esse ratio huius dicti, ꝙ citatus non sit qui te-
stes debeat produci. vnde non potest instruere procuratorem,
qualiter habeat eos repellere. & ideo non videtur esse consultū
domino. Nec ob. si dicat ꝙ potest esse consultum sibi per prote
stationem, quam faciet procurator, sed reseruādo sibi exceptio-
nes in dicta & personas. nam ad hoc videtur ꝙ forte poterit in-

tereſſe

tereſſe principalis,niſi proteſtari, vt fugiat detrimentum ꝙ ponitur in c.præſentium.j.eo. No. ſexto,ꝙ quando requiritur a lege aliqua ſolennitas vel ante actum vel tempore actus, omiſſio ſolennitatis reddit actum nullum.ad idem text.in ca.j.de rebus eccl.non alie.in 6.& l.quid ergo,in prin.ff.de his,qui not.infa.ſuper quo vide quod ponit Inn. & Moder.in c.cum cõſuetudinis. de conſue.& Bar.in l.cum lex,de fideiuſ.vbi ponit vnã no.doc. quæ manifeſte probatur per finem iſtius decretalis. dicit enim
7 ibi,† ꝙ ſi ex forma ſtatuti mulier non poteſt contrahere ſine cõ ſenſu conſanguineorum,iſta lex dicitur lex prohibitiua,ꝙ probat iſte tex.non ſolum ſi apponatur verbum negatiuũ,non poſſit eſſe,ſi in contractu mandatur aliqua ſolennitas obſeruari,videtur enim prohibitus etiam actus illa ſolennitate nõ obſeruata.ex quo apparet ꝙ defectus formæ requiſitæ quo ad effectũ, eſt effectus prohibitionis,ideſt actus eſt nullus,quia non cõſeruatur forma actus,videtur prohibitus fieri. dicit tamen Bart.in l.j.in prin.ff.ne quis eum,qui in ius voc.& fortius dicitur prohibitio illa, quæ ſimpliciter prohibet fieri aliquid ſine certa ſolennitate, vtraque tamen eſt prohibitio,vt probat tex. ibi no.§. fi.Circa ꝙ vide quod no.Bal.in l.mater,ad fi.C.de rei ven.& Pe. de Anch.in c.j.circa medium.s̃.de conſti. In gl.poſita ſuper ver
8 bo,venire.†quærunt hic Doct.pro ratione literę, nunquid hoc ſit verum ſemper,ꝙ teſtes non poſſint recipi ad iuramenta parte non citata.& pro regula ponitur ꝙ non poſſunt,vt hic & in l. ſi quando.C.de teſti.Fallit primo,ſecundum do.Ant. niſi iudex informet ſe ſuper notorio vel ſuper fama.tu adde idem,ſi ſuper conſuetudine, vt prolixe ponit d.Ant. in c.fin.in vlt.parte, circa prin.s̃.de conſue.Secundo adde circa idem,ꝙ quando eſt notorium facti tranſeuntis,hoc dictum non eſt ſine dubio,ꝙ contrarium formaliter tenet Bal.in c.j.§.homicidium, de pace iur.fir. pendet igitur iſta quæſtio ab illo articulo,vtrum iudex poſſit ꝓcedere ſuper notorio parte nõ citata,de quo dic, vt ponit idem Bal.in l.cũ fratrem.C.de his qui.vt ind.& plene per Docto.in c. ad noſtram.j.de iureiur.& in c.cum olim.j.de re iudica. Tertio adde circa idem,quod ponit Inn.in c.j.de poſtul.præla. dum dicit, ꝙ de fama poteſt capi informatio parte non citata. nam in-
a formatio quando fama [a] debet probari ad hoc, vt poſſit veniri ad inquiſitionem,ſeu ad repellendum eum, qui debet promoueri. & immo dictum ſuum melius cadit in ſecunda fallentia, ſed tamen eſt verum in ſe, quia pro ipſo eſt caſus in c.qualiter & quando.§.debet j.de accu.ſic enim intelligo illũ tex.vt plene dicam.j.in tertia fallẽtia. nec mireris ꝙ fama probata per teſtes
9 productos parte citata non tribuat cauſam inquiſitioni, † quia etiam teſtes producti inter alias perſonas & ad alium finem tribuunt iuſtã cauſam inquirendi contra tertium, qui non fuit citatus,vt eſt caſus ſingularis,quem ibi ponderat Bart.in l.de ſubmerſis.C.de naufra.lib.10.pro quo adduco tibi alium text.notabilem vltra ipſum,in l.diuus.§.cum autem.ff.de offi.præſi.& ſic ampliatur dictum ſuum in l.2.§.ſi publico. ff.de adult.ſicut etiam videmus ꝙ ex teſtibus receptis in inquiſitione generali, qui tamen non recipiuntur non citata parte,poteſt deueniri ad inquiſitionem particularem,ſecundum Bart. in d.§. ſi publico. Secundo fallit ſecundum do.Ant.vbicunque ſuperior habet ſe informare de habilitate vel inhabilitate perſonæ,cui eſt conferenda dignitas : tunc enim poteſt recipere teſtes parte non citata.allegat do.Ant.Inno.in c.j.de poſtula.prælat.& idem dicit in c.fin.de transla.præla.ſecundum Abb. hic.ſed ſalua reuerentia ipſorum,hoc non dicit Inn.in c.j.prę allegato. Et vt intelligas dictum ſuum,ipſe dicit quantum ad propoſitum, quòd ſuperior non tenetur recipere teſtem,vt teſtem,niſi in forma teſtis,quod exponit ibi Io. An.quia teſtes non tenebantur iurare.& hoc ego fateor.per iſta verba non ſequitur ꝙ pars debeat requiri in productione teſtium,quę fit coram iudice.vnde dicit Bar. notabili-
10 ter ad propoſitum in l.filius.in prin.ff.de dona.†ꝙ quamuis iudex, qui poteſt procedere iuris ſolennitate non ſeruata,non teneatur deferre iuramentum teſti, non tamẽ poteſt recipere teſtem parte non citata, quia illud prohibetur de iure diuino & humano.3 q.9.c.communia.& c.abſens.& cum agatur de ſatis magno prę iudicio ad repellendum. ſ.prę latum promouendũ, cui iam eſt ius quę ſitum per electionem & acceptationem,vt ī c.cum Vintonienſis.s̃.de ele.& traditur in c.licet. de tranſ.prę l. & in c.ſuper his,de accu.non videtur ꝙ ipſo non citato poſſit ſibi præiudicari,ar.c.licet epiſcopus,de prę b. li.6. & ꝙ traditur ꝓ gl.or.in cle.vna,de offi.deleg.vbi concluditur,ꝙ etiam executor qui non procedit in forma iudicij,non poſſit auferre poſſeſſionem parti non citatæ. facit optime quod habetur in c.ſi tibi abſenti,de prę b.in 6.vbi autem ageretur de nullo vel modico præ iudicio,& iudex procederet ex officio, ſicut in cõfirmatione ad euitandum peccatum, vel etiam ad ſalutem animæ cõcedi poſſet hoc dictum eſſe verum per ea, quę tradit ſingulariter Inn.& ponit Abb.Mod.in c.cum in tua.j.de ſpon.& de illo dicto Inn. vide plenius per Abb.in c.poſtquam.s̃.de elec. procedit vero dictum Inn.in d.c.j.quando ſuperior,qui habet confirmare ex ſuper abundanti, inquirit de habilitate vel inhabilitate electi, vt eſt in illis qualitatibus,in quibus incumbit probatio electo, nõ confirmatori,iuxta ea quæ habentur in c.cum nobis olim.s̃.de elect.& in c.fi.j.de præſump.tunc enim probatio illa nihil operabitur in prę iudicium electi, quia tunc debet repelli niſi ꝓbet ſe habilem,ſed informabit conſcientiam iudicis,vt priuati,quę informatio bene poteſt capi parte non citata, ſecundum glo.in ſimili,in l.2.§.eiuſdem quoque.ff.de teſti.& Bar.in l.4. §.hoc autem.ff.de dam.infec.Tertio fallit ſecundum d.Ant. in cauſa inquiſitionis,in qua poſſunt recipi teſtes parte non citata, vt in c. qualiter & quando.§.debet. j.de accu. quod dictum poteſt intelligi in bono ſenſu de teſtibus,qui recipiuntur ſuper fama, & ſi ſic intellexit,bene dicit. & ꝙ ille text.loquatur de talibus teſtibus, patet manifeſte, tamen quia loquitur de teſtibus receptis ante formatam inquiſitionem, & ſic non poteſt loqui de teſtibus productis ſuper crimine,quia ibi non prę ſupponitur ꝙ prę ceſſerit inquiſitio generalis. Reſtat ergo, ꝙ ſint recepti ſuper fama & hoc clare demonſtrat tex.in ſi.ibi dum dicit, ne præſumptionem hominum infamãdi,&c.ex quo prę ſupponitur,ſuper quo deponebant teſtes,& hæc eſt vera reſpõſio, quicquid dicat hic do.Abb.qui tenet etiam contra do.Ant.intelligens dictum
11 d.Ant.ſecundo modo,videlicet,† ꝙ in inquiſitione ſpeciali formata teſtes poſſint recipi parte non citata ad probandum crimen,quod eſt inconueniens.& contrarium tenet Bart. in l. fi.ff. de q.vbi dixit, ꝙ per teſtes receptos ſuper crimine in inquiſitione generali non poteſt reus condemnari in inquiſitione particulari poſtea formata,quia ſunt recepti parte non citata, quinimmo nec torqueri ſecundum eum . & hanc ſententiam tanq̃ veram approbat Bal.in l.congruit,in fi.ff.de oſſic.prę ſi.& in c.j. §.homicidium,de pa.iur.fir. facit optime quod idem poſuit in addi.Spe.in ti.de inquiſi.iuxta fi.Vbi autem inquiſitio generalis eſſet ſpecialis reſpectu perſonæ, & pars fuiſſet citata & comparuiſſet & ſaltem legitime citata,vtrum poſſit procedi ad condemnationem ex tali inquiſitione,eſt aliud dubium,de quo nõ tango ad præſens. Quarto fallit, vbicunque eſt probãdus caſus contingens in loco multum remoto, & vbi de facili pars non poſſet citari, tunc enim poſſunt recipi teſtes ad probationẽ cauſæ parte non citata, vt eſt caſus ſing.ſecundum Bart.in l.2. C.de infami.lib.11.Amplius dixit ibi Bar.& ſumitur ꝙ vbicunq; proceditur inſpecta iuſtitia naturali & iuregentium, nunq̃ requiritur citatio partis ad videndum iurare teſtes. & ita intellexit tex. in l.ſcire oportet,in §.ſufficit.ff.de excu.tu. ſed contrariũ tenuit idem Bar.& melius in l.filiuſfa.s̃.allegata,cuius dictum s̃.retuli.Quinto fallit,vbicunque lex dicit,delictum poſſe probari per argumenta & coniecturas.ita probat Hoſt.ſing. & Moder.in c. pro humani.de homi.lib.6.& poteſt eſſe ratio huius dicti, quia forte credit Hoſti. ꝙ teſtis examinatus parte non citata, faceret iudicium & præſumptionẽ.& hoc ſenſit Bart. in l.hæreditarias. ff.de crimine expilatæ hæred.quem refert hic d. Abb.ipſe tamẽ tenet contrarium,& bene per iſtum tex.quem feci te ponderare in notabilibus,& per ea,quæ no.Bar.in l.maritus.s̃.de quęſt. de quo dic plenius,vt dixi in no.& ideo iſta fallentia nõ videtur vera. Sexto fallit, vbicunque actor timet de morte vel abſentia teſtium & aduerſarius eius eſt perſona potens,& terribilis, cui actor timet denunciare : tunc enim poſſunt teſtes recipi parte non monita vel citata,vt dixit ſingulariter Hoſti. & Ioan.An.in c.quoniam frequenter.in prin.s̃.vt li.non conteſta.& refert hic d.Abb. Et attende notabiliter,ꝙ vbi non eſſet timor mortis vel diuturnę abſentiæ teſtium,licet aduerſarius eſſet perſona terribilis,non vī ꝙ teſtes poſſint recipi ipſo non citato,niſi cũ agitur de periculo animæ,& de modico aut nullo prę iudicio. Iſte eſt caſus no.in ca.præterea,el 2. j. de ſpon.& ibi hoc tenet expreſſe Ant.de But.& Moder.& benefacit tex.in c.fi.de hære.lib.6.per
12 locum a ſpeciali. Aduerte tamẽ,† quia qñ aduerſarius eſſet terribilis,& potẽs,tamen ſufficeret vnica citatio,etiam vbi alias requireretur peremptoria.ita ſin.dicit Io.And. in c.non minus.j. de immu.ecc.& refert Bal.& ſequitur in c.j.de mili.vaſal. qui ꝓtumax eſt.Septimo fallit,vbicunque iudex procedit ad informãdum ſe de abſentia rei ad hoc, vt poſſit ſibi ſtatuere terminum conuenientẽ, tunc enim iudex debet ſe informare de abſentia, prout poſſit,vt in Auth.de exhib.& introd.re.§.ſancimus.quod Bar.intelligit ſingu.ideſt etiam parte non citata . Ita not. ipſe in extrauaganti,ad reprimen.in gl.ſuper verbo,per edictum. Octauo fallit,quando partes darent licentiam iudici, ꝙ poſſet teſtes recipere in abſentia ipſarum.ita tradit not.Bal.in l.ſi quando,in ſecunda col. C. de teſtib.de cęteris fallentiis dic, vt hic per Mo-
13 der.†Sed quæritur pro declaratione materię,vtrum citatio quę fit ad videndum iurare teſtes,debeat eſſe peremptoria, vel ſufficiat

ADDITIO.

a VIN. GOD Famæ probatio qualiter fieri dẽat,Rui.cõſ.52.n.7.li.5.& qñ aliquid probetur & qñ non,Rui.conſ.158.nu.23.lib.5.ſufficit.n. fama ad tranſferendum onus in aduerſarium,Rui.conſ.128.nu.10.lib.4.

ficiat vnica?& eſt communis opi.quam poſuit Io .An.in c.conſuluit s̃.de offi.dele.q̃ ſufficiat vnica, nec requiratur peremptoria,& hanc opi.ſecutus eſt Bar.in l.cõſentaneum.C.quomodo, & quando iudex.& in l.ſi finita.§.Iulianus.circa prin. repetitionis.ff.de dam.infec.hanc ſententiam ſum ſecutus.s̃.in notab.p̃ iſtum tex.inducendo illum,vt induxi.ſed Bal.credit contrarium in l.ſi quando,in prin.C.de teſti.allegat quãdam gl. in l. & poſt edictum.in prin.ff.de iudi.q̃ videtur ſentire,q̃ citatio peremptoria requiratur ita poſt lit.conteſt.ſicut ante,& econtra.Sed ſi bene ponderetur mens gl.non dicit q̃ in omnibus, quæ fiunt poſt litem conte.requirantur peremptoria. ſed hoc vult, q̃ ſicut in ſententia,quæ fertur poſt litem conte.peremptorium requirit̃, ita & in prima citatione,quæ fit ante litem conte. ad finem contra contumacem ad primum,& ſecundum decretum. Secũdo mouetur ex dictis Innoc.in c.ad petitionem.j̃.de accu.vbi ſentit Inn.in quibuſdam exemplis,q̃ in interlocutoriis, & actibus, q̃ ſunt grauis præiudicij,requiritur peremptorium,ſicut in ſentẽtia.& hoc etiam tenet Bar. in loco allegato. Sed q̃ receptio teſtium ſit tanti præiudicij,q̃ æquiparetur ſententiæ,ipſe non bene probat,q̃ licet in teſtibus cõſiſtat vis circa cauſam,non tamẽ actus ipſe recipiendi teſtes eſt ille,qui principaliter determinat cauſam ſed depoſitio, forte autem teſtis productus nihil deponit aut non bñ.Item q̃ iudex interroget teſtem ex officio,vtrum ſit criminoſus vel aliter inhabilis adhuc, licet pars nihil opponat,alio modo poterit ſaluare ius ſuum. vnde communis opin. videtur verior. In glo. poſita ſuper verbo,ineuitabili. hanc glo.
14 damnat Io.An.hic,inquantum ſentit,†q̃ ſi citatus eſt impedit⁹ impedimento legitimo,receptio teſtium eſt nulla ipſo iure. nã ſecundum eum hic,& in regula,pręſumitur,de reg.iur.vbi plenius pars reſtituetur,vt poſſit opponere contra perſonas teſtiũ, omnes exceptiones perinde ac ſi fuiſſet proteſtata, iuxta formã c.præſentium.j̃.eo.idem dicit,quando citatus ad teſtes recipiendos eſſet citatus ad domum eo caſu,quo citatio ad domum fieri poteſt in receptione teſtium,de quo ibi per eum,& per Bart. in l.4.§.prætor.ff.de dam.infec.per Bal.in auth.ſed & ſi quis. C. de teſti.& tradunt Moder.in c.quoniam frequenter. s̃. vt li.nõ
a conteſt.Si enim compareat poſt factum cõtumax, & citat⁹ a ad domum,& oſtendat ſe ignoraſſe de citatione,admittent̃ ad opponendum omnes exceptiones contra teſtes, ſicut admittitur ad appellandum, vt in cle.ſi ante.de dolo & contu. & l.ex cõſenſu.§.fi.ff.de appel.& hoc dictum approbat etiam hic d.Abb. licet primum reuocet in dubium,vt j̃.dicam. Tu autem conſidera,licet ficto contumaci concedatur remedium commune, nõ tamen remedium reſtitutionis,quod eſt de iure ſpeciali,niſi qñ accedit iudice ſedente pro tribunali,vt l.diuus. ff.de in inte.reſt. Vnde aut dicis, q̃ iſte victus contumax admittatur ad opponendum ipſo iure,& hoc eſt falſum,& contra tex.noſtrum, & contra c.præſentium.j̃.eod.iuncto iſto c. aut dicis, q̃ reſtituatur, & hoc non poſſe fieri ratione prædicta, niſi forte victus cõtumax allegaret ignorantiam citationis probabilẽ,puta quia tunc erat extra prouinciam,& in loco remoto.tunc enim forte poſſet cõcedi reſtitutio l.j.in fi.ff.ex quib. cau. maio.ita dicit gl. in ſimili, in l.2.C.de iure emphy.& Bar.in l.cum filius.§.in hac.ff.de ver. obl.Doct.tamen in materia, quantum viderim de præſenti, nõ ponunt q̃ victo contumaci ex hoc detur reſtitutio,ſed poſſet ꝓbabiliter dici ratione prædicta.In primo autem membro diſtinguit do.Abb. Moder. q̃ aut iudex ſciuit impedimentum partis, & tunc non valet receptio teſtium ipſo iure, vt in c. querelam. s̃.de procur.& in c.cum Bertoldus.j̃.de re iudic.& l.quæſitum. ff.eo.tit. Aut iudex hoc ignorauit, & tunc receptio teſtium valet, ſed eſt retractanda per reſtitutionem in integrum. nec erit verum quod dicit Io.An. q̃ fiat reſtitutio duntaxat ad hoc vt absens poſſit opponere exceptiones,quas poterat opponere tempore receptionis teſtium.Opponetur primo per iſtum tex.a cõtrario ſenſu,quia etiam ſententia diffinitiua reſcinditur per reſtitutionem, & quicunque actus iudicialis ſit impedimentũ iuſtum parte abſente,vt l.fi.& ibi plene.ff.de in inte.reſtit.& in c. cum Bertoldus.Tertio,quia vltra exceptiones obiicientes contra perſonas teſtium,intereſt partis q̃ fuerit præſens, quando teſtes iurabant ad minus ex illo capite, quia potuiſſet pars opponere certas exceptiones,quę repuliſſent teſtes antequam examinarentur,vt in auth.ſi dicatur.C.de teſt.& in c.ex parte Adæ.j̃.e. teſtibus tamen examinatis licet tamẽ debuiſſent examinari,daretur aliquantulum fidei,vt dicit Barto. in l.ſi maritus.ff.de q̃ſt.
15 † vnde magis interfuit,& intereſt partis examinatio teſtium retractetur& habeatur pro nulla, tanquam facta parte nõ citata, quo caſu teſtes examinati nullum penitus faciunt indicium,vt s̃.dixi, q̃ q̃ nunc reſtituãtur parti exceptiones s̃ perſonas teſtiũ. & hoc dicit tenendũ ſaltẽ,qñ teſtes prius sũt examinati, ar. c.p̃ſentata,& in c.cum cauſam.j̃.eo.Tu autem aduerte,quia diſtinctio prædicta, vtrum iudex ſciuerit vel ignorauerit, vr̃ hic fuiſſe de mẽte d.Ant.in finalibus verbis huius quæſtionis.Sed aduerte,quia poteſt ſuſtineri ſimpliciter dictum Io.An.q̃ etiam ſi iudex ſciuit impedimentum, tamen teneat receptio teſtium ipſo iure,quia diſtinctio s̃dicta fit in ſententia diffinitiua, in interlocutoria autem non ſeruatur prædicta diſtinctio: vnde valet interpoſitio primi decreti indiſtincte facta s̃ impeditum non adhibita diſtinctione ſcientiæ vel ignorantiæ.ita formaliter determinat Bar.in l.fi.in j.col.ff.de in integ.reſti.per l.ignorantiæ.& quod ibi habetur.C.de re mil.& ſi hæc eſt interlocutoria primi decreti,in qua requiritur citatio peremptoria, & ſic patet, q̃ eſt maioris præiudicij q̃ receptio, fortius videtur idem dicendũ in illa interlocutoria,in qua minor requiritur ſolennitas. Si tamẽ tenemus,q̃ receptio ſit nulla,vt ſentit dom.Ant. & dom. Abb.
16 tunc habes,†q̃ ſemper ſcientia impedimenti non ſolum reddit ſententiam diffinitiuam nullam,ſed etiam quemlibet actũ proceſſus,& hoc ſentit Bal.in c.j.de mili.vaſal.qui contu.eſt. vbi allegans Inn.dicit, q̃ regulariter ſcientia impedimenti ligat man⁹ iudicis.de iure tamen non inuenio hoc expreſſum,ſed potius s̃, vt dixi.& per hoc etiam facit tex.in c.querelam.de procura.qui proprie loquitur de interlocutoria.poſſumus tamen ſequi opi. Modernorum per tex.a contrario ſenſu. ſed non bene patet reſponſio ad argumentum contrarium, vnde cogitabis. vbi autẽ iudex ignoraſſet impedimentum, placet mihi diſtinctio domini Abbatis,quam confirmo meliori ratione. quoniã ſi pars fuiſſet præſens, potuiſſet dare interrogatoria & articulos ſuos diligentius tanq̃ de facto ſuo melius informata,q̃ iudex,q̃ eſt valde vtile in examinatione, vt in c.cum cauſam. & in c.per tuas. j̃.eo. etiam videtur intereſſe partis vltra exceptiones,quæ opponunt̃ s̃ perſonas teſtium,vt teſtes de nouo examinentur,& ideo totaliter debebat concedi reſtitutio,ex quo totaliter intereſt, vt l.ab hoſtibus.§.ſed q̃ ſimpliciter.ff.ex qui.cau.ma.& quod traditur in cle.j.de reſti. in inte. & quia diximus in articulis præcedentibus, q̃ teſtes non debent recipi in cauſa inquiſitionis niſi parte citata,dic q̃ de hoc eſt caſus notabilis in l.diuus. §.cum autem.
17 ff.de offi.præſi.Item aduerte,qñ teſtes recipiuntur lit. non conteſt. contra contumacem, ad hoc vt valeat receptio & cauſetur talis contumacia,ex qua hoc fieri poſſit, requiritur q̃ præceſſerit citatio peremptoria.caſus eſt ſingularis in c. quoniã frequẽter.§ porro.in verbo,peremptorie.s̃.vt lit.non conte.Nec dico, q̃ tunc cum teſtes recipiuntur, requiratur peremptoria citatio, ſed q̃ quando poteſt veniri ad receptionem teſtium & ad diffinitiuam lite non conteſtata, parte contumace,nõ committitur contumacia quo ad hunc effectum, niſi præceſſerit citatio perẽptoria.In gl.poſita ſuper verbo,admonendus.quærit hic d.Ant.
18 de But.† vtrum in interlocutoria, quam profert iudex admittendo articulos vel poſitiones productas,requiratur citatio partis. & refert hic, Dominos de Rota tenere q̃ non requiratur. ipſe autem tenet p̃rium,ſecundum Aegid.de quo dic,vt hic per eũ. Cui adde ſm d.Abb.q̃ licet in examinatione &cognitione,vtrũ articuli ſint admittendi vel non,requiratur citatio partis,vt etiã dicunt Dñi de Rota in deciſione prędicta,tamẽ poſtq̃ eſt cognitum, vtrum ſint admittendi, in ipſa admiſſione non eſt neceſſe partem citare,ſm eum. quod p3, quia iudex põt eos admittere tacite procedendo ad vlteriora,& tunc nõ requiritur citatio partis,ſed valet ſnĩa,ſi non appelletur, vt in c.ex parte. C.de app.& tradit Bar.in l.a procedente.C.de dila. Tu aũt aduerte, quia iſta fuit originaliter diſtinctio & opi.Iac.de But.quam refert Bal. & ſequitur in l.fi.in 2.col.C.de ſen.ex peri.reci.& in l.j. C.e.tit.vbi
19 dixit,†q̃ in cognitione interlocutoriæ ferendæ, cum reqrit cauſæ cognitionem,requiritur citatio partis, in pronunciatione autem,poſtq̃ eſt cognitum,non requiritur.Pro hoc facit,quod ſingulariter dicit Iac.de Are.& refert ibi Bal.in l.quamuis indubitati.C.de adul.cuius dicta etiam retuli in l.ſi qui ex cõſenſu. C.
20 de epiſc.audien.circa prin.†qui voluit q̃ quando cauſa eſt diſcuſſa partibus præſentibus & concluſum in cauſa, poteſt ꝓcedi ad diffinitiuam, parte non citata. Sed iſta dicta vñr eſſe s̃ communes ſnĩas & s̃ veritatem, quia qñ interlocutoria nullum infert p̃iudicium vel valde leue,tunc põt eſſe verum, q̃ nõ requiritur citatio partis,vt dixit Inn.in c.querelam.s̃.de proc. & in c.auditis,eo.ti. ſed vbi infertur non leue p̃iudicium, tunc Bart.vbiq; tz q̃ requiritur citatio,nec diſtinguit inter cognitionem,& pronũciationem.ita ponit iſte eleganter, quicquid dicat ibi gl. quæ tz p̃rium in l.ne quicquam.§. vbi decretum, circa prin.ff.de off.ꝓcon.& in l.ſi opus.ff.de no.ope.nun.Idem ſentit in l. q̃ iuſſit.ff. de re iud.de quo vide plenius per Ang. & Mod.in l.recuſare, §. fi.ff.ad Treb. Quod aũt non ſit facienda iſta diſtinctio, probat̃, quia non vr̃ eſſe, vel ſaltem minus vr̃ eſſe citatio de ſubſtãtia in cã cognitionis, quæ ſit interlocutoria, q̃ in probatione ipſius in-
21 terlocutoriæ, † quia interlocutoria vr̃ valere ſine cauſæ cognitione, vt eſt caſus notabilis in l.j.in fi.ff.de conſtit. Princ. ibi, vel interlo-

ADDITIO.

a VIN. GOD. Adde, q̃ citatus non comparens non conſtituitur in contumaciam, niſi is ad cuius inſtantiam, fuit citatus contumaciam accuſet, Ruin. conſ.68.nu.7.lib.5.

interloquens de plano decreuit.& probatur in c.interposita,in prin.j̃.de app.vbi patet,ꝙ si iudex opposita exceptione incontinenti eam reiecit,nec admisit probare voluntatem,valet sentẽ-
22 tia nisi appelletur.† Vnde potius esset distinguendum econtra, ꝙ in probatione interlocutoriæ,per quam pars læditur, esset facienda citatio per regulam l.de vnoquoque.ff.de re iudi. in cognitione autem non,quia ad esse substantiale interlocutorię nõ requiritur cognitio,vt patet ex præmissis.sed tamen in vtroque actu dicendum est ꝙ pars debet citari, ex quo potest loqui tam in pronunciatione quam in cognitione. nec est verum ꝙ in interlocutoria non requiratur causæ cognitio,quia contrariũ dicit tex.in l.fin.ff.de fer.& in l.a procedente. C.de dila.& ideo,vt concordes prædicta iura, dic ꝙ requiritur ad minus forma cognitionis,ꝙ est vel quæ inducitur,ꝙ citatur pars vel cum proceditur parte citata.Non obst. ratio d.Abb. quia quando actus sequens, per quem iudex procedendo ad vlteriora videtur tacite interloqui, fit a iudice, præsupponitur in illis iuribus, ꝙ aut ad illum actum pars sit citata,si hoc requirit natura actus, vel etiã si alias non deberet citari ad talem actum, debeat nunc citari,
23 ex quo per illum actum videtur ferri interlocutoria, †& satis videtur citatus ad interlocutoriam, cum citatur ad actum, per quem tacite pronunciatur.Credo tamen discurrendo, ꝙ difficile inuenies actũ seu processum ad vlteriora, ꝑ quem vr̃ pronũciari tacite super articulo prȩcedenti,qui de sui natura non esset præiudicialis,& requireret citationem partis. Tolle exemplum in casu nostro, producuntur articuli vel positiones ante terminum assignatum ad probandum, & est vna practica de qua ponit Bar.in l.fin.ff.de fer. postea iudex vult assignare terminũ ad probandum super articulis certis,in assignatione termini debebit pars citari etiam in assignatione primi, alias assignatio erit nulla.ita no.Io.An.in ti.de dila.§.videndum.ver.pone.& dom. Ant.plene in c.licet causam.s̃.tit.proxi. nonne actus assignationis termini,per quem iudex tacite admittit articulos, habet citationem vtriusque, & tamen vt dixi etiam si in assignatione primæ dilationis non requireret̃ alia citatio, requireretur nunc propter tacitam interlocutoriam, vt s̃. dixi. Secundo quærunt hic Doc.nunquid si procurator est litem contestatus, & dominus citatur ad videndum iurare testes, valeat receptio testiũ.de quo dic vt hic plene per Doc.quibus adde inquantum tenẽt, ꝙ dominus comparuit virtute citationis, tunc valet receptio testium,quia dominus habet vtile ius instantiæ,cuius virtute potest procedere in causa & actus fieri cum eo,per l.in causæ.in fi. ff.de procu.sed Bal.diuersimode loquitur in diuersis locis.nam in l.si quando.C.de testi.in pe.col.simpliciter tenet, ꝙ receptio testium sit nulla,sequens Io.An.idem tenuit in sententia diffinitiua,in l.procuratoribus.C.de procu.licet ibi ponat exemplum solum,quando dominus erat absens.sed in l.fi.C.de sent.ex peric.reci.versus finem,tenet opi.Doc. & eorum distinctionem, p rationem præallegatam, & hoc etiam tenet Bart. vltra loca hic allegata,in l.j.C.de sen.Sed ꝯ Bar.& Doc.arguo sic, si ius instantiæ vtilis transiret ipso iure in dominum, tunc dominus posset assumere in se iudicium, & inuito procuratore, sed hoc est falsum,vt in c.2.de proc.li.6.& l.procuratoribus. C.eo.ergo ius instantię vtilis non transit in eum ipso iure.ꝓña patet,assumptum est probatum,maiorem ergo probo.quia ſm Bal.in l.j.de act.& obl.qñ habens ius vtile est principalis,ad quem pertinet cõmodum esse, semper habens ius vtile prefertur habẽti ius directũ. casus est clarus in d.l.in causæ. §.fi. & l.si procurator.ergo cum effectus causę pertineat ad dominum,dominus habens ius vtile instantiæ præfertur procuratori,quod non est verum . Vnde Bal.dicit notabiliter ad propositum,in l.j.circa princ.commenti,C.de sent.†
24 ꝙ ius vtile instantiæ non acquiritur domino ipso iure,nisi post finitum mandatum,& sic loquitur tex.in l.in causæ.& licet Bart.sentiat ꝯrium in d.l.j. dum dicit ꝙ quamuis ius vtile sit quęsitum domino,ipso iure,non tñ tenetur eo vti,si nõ vult,ex quo datur intelligi ꝙ ſm eum,est quęsitum ante reuocationem procuratoris, & hoc tenet Ange.expresse in l.stipulatio ista.§.si stipuler.ff.de verb.ob.tñ opi.Bal.videtur verior ratione prædicta . & immo pro veritate huius articuli distingue , ꝙ aut quæritur vtrum valeat receptio testium facta domino prȩsente procuratore in iudicio & ignorãte præsentiam domini , & tunc dicendum est ꝙ non valet,quia non est dominus instantiæ etiã vtiliter,ex quo mandatum procuratoris non intelligitur reuocatum. Et aduerte , quia licet dominus etiam quando procurator est in iudicio, possit assistere causæ pro suo interesse & ꝑducere testes & probationes, vt l.Paulus.ff.de procu.& in c.si quẽ. §.j.de proc.li.6.& no.gl.in c.2. in fi.eod.tit. non tamen per hoc sequitur,ꝙ per partem aduersam cum ipso solo possit actus fieri non citato principali,qui est dominus instantiæ,sicut videm⁹ in materia c.cum super.de re iud.& in c.causam,quæ.j̃.e. de eo qui comparet pro suo interesse in lite mota inter duos. potest enim ipse producere testes citato aduersario duntaxat, nec est opus ꝙ intersit principalis, cui ipse cohæret. ideo ex̃ si aduersarius vellet ipse testes producere,est necesse ꝙ productio præiu dicet omnibus, vt citetur principalis causę, vt ibi plene traditur. aut mandatum est finitum tacite vel expresse. exemplũ si dominus comparuit prælente procuratore,& non contradicente, quo casu tacite videtur reuocare mandatum, vel saltem si procurator fuit sciens,& tunc valebit receptio testium & omnis actus per dominum, vt est casus in d.c.si quem.præallegato,iun-
25 cta gl. quæ bene adducit ad hoc do. Abb. Nunquid autem cessio[a] iuris instantiæ & cuiuscunque alterius iuris possit fieri domino absente.vide ꝙ singulariter ponit Ioan. And.in tit.de cessione actionis.§ fi.circa prin.& Bar.& Ang.in d.l.in causę,prȩallegata.& Bal.in l.per diuersas.in pe.chart.C.mandati.& in l.j. versus finem.C.de act.& obl.

A D D I T I O.

a VIN. GOD. Adde,quando cessio iurium comprehendat præsentia tantũ,nõ futura vel in diem. ita sin §.fi.Instit.de act.col.pen.ubi plene ponit materiam per regulam, & xii.fallentias.

S V M M A R I V M.

1 *Mulieres contra clericos etiam admittuntur, cum de crimine laici ciuiliter agitur.*
2 *Particeps criminis in crimine adulterij,an admittatur ad testimonium.*
3 *Iudex per inquisitionem quando procedere potest ad solam criminis denunciationem.*
4 *Iudex,quando agitur ciuiliter de causa, potest ex aliena prouincia testes aduocare.*
5 *Mulier,an admittatur ad testimonium in criminalibus de iure ciuili, & quòd in qq.maiestatis admittitur.nu.6.*
7 *Masculis data numeri paritate plus creditur,quam fœminæ.*
8 *Patroni ecclesiæ masculus & fœmina si discordant in præsentando,cuius præsentatus præferri debeat.*

C A P. III.

QVoniam. Mulier testificatur ꝯ clericum , cũ de causa ciuiliter agitur. secũda ibi,
1 quatenus. No.primo, † ꝙ vbicunq; agitur ciuiliter de crimine laici, etiam mulieres admittũtur ꝯ clericos ad testimonium,siue agatur per viam inquisitionis,quæ est iudicium ciuile de iure canonico,vt in c.per tuas. j̃. de simo. siue per viam denunciationis,vel exceptionis,etiam si agatur ad priuationem,secundum Fede.de Sen.conf.suo 23. & dicetur in c.
2 ex parte.j̃.eo.No.secundo,†ꝙ particeps criminis admittitur ad testimonium in crimine adulterij vel fornicationis etiam ꝯ clericum,de quo in c.veniens.el j.j̃.eo.& in c.j. s̃.de confes. & in l. repeti.ff.de quæst.per Bar.& plenissime per Docto.in l.fi. C.de
3 accu.Nota tertio,ſm Ant.de Bu.†ꝙ ad solam denunciationem criminis iudex potest procedere per inquisitionem. sed hoc intelligunt Docto.Mod.& bene,si prȩcedat fama,& alia quæ dñr in c.qualiter.j̃.de acc.vel dic ꝙ tex.loquitur in denunciatore publico,ad cuius dictum formatur inquisitio, ut in c.præterea. j̃.
4 de testi.cog.& l.diuus.de custo.reo. Vltimo nota,† ꝙ etiam qñ agitur ciuiliter de causa, iudex potest aduocare testes ex aliena prouincia.& loquitur iste tex.in principe,qui hz̃ supremam potestatem.Quid autem iuris sit in alio inferiori iudice,dic vt traditur in c.cum causam.j̃.eo.& in c.j.de iud li.6. & in auth.apud eloquentissimum.C.de fi.instr.Et aduerte,quia hic non solum vocantur illi extra prouinciam, qui præsumuntur scire plenum negocium,sed etiam qui dñr aliquid scire.Vnde potest fieri ista vocatio etiam ad probandum iudicium criminis. In glo posita
5 in ver.mulieres.adde ad distinctio.huius gl. ꝙ de iure ciuili mu-
a lier[a] admittitur indistincte ad testimonium, etiam in criminalibus causis,ſm gl.in c.ex eo. 25.q.3.& in c.forus.j̃.de ver.sig. & hanc opi.sequitur d.Ant.hic,& Spec.in ti.de teste.§.j.ver.item quod est mulier.sed Io.An.infert ibi in additionibus,prout hic refert do. Abb. ꝙ etiam de iure ciuili mulier non admittitur in causa criminali, ſm Iaco.de Are.quia si mulier non admittitur testis in testimonio,vt Insti. de test. §.testes. multominus vr̃ admittenda in causa criminali,quæ est maioris præiudicij.sed Io. And.dicit,communiter seruari contrarium,& ꝙ contraria opi. habet ęquitatem,vbi per testes mares non posset crimen probari.Io.autem de Imo in l.qui testamento.§.mulier.ff.de testa.dicit,ꝙ Iaco.de Are.loquitur in causa capitali. & sic sentit ſm eũ, ꝙ aliud sit in aliis causis criminalibus . ipse tamen ibi sequitur communem opi.per illum tex.& per tex.c.ex eo. 15.q.3. sed ad illa iura posset responderi,ꝙ quamuis dicant simpliciter,mulierem posse testificari,dz̃ tñ restringi, nisi in cã criminali, sicu eꝯ tex.in c.mulierem. 33.q.5.& in c.forus.de ver.sig. qui dicũt mulierem non posse testificari in criminalibus , & ꝙ ista restrictio debeat fieri,videtur probari in l.in quæstionibus. ff. ad leg. Iul.
6 maie.canonizata. 15.q.3.c.in quæstionibus.vbi dr̃,† ꝙ in qõnibus maiestatis etiam mulieres admittuntur in testes. & sic dar̃ intelligi,

A D D I T I O.

a VIN. GOD. Adde, ꝙ mulier de iure canonico potest esse testis in testamento,Rui.conf.9.nu.7.& 15.li.3.& in conf.192.nu.3.& 7.lib.2.

intelligi, ꝙ eſt ſpeciale in illo crimine, alias quare dixiſſet etiã, quia niſi implicat ꝙ non ſolum habiles, ſed etiam alias inhabiles admittuntur. in ꝯrium eſt caſus pro communi ſnĩa in l.3. §. l.Iulia. circa medium. ff. de teſti. vbi dr̃, ꝙ in accuſatione l.Iuliæ de vi publ. mulier repellitur a teſtimonio, quæ quæſtũ fecit corporis ſui. Ex quo patet clariſſime ꝙ mulier, quæ nõ eſt infamis, nõ repellitur a teſtimonio in cauſa criminali, ꝙ ſi repelleretur, non eſſet neceſſe ꝙ hr̃et illam qualitatem, de qua ibi in text. per quam efficitur infamis ipſo iure. Et ad tex. in l. in quęſtionibus, poteſt dici vel ꝙ ibi loquitur de muliere infami, prout oſtendit exemplum ibi poſitum. & tunc implicat dictio etiam, hoc modo videlicet, ꝙ non ſolum maſculi infames admittuntur in crimine maieſtatis, vt l. famoſi. in prin. ſed etiam fęminæ infames. oſtendit tñ ibi litera, ꝙ maioris fidei ſunt teſtes maſculi q̃ feminæ. & hoc bene probat tex. in ratione ſui, in c. forus. de ver. ſign.

7 † vnde poſſet inferri, ꝙ data paritate numeri & aliorũ, plus creditur maſculis, q̃ fœminis. vnde dicit Bal. not. in l.j. ff. de ſena. ꝙ

8 † ſi ſint patroni eccleſiæ maſculus & fœmina, & diſcordent in præſentando, præfertur pręſentatus a maſculo, quod eſt notabile. illud ẽt ſcias, ꝙ in teſtõ facto inter liberos mulier poteſt eſſe teſtis, vt traditur in tex. & gl. in l. hac conſultiſſima. §. ex imp ſecto. & in auth. ibi poſita. C. de teſta. & tꝫ Io. de Imo. in d. §. mulier.

SVMMARIVM.

1 *Denunciatio euangelica non debet eſſe niſi bina.*
2 *Legis naturalis diſpoſitio in materia probationis reſtringitur, ne ſequatur abſurditas, vel legum contradictio.*
3 *Probatio qualiſcunque efficitur, ideſt idonea, intelligitur in ſtatuto.*
4 *Actor quando, & qualiter præſumatur ſcire veritatem, de eo quod petit, ſicut reus cui deferendum ſit iuramentum.*

CAP. IIII.

Nomni. Ad probandum denunciationẽ de-nuncians computatur in numero teſtium. Vel ſic, ſecundum Abb. Vbicunque agitur de correptione peccati, de impediendo peccatum,

1 quis computatur in numero teſtium, licet agat. No. primo, † ꝙ

a denunciatio[a] euangelica non debet eſſe de neceſſitate, niſi bina, ad hoc vt poſſit peccator denunciari eccleſiæ. & hoc tenet hic Io. An. licet Hoſt. nitatur probare, ꝙ requiritur triplex monitio, ꝙ eſt ꝯ iſtum tex. qui alternatiue dicit, ꝙ in ore duorum, vel trium ſtat omne verbum. vnde patet, ꝙ non requiritur trina monitio, quæ probetur per tres, ex quo ſufficit ſecunda, quę po-

2 teſt probari per duos. Nota ex tex. iuncta glo. † ꝙ diſpoſitio l. generalis in materia probationis reſtringitur, vt non ſequatur abſurditas, vel ꝯdictio legum. Ad idem tex. in c. ſolitæ, de maio. & obe. & in l. ſcire oportet. §. aliud. ff. de excuſa. tut. quinimo, fit reſtrictio in hac materia, ne quis indebite damno afficiatur. vnde

3 ꝯdicit Bal. not. in l.2. §. ꝙ ait prætor. ff. qui ſatiſd. cog. † ꝙ ſi ſtatutũ dicit, ꝙ in aliqua cauſa ſufficit qualiſcunque probatio efficitur, ſcilicet idonea. pro quo vide gl. & Bar. plene in l.3. C. de conue. fil. debi. li. 10. & gl. & ibi per Bal. in l.j. C. de fi. inſtru. hoc tamen pertinet ad materiam interpretationis reſtrictiuæ, de qua dic, vt in l. omnes populi. de iuſti. & iu. per Bar. & plene per Ant. de But. in c. fi. verſus fi. s̃. de conſuet. Nota tertio, ꝙ ad probandum aliquid etiam in foro iudiciali, poteſt allegari auctoritas ſcriptu ræ diuinæ, ſimile in c. nouit. s̃. de iudic. & in c. per venerabilem. qui fi. ſint legit. ipſa enim eſt præcipuæ auctoritatis. 25. quęſt. j.

4 c. ſunt quidam. & 10. diſtin. c. lege. Nota quarto ſingulariter, ſecundum vnam lect. quam ponit hic do. Abb. quam intendo tenere tanquam veram, quando actor æqualiter præſumitur ſcire veritatem de eo, quod petit, ſicut reus: tunc deferendum eſt ſibi iuramentum & non reo, vt patet in prin. tex. in ver. principalis perſona. Vltimo no. ꝙ nemo poteſt melius conuinci, quam ex ſcriptura approbata per ſe. concor. tex. 45. diſt. c. qui ſincera. & in Authen. de fide inſtru. & caute. §. ſed & ſi.

ADDITIO.

a VIN. GOD. Adde, quando demum noceat denunciatio, Rui. conſ. 122. nu. 13. 14. & 15. lib. 5.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione propinquorum, an omnes conſanguinei comprehendantur.*
2 *Statuto cauetur, quod mulier non poſſit ſe obligare ſine conſenſu conſanguineorum, vtrum cognatus dicatur conſanguineus.*
3 *Summus Pontifex, an per duos teſtes conuinci, & deponi poſſit.*
4 *Conſanguineus, quando non ſolum non eſt ſuſpectus, ſed etiam optimus aliorum teſtium.*
5 *Teſtes alij præter domeſticos, non admittuntur ad probandum niſi in ſubſidiũ, in domo vel naui.*
6 *Teſtibus ſenibus, quando magis, quam iuuenibus credatur.*
7 *Iuramenti præſtatio in teſte, eſt pars probationis.*
8 *Habuerit, verbum de ſui natura magis importat præteritum, quam futurum tempus.*
9 *Teſtimonium de credulitate, an & quando probet.*
10 *Teſtis deponens ſuper directo non perceptibilibus per ſenſum, nec alio modo certitudinaliter, ſed præſumptiue duntaxat, debet de credulitate adiungere aliquid, quod per ſenſum probetur. & an teneatur reddere cauſam non interrogatus, nu. 17. & 18.*
11 *Credulitatis in teſtimonio debet addi id, quod eſt cauſa credulitatis.*
12 *Teſtimonium ſuper parentela vt ſit perfectum, non ſufficit deponere de credulitate, niſi aſſignetur cauſa credulitatis.*
13 *Teſtes, quando deponunt in aliquo, quod dependet a peritia artis, principalis eorum depoſitio fundatur in ſubiecto, quod ſenſu apprehenditur.*
14 *Teſtis ſi deponat ſuper iſtis, quæ dicuntur poſſe apprehendi per ſenſum, non tenebitur reddere cauſam non interrogatus. Et quid ſi deponit de peritia artis.*
15 *Medici dicto, cum ſuper infirmitate, vel vulnere examinatur, quando credatur.*
16 *Teſti qualitas peritiæ, non præſumitur ineſſe, etiam ſi ſe aſſerat peritum.*
19 *Scire verbum, exponitur pro credere in materia teſtium.*
20 *Notorium præſumitur, quod probatur per teſtes, propter multitudinem.*
21 *Teſtis quando dicit ſe vidiſſe aliquid fieri, vel alias bonam ſui dicti cauſam aſſignat, licet poſtea dicat ſe illud credere, non per hoc videtur reuocare in dubium, quod primo dixerat.*
22 *Teſtis quamuis dicat, vidi hoc niſi fallor, per hoc non infringitur eius dictum.*
23 *Videtur verbum an veritatem, ſicut credulitatem importare poſſit.*
24 *Teſtis per ſenſum non coniunctum cum ratione probare non poteſt.*
25 *Teſtis ſi interrogatus dicat, ꝙ Titius poſſedit x. an. ſuo iudicio, vel ſe vidiſſe Titium poſſidere x. an. ſuo iudicio, an probet, & ſit inter iſta differentia.*
26 *Teſtis licet probet, quia dicit ſe ſimiliter ſcire, quia credit, tunc verbum credo, poſitum per modum cauſæ deſtruit teſtimonium.*

CAP. V.

Votiens. Ad probandum conſanguinitatem præferuntur conſanguinei cæteris, deinde ſeniores, in qua ſufficit teſtimonium de auditu & credulitate cum forma iuramenti hic expreſſa. ſecunda eſt ibi, probatio. tertia eſt ibi, & ſic. Nota primo, ꝙ

1 appellatione propinquorum, comprehenduntur generaliter omnes conſanguinei tam cognati, quam agnati, vt patet in ver. cognationem. de quo in l.j. C. vnde vir & vxor. & in cap. ſi pater. de teſtam. in ſexto. Quid autem veniat appellatione conſan-

a guineorum, [a] vide quod plene ponunt Moder. in l. ex facto. §. ſi quis rogatus. ff. ad Trebell. & eſt optimus text. cum glo. in l.j. in fin. & l. ſecunda. & l. ſequen. ff. de iuis & legiti. & inducitur ad

2 quæſtionem, † ſi ſtatutum vult ꝙ mulier non poſſit ſe obligare ſine conſenſu conſanguineorum, vtrum cognatus dicatur conſanguineus. ſuper quo conſuluit Dyn. & multi alij, vt ibi refert Ioan. de Imo. & ad quæſtionem vide Bald. in l. fin. C. de verbo.

3 ſignifica. No. ſecundo ibi, duobus, &c. † ꝙ vbi agitur de maximo pręiudicio, ſicut de dirimendo matrimonium contractum, ſufficiunt duo teſtes. Propterea dixit glo. notabilis. 2. q. 3. c. præſul. ꝙ etiam ſummus Pontifex poteſt conuinci & deponi per duos teſtes. de quo in ca. cum a nobis. & in c. licet. infra eodem. Et aduerte, ꝙ hoc procedit etiam vbi teſtes deponunt de auditu propter naturam & qualitatem rei, vt patet hic, & in ca. licet

4 ex quadam, infra eodem. Nota tertio caſum, in quo conſanguineus non ſolum non eſt ſuſpectus in teſtimonio, ſed etiam melior cæteris teſtibus, vbi agitur de probando impedimentum matrimonij, ꝙ ipſe præſumitur melius ſcire q̃ extraneus, vt eſt tex. no. in c. videtur. j. qui matr. acc. poſ. & benefacit tex. no. in c. cum in tua, in fi. de ſpon. vnde dixit Bar. ſingulariter per illũ tex.

5 in l. quotiens. C. de naufra. lib. 11. † ꝙ de his, quæ fiunt in domo vel in naui, non admittũtur ad probandũ alij teſtes, niſi in ſubſidium, qñ non ſunt domeſtici. & ad hoc facit mirabiliter iſta decre. & tex. in d.c. videtur. non ſolum ergo ſi concurrant teſtes domeſtici cum extraneis, videtur magis credendum domeſticis, q̃ tali caſu admittuntur ad teſtimonium, vt l. conſenſu. §. ſerui. C. de repudi. & l. lex, quæ tutores. C. de admi. tuto. & no. Bar. in l. ſi quando. C. vnde vi. ſed ꝙ eſt fortius alij non videtur admitti iſtis ſtantibus, quod tamen dictum nõ pono pro conſtanti, ſed vtrũ

6 ſit verum, dicemus plene in c. in literis. j. eo. † No. quarto, quod in his, quæ ſunt de tempore antiquo, creditur magis teſtibus ſenibus quam iunioribus. In factis autem nõ antiquis eſſet maior præſumptio pro iuuene, tamen eſſet arbitrarium, cui plus crederetur, vt inquit hic d. Abb. & ſic non ſuperſit niſi vnus cõſan

guineus

ADDITIO.

a VIN. GOD. Conſanguineorum appellatione ueniunt omnes agnati non cognati. Rui. conſ. 15. num. 2. & 15. lib. 3. & conſanguinei qui ſunt diuerſę ſpeciei per excluſiones agnatorum maſculorum, non extenduntur, Ruin. conſ. 107. num. 6. lib. 4.

guineus, tunc assumetur vnus consanguineus & vnus senior, vn de secundum eum si ex forma statuti mulier se non posset obligare sine cōsensu duorum cōsanguineorum ex parte patris, duorum ex parte matris, si non supereſt ex linea paterna nisi vnus, ille debebit coniungi cum altero ex latere matris. allegat Bart. q hoc tenet in l. Stichum, qui meus erit. ff. de leg. j. & Bal. in l. in copulandis. C. de nup. vult dicere in l. conuentione. tu vide tex. & quod ibi ponit Bal. in c. j. quid sit inuestitura, in vsi. feu. & ibi ēt determinat, quid si non sit nisi vnus consanguineus, vtrum ille debeat adhiberi, & non loquitur de consanguineis sed de prio-
7 ribus citatis, q requirunt in inuestitura. †No. quinto ibi, probatio autem, &c. & clarius colligitur hoc in c. licet ex quadam. j. e. iuncto isto, ꝙ præstatio iuramenti in teste & forma iuramēti est pars probationis. Et ex hoc patet ꝙ per iuramentum probatio dicitur vitiata, & ideo non est mirum si cū assignatur terminus ad probandum, sufficiat testem iurare in termino, de quo diximus plene in c. licet causam. s̄. titu. proxi. & quia iste tex. dicit ꝙ testis præstat duplex iuramentum, appareret ex secundo iuramento, quod est depositio testis, ꝙ quicquid testis dicit examinatus. dicit & asserit cum iuramento. Itē ꝙ in iuramento priori virtualiter continetur eius dictum, & hoc est quod dicit Bald. in l. Antistius. §. j. ff. de acq. hęre. sed primum dictum probatur clarius hic, quam hoc vltimum, & de hoc vltimo scripsi plene
8 in c. licet causam. præallegato. No. vltimo ibi, habuerint, &c. † ꝙ istud futurum subiunctiui importat magis tempus præteritū, q̄ futurum de sui natura, licet aliquando accipiatur pro tempore futuro, de quo vide plene per per Bar. in l. j. ff. de iure codi. In gl. vltima posita super verbo, credere, diffuse tractant hic Doct.
9 † vtrum admittatur testimonium de credulitate, de quo dic vt hic per eos, & Barto. in l. 2. §. idem Labeo. ff. de aqua pluuia arcē. & pro declaratione hic positorum, quæritur de aliquibus. Primo, vtrum testis, qui potest deponere de credulitate, probet ita deponendo, si non reddit causam sui dicti non interrogatus. Secundo, quid si testis dicat se scire id, quod nō cadit in eius sciē tiam sed credulitatem. Tertio, vtrum testis qui deponit in his, de quibus est opi. & non scientia, deponendo aliquid per sensum, ex quo inferatur credulitas, debeat etiam affirmare se hoc
a credere. a Quarto, quid si testis a principio dicit se scire, & postea dicit se illud idem credere, vtrum vitietur testimonium. Quinto & vltimo, quid si testis deponat per verbum, videtur, pluſquam per verbum, suo iudicio, vtrum valeat dictum testis, & quādo.
10 † Circa primum Doct. hic videntur sentire, ꝙ testis qui deponit super his, quæ directo non possunt percipi per sensum, intellige nec alio modo certitudinaliter, sed præsumptiue duntaxat, debeat deponendo de credulitate adiungere aliquid ꝙ probet p sensum, ex quo inferatur credulitas & si sic intelligitur dictum eorum, clare tenent, ꝙ requiratur redditio causæ, sed quia verba ipsorum possunt aliud significare, vz ꝙ vbi causa coniungitur cum credulitate aliquando confirmet credulitatē si est bona. aliquando destruat, si est mala, sicut est in omni testificatu, etiam in illo, in quo testis non tenetur reddere causam non in-
11 terrogatus. † Ideo inuestigandum est aliter pro veritate articuli. & dixit no. Ioan. And. in addi. Spe. in titu. de teste. §. nunc tractādum. ī vltima additione, quòd in testimonio credulitatis debet addi id, quod est causa credulitatis, & sic non statur simpliciter sine redditione causæ, idem tenet Bal. in l. solam. ver. 5. quæro. C. de testi. & videtur confirmari auctoritate & ratione. auctoritate quidem per istum tex. & in c. licet. in fi. j. eo. in quibus pa-
12 tet, † ꝙ vt testimonium super parentela sit perfectum, non sufficit deponere de credulitate, nisi assignetur causa credulitatis, ratione quia ea, quæ non cadunt de directo in sensum testis, sed in iudicio intellectus, percipiuntur tamen ex quibusdam medijs cadentibus in sensum, non probantur in teste, nisi reddat causam sui dicti, vt tradit Inno. & Mod. in c. causam. j. eo. sed tales sunt actus communiter, in quibus admittitur testimonium de credulitate, ergo debet reddere causam nō interrogatus. Cō trarium sentit expresse Anto. de But. referens dicta Inno. in c. cū
13 causam. j. eo. vbi dixit, † ꝙ quando testes deponunt in aliquo, ꝙ dependet a peritia artis, exemplū in c. causam. s̄. titu. proxi. principalis eorum depositio fundatur in subiecto ꝙ apprehenditur sensu, licet in quantitate apprehensionis adhibeatur iudicium intellectus, & ideo refert ibi, ꝙ si obstetrix interrogatur, vtrū talis mulier sit arta vel prægnans. Item si cantor sit peritus in arte cantandi, interrogatur vtrum aliquis sit bonus cantor vel malus, vterque istorum bene reddet causam dicendo, quia vidi, & quia audiui, nec est necesse ꝙ aliter per medium peritiæ declaret quæ sint signa prægnantis, vel bene canētis. Ex quo patet, ꝙ quando id, in quo testis deponit de credulitate, sicut in his q̄ pendent a peritia artis, potest saltem aliqua ex parte comprehēdi per sensum, licet ars perficiat sensum, non tamen dicetur res non posse apprehēdi per sensum, nec requiritur assignatio cau
14 sæ per mediū peritiæ artis. Et ex hoc sequitur, ꝙ † si testis deponat super istis, quę dicuntur posse apprehendi per sensum, non tenebitur reddere causam non interrogatus. ex hoc etiam sequitur ꝙ testis qui deponit de peritia artis, nō poterit deponere de credulitate vel saltem non tenebitur, quod videtur esse falsum, & contra gl. in l. j. ff. de ven. inspi. & ibi no. Docto. vnde alias cū scriberem in c. cum causam, non sum secutus ista dicta omnino, sed dixi & nunc dico, ꝙ si constat testem qui deponit p verbum, credo, vel videtur, esse peritum in arte, tunc poterit probare dictum suum, etiam si non reddat causam, quia ex qualitate personæ videtur reddere causam præsumptiuam, sicut si medicus diceret, credo hoc, quia sum peritus, creditur sibi constito ꝙ esset talis, per ea quæ no. Bar. in l. j. ff. si cer. pe. & Cy. & Bal. in l. testium. in pe. q. C. de testi. ita etiam credetur hoc casu. Sed cō tra istam conclusionem videtur tex. notabilis, & quod ibi ponit
15 Bar. in l. si semel. C. de re mil. lib. 12. vbi patet, † ꝙ quando medicus examinatur super infirmitate, vel vulnere, nō creditur dicto eius, nisi constet eum omni diligentia fuisse examinatum. & potest esse ratio, qa sæpe manus & oculus artificis fallitur, vt in c. causam. s̄. titu. proxi. Vnde ista ratio, quia sum peritus, non videtur adeo sufficiens, sicut illa, quia sum consanguineus vel vicinus. vnde etiā isto casu videtur ꝙ testis debeat reddere causam, non interrogatus. aliquando constat aliquem non esse peritum, vel non potest ostendi quòd sit peritus, & tunc, si simpliciter deponat de his, quæ requirunt peritiam, nō valebit eius testimonium, vt tradit Bar. no. in l. de ætate, in 2. char. ff. de mino. Aliquando testis qui deponit dicit se esse peritū, nec potest aliter constare, sed tamen assignat causas dicti sui, quæ inferunt dictum suum præsumptiue, & tunc credetur sibi, quia ex hoc solo
16 apparet eum esse peritum. † In dubio autem qualitas peritiæ nō præsumitur inesse testi, etiam si se asserat peritum, vt tradit no. Bal. in c. j. §. si instrumentum. de no. feudorum. & optime facit gl. in c. si forte. de elec. in 6. & quod tradunt Doc. in c. fi. j. de præ
17 sump. Ex his patet, † ꝙ siue testis deponat per verbum, credo, de his quæ nullo modo sunt directo subiecta sensui, siue de his q̄ sunt subiecta sensui quo ad principale subiectum, non tñ quo ad qualitatem subiecti iudicandam, sicut est in deponentibus de peritia semper respectu illius qualitatis, quæ directo non percipitur per sensum, tenetur reddere causam non interrogatus, quicquid dixerit do. Anto. & male in loco præallegato. Bart. tñ in d. l. de ætate. videtur sentire ꝙ quando testis, qui deponit, est peritus, ꝙ sufficiat testem simpliciter deponere, assignando causam solum de eo ꝙ potest subijci sensui, puta quia vidit vulnus absque eo ꝙ ponit aliud signum, propter quod detegatur qualitas probanda per peritiam artis, & istud forte obtineret in pra
18 ctica. sed † ꝙ dixi, videtur verius per d. l. si semel. & ꝙ testis qui deponit de credulitate & super maleficio, quod de directo probari non potest, non probat nisi reddat causam dicti, tenet Bal. clarius in d. l. solam. in j. col. & sequitur in l. testium. vlti. col. C. e. Circa secundum articulum dicēdum est breuiter, ꝙ licet in his, quæ directo non possunt apprehendi, nisi per sensum, & quæ non possunt intelligi nisi præsumptiue, testis rectius deponat per verbum, credo, si tamen deponat per verbum, scio, sustinetur eius testimonium, quia exponitur scio, id est credo, vel iudico. casus est no. in c. præterea. in verbo, conscios. j. e. & probatur in l. j. §. j. iuncto. §. seq. ff. de testi. dicitur enim in fine. §. j. q. iudex qui examinat testes, solus potest scire quanta fides sit eis adhi-
19 bēda. in §. autem seq. videtur † ꝙ iudex hēt examinare quid credat, aut quid sibi parum probatum obtinetur. & sic patet ꝙ verbum scire, exponitur pro credere, in materia testium. & hoc dicunt no. Cy. & Bal. in l. filium diffinimus. ff. de his, qui sunt sui, vel ali. iur. Circa tertium est dicedum, quicquid hic dixit domi. Ab. ꝙ aut testis qui deponit super his, quæ non percipiūtur sensu, deponit fundādo se super dicto & opinione aliorum, & tūc probabiliter potest dici, ꝙ ad esse testimonij requiritur ꝙ vltra testimonium de auditu dicat se ita credere, quia cum assertio aliorum sit quædam opinio, non est mirandum si credulitas testis debet adiungi. nam per hoc patet ꝙ opi. ista est fortior, quā to plures opinantur, vñ dicebat Bal. simpliciter in l. si vero. §. qui
20 pro rei. ff. qui satisd. cog. † ꝙ illud, quod probatur per 10. testes, presumitur esse notorium propter multitudinem. hoc tamē est restringēdum ad testem, qui deponit de opinione aliquorum. nam fortior est opi. trium quam duorum, vt se patet. vbi autē testis deponeret de opi. quæ in aliquibus casibus plene probat, vt videbis in c. veniens. j. eo. non crederem hoc esse necessariū. aut testis assignat aliam causam credulitatis, ex qua præsumptiue infertur de iure, hoc debere credi, & tunc sine dubio non est necessarium quod dicat se ita credere, dūmodo ponat causas, p quas hoc sit credibile. probatur ratione manifesta, quia in his quæ directo non cadunt in sensu, credulitas & indicium est po-

tius

ADDITIO.

a VIN. GOD. Testis de credulitate deponens, uel per uerbum iudicio suo quando probet. Probationes diuersi generis quando simul coniunguntur ut plene probent. Rui. consi. 46. nu. 12. lib. 4.

tius rationis & iudicij quam ſenſus. iudicare autem non pertinet ad teſtem, ſed ad iudicem, ſecundum Inno. in c. cum cãm. j. eo. & ibi Doct. & l. 3. §. magis, præallegata. ergo hoc non eſt de ſubſtantia in teſte. vnde dicit Anto. de Bu. in d. c. cum cauſam. q̃ non creditur teſti, qui dicit aliquem eſſe dominum, ſed quia deponit ſuper facto, ex quo reſultat dominium. Circa quartũ
21 eſt dicendum, †q̃ quando teſtis dicit ſe vidiſſe aliquid fieri, vt alias, aſſignat bonam cauſam ſui dicti, licet poſtea dicat ſe illud credere, non per hoc videtur reuocare in dubium, quod primo dixerat, vt ſentiunt hic Moder. ſed potius dicemus q̃ capiãt ſcire pro credere, ſicut econtra, vt. ſ. dixi. & hoc tenet do. Anto. & hanc ſentẽtiã ampliat Bal. in l. j. in prin. ff. de iuſti. & iu. vbi argu-
22 mento illius literæ dicit, †q̃ q̃uis dicat, vidi hoc, niſi fallor, p̃ hoc infringitur dictum eius. idem ſentit & clare, in d. l. ſolam. in 5. q. in vltimis verbis. C. de teſti. vbi autem teſtis primo diceret ſe ſcire, & poſtea ſe credere, vel ſimul ſcire & credere. dic vt do. Ant. qui bene loquitur. Circa quintum & vltimum dixit Bar. in l. j.
23 ff. de ven. inſpi. †q̃ verbum videtur, poſſit importare veritatẽ, ſicut & credulitatem. & hoc probat per illum tex. qui in principio dicit prægnantem videri, & poſtea prægnantem eſſe. vnde infert quod teſtis ita deponendo, recte deponit, etiam in his, q̃ poſſunt percipi per ſenſum. ſed in l. quid tamẽ. §. ſi arbiter, diſtinguit, q̃ aut teſtis ſimpliciter deponit per verbum, videtur, & tũc nõ probat q̃ videtur deponere de opinione & iudicio rationis, quod non pertinet ad teſtem. aut teſtis præmittit bonam cauſam, verbi gratia teſtis dicit quod vidit Titium poſſidere. interrogatus quãto tempore, reſpondit, decem annis, vt ſibi videtur, & tunc teſtis bene probat ſecundum eum, quia verbum videtur, refertur ibi ad iudicium rationis, quod eſt coniunctum cum ſenſu, & reſultat ex ſenſu. nõ enim poteſt probare per teſtis per ſenſum non coniunctum cum ratione, vt patet in furioſo & in infante. & hoc etiam declarat ipſe latius in l. de ætate. in repeti-
24 tione ſua. ff. demino. †Tu autẽ aduerte pro intellectu dicti, quod eſt obſcurum de ſe, quia ſi Bar. voluit teſtem probare quod Titius poſſideret non obſtante verbo videtur, bene dixit, quia hic quo ad poſſidere, ratio eſt coniuncta cum ſenſu. Sed tu aduerte, quia ad probandum hoc. i. Titium poſſediſſe, non refertur ad verbum, videtur, ſed ad quantitatem temporis, vt reſponſio ſit conformis interroganti, vt. l. ſi quis defenſor. §. qui interrogatus. ff. de interro. ac. Vnde quoad actum poſſidẽdi iſta inueſtigatio non erat neceſſaria. Si autem Bar. voluit probare nõ ſolum poſſidere, ſed etiam quot annos Titius poſſederit, tunc dictum ſuũ eſt falſum, quia teſtis ſuper quantitate temporis non reddidit cauſam de viſu. potuit enim videre Titium poſſidere per vnã diem, vt. l. j. §. quod autem. ff. de aqua quoti. & æſti. & ponit ipſe idem in ſimili quæſtione in l. Celſus. ff. de vſucap. vnde ſicut articulus de quantitate precij differt ab articulo de precio in cõfuſo, vt in c. cum cauſam, quæ inter iconomum. j. eo. & ibi videbis. ita differt idem ſuper quo teſtis deponit per verbum videtur, & illud ſuper quod depoſuit de viſu. In quæſtione autẽ noſtra dicendum eſt ſine dubio, ſecundum Bal. notabiliter in l. de quibus. in pe. char. ff. de legi. q̃ teſtis, qui deponit per verbum videtur, deponit non de ſcientia, ſed opi. quia ita exponitur in vulgari. & ſenſus literæ exponitur in vulgari econtra. & idem dixit in l. data opera. in 6. char. in vlti. col. C. qui acc. non poſ. quę opinio probatur ratione, quia non poteſt negari quin iſtud verbũ videtur, poteſt ſe habere ad id quod ſcitur & creditur vel opinatur. Eſt ergo verbum ambiguum, ergo interpretatur in teſte cõtra producentem, vt in c. in præſentia. ſ. titu. proxi. & in l. pupillus. §. fi. de ver. ſignifi. hanc etiam ſententiam tenuit Ioan. And. in titu. de teſte. §. nunc tractandum. in vltima additione. vbi dixit, q̃ teſtis nõ bene deponit q̃ per verbũ vr̃, deponit, vel per ver-
25 bum iudicio, in his, quæ ſunt ſenſu perceptibilia. †Ex hoc infertur, q̃ ſi teſtis interrogatus dicat q̃ Titius poſſedit. x. annis ſuo iudicio, nõ probaret, ſi autem dicat ſe vidiſſe Titium poſſediſſe. x. annis ſuo iudicio, quantum eſt de tempore, ſicut hodie cõmuniter notarij ſcribunt, videretur ſecundum Doc. & Bar. in §. qui arbiter quam. ſ. approbaui, q̃ teſtis probauit, quia loquitur de iudicio intellectus elicito per ſenſum, q̃ forte poſſet eſſe verum quando teſtis ſimpliciter diceret ſe vidiſſe aliquid ſuo iudicio, vel vt ſibi videtur. Sed quando teſtis deponit ſuper duobus de viſu, & ſuper altero tantum addit ſuo iudicio, vt cum dicit quãtum eſt de tempore, iſta verba nõ põt aliud importare niſi q̃ de hoc nõ recordat̃ pro certo, ſicut de primo, vel q̃ dubitat vtrũ vi-
26 derit. & iõ tutius eſſet hoc caſu dicere q̃ teſtis non probaret. †Il
a lud aũt ſcias [a] q̃ licet teſtis p̃bet, qa dicit ſe ſimul ſcire qa credit, ītũc. n. verbũ credo, poſitũ p̃ modũ cauſæ deſtruit teſtimoniũ ta tradit no. Bal. in l. q̃ēticulã. circa prĩ. q̃mẽti. C. de epi. & cle.

ADDITIO.

a VIN. GOD. Nota q̃ teſtis qui deponit, per uerbum credit, non probat, niſi addat rationem concludentem per ſenſum corporeum. Goz. conſi. 94. Aggredior. nume. 33.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus eccleſiæ collegiatæ, an teſtis eſſe poſſit in fauorem ſuæ eccleſiæ.*
2 *Religioſus in cauſa eccleſiæ ſuæ poteſt agere & eſſe in iudicio.*
3 *Procuratores plures, inſolidum conſtitui poſſunt in cauſa ad agendum, vel defendendum.*
4 *Prælatus ſi conſtituit procuratorem in cauſa pertinente ad menſam propriã, an poſſit in dicta cauſa teſtificari.*
5 *Prælatus nunquid indiſtincte poſſit eſſe teſtis in cauſa ſuæ eccleſiæ in iudicio.*
6 *Procurator quando agit nomine eccleſiæ, & non nomine epiſcopi, epiſcopus poteſt eſſe iudex.*
7 *Perſonas plures ſiquis ſuſtinet, non dicitur, neque præſumitur variari animus.*
8 *Prælatus & capitulum ſi conſtituunt procuratorem in cauſa communi, an prælatus admittatur ad teſtimonium.*
9 *Prælatus qui facit actum tanquam prælatus cum capitulo, videtur illum facere non vt perſona vniuerſitatis, ſed vt perſona ſingularis.*
10 *Venditor, nunquid in cauſa emptionis teſtificari poſſit.*
11 *Venditoris teſtimonium de ſua poſſeſſione, vel de aliquo iure, quod ſibi competebat ante contractum, an admittatur.*
12 *Donator nunquid in cauſa donationis teſtificari poſſit.*
13 *Teſtificari qui non poteſt in cauſa propria, nõ poteſt teſtificari in cauſa, vel in iure, quod fundatur in perſonam teſtificantis.*
14 *Teſtimonio pro extraiudiciali non præſumitur propter iuramenti defectum.*
15 *Venditor teſtificari poteſt, quando eſt controuerſia inter duos emptores habẽtes cauſam ab eo, & vnicuique eorum tenetur de euictione ad intereſſe.*
15 *Ceſſionarius, nunquid in cauſa ceſſionis teſtificari poſſit.*
17 *Fideiuſſor, nunquid in cauſa fideiuſſionis teſtificari poſſit.*
18 *Adminiſtrator, vel procurator, an ſuper actu quem ipſe geſſit, poſſit teſtificari poſtquam deſijt eſſe procurator, vel adminiſtrator.*

CAP. VI.

INſuper. Prælatus & religioſi poſſunt teſtificari p̃ ſua eccleſia, niſi ſint procura-
1 tores in cauſa. ſecunda ibi, dummodo. No. primo ex tex. iuncta ſupraſcriptione, †q̃ etiam prælatus eccleſiæ collegiatæ poteſt eſſe teſtis in fauorem ſuæ eccleſiæ. idẽ probatur in c. & ſi Chriſtus. in fi. j. de iureiur. nec eſt mirum, ſecundum Moder. quia facilius repellitur iudex quam teſtis, vt in c. j. ſ. de offi. dele. Si ergo prælatus in cauſa eccleſiæ ſuæ non repelli tur a iudicando. 2. q. 7. c. ſi quis erga. & in c. perſonæ. de priui. li. 6. & plene per. Mod. in c. cũ veniſſent. ſ. de iudi. ita etiã nõ repel litur a teſtimonio. vtrum autẽ hoc ſit verum in adminiſtratione eccleſiæ non collegiatæ & in epiſcopo, quando ſolus conſtituit procuratorem, dic vt tradit Ioan. And. in titu. de teſte. §. j. ver. item quid ſi adminiſtrator. & in c. præſentium. de teſti. lib.
2 6. Nota ſecundo, †q̃ in cauſa eccleſiæ ſuæ religioſus poteſt agere & eſſe in iudicio. Eſt tamẽ honeſtius vt aliquis conſtituatur. ſic intelligo tex. in c. j ſ. de ſindico. & vide q̃ tradunt plene. Mo-
3 der. in c. cum. I. & A. j. de re iudi. Nota tertiò ibi, vel duo. † q̃ ad agendum vel defendendum in cauſa, poſſunt conſtitui plures procuratores inſolidum, de quo dic vt in c. non iniuſte. ſ. de p̃cura. & in c. ſi duo. eo. titu. lib. 6. & in l. pluribus. ff. eo. Nota quar-
4 to, †q̃ forma iſta mandati videtur eſſe ſufficiens, cum procu. cõſtituitur ad agendum & defendendum, de quo in c. accedens. ſ. de procu. In gl. vltima poſita ſuper verbo, admitti. pro declara-
5 tione tex. & materiæ, quærunt hic Doc. †nunquid indiſtincte p̃latus poſſit eſſe teſtis in cauſa eccleſiæ ſuæ in iudicio. de qua q̃ſtione vide hic plenius per eos, & in c. præſentium. de teſti. lib. 6. Et inquantum hic Doc. dicunt ſequendo diſtinctionem Io. An. ſi prælatus conſtituit procuratorem in cauſa pertinente ad mẽſam propriam, non poteſt in dicta cauſa teſtificari, per l. nullus. ff. de teſti. iuncto c. biduum. 2. q. 6. Adde q̃ hoc dictum non videtur verum duplici ratione. Prima eſt, quia hoc ſolum q̃ cauſa pertineat ad menſam ſuam, non videtur eſſe ſufficiens ad repellendum ipſum a teſtimonio. q̃ patet, quia per hoc non repellitur a iudicando in cauſa eccleſię ſuæ. 2. q. 7. c. ſi quis erga. & no. in c. ex parte. j. de verbo. ſig. ergo videtur, q̃ ſicut non repellitur a iudicando, multominus repellatur a teſtimonio. Secunda ratio eſt, quia ratio, quam aſſignat do. Abb. tenens opi. communem, non videtur eſſe generalis. dicit enim ipſe, quod quamuis præmiſſa ratio ſola non ſit ſufficiens ad repellendum prælatum a teſtimonio, ſubeſt tamen alia ratio, per quam repellitur, vz̃ quia ipſe conſtituit procuratorem nomine ſuo. Vnde quia agitur nomine ſuo in iudicio, videtur eſſe principalis perſona, vt in c. j. in fi. ſ. vt lite non conteſt. & non eſt conueniens, q̃ aliquis ſit principalis & teſtis, & ideo non debet admitti. Sed iſta ratio faciliter poteſt euitari, quia epiſcopus poſſit conſtituere procuratorem, qui ageret nomine eccleſiæ, vt traditur per Inno. & alios in c. cum ſuper. ſ. de cau. poſ. & in c. fi. eo. titu. per Anto. de But. & ſi ipſe non videretur perſona principalis. & hoc eſt quod dicit Bal. notabiliter ad propoſitum, in l. j. in fi. C. ne quis in ſua
6 cauſa. vbi vult, †q̃ qñ procurator agit nomine eccleſiæ & nõ nomine epiſcopi, tunc epiſcopus poſſet eſſe iudex in cauſa, qa non eſſet duplex perſona. i. principalis & iudex. Præterea dato q̃ conſtituat procuratorem nomine proprio, quia tamen cauſa principaliter

cipaliter pertinet ad ecclesiam, illa dicetur principalis persona, vt patet ex no. in l. seruo legato. §. si testator. ff. de leg. j. & in l. fideicommissa. §. interdum. de le. 3. & ꝙ hoc sit verum, patet, quia si esset principalis persona iuraret de calumnia, quod non facit, vt in c. pe. & fi. s̄. de iura. calum. & hoc est, quod dicit hic Hosti. Præterea tex. in cle. si vna de reb. ec. quam inducunt hic Mod. pro se, nō videtur facere ad propositū, nec tex. in c. a collatione. in prin. de appel. lib. 6. dum ibi dicitur, ꝙ episcopus de eo quod fecit tanquam prælatus cum capitulo, non potest postea cognoscere solus, quia in illis iuribus in omni actu consideratur illa p̄sona eodem modo & non tanquam alia. ep̄us enim in clemē. si vna. interponit auctoritatem vnioni tāquam episcopus & vnit ecclesiam ad commodum suum tanquam episcopi non tanq̄ priuati. & similiter in c. a collatione, contulit beneficium tanq̄ episcopus & tanquam episcopus cognoscit de appellatione, vnde non est mirum si videtur auctorizari & iudicare in facto p̄prio, sed quando episcopus constituit procuratorem vt episcopus testificando postea non est eadem persona, quia testificatur tanquam quilibet & vt priuatus, & immo videtur ꝙ admittatur sicut singuli de vniuersitate, qui in diuersis actibus sustinent duas personas, vt hic probatur. & sic admittitur episcopus quādo confert beneficium vt canonicus & postea cognoscit de appellatione vt prælatus, vt in d. c. a collatione. 2. responso. His tamen non obstantibus, credo communem sententiam esse verā. pro qua adduco tibi tex. cum gl. no. & quod ibi ponit Bart. in l. impuberem. §. j. ff. de fal. vbi patet quod notarius, qui tanquam publica persona adhibetur ad scribendum testamentum, sicut non potest legatum sibi ascribere vt priuato, cum vertitur principaliter commodum eius, ita non potest ascribere legatum alteri, cuius vsusfructus pertinet ad scribētem. facit optime quod ipse idem ponit in l. j. in prin. ff. de auc. tu. & quod posuit Bal. in l. bonorum. C. qui admitti. Cum ergo prælatus dicatur vsufructuarius in vita, vt traditur in c. præsenti. de offi. ordi. lib. 6. & est bonus tex. & ibi per Doc. in c. peruenit. j̄. de fideiuſ. ergo videtur, ꝙ licet tanquam alius testificetur, per hoc tamē non admittatur ad testimonium. Confirmatur ista conclusio ex his, quæ tradunt Do. de Rota decisione sua. 102. quos refert & plene sequitur Domi. in c. a collatione, prēallegato. dum volunt, ꝙ si episcopus tulit sententiam tanquam episcopus, non potest appellari ad eum tanquam ad legatum prouinciæ, † quia per hoc ꝙ
7 aliquis sustineat plures personas, non dicitur, neque præsumitur variari animus. vnde sicut prælatus est suspectus, vt prælatus, ita est suspectus, vt testis, vt est casus notabilis in c. si quis iusto. §. 2. de elec. lib. 6. Vnde concludunt ibi, ꝙ illud quod aliquis fecit cum pluribus tanquam alius potest retractare solus, vt alia persona, & non est suspectus, vt hic, & in d. c. a collatione. & l. 2. §. idem solent. & ibi per Bar. ff. quando appel. sit. sed id, quod aliquis fecit vt vna persona, solus in eo non est idoneus iudex, vt alia persona, & talis videtur esse casus noster. & per hoc videretur posse inferri, attenta hac vltima ratione, ꝙ si alias solus constituit procuratorem vel episcopus in causa communi sibi & capitulo, adhuc non possit esse testis. & hoc tenuit Inno. in d. c. p̄sentium, & Archi. 14. q. 2. c. j. & sequitur do. Abb. hic & Bart. expresse in l. qui testamento. in prin. ff. de testa. nō enim potest negari ꝙ abbas, qui solus constituit procuratorem, videretur declarare ecclesiam fouere iustitiam, & sic videtur esse repellendus. contrarium tamen tenent hic Doc. communiter, & in d. c. præsentium. & sequuntur Ang. & Bald. in l. qui testamento. in prin. & fuit dictum Ioan. And. hic, vz ꝙ tunc prælatus admittatur in testem. sed de iuris subtilitate ratione præmissa, verior vi
8 detur opi. Inno. & Bar. in loco allegato. †Sed restat quærere pro discussione huius argumenti, quid si prælatus & capitulum cōstituunt procuratorem in causa communi, vtrum indistincte p̄latus admittatur ad testimonium. & est communis conclusio ꝙ sic hic, & in d. c. præsentium. contra quam arguo sic. Si causa est communis prælato & capitulo, ita ꝙ ad vtrunque pertineat vtilitas & emolumentum, prælatus & capitulum quodammodo videntur socij ista causa, tanquam prosequentes ius commune saltem, sed socius non potest esse testis in causa socij, quando p̄iudicium est inseparabile, licet vnus ex socijs agat, vt. j̄. videbis declaratum per Doc. ergo videtur ꝙ prælatus non possit esse testis nec potest dici id quod dicit Inno. in d. c. præsentium. ꝙ cū constituit procuratorem cum capitulo, non facit hoc tanquam prælatus, sed tanquam pars capituli, vnde nunc testificatur vt priuata persona. Primo, quia hoc videtur contra tex. in d. c. a col
9 latione. vbi patet, †ꝙ prælatus qui facit actum tanquam prælaa tus cum capitulo, [a] videtur illum facere non vt pars vniuersitatis, quia sic posset cognoscere de facto suo, sed vt persona singularis concurrens ad actum faciendum cum vniuersitate, & ideo probabiliter posset distingui, ꝙ aut loquimur in prælato non regulari, & tunc quia vtilitas communis potest applicari sibi soli vt vsufructuario, non admittatur in testem. aut loquimur in p̄lato regulari, & tunc prælatus regularis nihil habet proprium, licet ecclesia sua possit habere mensam propriam, vt in cle. frequēs. de excess. prēla. & in cle. j. de supplen. negli. prēla. Dicemus ꝙ ille dicetur bene facere actum vt pars collegij, & vnus de collegio, ex quo vtilitas omnino est communis. & sic intelligatur tex. noster, & in c. & si Christus. de iureiuran. Confirmatur ista differentia, quia ex quo episcopus constituit procuratorem vna cum capitulo propter particulare interesse, adhuc non potest dici constituere vt vnus de vniuersitate, sed vt persona particularis, per ea quæ habentur in l. cum fundum. de serui. ru. præ. & in c. cum omnes. s̄. de consti. Et ad rationem quam assignat. s̄. do. Abb. q̄ cōmunem sententiam, quam tenuit ꝙ prælatus in rebus spectantibus ad mensam propriam nō sit idoneus testis. Respondeo breuiter & dico ꝙ in illa causa non posset etiā esse iudex ipso iure, vt tenet do. Anto. & ipse idem Abb. in c. cū venissent. s̄. de iudi. Aduerte etiam ꝙ potest substineri opi. Ioā. An. & do. Anto. inquantum dixerunt ꝙ si Abbas solus constituit procuratorem, non repellatur a testimonio, licet do. Abb. hic teneat opi. Inno. quam. s̄. dixi videri veriorem de iure per. l. qui testamentum. in principio, & quod ibi per Bart. ff. de testa. vbi tenet post Iaco. de Are. ꝙ tutor possit esse testis in causa pupilli, si ipse non agat, vel non constituat actorem periculo proprio. cum igitur abbas non possit dici vsufructuarius, vt. s̄. diximus, videtur magis æquiparari tutori quam prælato, qui facit fructus suos. Nec obstat ratio assignata per me, quia dato ꝙ abbas constituendo procuratorem declarauit animum suum, & sic videatur esse suspectus tanquam testis, hæc tamen suspitio non est tanta, vt eum repellat penitus, sicut videmus in tutore, sicut repellit prælatum vtilitas vsusfructus, propter quem cā̄dī propria, vt diximus. Quod autem dicimus in abbate, non habet locum in prælato sęculari, quia si ipse repellitur a causa communi cum constituit procuratorem vna cū capitulo, vt. s̄. dixi, multo fortius cum solus constituit forte de consensu capituli. Fatendum est tamen, ꝙ hic abbas non erit omnino integer testis propter suspitionem prædictam, licet omnino non repellatur. Vlterius quærunt hic Doc. nūquid venditor possit testificari in causa emptoris. secundo, quid de donatore. tertio, quid de cessionario. quarto, quid de fideiussore. quinto, quid de administratore, vtrum possit testificari super actu, quem ipse gessit postquam
10 desijt esse procurator vel administrator. † Circa primam quæstionem distinguit gl. in l. nullus. ff. de testi. & Spec. in titu. de teste. §. j. ver. quid de venditore. ꝙ aut venditor habet regressum ad euictionem contra ipsum & non testificatur, & hoc tenent omnes, aut non habet regressum ad euictionem, & tunc admittitur ad testimonium, sed non est integra persona. & do. Anto. dicit, hoc sentire Iaco. de Are. & Ioan. And. in d. ver. quid de venditore. Sed certe Io. An. hoc ibi non sentit, licet referat Iaco. de Are. tenuisse, ꝙ in totum non admittitur, immo in alio ver. vt. j̄. dicam sentit contrarium. do. Abb. hic dicit, ꝙ quanta fides sit vēditori adhibenda, est in arbitrio iudicis, vtrum plena, vel maior, argu. c. in literis. & quod ibi no. j̄. eo. Cy. & Iac. de Are. in l. omnibus. C. de testi. dicunt ꝙ indistincte non admittitur, quia licet non teneatur de euictione, præsumitur tamen esse effectus pro emptore, vt actus quem fecit, valeat. Vnde sicut ista ratione pro xeneta repellitur, nisi producatur ab vtraque parte. in Auc. de testi. §. si vero dicatur. in fi. & in c. j. eo. titu. in 6. ita & venditor videtur esse repellendus. Nec ob. id, quod hic dixit do. Abb. ꝙ istud
b est in proxenetis, [b] quia sunt personæ viles & abiectæ vt plurimum, quia hæc non videtur ratio illorum iurium, secundum Doc. sed præmissa. s. affectio ad contractum, nisi dicas ꝙ ratio restringitur ad personas illius qualitatis, quia in multis alijs personis apparet ꝙ præsumptio affectionis non excludit totaliter a testimonio, vt patet in consanguineo domestico & similibus Bar. in d. l. omnibus. videtur distinguere, ꝙ aut venditor testificatur de contractu, vel descendētibus a contractu, & tunc procedit opi. Cy. & Iac. de Are. aut testificatur sup̄ alijs, & tunc qa cessat causa affectionis, erit idoneus testis. quod dictum potest in-
11 telligi dupliciter. vno modo, † vt si venditor testificetur de possessione sua vel maioris, vel de aliquo alio iure, quod sibi competebat ante contractum, admittatur eius testimonium. & si sic intellexit, non bene dicit, quia adhuc supereſt causa affectionis. ꝙ enim ipse habuit ius ante venditionem, quod trāstulerit in emptorem, hoc non potest pertinere nisi ad formitatē contractus in effectu, quia per hoc non aufertur res ab emptore. Secundo modo potest intelligi, ꝙ venditor possit testificari de his, quæ habent originem post contractum factum a se, & quæ emptor non acquisiuit ab illo, & tunc videtur ꝙ possit admitti, quia si res

ADDITIONES.

a VIN. GOD. Adde ꝙ prælatus solus procuratorem quem vna cum capitulo constituit reuocare potest, Rui. consi. 130. nu. 3. lib. 5.

b VIN. GOD. Proxeneta an possit esse testis in contractu in quo ipse interuenit Alexan. consi. 128. nume. 1. & 2. Ponderatis, lib. 2. & in consi. 13. nume. 14. lib. 1.

ſi res aufertur ab emptore, per hoc non infringitur factum venditoris, quod eſſet firmum, niſi noua cauſa ſuperueniſſet. In q̃ſtione autem propoſita do. Ant. videtur varius hic. nam in quæ
12 ſtione noſtra dicit ꝙ admittitur, ſed non eſt integer teſtis. †in q̃ſtione autem ſequenti de donatore, qui non tenetur de euictione, videtur tenere opi. Cy. & Iac. de Are. & tamen iſtarum queſtionum ſunt idem termini, vt fatetur Ioan. And. in d. ver. quid de venditore. & do. Abb. hic diſtinguens eodem modo in vtraque. niſi forte dicas ꝙ plus præſumitur contra donatorem quã contra venditorem, quia donatarius ex donatione eſt ei obligatus ad antidora, ſi donatio vꝫ. vnde videtur eſſe maior affectio q̃ in venditore. ſed non credo ꝙ propter hanc ſolam rationem debeat fieri tanta differentia, vt in vno caſu repellatur teſtis omnino, in altero non, nam lucrum proueniens in conſequentiam in ſpecie non repellit legatarium omnino a teſtimonio, vt communiter tenent hic Doc. multo minus videtur repellere generalis obligatio ad antidora in genere, quæ non ponitur ꝑ obligatione efficaci a iure regulariter, vt traditur in l. ſi teſtamento. §. j. ff. de fideiuſ. & in l. ex hoc iure gentium. ff. de iuſti. & iu. videtur ergo dicendum in vtraque quæſtione ꝙ opi. Cy. & Ia. ſit verior, ꝙ venditor teſtificaretur vel de ti. contractus vel de iure tranſfuſo per ſe in ſucceſſorẽ ſuum. Primum videtur probari ſingulariter in c. j. §. ſi duo. & ibi hoc tenet Bal. de pace tenenda. vbi ſecundum vtrunque intellectum probatur ꝙ auctor inueſtituræ non eſt idoneus teſtis ad probandum inueſtituram, facit tamẽ teſtimonium eius ꝙ probationes producentis eum in teſtem primo debent recipi tanquam veriſimiliores. & immo infert ibi ſingulariter Bal. ꝙ vbi probationes eſſent pares hinc inde, p̃. ualerent probationes illius qui haberet teſtimonium auctoris ſui. Secundum videtur probari in l. filius. §. maritus. & quod ibi no. ff. ad l. Cor. de fal. quem tex. induco ſic ſubtiliter, nullus poteſt ſibi abſcribere legatum in teſtamento, quia eſt ſuſpectus in cauſa propria, & immo ſcriptura præſumitur falſa præſumptione iuris & de iure, & vt in toto titu. C. de his, qui ſibi aſcribunt. modo quæritur in d. §. maritus. vtrum aliquis poſſit aſcribere legatum, cum emolumentum omnino ſit peruentitium ad alterum ex perſona ſua. & videtur dicendum ꝙ ſic, quia videt ceſſare cauſa præſumptionis falſitatis. Contrarium determinat ibi
13 Iuriſcõſultus, ꝙ legatũ hr̃ ꝑ nõ ſcripto, ex quo dat̃ intelligi, † ꝙ ille q̃ nõ põt teſtificari in cã ꝑpria, nõ põt teſtificari in cã, vel in iure ꝙ fundatur in ꝑſona teſtificantis, licet tranſeat ad aliũ. Cũ ergo emptor in iure transfuſo in ſe à venditore repræſentet ꝑſonam venditoris, videtur venditor teſtificari in cauſa propria, qa in illo iure emptor non repræſentat perſonam ſuam & habuit fundamentum in perſona venditoris. Si tamen velis tenere cõ-
14 munem ſententiam, † ꝙ ibi loquitur in teſtimonio extraiudiciali, pro quo non tantum præſumitur propter defectum iuramenti, nos autem in teſtimonio iudiciali, pro quo plus præſumitur & propter auctoritatem iudicis examinãtis. Et ad tex. in §. ſi duo. dic ſecundum vnum intellectum, ꝙ ibi auctor non deponebat in forma teſtis, licet ille tex. multum vrgeat. vel dic ꝙ licet ibi dicatur ꝙ debeat fieri probatio per idoneos teſtes, per hoc tamen non negatur quin auctor iſte admittatur, licet non vt teſtis integer. hæc tamen ſolutio contradicit literæ aliqualiter, quia ſi admitteretur & faceret aliquam fidem, viderẽtur ſufficere teſtes alij coniuncto ipſo qui non eſſent omnino idonei ad minus, ſi ex duobus alijs vnus eſſet omnino idoneus, cuius contrariũ ibi
15 dicitur. † Illud etiam ſcias, ꝙ venditor poteſt teſtificari, quando eſt controuerſio inter duos emptores habentes cauſam ab eo & vnicuique ipſorum tenetur de euictione ad intereſſe, & tunc affectio ſuſpitionem tollit, vt eſt etiam tex. ſecundum vnum intellectum perit. in l. eos. ff. finium regun. & refert Bald. in l. omnibus. C. e. & ꝙ donator admittatur in teſtem ſi non tenetur de euictione, ſentit expreſſe Ioan. And. referens quendam Doctorem antiquum in ti. de teſte. §. j. ver. ſed pone mutuaui. Et ꝑ prę dicta poteſt etiam decidi quæſtio de ceſſionario, & cedente, de
16 qua hic plene per Doc. vꝫ † ꝙ ſi cedens non tenetur de euictione & ceſſio non eſt facta in fraudem legis propter hoc ſolum vt cedens poſſit teſtificari admittatur in teſtem, quod tenuit Spec. in titu. de procu. §. fi. iuxta fi. Nec placet mihi illa conſideratio Bal. vel diſtinctio, quam facit in d. l. omnibus. ꝙ aut ius directũ remanſit penes cedentem, aut non. quaſi primo caſu fortius repellatur cedens, quia ex quo lis eſt conteſtata cum ceſſionario, patet ꝙ illud ius directum eſt effectum penitus inutile, vt. l. 2. & ibi no. C. de nouatio. perinde ergo eſt ac ſi non eſſet. arg. l. 2. §. ſi ſit conſanguinea. ff. ad Tertu. Item in ſecundo caſu q̃ nihil remanſit penes cedentem, & etiam in primo caſu aliquid remanſit ſi ceſſionarius intentat vtiles nomine ſuo, non magis repræſentat perſonam ſui auctoris quam emptor venditoris. agit. n. nomine proprio, vt traditur in l. ſi duo. in prin. ff. de ſolu. & in l. ſtip. C. de procu. Sed ex iure transfuſo in ſe a ſuo auctore, & ita etiam facit emptor. vnde non poteſt aſſignari bona ratio diuerſitatis, licet Bal. in d. l. omnibus. in venditore teneat opi. gloſ. &
17 Spe. & in ceſſionario opi. Pe. & Cy. † Circa quartam quæſtionẽ Specu. dixit in titu. de teſt. §. j. ver. quid de fideiuſſore. quod aut principalis eſt ſoluendo, & tunc admittitur fideiuſſor ad teſtificandum, aut non eſt ſoluendo & tunc non admittitur, quia cauſa videtur principaliter pertinere ad eum. allegat l. itaque ſullo. in prin. ff. de fur. Ioan. And. ibi in additionib tenet contrarium, maxime ſi fideiuſſor non renunciauit beneficio ordinis, quia intereſt ſua potius non ſoluere quam ſolutum repetere, vt dicit tex. in l. ſi cui legetur. §. fi. de le. j. Et pondera, quia per dictionem maxime, ſentit idem eſſe ſi fideiuſſor non renũciauit beneficio ordinis. & hanc ſententiam Ioan. And. approbat Ang. expreſſe in d. §. fi. Bal autem ibi diſtinguit, ꝙ aut fideiuſſor poterat conueniri prius quam principalis, & tunc non poſſit eſſe teſtis per rationem prædictam. aut non poterat conueniri, quia non renunciauerat beneficio excuſſionis, & tũc ſi principalis eſt ſoluẽdo, poterit eſſe teſtis, quia hoc caſu ipſe non poterit conueniri. vnde ceſſat ratio prædicta. Sed Ioã. de Imo. repræhendit hoc dictum, ꝙ licet tempore teſtificationis principalis eſſet ſoluendo, poſſet effici non ſoluendo, & ſic non poſſet conueniri fideiuſſor, quia ille qui tenetur ex altero exiſtente non ſoluendo, non liberatur ab obligatione per ſolam petitionem factam a principali, ſed per ſolutionem, vt. l. fi. in prin. ff. ſi cer. peta. & eſt clarus caſus in fideiuſſore in Auth. de fideiuſſ. §. j. circa mediũ, & vſq; ad fi. Circa quintam quæſtionem fuerunt opi. quæ plene recitãtur hic per Doc. & inter alias fuit opi. Bar. omittẽdo caſus nõ
18 dubios, † ꝙ procurator ad iudicia vel ad negocia, qui deſijt eſſe procurator, aut vult teſtificari ſuper contractu a ſe geſto & per talem teſtificatum conſequitur commodum vel vitet damnũ, quia liberatur ab aliqua obligatione, & tunc ſine dubio teſtificari non poteſt. exemplum ſi probat pecuniam ſibi datam a domino ſuo, vt traderet eam Titio tradidiſſe: per hoc enim quod dicit ſe tradidiſſe Titio, releuat ſe ab obligatione, qua eſſet obligatus domino ſuo, ſi non tradidiſſet eam, ita non poteſt teſtificari, licet gl. no. dixerit contrarium ſecũdũ Azo. in terminis Auc. de fi. inſtru. & cautela. §. in his. in quo dicto ibi no. reſidet, & ſic ſentit cum opi. Bar. aut procurator vult teſtificari in his, q̃ geſſit vt per ſuum teſtimonium ſe non exoneret, & tũc poteſt eſſe teſtis de voluntate vtriuſque partis, ſicut proxeneta. a domino
a autem ſuo produci non poteſt, ſicut dicimus in proxeneta[a] in Auc. de teſti. do. Anto. de Bu. hic refert Ioan. And. in addi. Spec. in titu. de teſte. §. j. ver. quid ſi adminiſtrator. dicens ꝙ iſte repellit a teſtimonio, vbi conſequeretur commodũ, vt dixit Bar. & ẽt ibi tex. aliquo geſto, vel nõ geſto circa illũ actũ poſſet laus vel vituperium aſcribi, alias dicit ꝙ admittitur. probat prædictã diſtinctionem per tex. & quod ibi no. in c. cum a nobis. j. eo. Ipſe autem do. Anto. dicit etiam, ꝙ vbi poſſet aſcribi laus vel vituperium, talis admittitur in teſtem in ſubſidium, vbi per alios ſaltem præſumptiue veritas probari non poteſt. alle. tex. cum glo. in c. cum dilecta. de elec. & quod no. in c. tertio loco. s̃. tit. proxi. In illis autem, in quibus non poteſt aſcribi laus vel vituperium, ſequitur Io. An. vt admittatur etiam ſi producatur ab vna parte. & hanc opi. in effectu tenet hic do. Abb. Cy. autem & Dy. in l. omnibus. C. de teſti. tenent, ꝙ vbi per ſuum teſtificatum non releuaret ſe ab obligatione, vel non conſequeretur aliud commodũ, ſemper admittatur in teſtem, & ita intelligũt tex. in l. de ferre. §. idem decreuerunt. ff. de iu. fiſ. vbi hanc quæſtionem poſuit Bar. ſed ille tex. cum reuerentia, parum facit, quia ibi dicitur ꝙ tutor & procur. non poſſunt deferre dominum ſuum, non tamen eſt prohibitum eos rogare in teſtes. vnde attende diligenter, quod aut caſus teſtimonij ibi poſitus diuerſificatur a caſu accuſationis, ꝙ ibi intendit Iuriſconſultus, oportet intelligere illum text. in procuratore, qui producitur in teſtem contra dominum ſuum, quo caſu bene admittitur, ſecundum glo. in d. c. fi. præallega. & Bart. in d. §. idem decreuerunt. Bald. autem in d. l. omnibus. & Saly. ſequens eum dicunt ꝙ contra Bar. facit tex. quem ipſe allegat & probatur opi Cy. & Dy. in Auc. de teſti. §. ſi vero dicatur. in fi. nam ſecundum intellectum gl. ibi, proxeneta non cogitur teſtificari, ſi producitur ab vna partium, ſi tamẽ velit teſtificari. admittitur ergo ſi procurator æquiparatur proxenetæ. hoc eſt potius contra Bar. quam pro ipſo. & licet gl. in Auc. de fi. inſtru. dicat ꝙ proxeneta non admittitur in teſtem, vtraque parte volente. gl. tamen contraria eſt verior, ſecundum prædictos, & videtur probari in prin. tex. in §. præallega. dicit. n. ibi Imperator, ſe olim poſuiſſe legem, per quam diſponebat mediatores non cogi ad ferendum teſtimonium. vnde patet ꝙ nõ prohibuit eos teſtificari, ſed cogi. Tu autem dic, quicquid iſti dicant, ꝙ pro Bar. eſt caſus in eo. §. in fi. in verbo, prohibitione. in quo expreſſe apparet, ꝙ illa lex noluit proxenetam admitti, vo

lentem

ADDITIO.

a VIN. GOD. Dicas quod teſtis proxeneta ab una parte tantum productus non eſt idoneus teſtis quando tractat de ſe exonerando. Ruin. conſi. 76. nume. 1. lib. 4.

lentem testificari. Et si dicatur quod hoc ex illa l. non patet inducta, vt.ſ. reſpondeo dupliciter, vel q̃ in illa. l. erat aliud caput hoc exprimens, de quo non fit mentio in princ. ſed in fi. vel dic, & ſubtilius, q̃ quia proxeneta nō cogitur teſtificari illa ratione, vt communiter dicunt Doc. quia prę ſumitur nimis affectus ad contractum immediate factum, quæ ratio multo fortius vrget. quod ſi ſponte vult teſtificari, non debeat admitti. vnde ſatis videtur prohiberi a teſtimonio etiam volens, per hoc quod dicit l. quod non deberet cogi, quia quando cauſa, propter quam teſtis non cogitur teſtificari, æqualiter habet locum in teſte, qui ſponte vult teſtificari, ſicut non poteſt cogi, ita volens non teſtificatur, vt tradit Bar. no. Doct. in l. in teſtibus. ff. de teſti. & qa nō poteſt aſſignari bona ratio differentiæ inter procuratorem ad iudicia, qui deſijt eſſe procurator, cum non poteſt teſtificari & procuratorem ad negocia. Ideo videtur vera opi. Bart. quicquid dixerint alij in iſto articulo. fateor tamen q̃ limitatio do. Anto. quam facit per c. cum dilecti. ſ. de elec. eſt vera. Nec ob. opi. Bar. tex. in c. cum a nobis. cum ibi no. j. eo. quia quando iudici non poteſt aſcribi laus vel vituperium, tunc ideo admittitur in teſtē, quia non geſſit actum pro parte & nomine partis. & idem poſſumus dicere in arbitro, quia non magis eſt deputatus ab vna parte quam altera, vnde non eſt mirum ſi admittuntur in teſtes, ſed in procuratore eſt ſemper affectio & ſuſpitio, quia geſſit actum nomine domini & conſtitutus a domino. vnde indiſtincte repellitur vt d. c. fi. de teſti. lib. 6 & l. fi. eo. ti. & hanc opi. Bar. approbat Bal. in c. j. §. inter pares. de l. Contra. verſus finem commenti. Sed quia ſuperius eſt dictum, q̃ vbi teſtis ex dicto ſuo releuaret ſe ab obligatione ſua, tunc ſemper repellitur, ſecundum Bar. & ſequuntur omnes. hoc eſt limitandum dupliciter, ſecūdum Saly. primo quidem, vt non habeat locum quando præſentibus partibus tertio eſſet adhibitum ab vna partium adnumerandum alteri pecuniam. tunc enim idem admittitur in teſtē, quia functus eſt officio nudi miniſtri, vt eſt tex. in d. §. in his, ſecūdum vnam expoſitionem. ar. l. ſi procuratori præſentis. de verbo. oblig. Secundo, quando teſtis deponit ad commodum ſuum non prædictæ principali, ſed in cauſa dicti. Exemplum dicit quod vidit Titium poſſidere. in hoc nihil deponit ad commodum ſui, interrogatus in cauſa dicit q̃ ipſe fuit eius laborator illo tempore & ſingulis annis portauit ſibi tot fructus, quos collegit in dicto prædio. hic teſtis conſequitur commodum ex cauſa dicti, & ſic videtur conſequi commodum in conſequentiam ex teſtificatu. ergo debet admitti, ſicut dicimus in legatario, vt hic plene per Doct. Sed iſtud ſuū dictū non habet aliquam ſuā rationem, quia licet teſtis ita admittatur, q̃ ex teſtificatu non cō ſequitur commodum principaliter, ſed in conſequentiam, non tamen teſtis, qui ex quacunque parte teſtificatus conſequitur principaliter commodum, debet admitti, quia ex hoc repellitur q̃ conſequitur commodum vnde cūque liqueat, & immo dictum ſuum non videtur eſſe verum, & maxime quia dictum principaliter & virtus eius conſiſtit in cauſa, vt no. in c. cum cauſam. j. eo. ergo ſi in cauſa, quam reddit, exonerat ſe, ſatis videtur ſe exonerare per id, in quo principaliter teſtificatur. ſed in hoc eſt vis vt dixi, nec iſta differentia probatur iure.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſionis diuturnitas, & ſi faciat aliquando præſumi titulum in beneficio, nunquam tamen inducit, vt quis non poſſit priuari titulo propter crimen.*
2 *Laicus quilibet admittitur ad agendum, quando agitur contra clericum ciuiliter de crimine.*
3 *Filius ſacerdotis etiam legitimus patri ſuo in beneficio, immediate ſuccedere non poteſt.*
4 *Clericus concubinarius publicus, ſi ciuiliter agitur contra ipſum, an beneficio priuetur, de non publico autem quid iuris ſit.*
5 *Infamis infamia iuris, & infamia facti in cauſa criminali ciuiliter mota, non videtur poſſe admitti ad teſtimonium.*
6 *Conuictus de periurio in vna cauſa, repellitur a teſtimonio in quacunque cauſa.*
7 *Laicus in teſtem admittitur, vbicunque contra clericum agitur ciuiliter, etiam ſi agatur de beneficij priuatione.*
8 *Attentata appellatione, pēdente ab interlocutoria iuſtificata appellatione vtiſunt nulla ipſo iure, ita confirmatio obtenta a ſede apoſtolica ſuper attentatis.*
9 *Laicus ad accuſandum clericum criminaliter, an & quando admittatur.*
10 *Laicus, an admittatur ad agendum contra clericum ciuiliter, ad priuationem beneficij.*
11 *Prohibitio, quæ fit de laico a cauſa criminali, non extenderetur ad iudicium mixtum.*
12 *Pœna in iudicio mere ciuili, applicatur fiſco, licet non ſit natura regularis illius iudicij.*
13 *Denunciatio, vbi fit iudici de crimine, non vt eſſet iudicium denunciationis, ſed excitandum iudicis officium ad inquirendum, an laicus ſit admittēdus, & quando iudex poſſit nomen denunciatoris tenere ſecretum. nu. ſeq.*
15 *Exceptio ſi opponitur contra teſtes pro tempore quo producitur, an excipiens debeat admitti ad probandum exceptiones incontinenti.*
16 *Iudex, quando ad vlteriora procedit, non cognito ſuper exceptione, quando videatur repellere exceptionem.*
17 *Iudex niſi exceptionem oppoſitam reſeruet procedendo ad actum incompatibilem, videtur eam repellere.*
18 *Iudex an debeat admittere ſtatim volentem probare, an vero debeat reſeruare probationem poſt receptiones teſtium, & publicationem in cauſa principali.*
19 *Iudex, ſi præſumat contra excipientem, vel dicatur factum eſſe publicum, vel quaſi, & probatio profertur incontinenti, debet admittere probantem, nec debet fieri reſeruatio.*
20 *Iudex quicquid arbitretur, nulla partium poterit appellare.*
21 *Teſtis quamuis non debuerit examinari ratione criminis vel alterius impedimenti, an examinatus faciat indicium. Et quid quando examinandus eſſet cum tortura. & nu. 22.*
23 *Crimen publicum, vel quaſi, quare ſatis ſit allegare, abſque eo q̃ quis ſe offerat probare incontinenti.*
24 *Iudex videns petentem in euidenti calumnia poteſt eum repellere, licet ex forma ſtatuti exceptiones debeant reſeruari. Et multo fortius quando exceptio. oppoſita præſumptio eſſet contra teſtem. nu. 25.*
26 *Teſti ſi capitalis inimicitia obyciatur, & excipiens velit ſtatim probare, eſt admittendus.*
27 *Exceptiones, ſi ex forma ſtatuti reſeruari debent, poſt lit. conteſtationem, talis reſeruatio quando non debeat fieri.*
28 *Intereſſe vexationis litis eſt conſiderabile.*
29 *Exceptio contra perſonas teſtium non oppoſita in cauſa principali, non opponetur in cauſa appellationis.*
30 *Partis in poteſtate, non eſt contrarius proteſtari.*
31 *Pars ſi ſe obtulit paratam probare exceptiones contra teſtes in prima cauſa, & non fuit admiſſa, q̃ in cauſa appellationis a diffinitiua ad opponendum exceptionem admittatur.*
32 *Exceptionis peremptoriæ appellatione in materia ſtricti iuris & exorbitanti, an veniret exceptio contra teſtes.*
33 *Pontifex in committendo cauſam principalem, non committendam niſi prius finita appellatione, an videatur interloqui ſuper appellatione.*
34 *Presbyter, ſi non poteſt reprobare teſtes productos contra ſe, non lata ſententia neque aliquo attentato poſt appellationem, cauſa non redibit ad priorem iudicem.*

CAP. VII.

EX parte. Hoc dicit, ſecundum Anto. Oppoſitio exceptionis & oblatio de probā do ipſam, iuſtificant appellationem reſpectu deuolutionis cauſæ, non reſpectu conſequendi effectū exceptionis. Vel ſic, ſecundum do. Anto. Si exceptio legitima, q̃ opponitur contra teſtes, non admittitur, licite appellatur. Vel tertio ſ. cundum Moder. Si opponitur exceptio contra teſtes & offerrur probatio, quæ reſeruatur eo caſu quo non debet, vel q̃ non admittitur, poteſt licite appellari. ſecunda eſt ibi, mandamus. Nota primo ibi, triginta annis, &c. † q̃ diuturnitas poſſeſ. ſionis, & ſi faciat aliquando præſumi titulum in beneficio, iuxta no. in c. ordinarij. de offi. ordi. lib. 6. & in c. ex inſinuatione. de procu. nunquam tamen inducit, vt quis non poſſit priuari titulo, propter quod intellige etiam niſi cognitioni criminis eſſet p̃ ſcriptum. quod an vtrunque de iure canonico fieri poſſit, dixi-
1 mus in c. licet cauſam. ſ. tit. proxi. No. ſecundo ibi, tacito † q̃ laicus eſſet, ſecundum vnum intellectum, quod quando agitur contra clericum ciuiliter de crimine, quilibet laicus indiſtincte admittitur ad agendum, ſed ſecundum alium intellectum, hic probatur, q̃ literæ de iniuſtitia, quę impetrātur ſuper literis beneficiorum, valent ipſo iure, quamuis ſint ſurreptitiæ, & valet iudicium, niſi pars de ſurreptione opponat, ſecus eſt in literis beneficialibus, vt in c. ad audientiam. ſ. de relcrip. & in c. ſi motu
2 proprio. de præben. lib. 6. No. tertio, † q̃ filius ſacerdotis etiam legitimus non poteſt ſuccedere patri ſuo immediate in beneficio, mediate autem ſic. de quo in c. ex tranſmiſſa. de fil. presby.
3 No. quarto, † q̃ cōcubinarius publicus, ſi ciuiliter agit contra ipſum, poteſt priuari beneficio. de non publico autem quid iuris,
4 tradunt plene Doc. in c. at ſi clerici. §. j. ſ. de iudi. † No. quinto, q̃ de iure canonico non ſolum infamis infamia iuris ſed ēt infamia facti, nō videtur poſſe admitti ad teſtimonium in cauſa criminali ciuiliter mota, de quo in c. teſtimonium. j. e. No. ſexto in
5 ver. de periurio, † q̃ conuictus de periurio in vna cauſa, repellitur in quacunque cauſa & teſtimonio. concor. tex. 22. q. 5. c. paruuli, & in c. teſtimonium. j. eo. hoc autem contingit, quādo periurus efficitur infamis. vnde infamia comitatur eum quocunque vadat, & in quacunque cauſa, vt l. ex ea. ff. de poſtula. prima
6 q. in c. ſcito turpē. No ſeptimo, † q̃ vbicunque contra clericum agitur ciuiliter, etiam ſi agatur ad priuationem beneficij admittitur laicus in teſtem, de quo in c. cum. P. j. de accu. & in c. decetę
7 ro. j. eo. No. vltimo, † q̃ ſicut attentata, pendēte appellatione ab interlocutoria, iuſtificata appellatione ſunt nulla ipſo iure, ita confirmatio obtenta a ſede apoſtolica ſuper attentatis eſt ipſo

iure

iure nulla & retractanda,nisi sit facta ex certa scientia, vt dicũt Doc.iuxta ea,quæ habentur in c.j.& pen.ĩ.de confir.vti.vel inuti.In gl.posita super verbo, tacito, ꝑ declaratione materię huius gl. tradendoeam ordinate, breuiter duo sunt videnda. † Primo, vtrum laicus a admittatur ad accusandum clericum criminaliter ad crimen.Secundo, vtrum admittatur ad agendum cõtra ipsum ciuiliter, etiam ad priuationẽ beneficij. Circa primũ videtur sensisse hic gl.secundum do.Anto.ꝙ aut crimen est publicum vel notorium,& tunc admittitur, vt in c.decętero.ĩ. eo. præterquam in criminibus & excessibus,de quibus in c.tanta.ĩ. de simo.& in c.cum.P ĩ.de accu.primum autem dictum intelligit do.Anto.hic,etiam si crimen non sit publicum, sed famosum,allegat gl.in c.cum.P ĩ.de accusa.Sed Doc. Moder. reprehendunt ipsum & bene,dicentes ꝙ dictum suum posset habere locum in criminibus, excessibus , & quando laicus esset vilis persona,quo casu distinguitur, vtrum crimen sit famosum nec ne,secundum glo.in d.c.cum P.quæ loquitur in dictis criminibus,licet eam do Anto.hic aliter alleget,sed in alijs criminibus exceptis ab ea dicunt Moder.ꝙ hoc dictum non esset verũ, quorum sententia placet.primo per tex.in d.c.cum P.iuncto principio,& fine.vbi patet ꝙ laicus fuit repulsus ab accusatione ex eo, quia laicus,& tamẽ inducitur purgatio illi presbytero,ergo erat infamatus.Secũdo,quia qui accusat clericum,præsumitur moueri malo zelo, 2.q 7. c.laicus.& c.laici.ergo videtur repellendus ab accusatione tanquam inimicus,vt in c.cum oporteat,& in c.repellantur.ĩ. de accu.secus quando delictum esse publicũ vel notorium. Pro sententia do. Anto. multum videtur facere ratio,quia in notorio non requiritur ordo iuris, vt c. ad nostrã. de iureiur. Item non videtur sup crimine notorio posse allegari laicus suspectus tanquam inimicus,sicut dicimus de iudice,ꝙ procedit super notorio,secundum gl.in c.j.de offi. deleg. lib. 6. & Moder.in c.cum venissent.ff.de iudi.& Bar.in l. si quis forte. §.nunc gña.ff.de pęn.Sed tamen potest dici ad præmissa, ꝙ illa ratio, per quam laicus repellitur ab accusatione clerici, adhuc durat in crimine notorio,de quibus videbis in articulo sequenti.vnde omnino repelletur laicus, maxime quia super notorio iudex poterit punire ex officio sine accusatore, vt in c.euidẽtia. ĩ.de accu. 2.q.j.c.Deus omnipotens.& quod ibi no. & istud arbitror esse verum etiam si laicus sit patronus & velit accusare clericum de crimine dilapidationis. licet enim tales admittantur ad denunciandum,& maxime in isto casu, vt.ĩ.videbis, non tamen admittentur ad accusandum criminaliter per rationem præmissam,& quia si præsbyter delinquit in dissipando, debet eum honeste admonere.ex quo datur intelligi, ꝙ non admittitur atrox inquisitio.vel honesta admonitio,vel ciuilis denunciatio,vt dicit tex.in c.filijs. 16.q.7.& hoc sentiunt hic Moder. glo. tamen in d.c.filijs.in casu præmisso permittit accusare criminaliter patrono vel parrochiano.& in c.constitutum,eadem causa,q.j.hoc affirmat de solo patrono.licet in c. Maximianus. 81. dist.hoc dicat sub dubio forte.quod tamen primo dixi, videtur verius.& ex his est expeditus primus articulus. Circa secundũ, qui est magis dubius,dixerunt Damasus & Philippus, quos hic recitat & sequitur Ioan.And.ꝙ nullus laicus admittitur ad denunciandum clericum ciuiliter ad crimen .primo per hunc tex. secundo,ꝙa ille debet agere ciuiliter, cuius interest.2.q.6.c. non soiet.Institu.de acti.in prin.sed laici nihil interesset de spiritualibus & pertinentibus ad clericos, vt in c. de suis. de elec.96.distin. c. bene quidem. ergo laicus non debet audiri. Et per hanc rationem dicit do.Anto.hic,ꝙ isti senserunt solum excludi laicum,qui non est parrochianus vel patronus,& sic restringit eorum dicta ad cõmunem sentẽtiam.Sed ista restrictio nõ põt fieri, quia aliæ rationes eorum sunt magis vniuersales ad oẽs laicos. Tertio, †quia quando agitur ad priuationem a beneficio sicut hic,ista causa non potest dici mere ciuilis, quia non continet pęnam,quæ applicetur parti , sed quæ tendit ad vindictam publicam,iuxta no.in l.j.in prin.ff.de sepul.viola. & in rub. ŝ. de iudi.ergo cum in causa criminali laicus non admittatur contra clericum,non admittetur etiam isto casu.Hosti. autẽ in c. quod Dei timorem.ĩ.de staru mo.approbat istam opin. præterquam in patrono,de quo probatur in d.c.filijs.gl.autẽ hic, & in c.qualiter & quando.iuxta finem primæ glos.ĩ. de accu. distinguunt, vtrum laicus sit patronus vel parrochianus, an vero extraneus, vt primo casu admittatur ad denunciandum & agendum ciuiliter,secundo non.primum probat per tex.in d. c. filijs. secundũ per tex.nostrum.& hæc videtur esse communis sententia Modernorũ,& in hac distinctione consentit Gof.in d.c. quod Dei. & do. Anto.de But.hic,limitando tamen ipsam hoc modo, ꝙ ista distinctio seruetur vbicunque crimen , de quo clericus denunciatur,est commissum post acceptationem beneficij. vel si est commissum ante,tunc non reddit institutionem nullam ipso iure,iuxta no.in c.cum nostris.de concess. præben. & in cap. dudum.ŝ.de elec.Si autem redderet institutionem nullam ipso iure,& tunc secundum eum,quilibet laicus posset denunciare neque deciperetur anima fratris,cui debent administrari sacramenta,per quod dictum idem possumus dicere,quando crimẽ superueniens institutionem priuaret vel suspenderet institutũ ipso iure,per eandem rationem.sed certe, vt dicit hic do. Abb. Moder.& bene,contra istud inconueniens aliter succurrerit, qa quamdiu taliter promotus tolerabitur,excusatur subditus secũdum glo.& Doct. in c.dudum.in ver.decepto.de elec. Sed posset esse tale crimen,ꝙ adeo suspenderet b potestatem prælati vel rectoris,vt subditus non deberet sibi parere ab ipso seu ab altero, vnde omni casu cessat ratio do. Auto. Abbas autem Moder nus hic,concludendo istam materiam,dicit ꝙ pro crimine dilapidationis in subsidium clericorum admittitur quilibet laicus ad denunciandum,sicut quilibet laicus admittitur ad reuocandum rem ecclesiæ male alienatam. 12.q.2.c. non liceat. & in c. si quis presbyterorum.in fi.ĩ.de reb ecclę.non alie. In alijs autẽ criminibus tenet distinctionem,quæ videtur communis opi.& primum membrum probat sic,quia si laicus admittitur ad accusandum criminaliter,quando prosequitur suam vel suorum iniuriam, vt in c.decętero.ĩ.eo. multo fortius admittitur, quando prosequitur interesse salutis animæ propriæ: interesset enim ipsius habere bonum pastorem, ne exemplo mali corrumpat ipsum & alios,8.q.j.c.qualis.& c.audiat.62.distin.c.2.& bene facit tex.in c.nullus.61.distin.secundum membrum probat,quia laicus præsumitur contra clericum moueri malo zelo, & quia in denunciatione,quam facit laicus,militent rationes, per quas prohibetur accusare,quæ ponuntur in d.c.laicos.2.q.7. Federi. autem de Senis,consi.23.simpliciter videtur tenere, ꝙ quilibet laicus admittatur ad denunciandum clericum & ad agendum contra ipsum remoueat a beneficio & mouetur per tex. in c.3. ŝ.eo.& c.tam literis.ĩ.eo.in quibus patet ꝙ laici testificantur cõtra clericum in causa criminis ciuiliter mota,& tamen sicut prohibentur accusare,ita prohibentur testificari, vt in c.decętero.ĩ. eo.Nec ob.ratio adducta in oppositum ꝙ laici non interest, qa cum hic agatur ad priuationem beneficij,& sic ad vindictã publicam actione populari. vnde non consideratur in ea interesse, licet ille cuius interest,præferatur alij, vt.l.3.in fi.ff.de popu. act. Item non obstat ratio assignata per Mod.dũ dicunt ꝙ istud non est iudicium mere ciuile,quia non agitur ad pœnam applicandam parti,sed ad priuationem a beneficio,licet appelletur iudi 11 cium ciuile,vt in c.per tuas.ĩ.de simo.†quia posito ꝙ hoc esset iudicium mixtum,prohibitio,quæ fit de laico a causa criminali,non extenderetur ad iudicium mixtum, vt patet in c.super.de accu.& in c.inquisitionis.in prin. eo.tit.& in c.tua. ŝ.de procu. Sed tamen adhuc posset dici, ꝙ quia pœna nõ applicetur parti, per hoc tamen non inducitur ꝙ iudicium non sit ciuile. repe- 12 ritur enim,† ꝙ aliquando in iudicio mere ciuili pœna applicatur fisco,licet hæc non sit natura regularis illius iudicij, vt plene no.Bar.in l.agraria.ff.de termi.amo.& immo bene videtur assumi argu.a contrario sensu in c. decętero. ꝙ si laicus prohibetur accusare in causa criminali, videatur permissum in ciuili ꝙ accuset similiter. & illa rõ vĩ posse tolli ad minus,qñ laicus vellet denunciare denunciatione canonica, quia tunc non præsumitur ꝙ malo zelo moueatur propter charitatiuam monitionẽ, quæ debet præcedere, vt.ĩ.dicam, sicut non repellitur a denunciatione euangelica,secundum gl. 2.q 7.in summa.iuxta fi.& in c.si peccauerit.j.q.j. & tenet hic do. Abb. Nec videtur esse bona ratio differentię inter testem & denunciatorem,quam assignat hic do.Abb.dicit enim ꝙ laicus admittitur in testem, tum quia astringitur testificari,tum quia in teste non consideratur vtrum eius intersit,immo si interest,non est idoneus testis, & ideo quilibet laicus admittitur,siue sit parrochianus,siue non, agens autem ciuiliter non auditur,nisi sua intersit, vt.ŝ. dixi. nam prima differentia respicit instantiam,si testis sponte testificetur productus a parte,quo casu non erit idoneus,siue sit astrictus. & maxime si habeat priuilegium,nec cogatur inuitus testificari. Secunda differentia est reprobata.ŝ.in prima ratione Doct.impugnata,quia in genere agendi non consideratur interesse, vnde quæstio relinquitur dubia. Posses ergo in ista materia dicere breuiter,ꝙ aut crimen,de quo denunciatur clericus,est crimen famosum vel scandalosum ,& tunc potest laicus quilibet ipsum denunciare.Moueor primo per tex.2.q.7.c.Paulus.in fi. vbi patet ꝙ quando ex malo exemplo timetur scãdalum , inferior potest arguere superiorem.Secũdo adducitur tex.eadem causa & quæstione.c.præsumuntur, in fi. vbi patet ex auctoritate inducta in illo tex.ꝙ etiam laicus,si sit integræ vitæ & famæ,potest arguere clericum & accusare, largo modo tamen sumpta accusatione. Tertio moueor,quia nulla de rationibus,quæ assignantur in c. laicos.

ADDITIONES.

a VIN. GOD. Nota,quibus laicus non sit idoneus testis contra clericum,facit tamen indicium ad torturam,Rui.cons.158.nu.17.lib.5.

b VIN. GOD. Suspensio quid sit,de eius effectu, & qualiter differat a depositione,Dec.in c.at si clerici.col.4.de iudic.

9 tur per consequens. glossa optime facit in quæstione, † ꝙ si ex forma statuti ciuitatis pro tribus furtis debet suspendi, in numero trium non computentur priora furta, pro quibus quis fuit punitus, ne per indirectum quis bis puniretur de eodem furto, contra l. licet. §. penult. ff. nau. cau. stabu. & contra no. in capit. cum non ab homine. in fin. supra de iudic. de qua quæstione, vide, quod ponit Bald. in authent. qui semel. C. quomodo & quando iudex. & Petrus in regula, peccati venia. de regu. iur. Quid autem si priora delicta non sint punibilia, vel quia commissa alio loco, vel quia præscriptum sit punitioni vel alteri iurisdi. dic vt tradit singulariter Io. And. in addi. Spec. super rubr. de fur. vbi contradicit communi sententię, quam posuit Bar. in l. si cui. §. sacrilegium. ff. de accu. & Bald. in authen. sed nouo iure. C. de ser. fug. de qua etiam posuit Spec. in c. j. circa medium. supra de consti. vide etiam quod ponit Bal. in l. Gracchus. C. de adul. circa prin. In glo. posita super verbo, causam. pro declaratione huius glo. vide text. optimum in c. sicut dignum. §. j. versicu. aut capiendi. iuncto ver. si de illa captione. & quod traditur in cap. fin. infra de homicid. sed plenius vide per Bald. in l. diuus.

ADDITIO.

a VIN. GOD. Adde ꝙ si testis unus est corruptus præsumptio est alios quoque esse corruptos, Rui. consi. 36. nu. 9. lib. 4.

diuus. ff. ad l. Corne. de sica. & quod ponunt Cyn. & Barto. in l. quoniam multa. C. ad l. Iul. de vi. vide etiam, quod ponit ad materiam Ioan. Andr. in mercur. in regula, cum quis in ius. de regu. iur. & in addit. Specu. super rubrica de adulte. tene etiamenti, quod dicunt notabiliter Innocen. & Anto. de But. in d.c.
10 sicut dignum. §. eos. † q̃ quando aliquis per negligentiam leuis culpæ, dando tamen operam rei licitę dedit damnum, non tenetur illud restituere in foro conscientiæ. Adde etiam ad præmissa, quod ponit notabiliter Bart. in l. si gemina. in penul. & antepen. quæstio. ff. arbo. fur. cæsa. In glo. posita super verbo, migrauit. ibi, sed hoc falsissimum est. tu dic secundum Ioan. Andr. &
11 domi. Anto. q̃ imo istud est verissimum. † licet enim sententia lata in causa matrimoniali in omni casu posset retractari quando probaretur de falsitate testium priorum, vt in iuribus allegatis in glo. si tamen probetur sola corruptio, tunc distinguemus, vt hic distinguitur, vtrum coniuges migrauerunt ad secũda vota, vel nõ. Aliud est enim probare falsitatem, & aliud corruptionem, sed secundum Ioan. And. & domi. Abb. Moder. hic ponit super hac decre. tres intellectus, qui repugnant distinctioni prędictæ. primus est, q̃ sententia possit retractari in casu huius decre. siue coniuges transiuerint ad secunda vota, siue non, & generaliter q̃ possit retractari quæcunque alia sententia, quæ etiã transiuerit in rem iudicatam, probata corruptione. Mouetur primo, quia probata corruptione probata est præsumptiue falsitas, secundum Barto. in l. diuus. ff. de re iudica. sed hoc dictum ego non tenui in d.cap. licet causam. sed ad istud dictum dic vt ibi. Secundo mouetur ex isto text. quia si ex corruptione non præsumeretur falsitas etiam vbi non esset transitum ad secũda vota & deberet retractari sententia, & tamen retractatur, ergo datur intelligi q̃ probata corruptione probatur falsitas, & per consequens q̃ etiam in alio casu retractabitur sententia. sed ista ratio nihil valet, quia ex quo sententia lata super matrimonio non transit in rem iudicatam, perinde est ac si essemus ante sẽtentiam, sed ante sententiam testis, contra quem probaretur corruptio, repelleretur tanquam inhabilis & periurus, non tamen tanquam conuictus de falso, vt declarat Ioan. And. in d.c. licet causam. ergo non sequitur propter hoc, q̃ ex corruptione probata sit falsitas. quod autem ex isto text. colligatur contrariũ
12 non supplendo ad litteram, † patet ex dictione, si vero, posita in tex. quæ aduersatur & ad ius & factum de sui natura, iuxta ea, q̃ habent in l. hoc amplius. §. fin. ff. de dam. infec. & in l. qui vsumfructum. ff. de verbo. oblig. Sed contra istam solutionem multum facit, quia si testis hic repelleretur prætextu corruptionis, tanquam persona inhabilis & non tanquam falsus, videretur q̃ ipsum repellens non esset simpliciter admittendus nisi seruaret formam cap. præsentium. infra eod. sed hoc non apparet, q̃ aliquid de his, quæ ponit in d.c. præsentium, interuenerit idest protestatio vel iuramentum vel tertium, quod ibi ponitur: ergo testis non videtur repelli prætextu corruptionis tanquam inhabilis. Relinquitur ergo q̃ tanquam falsus per se oportet dicere interuenit in prima causa protestatio, vel nunc iuramentũ de malitia, vt dicitur in d.ca. vel dic & notabilius, quia iuramen-
13 tum † de malitia non requiritur vbi constat iudici euidenter per aliam coniecturam, quod probabiliter opponitur exceptio contra testes, sicut in casu nostro, quia per hoc q̃ testes ipsi dicebãt se esse corruptos & falsum dixisse, satis debeat moueri iudex ad inquirendum de corruptione, vt tradit hic no. Innoc. sed contra istam solutionem fortiter facit tex. in fi. ibi, aliquatenus admittendum, &c. per quem text. videtur singulariter probari, q̃
14 † quando testis repellitur a testimonio vt periurus, nullum facit indicium, & sic debes limitare eleganter Barto. in l. maritus. ff. de quæstio. & l. admonendi. ff. de iureiur. & quod dicit Bald. in l. seruos. C. de testib. dum dicit, q̃ quando testis repellitur ratione infamiæ, examinatus tamen facit indicium, per l. quæ vltimo. ff. de pœ. sed potest responderi, q̃ non facit indicium quo ad effectum probationis, sed quo ad hoc vt tribuat iustam causam inquirendi super corruptione vel excusandi partem a præsumpta calumnia, propter quam requiritur iuramentum malitiæ satis videtur sufficere. Vel tertio potes dicere, secundum Nico. de Mata. & Bald. notabiliter in l. siquis testibus. in vltima colum. C. de testi. & videtur probari in cap. j. in ver. antequam
15 causa, &c. infra de except. † q̃ quando exceptio, quæ repellit testem, repellit ipsum propter crimen, non propter odium vel fauorem præsumptum: tunc semper opponi potest etiam si nihil sit protestatum. sed secunda solutio est tutior & notabilior, quacum ius præsumat contra opponentem, si non fuit protestatũ, videtur esse eadem ratio in omni exceptione. de hoc tamen dicetur in c. præsentium. infra eodem. Secunda ratio sua est talis: quia tex. dicit hic in ver. respondemus, q̃ etiam si coniuges transeunt ad secunda vota, testibus imponitur pœnitentia non solum de periurio, sed etiam de adulterio, ergo datur intelligi q̃ probata corruptione, probatur præsumptiue falsitas, alias non constaret esse adulterium. Sed ad hoc respondeo vnico verbo, q̃ ista ratio procederet si testes dixissent simpliciter fuisse corruptos: sed vltra hoc in tex. nostro dixerunt se falsum dixisse, & ex hoc secundo capite constat adulterium esse commissum. Et ex his patet veram esse lecturam Ioan. And. iuncto isto tex. ex qua
16 infertur iunctis his, quæ supra diximus, † q̃ exceptio, quæ opponitur contra personas testium, sicut potest opponi ante sententiam, quæ non transit in rem iudicatam, vel propter naturam causæ, vel quia est appellatum, quam glossam dixi in c. ex parte. supra eod. in glo. quæ incipit, ad hanc probationem, &c. est intelligendum q̃ in causa appellationis volens opponere contra testes nõ auditur simpliciter virtute protestationis factæ in primo iudicio, sed vellet iurare de malitia, vel vbi excusaretur a tali iuramento, vt in casu nostro, vt supra dixi, hic videtur probari q̃ debeat admitti, & erat vera opin. glo. in cap. j. infra de except. hoc modo declarata. Secundum intellectum ponit hic domi. Abb. & in ca. licet causam. supra titu. proxi. concordando dicta Bart. & Ioan. Andr. dicens, q̃ ideo hic corruptio probat falsitatem præsumptiue, & facit retractari tententiam in omni casu, quia probatum erat q̃ testes receperant pecuniam vt falsum dicerent. vbi autem probaretur simplex corruptio, ideſt q̃ receperint pecuniam simpliciter pro testificando, tunc vera erit opin. Ioan. And. Sed ista distinctio videtur repugnare textui in ver. si vero, quo ad intellectum decre. nostræ. vbi patet etiam q̃ simplici corruptione probata in vno casu, retractatur sententia. q̃ ergo textus noster intelligatur, quando testis accepit pecuniam vt falsum diceret, videtur repugnare literæ: dictum tamen in se
17 credo esse verum, † quia licet confessio partis facta extra iudicium inquantum dixisset dare pecuniam pro falso testimonio dicendo, non faceret de falsitate nisi semiplenam probationẽ, secundum glo. & Bart. in l. capite quinto. in princip. ff. de adult. & plene in c. at si clerici. in princip. supra de iudic. coniuncta tamen cum corruptione, credo q̃ probaret præsumptiue falsitatem, & multofortius si cum assertione partis tẽpore corruptionis concurreret assertio testis, per ea quæ habentur in cap. per tuas. & quod ibi diximus supra titu. proxi. & in l. eos. in princip. ff. de fal. plus tamen placet sibi prior intellectus. Tertius intellectus, qui ponitur per eum est in effectu, q̃ sententia etiam quæ transiuit in rem iudicatam, semper retractetur probata corruptione, post sententiam, nõ quia probata corruptione præsumptiue sit probata falsitas, vt dixit Bart. sed quia detegitur testis esse periurus, vt in c. quotiens. supra eodem. & in c. fraternitatis.
18 infra eodem. & per hoc infert generaliter, † q̃ quandocunque testis detegitur periurus post sententiam, semper sit retractãda sententia. Mouetur tamen canone & ratione, & primo per tex. istum in fi. in ver. non enim. vbi patet q̃ ratio, propter quam retractatur sententia in causa decretalis nostræ, est generalis ad omnem sententiam. fundatur enim, quia testis est periurus. qa ad istam inductionem respõde, vt plene dixi in c. licet causam. supra titu. proxi. quæ responsio est secundum expositionem gl. optime & communiter Docto. Ratione, quia ex quo constat testem esse periurum, patet q̃ sententia fuit lata ex probatione reprobata. ergo nulla, vt in c. secundo. & ibi per Ioan. And. infra
* de pur. vul. & per Bald. in l. libertorum. C. de testi. sed ista ratio parum valet, quia ille text. loquitur in probatione reprobata in suo genere, vt est probatio per duellum. probatio autem per testes non est probata in suo genere, alias sequeretur q̃ omnis exceptio quæ penitus repellit testem, posset allegari post sententiam, quia probata exceptione constaret sententia lata ex probatione reprobata, quod est ridiculum, & contra c. j. infra de ex-
19 ceptio. Præterea pro hac opin. sequeretur, † q̃ de falsitate simplici testium semper posset dici post sententiam, quæ transiuit in rem iudicatam, quia ꝓbata falsitate probaretur periurium, vt de se patet: & tamen hoc non est verum, vt communiter tenent Docto. in c. licet causam. supra titu. proxi. & in l. diuus. de re iudic. sed hęc distinctio non placet, sed distinctio Ioan. And. declarata supra.

SVMMARIVM.

1 *Criminis & præmij socij, non testificantur etiam in crimine simoniæ.*
2 *Simonia an per donationem, seu remissionem alicuius temporalis committatur.*
3 *Consuetudo sola aliquid præstandi ecclesiæ, sufficiens causa videtur, vt in futurum quis obligetur ad illud præstandum ecclesiæ.*
4 *Præstatio formis, non causat obligationem in futurum.*
5 *Præsbyter parrochialis, an & quando licite possit subtrahere sacramenta pærochianis suis.*
6 *Clericus qualiter se exercere licite possit.*
7 *Absolutio de excommunicato, an fieri possit ad tempus.*
8 *Remittere an sit dare, & vtrum dare, & remittere sint idem.*
9 *Iurans soluere vel dare faciendo remissionem debiti, an liberetur.*
10 *Promissio de remittendo, aliud quam remissio esse videtur, sicut pactum de vendendo, aliud est quam venditio.*
11 *Promissione facta de liberando, debitori exceptio ipso iure acquiritur.*

12 *Viles personæ, an admittantur ad accusandum de simonia.*
13 *Specialitas duplex circa idem non admittitur.*
14 *Criminosus an admittatur ad accusandum, etiam non emendatus.*
15 *Meretrix emendata, an adhuc meretrix appellari possit.*
16 *Socius criminis in criminali, an admittatur ad accusandū de crimine simoniæ.*
17 *Criminosus & infamis, vtrum admittatur ad testimonium in crimine simoniæ.*
18 *Socius criminis, si est laicus in crimine simoniæ, cum agitur ciuiliter quando admittatur.*
19 *In ciuilibus, an fama faciat semiplenam probationem.*
20 *Numerus testium qualiter confirmat probationem.*
21 *Testes duo, quia consanguinei non probant plene: propter dignitatem tamen vel auctoritatem probatio eorum perficietur.*
22 *Matrimonium primum clandestinum probatum per vnum testem de veritate, & per alium de fama, non præualet secundo manifesto per duos testes similiter probato.*
23 *Possessio anterior probata per vnum testem de veritate, & alium de fama, nō præualet possessioni probatæ per duos testes de veritate.*
24 *Fama coniuncta cum vno teste in criminalibus, an probationem perficiat.*
25 *Excommunicatio, si alicui obijcitur per viam exceptionis, non probatur per vnum testem, cum publica voce, & fama.*
26 *Crimen ciuiliter intentatum, sola fama cum alia semiplena probatione, an probet.*
27 *Pœna capitalis, vbi non imponitur, sed pecuniaria, vel corporalis, vsque ad fustigationem, condemnatio potest fieri in criminali, etiam ex iuris præsumptione.*
28 *Probatio euidentissima, etiam dici potest, quæ fit per præsumptionem a lege approbatam.*
29 *Actor ad hoc vt cogatur suscipere fideiussorem, & sic præiudicet sibi in causa ciuili, quamuis præsumatur diues, nisi contrarium probatur, quando sufficiat illa præsumptio.*
30 *Fama vtrum sufficiens faciat indicium ad torturam.*
31 *Probationes per famam in excedentibus memoriam hominum, vtrum sufficiant.*
32 *Fama in quibusdam casibus plene probat.*
33 *Testimonium de auditu in excedentibus memoriam hominum valet. Et quid in his, in quibus non potest imputari negligentiam volenti probare. num seq.*
35 *Consanguineus sponte se offerens ad testificandam, an admittatur.*
36 *Fama sola, non solum non probat, sed etiam coniuncta cum possessione diuturna.*
37 *Famæ duæ contrariæ si concurrant, fundata ex causa vel indicio præfertur.*

CAP. X.

1 VEniens. † Socius criminis [a] & muneris, non te-
a stificatur etiam in crimine simonię. et ex probatione vnius testis, non fertur sententia condemnatoria. Nota primo ibi, canonicum nō habuisset ingressum, &c. si detur temporalitas pro iure mere spirituali, sed etiam detur pro iure annexo spiritualitati, ideſt pro iure patronatus, vel pro præsentatione ipsius: non enim potuit hic secundum Moder. & bene, aliter committi simonia cum ipsis laicis, nisi quia ipsi erant patroni ipsius ecclesiæ & receperunt pro præsentatione remissionem, de qua in tex. pro his facit tex. optime in cap. præterea. supra de transact. vbi probatur similiter, ꝙ pactio super iure patronatus interueniente temporali, est
2 illicita. No. secundo ex isto text. ibi, remittere, &c. ꝙ simonia [b]
b committitur non solum per donationem alicuius temporalis, sed etiam per remissionem seu liberationem, quia remittens videtur dare, in l. si mulier. ff. de condic. ob turpem causam. & plene per Bart. in l. Modestinus. ff. de donatio. per Bald. in l. illud, C. de sacrosanc. eccle. & qualiter debeat hoc intelligi, dicetur in gl.
3 Nota tertio ibi, consueuerant pro beneficio dari, &c. † ꝙ sola cō suetudo præstandi aliquid ecclesiæ, videtur esse causa sufficiēs, vt in futurum quis obligetur ecclesiæ & ad illud præstandum. ad idem tex. optimus in cap. ad apostolicam, & ibi plenius ꝛ. de simo. & ponit domi. Abb. post Innocen. in cap. Iacobus. eodem titu. sed istud dictum non probatur ibi cum reuerentia, quia si isti homines erant patroni, vt dictum est, & præstatio ista fiebat pro beneficio, vt dicit tex. satis vltra consuetudinem præstationis apparebat, siue allegabatur causa legitima, quæ probabatur ex præstatione, videlicet dos ecclesiæ, per quam forte istis erat quæsitum ius patronatus, iuxta ea, quæ habentur. 16. quæst. 7. c. piæ mentis. & tex. & glo. in c. primo. infra de iurepatro. vbi autem præstatio consueta, esset nuda ab alia causa legitima, esset maius dubium. tex. in cap. ad apostolicam. habet varios intelle-
4 ctus, & regula est in contrarium, † ꝙ præstatio informis, ideſt sine causa, non causat obligationem in futurum, vt traditur in c. peruenit. infra de censi. & in l. cum de in rem verso. ff. de vsuris. Barto. tamen singulariter in l. priuilegia, in fin. C. de sacrosanc. eccle. expresse approbat istam singularem doctrinam, per text. in cap. ad apostolicam. & potest esse ratio, quia facilius fauore animæ præsumitur donatio ex continua præstatione, quam ex aliis causis, sicut & facilius valet in fauorem piæ causæ, vt l. illud. & quod ibi no. C. de sacrosan. eccle. pro articulo tamen vide Bald in l. solent. in princip. ff. de offi. præsi. Notant etiam Do-
5 cto. ex isto tex. † ꝙ sacerdoti licite cōferuntur temporalia pro sustentatione ipsius a parrochianis: immo vt hic non posset aliter viuere. dicit glo in cap. omnis Christianus. de conse. distinct. 50. ꝙ presbyter potest licite subtrahere sacramenta, si parrochiani ipsum non alant. quod intelligunt Moder. hic, & in ca. iam præallegato. vbi plenius ponunt, quando presbyter non posset viuere ex aliquo artificio, vel ex industria sua. tunc non deberet grauare alios, vt dixit glo. nota. 91. distinct. clericus victum. Qualiter autem clericus possit se exercere licite, dic vt traditur. 14. q.
6 3. in summa. Nota quarto, † ꝙ in causa criminali ciuiliter mota non defertur iuramentum actori in defectum probationis, etiā si habeat plus quam semiplenam probationem. erat enim hic vnus testis integer, & alter qui faciebat aliquod indicium, secūdum Innocen. hic, & tamen reus non condemnatur, quod est notabile. In glo. super verbo, remittere. pro declaratione mate-
7 riæ, quæ tangitur in ista glo. sola, † vtrum remittere sit dare. distinguit hic dominus Abb. & satis bene, & sumitur distinctio sua ex his, quæ tradunt Bart. Bald. & alij in l. si mulier. & in l. si quis accepto. ff. de condict. ob causam. & inter alia dicit Bald.
8 notabiliter in d. l. si mulier. in fin. † ꝙ ille, qui remittit debitum pœnale, quod sibi debetur ex maleficio, non videtur proprie dare, quia tales actiones non computantur communiter in patrimonio, vt l. cum emancipati. §. j. ff. de collatio. bo. facit optime quod habetur in l. quæsitum. ff. de sepul. viola. & in l. pro herede. §. fin. ff. de acquiren. hæred. illud tamen scias vltra ea, quę dicunt hic Docto. ꝙ remittere, & dare, non sunt proprie idem, vt est casus in l. Iulianus. & l. Proculo. ff. de condit. & demonstr. &
9 † ideo dubitatur, vtrum ille qui iurauit soluere vel dare, liberetur faciendo remissionem debiti, de quo ibi per Bart. & in l. am lius non peti. versus fin. ff. rem rat. hab. & plene in capit. ad nostram. in fi. infra de iureiuran. Et ad intellectum eorum, quę ponit Barto. in d. l. Iulianus. in fi. in quæstione de eo, qui debet soluere reipublicæ, vtrum liberetur compensando debitum vel remittendo, vide Bald. omnino in l. siquis accepto. in princip. ff. de condic. ob causam. & tene menti ante omnia id, quod dicit Bal. in dicta l. si mulier. & sequitur dominus Abb. hic, quamuis eum non alleget, ꝙ sicut ille qui remittit actionem conditionalem vel in diem, nō dicitur dare: ita & ille qui remittit actionem puram, quæ tamen est dubia, seu non liquida. Sed contra illum text. opponit fortissime, quia vt patet ex forma literę, presbyter iste non remisit istos bariles vini, sed promisit remittere.
10 † promissio autem de remittendo, videtur esse aliud quam remissio, sicut pactum de vendendo, est aliud quam venditio, vt patet in l. prima. C. de pact. inter empt. & vendito. & ponit Bar. in l. vxorem. §. hæres. ff. de lega. 3. & in l. qui vsumfructum. ff. de vsufruc. lega. sicut ergo proxeneta non repellitur a testimonio, si sibi fuisset promissa pecunia & non soluta, secundum Ioan. Andr. & Docto. in cap. primo. de testib. lib. 6. ita videtur, ꝙ in casu decretalis nostrę, quamuis posset dici commissa simonia ex hoc, ꝙ est quæsitum ius obligationis huic testi ad faciendum se liberari, quod est aliquid temporale, non tamen potest dici, ꝙ testis repellitur tanquam particeps muneris, ex quo adhuc non fuit actu liberatus. Timore huius contrarij dicunt Moder. in cap. j. ꝙ iste tex. debet intelligi hoc modo, videlicet, ꝙ post promissionem de remittendo, presbyter consecuto beneficio ante testificatum istius actualem fecit remissionem. Sed hoc est nimis diuinare quo ad istam literam, nec aliquis Doctorum hic dicit. Vnde oportet soluere secundum alias solutiones, quæ traduntur hic per Docto. in glo. super verbo, cum altero. quæ presupponunt ꝙ hic testis repellatur etiam si non sit particeps muneris, sed solum criminis. Sed quia communis intellectus huius literę est, ꝙ iste repellatur quia particeps muneris, siue clericus esset infamatus de crimine, siue nō, ideo obstat contrariū. vnde tu potes dicere tertio loco, & erit nouum dictum & singu-
11 lare, † ꝙ per promissionem factam deliberando acquiritur exceptio debitori ipso iure: & tamen poterit agere vt plenius liberetur, sicut dicimus quando testator mandat hęredi, quod liberet debitorem. licet enim non liberet de presenti, sed mandat liberari, acquiritur tamen exceptio ipsi debitori, in l. quarta. §. nunc de effectu. ff. de liber. lega. & tenet Barto. expresse in l. si peculium. in principio, circa medium commenti. ff. de pecul. lega. & quia de vltimis voluntatibus ad contractus licite

ADDITIONES.

a VIN. GOD. Socius criminis nullum facit indicium contra socios, Rui. consil. 147. nu. 2. lib. 5.

b VIN. GOD. Adde, ꝙ si per contrahentes fuerit commissa simonia, an alter celebrando committat irregularitatem, notat Dec. consil. 141. Ad plura. num. 4. lib. 1.

licite arguitur, vt l.ſeruum filij.§.eum,qui chirographum.ff.de leg.j.ideo probabiliter poteſt idem dici in cõtractu. & ſic potes intelligere iſtum text.licet Bal. de hoc articulo dubitauerit in l. pactum quod dotali.in ver. 18.quæro.C.de colla.& vide tex.& quod ibi nota.in l.ſi non ſortem.§.adeo.ff.de condictio. indeb. & ibi bona glo.In glo.poſita ſuper verbo,cum altero.pro declaratione huius glo.& eorum, quæ hic ſatis inuolute tradunt Docto.videndum eſt.Primo,vtrum criminoſus vel infamis admittatur ad accuſandum de crimine. Secũdo, nũquid admittatur
12 ad teſtificandum.† Super primo glo.hic,& in cap.ſi quis Papa. 79.diſtin.in prima opin.& in c.cum P.infra de accuſa.videntur
a dicere,ꝙ quando aliquis eſt bonæ opin.& famæ, tunc viles aꝑſonæ non admittuntur ad ipſum accuſandum de ſimonia, per text.2.q.j.c.in primis. & in d.c.cum P. quod dictum poteſt eſſe verum,quando talis perſona vilis eſſet laicus,vt eſt caſus in d.c. cum P.in fin.iuncto principio.& licet glo. ſecundum vnam ſolu.dicat ibi,ꝙ immo laicus in illo caſu repellitur, quia erat inimicus,illa ſolu.eſt contra text.in princip.qui fundat ſe repellendo accuſatorem in illa qualitate,ꝙ erat laicus,non ꝙ erat inimicus:vnde melius erat ſolutio Doctorum, qui ibi dicunt ꝙ ante accuſationem clericus ille nõ erat infamatus de crimine, & ſic laicus vt vilis perſona non admittebatur ad ipſum accuſandũ. & quamuis tex.dicat,ꝙ fuit repulſus, quia laicus, & ſic aliqualiter videatur diuinare,quia iungit ꝙ erat vilis perſona. minus tamen diuinatur hoc modo quam primo modo, ſubaudiẽdo ꝙ eſſet inimicus:quia,vt patet in eodẽ tex. frater illius laici fuit repulſus tanquam inimicus, & tamen erat clericus. veriſimile ergo eſt ꝙ fortius fuiſſet repulſus iſto prætextu laicus, ſi fuiſſet inimicus.& ſi glo.iſta ſic intellexit, recte ꝓcedit.Si vero intellexit,ꝙ clerici participes crĩs vel viles ꝑſonæ repellãtur ipſi ab accuſatione,tunc hoc eſt magis dubium,quia tex. in c.ſane.15.q. 3.quo ad proponendum accuſationem æquiparat crimẽ ſimoniæ & læſæ maieſt. Sed in crimine læſæ maieſtatis admittitur qlibet ſine dubio ad accuſandum,vt in d.c.ſiquis Papa, ſecundũ Goffre.ergo idem dicendum in ſimonia. & hoc videtur ſentire Pontifex expreſſe in d.c.licet Hely.infra de ſimo. verſus fi. & q̃uis ibi ponantur allegationes partium,apparet tamen ex text.ꝙ vtraque pars cõcordabat in hoc,ꝙ ad accuſandum in ſimonia quilibet criminoſus admittitur non facta diſtinctione, vtrũ accuſatus ſit infamatus vel non,quia ęquiparatur læſæ maieſtati. & cum Pontifex hanc ſententiam ibi non reprehendat, tacite videtur ipſam confirmare.& text.in c.tanta. eodem titu.etiam ſimpliciter admittit criminoſum ad accuſandum ſine aliqua diſtinctione.& poteſt eſſe ratio diuerſitatis, quia in laico criminoſo & vili perſona cõcurreret duplex ratio ſpecialitatis, ꝙ admitteretur ad accuſandum, & quia laicus & quia criminoſus, vt patet.2.quæſt.7.in ſumma.& in c.de cætero.infra eod. ſed in
13 clerico non concurreret niſi vna ſpecialitas.†duplex autem ſpecialitas non admittitur circa idem,vt in l.j. C.de do. promiſ.ergo fortius debet repelli laicus quam clericus. Et propter prædi
14 ctam æquiparationem videretur dicendum,†ꝙ criminoſus admitteretur ad accuſandum, etiam ſi non eſſet emendatus de crimine, quia bene admittitur in crimine læſæ maieſtatis. & ꝓ hoc bene facit tex.in c.tanta.in fi.in ver.meretrix.in prin.in ver. quilibet.licet etiam illi tex. poſſent intelligi in criminoſo emendato,qui bene retinet nomen qualitatis delicti, in quod incur-
15 rit.†vnde meretrix emendata, adhuc diceretur meretrix, vt eſt tex.no.& ibi per Bart.in l.palam.§.non ſolum.ff.de ritu nup. & hoc eſt magis de mente Docto. quia ipſi æquiparant accuſatorem teſti, & in teſte communiter tenetur, ꝙ non admittatur ſi non eſt emendatus de crimine,vt no.glo.ordi.in d.c.j.eod.titu. ꝙ communiter tenent Doct.hic,& hanc diſtinct. quam feci inter laicos & clericos,punctualiter approbat Abb.Mode.qui ſolus hoc tangit in c.cum P.& A.infra de accuſa.allegat tex. in c.j. ſupra de confeſſ.& in c.nemini.15.quæſt.3.quæ iura parum faciunt,quia loquuntur in teſtibus,nõ in accuſatore,ſed melius faciunt iura ſupra inducta.facilius enim repellitur accuſator, q̃
16 teſtis, qui regulariter debeat admitti. † Et ex his poſſet inferri, ꝙ in crimine ſimoniaco ſocius criminis admittatur ad accuſandum, licet non ad teſtificandum in cauſa criminali. & hoc tenent hic Docto.ſecundum Goffr.ꝙ in c.ſi quis Papa.79. diſtin. ſocius admittitur ad accuſandum, ſed non ad teſtimonium, vt hic.contrarium tamen tenet gl.ſecundum tex.in c.ſiquis.§.porro.6.quæſt.j.quæ dixit,ꝙ ordinator nõ poteſt accuſari de ſimonia ab ordinato,& illam ſequitur Anto.de But.in c.cum P.præalleg.ſed quod dixi,videtur verius. Circa ſecundum articulum
17 principalem, quo quæritur, † vtrum criminoſi & infames admittantur ad teſtimonium in crimine ſimoniæ. Conſidera aliquos caſus.nam aliquando agitur criminaliter, aliquando agitur ciuiliter,& teſtis non eſt emendatus de crimine, aliquando eſt emendatus de crimine.primo caſu tenet glo.ordi.quam ibi approbant communiter Docto. in c. per tuas. infra de ſimo. in verbo, diſtinguenda, ꝙ nullus teſtis criminoſus vel infamis admittitur contra accuſatum de crimine ſimoniæ, & eſt verum iſtud,ſecundum glo.ibi,& in alia glo.poſita ſuper verbo, prauitate,non ſolum in crimine ſimoniæ, ſed etiam in quolibet alio crimine excepto. Quæ autem ſint crimina excepta, dic vt traditur.2.quæſt.7.in ſumma.& in Specu.in titu. de accuſa. iuxta fi. ſed hoc ſecundum dictum non approbat dom.Abb. in d.c.per tuas.& bene, quia in hæreſi & in crimine læſæ maieſtatis qualitercunque agatur, admittitur non ſolum criminoſus, ſed etiã ſocius criminis, quod eſt fortius, ẽt ſi criminoſus non ſit emendatus de crimine, vt patet in c.j. de conſ.& 15. quæſt.3.c.vlt. & in c.in fidei.de hęreti.lib.6.In crimine autem ſimoniæ approbatur ibi communiter glo.per text.in prin.dum dicit,an criminaliter accuſetur,&c.confirmatur iſta concluſio per text. in c.j. in fi.de teſti.lib.6.vbi patet,ꝙ cum agitur criminaliter, ſocius criminis in crimine ſimoniæ non admittitur in teſtem. & ſecundum hoc quo ad admiſſionem talium teſtium, nullum hẽt priuilegium crimen ſimoniæ.contrarium ſenſit glo. in verbo, indifferenter.in c.licet Hely.infra de ſimo.de qua ibi bene perpẽdunt Moder. reprehendentes eam. ſed pro glo. illa multum facit,quia ſi laici admittuntur in crimine ſimoniæ cõtra clericos, licet agatur criminaliter, vt communiter tradit glo. & Doct. in c.cum P.de accuſ.& in c.de cætero.infra eod. fortius videtur ꝙ admittatur clericus, licet criminoſus, vel infamis, niſi dicas ꝙ plus fidei datur laico q eſt integra perſona, quã criminoſo clerico,licet ſit emendatus de crimine: ſed opinio poſita in ca. per tuas.ſeruaretur in practica tanquam communis. Secundo caſu glo. varie loquuntur. nam hic glo. ſimpliciter videtur velle, ꝙ nullus teſtis criminoſus, vel infamis, admittatur in teſtimonium,niſi contra infamem.& ſi intellexit de clerico,ſicut de laico,non bene dixit,vt infra videbis. Si autem intellexit de laico,
ſicut clare poſuit in d.c.cum P.& tunc credo dictum eius eſſe ve
b rum: quia licet laicus criminoſus, [b] vel vilis perſona repellitur ab accuſando,vt dictum eſt ſupra, multo fortius eodem modo repellitur a teſtificando,vt probatur in c.de cætero. in fi.infra e. vt patet ex c.licet Hely.infra de ſimo.vbi probatur,ꝙ facilius diſpenſatur contra inhabilem,vt accuſet,quam vt teſtificetur.ergo econtra ſi repellitur ab accuſando, fortius & a teſtificando. ſed in d.c.per tuas.in multis glo.& maxime in d.ver.diſtinguendo in effectu concludit,ꝙ admittuntur teſtes criminoſi vel infames,ſi ſunt emendati de crimine contra prælatum ſecularem, ſi concurrunt alia adminicula, videlicet ꝙ ſit infamatus de crimine, & alia indicia cum teſtibus concurrant. & idem dicit in prælato regulari, niſi ꝙ in eo admittit teſtem etiam non emendatum de crimine.Tu vero dic in iſta materia, vt dicunt Hoſti. & Innoc.in d.c.per tuas.quod præciſe admittuntur teſtes criminoſi non emendati de crimine,vt probat ille tex.in verbo, præſertim,non impropriando literam:& tenet ibi do.Abb. intelligo tamen, dummodo non ſint laici, quia illos dico admittẽdos cum diſtinctione hic poſita per glo.in d.c.cum P. videlicet vtrũ agatur contra infamatum vel non: ſed tamen hoc recidit in idẽ cum prædictis Docto.quia in caſu dicti c.per tuas. agitur cõtra infamatum. vnde etiam illo caſu laici admitterẽtur. vbi autem non concurrerent illæ omnes qualitates, tunc ibi dicunt Doct. ꝙ teſtes criminoſi vel infames admittuntur: ſed quanta fides debeat eis adhiberi,eſt arbitrium, & forte etiam debebant admitti,& quando non,de quo dic vt ibi plenius.in laicis tamen, ſi ſunt viles & criminoſi,ſerua diſtinctionem glo.hic, & in d. c. cum P.In ſocio autem criminis ſerua diſtinctionem tex.in c.j. e. tit.in ſexto.& tamen aduerte,quia glo.& Docto. hic volunt ex-
18 preſſe,† ꝙ etiam ſocius criminis,ſi eſt laicus, non admittatur in crimine ſimoniæ,cum agitur ciuiliter,niſi conuẽtus ſit infamatus de crimine:& ſic debes limitare illum text. In gl.eadem,ſed
19 non eſt verum.concludit gloſſator noſter,†ꝙ in ciuilibus fama faciat ſemiplenam probationem: ſed in criminalibus cõcludit, ꝙ non perficiat probationem.& hęc diſtinctio approbatur per Dy.in l.2.§.fin.ff.de excu.tuto.& per Cy.in l.fin. C. de quæſtio. per Bald.in l.3.C.de probatio. per Ioan.de Imo. in l.fi.in vltima colum.ff.de hęred.inſti.& per dominum Anto. hic.Ioan.And. autem in additio. Specu. variat, quia in titulo de notorio crimine. §. fama. in prima additione, referens dicta Iaco. de Are. in effectu verſus finem, clare videtur tenere, quòd fama faciat ſemiplenam probationem in ciuilibus. & miror quòd ita referat Iaco. de Are. quia in oppoſitum refert eum Barto. in d. §. tormenta. Addit tamen ex dictis Iaco. prædicti, quòd quæ dicta ſunt de plena, & ſemiplena probatione famæ habent

ADDITIONES.

a VIN. GOD. Dicas,ꝙ ſicut vilis perſona in criminalibus non poteſt eſſe teſtis,ut per Ruin.conſil.149.numc.15.lib. primo. ita non admittitur ad accuſandum.

b VIN. GOD. Criminoſus de iure canonico repellitur a teſtimonio, Ruin. conſil.35.num.12.lib.quarto.De iure autem ciuili requiritur ſententia,Rui. conſ.36.nu n.11.lib.4.

bent locum in his, in quibus communiter solet esse fama, vt de maleficijs, in matrimonijs, de iurisdi. & huiusmodi, & sic sentit expresse, q̃ in his, de quibus non solet communiter esse fama, vt sunt dominia particularia, vel aliqui actus hominum particulares, in illis fama non facit semiplenam probationem, quasi sit suspicio contra testem deponentem de eo, de quo solet esse fama. ar. l. 3. §. j. ff. de testi. quod tamen dictum non seruatur in practica. Sed in alia additione eiusdem. §. posita in ver. quid si agenti. referens dicta Thomæ de Piperata, in tractatu suo de fama, decidit expresse, q̃ fama non facit semiplenam probationem aliquo modo, etiam si in ciuilibus. nihil allegat quod stringat, nisi q̃ respondet ad duo iura inducta per gl. de quibus vide ibi per eum, quia satis bene respondet, & dicit ibi vnum verbum notabile, declarando tex. in l. 3. §. eiusdem quoque. ff. de testi. † q̃ numerus testium confirmat probationem testium hoc modo, q̃a vbi duo soli non probarent plene tanquam personæ non integræ, vt quia viles vel criminosi, si sunt plures numero, probabũt plene. † & idem dicit respectu dignitatis vel auctoritatis personæ, q̃ si testes duo, quia consanguinei, non probarẽt plene, iuxta ea quæ dicemus in c. literis. j̃. eo. tamen propter dignitatem vel auctoritatem pficietur probatio. & similiter dicit facere famam quo ad istas qualitates. sed communior opinio est cum gl. q̃ fama in ciuilibus faciat semiplenam probationem. Bar. tamen in d. §. tormenta. hoc non tenet simpliciter, sed dicit hoc esse arbitrarium attentis verisimilibus, ex quibus fundatur fama, q̃ possent esse maiora vel minora. tu autem dicas vna cum cõi sñia, q̃ fama, dummodo sit fama, sicut dicemus postea in alio articulo, facit semiplenã probationẽ in quocunque actu præiudiciali & æquiualet vni testi de veritate in causa ciuili. quod probatur ex tex. c. super eo. j̃. de consang. & affi. iuncto. c. præterea. el. 2. & quod ibi no. j̃. de sponsali. quæ iura induco sic post do. Ab. in d. c. super eo. q̃ sponsalia de futuro iurata dissoluuntur, si probatur consanguinitas per publicam famam & vocem. dicit tex. in c. præterea. q̃ vnus testis, ẽt iuratus, qui tñ nõ deponit publice. & sic recipitur de iure speciali contra regulas iuris, dissoluit spõsalia de futuro non iurata, sed iurata non. ex quo datur intelligi q̃ fama est fortior vno teste iurato de veritate, qui recipitur de iure speciali. ergo est consequens quod æquiualeat vni testi legitimo, qui etiam dissolueret sponsalia iurata, vt in c. super eo. el 2. j̃. eo. & ibi dicetur Secundo ad idem adduco rationem tex. in c. super eo. j̃. eod. in ratione sui, in ver. quia præsumptio. vbi patet quod ad dissoluendum sponsalia iurata, requiritur præsumptio non modica. si ergo fama talia sponsalia dissoluit, videtur quod faciat vehementem præsumptionem vel non modicam. & consequenter posset argui q̃ posset ascendere vsque ad gradum dimidiæ probationis. & pro hoc facit tex. in d. c. illud. in fi. j̃. de præsump. & quod ibi no. Præterea contra Thomam de Piperata arguo sic, si fama potest integrare dicta duorum testiũ in d. §. eiusdem quoque. & ipse fatetur quod potest facere semiplenam probationem. nam cum sit in arbitrio iudicis, quanta fides sit testibus vilibus vel infamibus adhibenda vel domesticis, videbis in c. testimonium. & in c. in literis. j̃. eo. posset contingere quod qualitas duorum testium esset talis, q̃ nedum duo, sed etiam plures vix facerent semiplenam probationem, vt ẽt in exemplo de legatario testificante dicit Ioan. de Imo. in l. qui testamento. in prin. ff. de testa. illo etiam casu fama, quæ integrabit personas testium, faciet semiplenam probationem. Nec potest dicere, quod tex. in §. eiusdem quoque. restringatur ad casum, quando testes plus quam semiplene probant, quia cum suppletio famæ, vbi comparetur suppletioni numeri testium & auctoritatis, sicut illę duæ qualitates possent supplere probationem imperfectam, quæ non transcenderet semiplenam, ita & ista tertia suppletio per regulam. l. iam hoc iure. §. j. ff. de vulga. & pupilla. & hoc fatetur Ioan. And. & ipse Thomas in loco præallegato, videlicet q̃ ex exẽplo & numero & qualitate declaratur quomodo intelligatur exemplum de fama, per. l. si seruus plurium. in fi. de leg. i. Dixit tamẽ singulariter Vincen. in c. 2. de clandesti. despõ. † quod si primum matrimonium clandestinũ probetur per vnum testem de veritate & per alium de publica voce & fama, & secundum manifestum probetur per duos testes de veritate, quod præualebit probatio secundi matrimonij primæ, tum ratione clandestinitatis, tum quia probatio prima est pręsumptiua & secundum vera. propter quod infert ibi eleganter do. Abb. † quod si ego probo de mea possessione anteriori per vnum testem de veritate & alium de fama, & tu probas per duos de veritate de possessione posteriori, debet præualere ꝓbatio tua, quod non concedo præterquam in casu posito per Vincen. vbi concurrit qualitas clandestinitatis, quia matrimonium præsumptum præcedens tollit secundum de re probatũ, vt in c. veniens. j. de sponsa. & ibi no. fatendum tamen esset q̃ si ꝓbatio vera & p̃sumptiua ꝯcurreret circa idẽ, nũc p̃ualeret vera, secũ dũ Bal. no. in l. presbyteri. C. de episco. & cleri. Sed quæritur, nunquid vera sit gl. tua in secundo mẽbro, videlicet † q̃ fa-

a ma[a] coniuncta cum vno teste non perficiat probationem in criminalibus. super quo est communis opinio Dyn. & Cyn. & aliorum, quam refert Bart. in §. tormenta. & sequitur hic dom. Abb. & Specu. punctualiter in titu. de notorio crimine. §. fama. ver. quid si agenti. iuxta fin. & Salice. in l. ea quidem. in vltima char. C. de accusa. q̃ ista glo. sit vera, & q̃ non probetur crimen, non solum si agatur criminaliter de crimine vel ciuiliter ad finem condemnationis, vt tenet hic glo. sed etiam si agatur ciuiliter ad finem repellendi aliquem ab agendo. vnde dicit Spec.
25 in loco allegato in dicto verb. quid si agenti. † q̃ si obiicitur excommunicatio per viam exceptionis, non probatur per vnum testem cum publica voce & fama. & hoc sequitur dom. Anto. hic, de quo vide per Moder. in capit. prudentiam. §. sexto. supra de offic. delega. Sed Bart. in §. tormenta. quem sequitur Anto. de Butr. hic, dicit q̃ in arbitrio iudicis erit istud, qui habebit considerare ex quibus indiciis fundetur fama, vt si ex grauioribus fiet plena probatio, sed ex leuioribus non, & sic non distinguit ipse inter indicia ciuilia & criminalia, sed simpliciter inter indicia fundantia famam in vtraque causa, licet hoc nondicat ita expresse. & idem tenuit clarius in l prima. §. idem Cornelio. in fin. ff. eodem. pro cuius dicto videtur tex. in dicto §. idem Cornelio. vbi patet q̃ ex vno teste de veritate, coniunctis argumentis, fit plena probatio: sed fama est argumentum & præsumtio non leuis, vt dixi, ergo videtur quod plene probet etiam in criminalibus. Pro veritate huius articuli distingue, quod aut crimen est probatum solum per vnum testem vel aliter semiplene, & non vltra: & tunc vera sit communis opinio q̃ sola fama non perficiat probationem. aut crimen est probatum priusquam semiplene, verbi gratia per vnum testem de veritate per famam, & per aliquod aliud indicium, & tunc etiam in criminalibus fama perficiet probationem. ita distinguit singulariter Bald. dicens hoc esse ex mente Dyn. in l. si quis ex argentariis. §. primo. ff. de eden. hoc etiam singulariter determinat Ioan. Andr. in addit. Specu. in titu. de probat. §. fin. ver. 13. circa medium magnæ additionis. Ista distinctio probatur per casum singularem, iudicio meo, in ca. præterea. infra eodem. vbi dicitur secundum vltimum intellectum glo. quod est verissimum, q̃ si testes deponunt super adulterio de auditu: quia testes deponũt adulteros commisceri, tunc probatio ista coniuncta cum fama & aliis legitimis adminiculis, probat crimen, ex quo colligitur vtrunq;
26 membrum. Primum, † q̃ sola fama coniuncta cum alia semiplena probatione non probat crimen etiam ciuiliter intentatum, cum requirantur vltra illa etiam duo alia adminicula. nec ibi potes dicere q̃ ideo fama non probet sine adminiculis, quia testes deponentes de auditu, non probent semiplene in adulterio. nam cum illud crimen sit difficilis probationis & probetur plene, si probẽtur actus propinqui de adulterio per visum, nullus iudex arbitraretur q̃ probatio per auditum in illo casu non esset semiplena. vnde indubitanter fama ibi coniungitur ex semiplena probatione, & tamen non sufficit etiam crimine, quia de difficili probatur nisi concurrant alia adminicula, & sic est probatum primum membrum. Secundum probatur coniunctis adminiculis fama probat nec potes dicere, q̃ ibi sit speciale in criminalibus, quæ de difficili probantur, quia ratio posita in fi. est generalis ibi, etenim circunspectus iudex, &c. Confirmatur ista opinio: quia, vt probaui supra in principio primi articuli, & probatur clare in d. cap. præterea. in verbo præsumptionem violentam, fama facit vehementem præsumptionem & violentam, ergo si est plus quam semiplenè probatum, conueniens est q̃ perficiat probationem. Nec vera est ratio gl. nostræ hic & eorum, qui dicunt q̃ ex præsumptionibus quis non deberet damnari, tamen q̃ hic probatio constat ex veritate & præsumptione, & debet admitti: & ita dicit tex. in d. §. item Cornelio. tum quia etiam ex præsumptionibus violentissimis concurrentibus fit condemnatio, vt plene scripsi in cap. tertio loco. supra titu. proxi. & hanc credo fuisse mentem Barto. in dicto §. tormenta. q̃ si malitia & fama perficiant plusquam semiplenam probationem coniunctam cum vno teste, plene probat crimen. Veruntamen aduerte ad dictum Specu. quod hic refert do. Ant. dum voluit, q̃ exceptio excommunicationis opposita non possit probari per vnum testem cum fama, quod probant Doc. in c. prudentia. §. sexto, præallegato. nam contra illam do-
27 ctrinam fortissime facit, † quia vbi non imponitur pœna capitalis, sed pecuniaria vel corporalis vsque ad fustigationem, condemnatio potest fieri in criminali, etiam ex præsumptione iuris & præsumptione p̃sumptiua. iste est casus no. in l. j. circa medium. ff. de offi. præfe. vrb. quem allegaui in c. tertio loco. s̃. titu. proxi.

ADDITIO.

a VIN. GOD. Famæ probatio, qualiter fieri debeat, Ruin. consil. 52 num. 7. lib. quinto. Et quando per famam aliquid probetur, & quando non, Rui. cons. 158. nu. 23. lib. 5.

proxi. Cum igitur pœna repulſionis propter excommunicati onem ſit leuior pœna: eſt enim medicinalis, vt declarat Bart. in l 3.de pub. iud. videt q̃ idem iuris ſit ac ſi ageretur criminaliter & ciuiliter de crimine ad priuationē beneficij, quæ eſt grauior pena vel ad ſeparationem thori, vt agebatur in c.p̃terea.j̃.eod. Nec
28 ob.tex.in c.pia.de excep.in 6.in ver.euidentiſſimis. †quia etiam poteſt dici euidentiſſima probatio, quæ fit p̃ præſumptionē approbatam a lege, & ita reſpondent ibi Moder.in ſimili quæſtione, arg.l.ſi tutor, C.de pericu. tu. & tradit Bar.in l ſi conſtante.in prin.ff.ſolu.ma. & in l.ſi quis ex agentarijs.§.fi.ff. de eden. vnde ſicut eſt vera opinio Doct. in d.§.ſexta.quod per ſolam famam non probatur excommunicatio, vt eſt caſus no. in c. illud.circa princi.de cleri.excom.ita q̃ non probetur per vnum teſtem cū fama, eſt valde dubia. Et cōfirmatur iſta impugnatio, quia ſicut diſpoſitio legis inhabilitans probationes in cauſa criminali non trahitur ad cauſam ciuilem de crimine motam, vt eſt caſus in c. tuas.j̃.de ſimo.& declaraui.s̃.in illa gl.pleniſſime. ita videtur q̃ diſpoſitio inhabilitans probationē in, crimine criminaliter vel ciuiliter moto per viam actionis, non extendatur vbi crimē deducitur ſolum ad repellendum, quia eſt longe minor finis, vt in in c.cum dilectus.§. fi.& quod ibi no.s̃.de ord.cog. Præterea tex. dicit in d.c.illud, q̃ fama de excommunicatione probabile dubium, vtrum quis ſit excommunicatus, propter quod dubium excommunicatus debet abſtinere a ſacramentis & a quocunq; euitari, vt in c.cum deſideres.§.j.de ſen.excom.ſed non videre-
a tur eſſe probabile dubium, niſi per famā[a] ad minus fieret legitima probatio ſemiplena, quia tunc excuſabile eſſet q̃ quis inclinaret ad aliam partem, ergo ſatis videtur de mente iurium q̃ nedum ad repellendum excommunicatum ſed etiam ad incurrendum irregularitatem vel crimen fama ſemiplene probat excommunicationem. ſed pro Spe. multū facit tex. no. quem ibi ponderat Bal.ad hoc, in l.ſi per alium.§.docere. ff. ne quis eum, qui in ius voca. vi exi. per quem tex. dicit ibi q̃ ad faciendū quē condemnari ad pœnam, probatio debet concludere neceſſario, & ſic ſentit q̃ non ſufficiat ſemiplena probatio. pro quo allego tibi gl.ſibgu. in l.ſi vero. §. qui pro rei. ſecundum vnam lecturā
29 ff.qui ſatiſda.cogan vbi gl. voluit, † q̃ quamuis ad hoc vt actor cogatur ſuſcipere fideiuſſorem, & ſic præiudicet ſibi in cauſa ciuili, quilibet præſumatur diues, niſi probetur contrarium quātum ad hoc vt ille qui recuſatur poſſit agere actione pœnali iniuriarum, non ſufficit illa præſumptio, ſed eſt opus q̃ vere probet aliquis ſe fuiſſe diuitem, ſed tamen non obſtātibus premiſſis, verius videtur quod primo dixi, tum quia in repellendo excommunicatum agitur de leuiori præiudicio, quam in terminis illarum legum licet illa repulſio ſit quædam pœna. vel potes dicere q̃ tex. in §.docere, non probat dictum Bart. nam non ſequitur, citatus fuit captus per aliquem violenter, ergo præſumitur non comparuiſſe in iudicio, quia potuit mitti incontinēti;, nec reperitur quo ad aliquem effectum, iſta præſumptio approbata, niſi forte diceres ex quo ſemel fuit captus vel poſitus in certo loco præſumptio eſt, q̃ ibi ſteterit continuo niſi doceatur relaxatio, jar. eorū quæ habent in l.ſi quis ex argen.ff.de edē. ſed præſumptio forte non habet locum, niſi ex hoc oriatur continuatio delicti. pro quo vide q̃ dicit ſingulariter Barto. in l.j §. hinc.ff.de his, qui dele vel effu. Et ad gl.in §.qui pro rei, poteſt dici q̃ loquitur de præſumptione non ita vehementi, ſicut eſt præſumptio famæ, quæ poteſt dici eo vehementior, ex quo eſt magis immediata ideſt ſpecialis ad actum, de quo quæritur, ſecundum Bar.qui ita notat in l.fi.circa medium. ff. de quæſt. &
30 per hoc eſt expeditus primus articulus principalis †Circa ſecundum, dum quæritur, vtrum faciat ſufficiens indicium ad torturam. dixit Ioan. And. in titu.de proba.§.fi. ver. 14. iuxta fi. in addi.& in titu.de notorio crimine, loco prēallegato, ſecundū Thomam de Pipe. q̃ cum ad torturam requirantur plura indicia & probabilia, vt.l.milites.circa medium. C.de quæſtio.& l.vnus.§. j.eo. titu.& fama non ſit niſi vnum indicium, videtur q̃ nō ſufficiat ad torturam. ſed iſta ratio non videtur eſſe vera, cui reſpō de vt plene reſpondit Bart. in l.fi.ff.de quæſtio. vbi tenet, q̃ vnū indicium vehemens ſufficiat ad torturam Bal. autem videtur variaſſe in hoc articulo, quia in l.milites. C. de quæſtio. dicit abſolute, q̃ fama non facit indicium ad torturam, ſequens Cy. in l. fi. C.eo.de quo mouetur, quia ſicut fama non probat ipſum crimen, ita non debet probare, quo ad effectum torturæ, quæ ratio eſſet nimis inepta ſi ſimpliciter intelligeretur, quia non valet cō ſequentia, indicia non probant crimen quo ad puniendum, ergo non probant quo ad torquendum, vt dicit tex. in l.crimen. in prin.ff.de quæſtio. ergo fuit intentio Bal. q̃ ſicut fama non facit ſemiplenam probationem, vt coniuncta cum alio teſte nō probat crimen quo ad puniendum, ita non eſt ſufficiens indicium ad torturam. nam ipſe idem dicit notabiliter in l.ſciant cuncti, in vltimis verbis. C.de probat. q̃ indicium nō ſufficit ad torturā niſi ſit ſemiplene probatum. Alibi dixit idem Bald. q̃ ſola fama vehemens, ideſt multum generalis & notoria, facit indicium ad torturam, vt ipſe no. in c.j.§. homicidium. depace. rur. fi. & ſic in effectu incidit in opinionem Bart. dixit quod eſt conſiderandum, ex quibus coniecturis & præſumptionibus probetur fama, ſicut poteſt exponi dictum Bal. q̃ dicatur fama vehemēs, quæ vehementes habeat præſumptiones, & erit alia expoſitio a priori. ſed tamen prima magis placet, ſecundum quam no. dicit idem quod Bar. vt j̃.dicam. ſed ſolum facit vim inter famam minus generalē & magis. Bar. autem dixit in d.§.tormenta. & ſequitur Ioan.de Imo.in l.fi.in vlti.char.ff.de hære. inſti.& Moderni hic, q̃ eſt attendenda qualitas famæ, quia ſi fundetur ex coniecturis leuibus, vel ſaltem non grauibus, non poterit teſtis poni ad torturam, ſi non ex grauibus præſumptionibus, & tunc poſſit poni. nec credo q̃ ſit neceſſe indicium ſemper facere & ſemiplenam probationem, vt dicit Bal. ad hoc vt veniatur ad torturam, quia non reperitur iure cautum, & contrarium Bal.in fi.ff. de quæſtio.in quibuſdam exemplis.& iſta opi. eſt probabilior.
31 † Circa tertium articulum, quo quæritur vtrum in excedentibus memoriam hominum ſufficiant probationes per famam? fuerunt opiniones. nam Inno.in c.quid per nouale.j̃. de verbo. ſigni. quem ſequitur hic do. Abb. in fi. gl. ſuæ videtur ſentire q̃ præterquam in caſibus in iure expreſſis. i. vbi debet probari prę ſcriptio tanti temporis, cuius cōtrarium memoria non exiſtat, de quibus in l.ſi arbiter. ff. de proba.& in l.2.§. idem Labeo. ff. de aqua plu.ar.& in c.ſuper quibuſdam. in fi.j̃.de verb.ſig.& in c.j.de præſcri.lib.6.in glo.non ſufficit probatio in alijs caſibus p̃ famam,& ita etiam refert eam Spe.& ſequitur in titu. de proba.§.j. verſi.hoc etiam.& ver.ſeq. Sed aduerte, q̃ Inno.in princ. gl. præfatæ, & Spe. in d.titu.§.j. ver.& no. expreſſe ſentiunt oppoſitum, dum dicunt q̃ in omnibus caſibus ſimilibus, in quibus habet probari aliquid eſſe factum vel non, fit probatio per famam, niſi illa facta excedant memoriam hominum, puta ſi debet probari aliquem fuiſſe notarium vel prælatum. Quod ergo dixit Inn.in fi. q̃ iſta probatio non habet locum niſi in caſibus in iure expreſſis, ſupplet do. Anto. in d. c.quid per nouale. vel in factis antiqs, vt.s̃.dixi.& licet verba Inno. repugnent huic expoſitioni, quia cum Inn.reſtringat ſe ad caſus præcripti[o]nis excedentis memoriam, latis videtur ſentire q̃ in alijs, quæ excederent memoriam, non ſit idem, dictum tamen do. Ant. eſt verius, vt.j̃.dicam. Secunda fuit opi. Bal.in l.conuenticulam. C. de epiſ & cle.in vlti. char. qui videtur diſtinguere limitando dicta Bar. q̃ aut fama eſt multum generalis. verbi gratia in vna ꝓuin-
b cia,& tunc plene probet in factis antiquis, [b]& hoc iure poteſt p̃bare eccleſia Romana terras, quas tenet, eſſe iuriſdictionis ſuæ. allegat Inno.in c.cum cauſam.s̃.de iura.calum. aut fama nō eſt ita generalis, vt quia eſt ſolum in vno loco & nō in tota prouincia,& tunc videtur ſentire quod non probet dominia etiam excedentia memoriam hominum. Tertiam opi. ſentit clare Ioan. And.in addi.Specu.poſt Iac.de Are.in titu.de noto.cri.§. fama.
32 in addi.magna.iuxta fi. vbi dixit, † quod fama in quibuſdam caſibus plene probat. verbi gratia ſi habeat probari mors antiqua in quibuſdam ſemiplene vt.s̃.diximus & poſtea in fine addit, q̃ præmiſſa ſunt vera in his, de quibus communiter ſolet eſſe fama, vt de memorijs, de maleficijs, de mortibus, de iuriſdictionibus, & ſimilibus. In his autem, de quibus non ſolet eſſe fama, dicit prædicta non habere locum, quia fama in talibus non eſt p̃batio veriſimilis. ar c.in noſtra.j̃.eo.& l.3.§.tu magis.ff.de teſti. Cū ergo probatio famæ ſit probatio irregularis, eſt in ea ſtricte procedendum, quando plene probat. ad hoc eſt tex. optimus in c.tua nos. in fi.j̃.de conſang.& affi. communior opi. eſt, q̃ generaliter in omni caſu in excedentibus memoriam hominum ſufficiat probatio per famam. hanc tenet Bar. vt refert Bal.in d.l.cō uenticulam. hanc ſequitur ipſe Bal. expreſſe in l.3. C. de proba. & in auc. quas actiones. in vlti.q. vbi omnino videas. C. de ſacro ſan. eccle. Idem tenet Ange. dicens ſe de facto obtinuiſſe in Padua in l.at qui natura.§.cum me abſente. vbi eſt gloſ. ff. de nego.geſt.& hoc ſequitur do. Anto. hic, & in d. c. quid per nouale. quæ concluſio probatur ratione fortiſſima, † quia ſi in excedentibus memoriam hominum valet teſtimonium de auditu, quod eſt minus, vt in c.licet ex quadam.j̃.eod.& in d. c. tua nos. multo fortius teſtimonium de fama, quod eſt fortius de ſe. nec
34 potes dicere, vt Abb. Moder.in d.c.licet ex quadam.& hic, †qa ibi loquitur in his, in quibus non poteſt imputari negligentiam volenti probare. ſecus ſi poteſt imputari negligentia agenti, q̃ prius non egit, vt eſt in his, qui nunc agunt rei vendicatione,& volunt probare rem fuiſſe maiorum ſuorum. eſt. n. qd imputetur

ADDITIONES.

a VIN. GOD. Fama quid Vide Cor.conſi.195.vila, litera c.& conſi.232. videtur per totum, lib 2. Et requiritur q̃ fama habuerit originem a perſonis honeſtis, Mar.de ord.iud.titu.de inquiſit.ver. Tertio modo, nu. 21. fol. 135.

b VIN. GOD. Fama in antiquis plene probat, nempe quando diſtat per annum, Rui.conſi.44.nu.7.& 15.lib.5.& cōſi.92.nu.2.& 151.nu.2.eo.lib.

putetur ipsis, aut eorum auctoribus, qui non prius egerunt. primo, quia ratio posita in c. licet ex quadã, est vniuersalis, cur admittitur testimonium de auditu, propter excessum temporis, vt ibi dicitur. Secundo, quia non semper potest imputari negligẽtia agenti vel auctoribus suis: quid enim si auctores ideo non egerunt, quia ignorauerunt rem esse suam, vel rem suam esse occupatam ab altero. Item, quid si ille qui nunc agit vel auctor suus de recenti cecidit a possessione, huic non poterit imputari negligentia, & tamen forte poterit probare dominium per famam contra possessionem continuatam, quæ sufficiat ad præscriptionem. vnde istæ sunt fantasiæ, & approbatur opin. communis, quia si per instrumenta antiqua probatur dominium in tali casu, vt plene scripsimus in c. cum causam. s. tit. proxi. eadẽ ratione videtur, ꝙ & per famam, maxime quia, vt tradit Ant. de But. in c. fin. de succ. ab intest. allegans Io. And. in quadam mer curiali, probatio per antiqua priuilegia equipollet famæ. & hoc est, quod dixit Bal. in l. cum aliquis. C. de iure deli. vbi voluit, ꝙ ideo in antiquissimis per instrumenta antiqua probatur ius, qa per illa probatur communis opinio, quæ habetur pro veritate in talibus. & licet do. Abb. in d. c. licet ex quadam. dicat ꝙ Host. & Io. An. ibi sentiunt in casu huius decre. non sufficere testimonium de auditu, nisi concurrat publica vox & fama: hoc tamẽ est diuinare ad tex. & aliter possunt intelligi dicta ipsorum, secũdum ꝙ refert hic do. Ant. Sed contra istam opinionem cõmunem multum facit tex. quem reputo notabilem ad hoc, in c. si
35 duo. 35. q. 6. vbi patet, † ꝙ in probandis gradibus consanguinitatis non sufficit sola fama, nisi etiam concurrat confessio coniugum. & tamen sunt quidam gradus, qui excedunt memoriam hominum, & in quibus admittebatur. tunc probatio de auditu, vt in iuribus præallegatis. possumus dicere, ꝙ ibi fama erat de gradu non excedente memoriam hominum, quo casu forte non admitteretur testimonium de auditu. & sic potest limitari tex. in c. tua nos. sed ista responsio non videtur sufficiẽs: quia etiam hodie si probatur vnus gradus de visu, alij possunt probari de auditu, etiam si non excedãt memoriam hominum, vt patet in c. licet. j. eo. fortius ergo videbatur de iure canonico, quo simpliciter permittatur testimonium de auditu in probãdo gradus. Vnde potes dicere subtilius, ꝙ in fama erat cõsanguinitas in confuso, videlicet ꝙ illi erant consanguinei in gradu prohibito. vnde non est mirum si non valeat testimonium de auditu, in quo debet fieri diligens computatio & distinctio graduum, vt in c. tua nos. erat ergo ibi casus singularis, ꝙ illa fama requiritur in probatione famæ quo ad matrimonium dissoluendũ, quæ requiritur in testimonio auditus, scilicet vt gradus probentur distincti per famam eo modo, quo per auditum. & quia gesta inducuntur specialiter in matrimonio propter fauorem sacramenti, vt dicit tex. in c. tua, non trahentur ad alios casus. vnde in probando dominium antiquissimum, sufficiat probare per auditum vel per famam, quia ista res fuit olim talis, licet fama non declaret specifice quomodo fuerit vnius & qualiter acquisierit. Aduerte tamen, quia in non excedentibus memoriã hominum, etiam si excedant 40. annos, sola fama non probat, vt tenet hic do. Ant. & Moder. licet aliter senserit Inn. & d. Ant. in d. c. quid per nouale. & non bene, quia cessat ratio, de qua in
36 d. c. licet ex quadam. & in auth. hæc constitutio. iuxta fi. † nõ solum autem sola fama non probat, sed etiam fama coniuncta cũ possessione diuturna. ita decidunt Do. de Rota solenniter, decisione 325. quos refert & sequitur Ant. de But. in c. cum ad sedẽ. 3. char. colla. 3. in ver. per prædicta. s. de restit. spol. Et quia dom. Abb. & Moder. hic, referentes dicta sua, dicunt ꝙ fama debet esse fundata in indiciis verisimilibus, alias non est fama, sed vana vox populi. Sciendum est, ꝙ hoc procedit quando constaret famam non habere ortum a personis honestis, quia tunc oportet ꝙ suppleatur per causas & verisimilia. sed vbi constaret famam habere originem ab honestis personis, tũc hoc sufficeret ad hoc, vt diceret fama, etiam si nulla coniectura vel indicium appareret. hoc tenet expresse Bar. in tertia & quarta quæstione in d. §. tormenta. hoc tenet Sal. in l. ea quidem, ver. quinto quæro. C. de accu. & sequitur ibi Bal. in pen. char. idem tenuit & notabilius in c. j. §. idem vasallus. in fi. de cõtrouer. inue. in vsi. feu. Idem sentit in l. testium. circa mediũ. C. de testi. & probatur ista conclusio ex tex. in c. qualiter & quando. j. de accus. vbi patet, ꝙ in probatione famæ non requiritur nisi ꝙ habeat originem ab honestis personis. idem probatur in l. miles. §. mulier. & quod ibi habetur. ff. de adult. & bene facit text. cum glo. in l. qui cum maior §. fin. ff. de bon. liber. & in l. Titio fundum. ff. de condi. & demonst. videtur bene sentire Bald. eleganter in cap. j. §. fin. qui
37 feud. da. poss. † quod si duæ famæ contrariæ concurrant, tunc illa præfertur, quæ esset fundata ex causa vel indicio, quod tene semper menti.

SVMMARIVM.

1 *Attestationes non publicatæ, vtrum fidem faciant coram eodem iudice, vel diuersis.*

2 *Confessio facta in iudicio ciuili, reipublicæ semper prodest.*

3 *Iudex procedendo ad actum incompatibilem publicationi, tacite videtur interloqui publicationem non faciendam.*

4 *Sententiæ diffinitiuæ actus publicationi est incompatibilis.*

5 *Clausula motus proprij, quid operatur.*

6 *Notarij scribentis dicta testium scriptura a præsentia iudicis authoritatem recipit.*

7 *Statutum factum a prioribus, quare successores non interpretentur.*

8 *Acta si essent facta inter easdem personas, an per alios iudices fieri possit publicatio.*

9 *Iudex successor, si præcedentem in forma testis recipere vellet, an coniuncto instrumento notarij fieret plena probatio.*

10 *Priuilegium post commissionem causæ impetratum, vtrum sit nullum, ratione litis pen. an ratione surreptionis.*

11 *Acta facta inter alias personas, quomodo præsumptionem contra alios faciant.*

12 *Iuramentum & probatio, æquiparantur.*

13 *Testes recepti in iudicio summario, inter easdem personas, etiam postea mortui plene non probant in iudicio ordinario.*

14 *Confessio parte absente facta, vel in iudicio inter alias personas, quomodo probet.*

15 *Iuramentum nullam facit præsumptionem contra tertium.*

16 *Sententia cui nocet, non nocent acta: regula, quando non vera.*

17 *Confessio de crimine, vel inhabilitate, inter duos de beneficio litigantes, quando præiudicet plene confitenti.*

18 *Cõfessio extraiudicialis, de crie facta priuate offenso præsente semiplene pbat.*

19 *Testem sic dixisse in primo iudicio, probatur per acta, non solum in præiudiciũ testis inter alias personas sed cuiuscunque.*

20 *Confessio in iudicio ciuili facta, an reipub. prosit. & nu. 22.*

21 *Confessio quare non præiudicet, vbi crimen deduceretur per viam exceptionis.*

23 *Confessio facta coram iudice inquirente, vel in iudicio moto per viam accusationis, an & quando faciat fidem contra confitentem in fauorem personæ, quæ non fuit prius in illo iudicio. 24.*

25 *Negatio facta in vna instantia, an præiudicet neganti in altera. & nu. seq.*

27 *Intentionem agentis ad fundandam, fundans se ex alicuius vita, non sufficit probare aliquem olim vixisse, vt nunc viuere præsumatur.*

28 *Excusatio proposita, & probationes in ea factæ contra vnum pupillum, licet contineant reipub. fauorem, non tamen dicitur causa acta cum repub.*

29 *Acta facta inter alias personas, faciunt magnam præsumptionem contra alios, qui non fuerunt in iudicio.*

30 *Acta facta in iudicio summario, etiam inter eosdem, an faciant fidem in plenario.*

31 *Sententia vel acta facta in vno iudicio, quamuis faciant fidem in alio intentato ad diuersum finem super eadem re contra eandem personam, an faciant fidem contra aliam, cui præiudicaretur.*

CAP. XI.

Ausam, quæ. Acta probatoria faciũt fidem coram iudice subrogato loco primi iudicis in eadem causa & instantia. h. d. non diuiditur, quia breuis. In glo. posita super verbo iudicibus, diffuse tractat hic d. Ant. & Moderni, quomodo acta facta in vno iudicio, faciant fidem in alio. & addendo, quãtum sit necesse, dictis Doctorum. Circa illum articulũ, quo
a quæritur vtrum attestationes [a] non publicatæ faciant fidem coram eodem iudice vel diuersis, duo sunt principaliter videnda. Primum est, vtrum attestationes non publicatæ faciant fidem coram iudice, qui eas recepit. secundo, vtrum faciant fidem coram successore in alia instantia vel coram alio iudice in diuer-
1 sa instantia. † Circa primum Barto. sentit & clare in l. gesta, circa medium. C. de re iudi. ꝙ etiam coram eodem iudice faciant fidem, licet contrarium senserit in l. 2. iudicatum solui. pro cuius opinione est gl. singularis in l. solam, C. de test. & hanc sequitur Bal. formaliter, in l. iusiurãdi. in 2. col. C. de testi. Effectus est magnus, quia si testes non publicati non probant, tunc iudex profe rendo sententiam, videtur eã tulisse non visis actis probatoriis. ergo sententia erit nulla, secundum Bald. notabiliter in l. 2. circa medium. C. de eden. Sed ista sua doctrina non est vera auctoritate & ratione. auctoritate quidem, quia vt inquit Inn. in c. cum
2 clamor. j. eo. † acta & dicta testium semper sunt publicata iudici, qui testes examinauit, vnde quo ad ipsum non requirit alia publicatio. & per hanc rationem Iac. But. & Bal. in l. prolatam. in vlt. col. C. de sen. tenent in hoc cõtra Bar. & rectius in l. gesta. C. de re iudi. Confirmatur ista conclusio, quia in auctenticãdo scripturam actorum, maior est auctoritas notarij quam iudicis vt in c. quoniam contra. s. tit. proxi. & in c. cum a nobis. j. e. sed acta non subscripta per notarium, & sic carentia testimonio publico, faciunt fidem coram iudice, qui testes recepit, vt tenet ipse Barto. in d. l. gesta. ergo multo fortius debent fidem facere, si

deficit

ADDITIO.

a VIN. GO D. Nota, ꝙ attestationes deponentium etiam extra iudicium, & parte non citata, debent mouere animum iudicis, nedum in re clara, sed etiã dubia, Rui. cons. 177. nu. 16. lib. 1.

deficit ſolennitas publicationis, quæ eſt actus iudicis. vnde dixit glo. no. in cap. fin. ſuper verbo, iudicis. de hæreti. lib. 6. ꝙ valet ſententia, licet iudex omittat publicationem, parte nõ opponente. Sed ego probo hanc concluſionem ratione noua & ſubtili, & arguo ſic, † iudex procedendo ad actum incompatibilem 3 publicationi, tacite dicitur interloqui, publicationem non eſſe faciendam, vt in c. ex parte M. j. de ap. & quod plene tradit Bar. in l. a procedente. C. de dilat. & Bald. in l. j. C. de ordi. iudic. ſed 4 † actus ſententiæ diffinitiuæ eſt incompatibilis publicationi, vt patet ex no. in l. prolatam. in gl. C. de ſen. ergo iudex ferendo diffinitiuam, quinimmo & citando partem ad audiendam ſententiam, videtur pronunciare tacite publicationem non eſſe faciẽdam, & quia ſententia lata tranſit in rem iudicatam, vt in c. cũ dilectus. s̃. de elec. in effectu videtur declaraſſe ꝙ ſtandum ſit ꝓbationibus non publicatis, & conſequenter valebit diffinitiua, quia ſententia interlocutoria valet, & facit ius, ex quo error nõ eſt expreſſus in ea, tenendo ꝙ publicatio proceſſus non ſit ordo 5 ſubſtantialis, vt communiter tenetur. † Circa ſecũdum eſt nuda varietas. nam Bar. in d. l. geſta. tenet, ꝙ publicatio poſſit fieri coram eodem iudice, vel ſucceſſore: ſed coram alio iudice non in alia inſtantia, ſed in l. 2. iudi. ſolui. tenet oppoſitum dicens, ꝙ coram quocunque iudice poteſt fieri publicatio etiam in alia inſtantia. primam opin. tenuit Bal. in diuerſis locis, ſequendo Iac. But. & quoſdam alios antiquos, videlicet in l. fi. circa prin. C. de teſti. in l. 2. in fi. C. de eden. in c. j. §. in cauſis. vbi perfectius loquitur q̃ alibi, de pa. Cõſtan. in l. prolatam. C. de ſen. & in d. l. geſta. Mouetur ſubtili ratione, quia publicatio proceſſus durante inſtantia fit officio iudicis mercenario: ſed officium iudicis mercenarium perit perempta inſtantia, vt l. 4. C. depoſi. ergo impoſſibile eſt, ꝙ iudex in alia inſtantia poſſit ſupplere defectũ publicationis. Confirmatur iſta ſua ratio, quia nos videmus ꝙ quãdo petitur executio ſententiæ per officium iudicis ſecundum quoſdam, ideo ludex alterius territorij non poteſt exequi, quia eſt officium iudicis mercenarium, ꝙ non egreditur perſonã iudicis iudicãtis, vt plene declarat Bal. in l. ſi cauſam iudicati. C. de execu. rei iud. ſed huic rationi poteſt reſponderi, ꝙ publicatio, quæ fit in alia inſtantia, fit per officium mercenarium, quod deſeruit huic inſtantiæ inquantum probationes faciẽtes ad cauſam & ad hanc inſtantiam reddit auctenticas & perfectas. Secundo pro hac opinione vltra ea. quæ adducit hic dom. Ant. qui tenet 6 hanc partem, arguo ſic, † Scriptura notarij, cum ſcribit dicta teſtium, recipit auctoritatem in facto & perſona notarij & a præſentia iudicis, quæ recipit teſtes præſente notario, & confirmat ſcripturam ipſam publicando, vt patet ex his quæ habentur in c. ad audientiam. j̃. de præſcrip. & eſt gl. no. in d. l. ſolam. Præterea publicatio debet fieri parte citata, ergo cauſa cognita. Primum tenet glo. & Doct. in d. l. geſta. ſecundum patet in l. in cauſe. §. cauſa cognita. ff. de minor. & probatur clare in terminis in c. fi. j̃. de fi. inſtru. & in l. publicati. cum materia. C. de teſtam. Ex his patet ꝙ publicatio iudicis & auctenticæ ſcripturę debet fieri a iudice, qui cognoſcat vel poſſit ſcire de veritate ſcripturæ. ſed iſtud eſt impoſſibile in caſu noſtro, præterquam in iudice, q̃ recipit teſtes, ſiue ſit eius ſucceſſor, ſiue ali⁹ iudex, vt omnino oſtendam. ergo videtur dicendum ꝙ non ſolum alius iudex, vt dixit Bal. ſed ſucceſſor in eadem inſtantia non poſſit publicare teſtes. ꝙ autem ſit impoſſibile, patet quia examinatio teſtium fit in ſecreto, vt in l. nullum. C. de teſti. & c. venerabili. j̃. e. vnde non poteſt probari niſi per notarium & iudicem. aut ergo dicis ꝙ fiat fides iudici per ſolum notarium, & hoc eſt falſum, quia hoc non reperitur iure cautum, ꝙ ſcriptura notarij ſine teſtib⁹ & ſine iudice ſola faciat fidem, immo reperitur contrarium in Auth. de fi. inſtru. & cau. §. ſed ſi inſtrumenta. Preterea, vt s̃. diximus, omnes concedunt, ꝙ ſola ſcriptura notarij de dicto teſtis non ſufficit ſine teſtimonio iudicis. pro his facit optime text. in corpore, in Auth. de Tabel. §. fin. & quod traditur in l. diuus. §. item ſenatus. ff. de fal. per Bar. & in c. inter dilectos. j̃. de fide inſt. ex quibus patet ꝙ notarius non poteſt ſubſcribere & auctenticare inſtrumentũ ſup negocio, cui nõ interfuit prius ipſe. & ita dicemus in iudice, quia ex quo non poteſt ſibi aliter conſtare de veritate ſcripturæ & ipſe non interfuit, non poſſit dare fidẽ ſcripturæ eam publicando. vnde dicebat Ange. not. in l. ex facto. in 7 prin. ff. de vul. & pup. †, ꝙ ſtatutum factum a prioribus vel antianis, non poſſunt interpretari ſucceſſores, quia intentio condẽtis ſtatutum coheret perſonæ, cũ ſit ſecreta animi. allegat quę habentur in l. inter ſtipulantem. §. ſi Stichum. de verb. obl. & licet Bart. in hoc teneat contrarium, quem ipſe non vidit in l. ab executore in princ. ff. de app. in caſu tamen noſtro & etiam in caſu Ang. vbi vel ex communi vſu loquendi, vel ex aliqua coniectura ſucceſſor non poteſt ſe fundare, verior eſſet doctrina prę allegata. ſed ad minus eſt vera in caſu noſtro, vt s̃. oſtendi. Et ex his videtur concludendum ſimpliciter, ꝙ publicatio non poſſit fieri nedum in alia inſtantia, ſed nec etiam in eadem inſtãtia a diuerſo iudice. Hoc tamen vltimum habet communem ſenten-

tiam contra ſe: primum autem valet ꝙ publicatio nõ poſſi et fieri in alia inſtantia. vnde eſt communis ſententia, quicquid dixerint hic Moder. qui ſequuntur Bar. in l. 2. s̃. allegata. & ad tex. in 8 c. conſtitutus. j̃. e. vbi videtur colligi per locum a cõtrario, † ꝙ ſi acta eſſent facta inter eaſdem perſonas, poſſit fieri publicatio ꝑ alios iudices, dicamus ꝙ non eſt colligendum argumentum a cõtrario ſenſu, maxime quia tex. in c. cum cauſam. in fi. j̃. eod. quem hic adducit d. Ant. multum facit pro hac parte. nec videtur poſſe dici quo ad illum tex. ꝙ ibi atteſtationes fuerunt nullæ, quia ſecundũ hoc male ponderaret ibi Pontifex ꝙ atteſtationes erãt clauſæ ad hoc vt teſtes prius recepti repeterentur, quia etiam ſi eſſent apertæ, idem eſſet, vt in cle. de teſti. in ver. rite. de teſti. & in c. præſentata. j̃. eo. Aduerte tamen, quia Bal. in aliis locis s̃. allegatis, præterquam. in l. geſta. concordat in effectu cum dicto Bar. in d. l. geſta. ſed ibi limitat illud dictũ, niſi pars aduerſa non contradicat, vel niſi teſtes qui nunc petuntur, publicati ſint mortui vel abſentes. quo caſu dicit, teſtes non publicatos facere fidem in alia inſtantia, per l. fi. C. de teſti. & per c. præſentata. j̃. eo. ſed illæ leges loquuntur in arbitrio, & fit in ipſis iſta diſtinctio etiam publicatis teſtibus. & contra Bald. tenet gl. expreſſe in l. 3. in fi. ff. quæ in frau. credi. col. 2 Aduerte etiã ad aliud, quia Bald. intelligit ſucceſſorem vbique, coram quo faciunt fidem teſtes non publicati, etiam iudice appellationis per l. cum apud. ff. iudi. ſolui. & in omnibus locis prædictis vult ipſe ꝙ coram ſucceſſore teſtes ipſo iure faciant fidem, nec ſit opus publicatione. ſed Bart. vult ꝙ debeant publicari & poſſint priuſquam faciant fidem, & hoc eſt communius dictum, & quia s̃. diximus ꝙ impoſſibile eſt conſtare ſucceſſori de veritate, per quam poſſit publicare ſcripturam, & ſic videtur ꝙ publicatio fieri non poſſit. Adde, ꝙ illud dictum procedit quando iudex ex ſola relatione notarij vellet publicare, vel forte ex ſimplici dicto iudicis præcedẽ 9 tis. † Sed ſi ſucceſſor vellet recipere iudicem præcedentẽ in forma iuris, tunc forte coniuncto inſtrumento notarij fieret plena probatio, per ea quæ habentur in c. qualiter. el j. j̃. de accuſ. & in c. cum a nobis. j̃. eo. & poſſet fieri publicatio, & multo fortius ſi eſſent plures iudices, qui atteſtarentur & fuiſſent præſentes examini, ſeruata tamen diſtinctione, quæ ponitur in d. c. cum a nobis, illorum caſuum, in quib. iudices poſſunt teſtificari de actibus probatoriis & in quibus non, de qua per Bar. in l. ne in arbitris. in fi. C. de arbi. & hoc caſu procedunt dicta Doct. in d. l. geſta. & etiam procederent dicta Bar. in d. l. 2. iudi. ſolui. ex quo plene poſſet conſtare de veritate, & videtur æquiſſima diſtinctio. & ad materiam vide quod ponit Bal. in c. j. §. item ſi vaſallus. in prin. de controuer. inueſt. allegans Io. And. & Inn. in c. inter dilectos. j̃. de fide inſtru. licet obſcure loquatur, videtur velle ꝙ publicatio non adiiciatur teſtibus, niſi hoc ꝙ ſtetur ſcripturę tanq̃ auctenticæ, ex quo videtur ſentire ꝙ virtus actorum & atteſtationum ad hoc vt poſſit fieri publicatio, duret in quacunq; inſtantia, quod tamen dixi verius eſt. Secundo adde dictis Docto. inquantum dicunt hic, ꝙ cui nocet ſententia, nocent acta & ꝓbationes, id quod eleganter & notabiliter ponit Io. An. in tit. de teſte. §. nunc tractemus. in addi. magna, in duabus quæſtionib⁹. vbi referens cõſilium Dy. & quæſtionem diſputatam per Vgo. 10 de Fonta. concludit, † ꝙ ſi teſtes ſunt examinati ad æternam rei memoriam ante venditionem factam de re, nocet iſta examinatio emptori poſtea ementi, ſicut noceret ſententia, vt l. mr̃. §. fi. ff. de excep. rei iudi. ſecus ſi teſtes ſint examinati poſt venditionem. & eodem modo dicit diſtinguendum in confeſſione venditoris, quod non attingit Barto. in d. l. ſi mater. Hoc tamen vltimum videtur eſſe limitandum, niſi poſſit probabiliter dubitari de fraude ipſius venditoris, videlicet vt videatur ꝓfeſſus in fraudem futuri emptoris, ſicut ea quæ habentur in l. ait prætor. §. itademum. ff. quæ in frau. cred. & in auth. ſed iam neceſſe. C. de dona. ante nupt. Item adde inquantum Moderni hic & Bart. in d. l. 2. iudi. ſol. in fi. videntur dicere, ꝙ regula præmiſſa nõ habet locum, vbicunque probatio vel publicatio teſtium fieret in contumaciam eius, cuius factum noceret ſucceſſori, per l. præſes. C. de pig. cum materia. & hoc eſt verum, quęcunque probationes fierent contra auctorem poſt ius acquiſitum ſucceſſori: tũc enim fit diſtinctio, vtrum ſententia feratur in præſentem, vel in abſentem, vt ipſe no. in l. cum filius. in prin. ff. de verbo. obl. Sed vbi ſententia eſſet lata, vel teſtes recipit ante ius translatum in ſucceſſorẽ, ſicut eſt in exemplo poſito per Bar. & per Ioan. And. in locis, vbi s̃. tunc indiſtincte noceret probatio & ſententia. ita decidit ſingulariter Bar. in l. ſi ſuperatus, in prin. ff. de pig. in diſtinctione ſua, iunctis his quæ ponit in fin. vbi proprie dicit, ꝙ omnia ſuperius dicta de ſententia, habent locum in probationibus. Tertio adde dictis Doctorum, inquantum dicunt hic 11 poſt Bar. in l. a ſententia. in prin. ff. de app. † ꝙ acta facta inter alias perſonas, faciunt preſumptionem contra alios, declarandũ eſſe qualis ſit præſumptio iſta, ſuper quo dixit Bart. in l. admonendi. in vlt. char. ff. de iureiur. ꝙ atteſtationes iſtæ faciunt ſemiplenã probationem, niſi teſtes viuant & poſſint interim produci. &

hanc

hanc sententiam sequitur Ant.de But.in c. fi.ĵ. de iureiur. Sed contra istam conclusionem vr̃ casus clarus in c.inter dilectos.§. porro.ĵ.de fide instru.vbi dicitur expresse, ꝙ attestationes receprę inter alias personas nihil nocent alij, & tamen ibi erant receptæ de tempore antiquissimo,ita ꝙ non erat verisimile testes extare.Secundo contra ipsum videtur casus in l.nam & postea.
12 §.fi.ff.de iureiur.& in l.sed & si possessori.§.pe.eo.titu.†ꝙ iuramentum & probatio ordinaria ęquiparantur, & tñ in dictis iuribus dicitur, ꝙ circa idem iuramentum contra alterum nihil nocet.Tertio contra istam opi.arguo sic respectu tertij,qui non fuit in iudicio receptus,sed testis receptus parte non citata nullum penitus facit indicium,secundum Bar. in l.maritus. ff.de q̃stioni. ergo videtur ꝙ nullam præsumptionem faciat. Quarto contra istam decisionem adduco tex.in ca. cum in tua. & quod
13 ibi ponit do.Anto.ĵ.eo.vbi concludit, †ꝙ testes recepti in iudicio summario inter easdem personas, etiam si postea sint mortui,non faciunt plenam fidem in iudicio ordinario,sicut si viuerent & possent iterum produci. Ex quo patet ꝙ præterquam in in casibus in iure expressis mors testium non facit vt adhibeat̃ testibus maior fides.vnde Bal.no.in l.2.C. de eden.distinguit dicens,ꝙ aut quæritur vtrum attestationes faciant semiplenã probationem pro alia persona contra eum ,qui fuit pars iudicij, & tunc esset vera doctrina Bar.ad hoc adducit tex.in l.si duo patroni.in prin. ff. de iureiur.sed ille tex.non loquitur de probatione testium,sed de confessione partis, vnde non est mirum, si in fauorem alterius personæ,qui fuit absens tempore confessionis a iudicio,confessio illa facit semiplenam probationem, quia etiã confessio extraiudicialis facta parte absente hoc induceret, secũdum Bar.in l.admonendi.ff.de iureiur.& gl.in l. capite quinto. ff.de adul.multo ergo fortius,si fuit facta in iudicio. Ex illo ergo
14 tex.probatur duplex confessio.†prima,quia confessio facta parte absente probat semiplene.secundo, ꝙ non probat plene, etiã si sit facta in iudicio inter alias personas,vnde etiam probaret ille tex.ꝙ confessio facta super iure reali parte absente, plene non probet,quod videtur contra Bar.in l.nõ solum.§. si liberationis verba.§.de libe.leg.Sed potest dici, ꝙ ibi loquitur in iure reali, ꝙ non erat in potestate confitentis constituere in se, sicut in casu Bart. erat in potestate confitentis illud dimittere. Et attende diligenter,quia Bal.in d. l. 2. dicit ꝙ testes examinati contra aliquem in fauorem tertij & alterius personæ faciunt talem qualem præsumptionem.vnde non consentit ꝙ semiplene probẽt, vt dicit Bar.sed tamen potest sustineri dictum Bal.per tex.no.iũcta gl.& ponit idem Bar.in l.res hæreditarias, ff. de crimi. expi. hære.vbi est casus,secundum vnam lect.ꝙ sententia lata ad petitionem vnius ex hæredibus in fauorem ipsius, facit prima facie præsumptionem pro altero contra eandem personam, licet non omnino standum sit huic præsumptioni.& sic patet ꝙ oritur talis præsumptio, quæ inclinat animum iudicis contra eũ,ꝫ quem est lata sententia,& per consequens potest dici ꝙ sit semiplene probatum. super quo vide Bart. in d. l.admonendi. circa prin.aut quæritur vtrum attestationes semiplene probent contra illum, qui nunquam fuit in iudicio pro eo, qui fuit in iudicio cum alio,& tunc dicendum est secundum Bal. in loco præallegato,ꝙ neque probant semiplene, neque aliquod faciunt indicium.allegat.l.Lucius.ff.de infami.sed tu allega iura superius allegata,quę melius probant,& maxime tex.in l.nam & postea. §.fi.ff.de iureiur.vbi probatur,ꝙ sicut iuramentum præstitum contra vnam personam nihil proficit contra aliam, ita & pro-
15 batio regularis.†sed iuramentum sine dubio nullam facit præsumptionem contra tertium,vt patet ex dictis iuribus,& etiam quia cum iuramentum sit probatio irregularis inducta ex volũtate partis,non est conueniens vt sicut pars potuit sibi præiudi-
a care deferendo iuramentum, a ita in aliquo possit præiudicare tertio,contra regulas iuris,de quibus in c.quamuis. de re iudic. sicut dicemus in sequentibus membris, ꝙ probatio priuilegiata inducta in vna instantia non facit fidem contra eundẽ in alia instantia ad alium finem.Sed prædictis obstat tex.in l.a sententia.ff.de appel.per quem se fundat Bar.cui respondeo, ꝙ inquãtum tex.in prin.dicit ꝙ cohæres passus est se vinci vt præiudicaret cohæredi,declaratur animus hæredis litigantis, non effectus iuris, quod patet, quia in ver. seq.tex. dicit ꝙ etiam si cohæres non appellaret esset tutus, & sic patet ꝙ sententia non facit sibi præiudicium. & si dicatur quia appellabat si sua non interest, respondeo quia interesset sua non ꝙ fiat sibi præiudicium, ꝙ oriatur præsumptio contra eum,sed quia appellando potest verisimiliter vitare sumptus & longitudines iudiciorum, nã si obtineatur in causa appellationis & retractetur prima sententia, forte aduersarius intelligens se fouere iniustitiam, non aget de nouo contra ipsum pro parte sua,quod est verisimile per ea, q̃ habentur in l.at qui natura.§. cum me absente. ff. de neg. gest.
16 Vel potes dicere, †ꝙ licet illa regula sit vera in plena probatione, ꝙ cui nocet sententia,nocent acta,non tamen est vera in prę iudicando tertio & introducendo præsumptionem contra tertium,quia non potest negari ꝙ probatio confirmata auctoritate iudicis plus habet fidei quam probatio simpliciter facta non approbata a iudice,& ista expositio est magis expedita. Quarto adde dictis Doc.inquantum hic volunt allegantes Spec. in titu.
17 de actio.& pe.§.super petitionibus,ver.sed quid si reus,† ꝙ confessio facta de crimine vel inhabilitate inter duos litigantes de beneficio, præiudicet plene confitenti, si agatur contra ipsum criminaliter,vel per viam inquisitionis in fauorem publicum, per tex.in c.per inquisitionem.s̃.de elec.& tenet etiam Io.And. in c.cum mãdatum.s̃.de rescrip.ꝙ ista doctrina videtur dubia. primo,quia tex.in c.ĵ.in fi.ĵ.de excep.expresse videtur dicere, ꝙ si testis est confessus crimen in iudicio ad vnum finem, sufficit ꝙ repellatur a testimonio. & sic videtur declarari ꝙ alia pœna non imponitur saltem ordinaria,vt ibi fatentur Docto. quando crimen non est connexum causæ,de qua agitur.& cum ille tex. hoc simpliciter dicat,non distinguam vtrum ex illa confessione iudex velit eum punire ex eadem instãtia vel diuersa. quia si sic distingueremus,tunc non esset verum absolute,ꝙ repulsio sufficeret.Præterea tex.ibi parificat testem conuinci de crimine, vel confiteri crimen.sicut ergo si testis esset conuictus, sine dubio non posset puniri criminaliter,etiam in alia instantia,vt in l.Lucius.ff.de his,qui no.infa.ergo idem dicendum in confitẽte, ar. l.nam hoc iure.in prin.ff.de vul.& pu.Confirmatur ista conclusio,quia ista confessio quo ad rem publicam,quæ non fuit pars iudicij, non potest considerari nisi vt confessio extraiudicialis.
18 † sed confessio extraiudicialis de crimine etiam si fiat priuate offenso præsente non probat plene crimen,sed semiplene, secũdum gl.in l.capite quinto.in prin.ff.de adul.& Bar. in d. l. ictus fustium,in prin.ff.de his,qui no. infa. & plene hoc probaui esse verum contra Bal.& quosdam Moder.in c.at si clerici. in prin. s̃.de iudi.ergo idem videtur dicendum in casu nostro. Non ob. tex.in c.per inquisitionem,quia potest dici ꝙ ille qui ibi fuit cõfessus delictum,fuit confessus coram iudice competenti & in ꝓcessu facto ad vtilitatem publicam erat ibi commissa inquisitio super statu ecclesiæ.vnde poterat procedi contra istum,qui erat vnus de ministris ecclesiæ.vnde ista confessio, quæ postea inducitur ad alium finem.i.ad priuãdum ipsum a beneficio, postea quæsito, videtur facta inter easdem personas.i.semper agente republica vel officiali publico, licet ad diuersum finem. Sed pro doctrina Spe.& cõmuni, multum facit id,quod no. tradit Bart. per illum tex.in l.eos.in prin.ff.de fal.vbi voluit ꝙ licet acta facta inter alias personas alijs non præiudicent,dictum tamen testis depositum in vna instantia,facit fidem contra ipsum in illa instantia in diuersas personas.& dicunt Moderni in c.veniens.s̃. eo.ꝙ immo repellitur secundum dictum testis in alia instantia, quia quodammodo conuincitur esse falsum in primo dicto,ꝙ a videtur esse quædam confessio testis respectu secundi. sed licet dictum Bar.sit verum in se,ratio tamen assignata non est vera:quia si esset vera,tunc sequeretur ꝙ esset standum primo dicto,ex quo per illud tanquam verum reprobatur secũdũ,quod nõ est verũ,vt colligitur ex no.in d.l.eos.& in c.cum in tua. ĵ.e. per do. Anto. Præterea etiam si ratio posset esse vera, non est necessaria,quia alia ratio reddi potest,vt statim dicam.declarando
19 ergo dictum Bar.dic,†ꝙ testem sic dixisse in primo iudicio,probatur per acta non solum in præiudiciũ testis inter alias personas, sed etiam in præiudicium cuiuscunque alterius, vt inquit Bar.in l.2.ff.iudi.fol.& diximus in voce.& ex hoc sequitur oftenso secundo dicto,ꝙ ex duobus dictis simul iunctis testis est contrarius vel varius & per consequens repellendus. cuius signũ est,vt dixi ꝙ neutri dicto statur.sed fortius facit pro opi. cõmuni,quia si priuatus qui agit ciuiliter de crimine,diceret alia persona respectu rei publicę,tunc sequeretur ꝙ nunquam probationes factæ in iudicio ciuili facerent fidem in iudicio criminali,maxime alio accusante,vel iudice inquirente.sed hoc est contra regulam, quæ probatur in l. præses. C. de plagi. & ponitur per Bar.in l.2.§.hoc edicto.ff.vi bo. rap. quia quo ad reũ absoluendum & quo ad ea,quę non respiciunt crimen, probationes factæ in iudicio ciuili,faciunt fidem in iudicio criminali.ergo videtur ꝙ res publica & priuatus habeantur pro vna persona.Nec potes dicere ꝙ ibi acta præiudicent propter connexitatem causæ,quia hoc esset contra tex.in l.ab executore. ff.de appropterea probationes factæ in iudicio ciuili quo ad condemnationem,ideo non faciunt fidem in iudicio criminali, secundum Bar.ibi, quia in tali iudicio requiruntur probationes fortiores.sed ista differentia non potest fieri in confessione,vt patet de se,& no.Inno.in c.cum dilectus.in fi.s̃.de ordi.cogni.& sequitur do. Anto.de Bu.hic,dum volunt ꝙ confessio facta in iudicio summario præiudicet etiam in plenario, licet secus sit in alijs proba-

ADDITIO.

a VIN. GOD. Nota quòd iuramentum non ualidat actum qui odio alterius annullatur, sed solũ obligat iurantem ad obseruantiam & absolutio peti potest, Rui.consi.107.nu.7.lib.1.

20 probationibus.ergo videtur † ꝙ ſemper confeſſio facta in iudicio ciuili proſit rei publicæ.& per hanc vltimam rationem credo communem ſententiam eſſe veram,vbicunque agitur ciuiliter ſuper crimine directo ad ipſum crimen puniendum, tunc enim quia etiam pęna ciuilis aliquo modo pertinet ad rempu. cenſetur agens ciuiliter & reſpublica vna perſona. Et idem dicendū ſi agatur non ad pœnam,ſed ad intereſſe,vel ad conuincendam rem, quæ fuit ablata ex delicto & generaliter actione deſcendente ex delicto. quia etiam reipublicæ intereſt ſatiſſieri damnum paſſo, quod patet,quia iudex qui non poteſt cognoſcere niſi criminaliter de crimine incidenter,poteſt iubere rem reſtitui parti, vt.l. interdum.§. qui furem. & ibi plene. ff.de fur. vbi autem ageretur actione non deſcendente ex delicto,ſed alia
21 ciuili,vel † vbi crimen deduceretur per viam exceptionis, tunc quia nō agitur de directa punitione criminis, ſed potius ad aliū finem,non credo ꝙ confeſſio præiudicaret.& ideo in caſu Spe.
22 diſtinguo,†ꝙ aut ille qui egit principaliter,petijt declarari ius ſibi competere in beneficio & vendicabat beneficium & in conſequentiam deduxit nullitatem tituli illius,qui erat reus.& tunc
a confeſſio[a] facta in hoc iudicio,non proſit reipubli.quo ad plenā probationem.aut ille,qui egit principaliter,petijt reum beneficio priuari,& in conſequentiam illud ſibi conferri,forte ex forma mandati apoſtolici, & ſic eſt actum principaliter ad pœnā, & tunc crederem veram eſſe communem ſententiam, ꝙ ſi periret inſtantia in illo iudicio,ex confeſſione illa iudex poſſet nō ſolum inquirere ad priuationem a beneficio, ſed etiam punire clericum criminaliter,ſi actum eſt ad petendum illum remoueri a beneficio,quia nulliter fuit inſtitutus propter aliquam inhabilitatem.Si autem quis peteret ſibi aſſignari beneficium tāquam ius habens in ipſo & pro cauſa adduceret inhabilitatem & nullitatem poſſeſſionis,ſicut in caſu Spec. tunc videtur verū, vt dixi,ꝙ confeſſio non nocet confitenti.etiam in fauorem rei pu.Et pro iſta concluſione adduco tibi gl. 50.di.c.ex pœnitentibus.iuxta fi.vbi vult no.ꝙ confeſſio facta per clericum,qui vult promoueri ad ordines,non nocet ſibi,ſi agatur contra eum ad priuationem a beneficio,& proprie all.rex.per me alle. ad hoc.
23 Sed quæritur,& eſt elegans quæſtio,quid econtra,† vtrum confeſſio facta coram iudice inquirēte vel in iudicio criminali moto per viam accuſationis faciat fidem contra confitentem in fauorem perſonę.quæ non fuit præſens in illo iudicio. Super primo,cum proceditur per inquiſitionem,dixit Ioan.And. in titu. de accu.§.j.verſ.quid ſi latro.& ſequitur Bal.licet ipſum non allegat,in l.2.in fi.C.de eden.& in l.j.in vlt.col.C.de iudi.ꝙ confeſſio facta coram iudice inquirente prodeſt omnibus, quia ipſe repræſentat omnes perſonas offenſas ex illis criminibus, vt traditur in c.qualiter & quando.j. de accu. & in l. ſi maritus extraneus.ff.de adult.vnde ſatis videtur facta confeſſio præſente parte. Super ſecundo,cum proceditur per viam accuſationis, dixit Ioan. An.in loco allegato,ꝙ tunc confeſſio non nocebit confitēti in fauorem tertij,qui vellet ageret ciuiliter,& non fuit pars iudicij per titulum,res inter alios acta,& c.quamuis.de re iudica. Sed cōtra iſtam ſingularem doctrinam multum facit, quia acta facta in criminali per vnum accuſatorem, prodeſſent alteri,qui de nouo vellet accuſare,ſecundum Bar.in l.2.in penul q.ff.iud. ſol.perinde ergo eſt ac ſi iſte alium accuſaſſet ipſe, ſed ſi ipſe accuſaſſet, ſine dubio accuſatio facta in cauſa criminali noceret reo in cauſa ciuili in fauorē accuſatoris, vt traditur in l. 2. §. hoc edicto.ff.vi bo.rap.ergo idem videtur dicendum in altero. Sed poteſt dici ſaluando prædictam ſingularem doctrinam, ꝙ licet acta facta cum vno prodeſſent alteri agenti criminaliter, non tamen proderunt alteri agenti ciuiliter.& ſecundum hoc erit noua limitatio ad no.in d.§.hoc edicto.vt dicamus, ꝙ acta facta in cauſa criminali,faciant fidem in ciuili,in fauorem eius, qui accuſauit,& non in fauorem tertij prodeſſent acta, ſi vellet agere criminaliter,quod tamen dictum,vtrum verum ſit, non affirmo nunc.Et quia Bar.in d.§.hoc edicto.& Moderni hic tenent communiter, ꝙ ad condemnationem acta facta in cauſa ciuili non faciunt fidem in criminali.adde tex. ſingularem, qui videtur probare oppoſitum,& ibi eum ponderat Bar.in l. 3. §. ſed ſi dolo.ff.de tabu.exhi.ſed potes dicere ꝙ faciunt vehementem p̄ ſumptionem,non tamen plenam probationem.Item adde di-
24 ctis Doct.hic, inquantum dicunt, † ꝙ confeſſio facta in iudicio ſummario, facit etiam fidem in ordinario inter eaſdem perſonas,per ea quæ ſcribit Inn.in c.cum dilectus.in fi.§.de or. co. ꝙ eſt idem in negatione facta per partem,quia etiam illi ſtatur in alio iudicio contra negantem.ita no.Inn.ſing.& ſequunt Mod. in c.perpetuus.j.de fi.inſtru.hoc tamen eſt ſing.limitādum, niſi illa negatio fuerit impugnata per partem, & reprobata per iudicem.ita intelligo gl.no.in Auth.de trien,& ſemiſ.§.illud.& in auth.idem poſſeſſor.& ꝙ ibi ponit Bar.C, qui po.in pi. ha. & li. l. & Bart. videntur inferre ſimpliciter, †ꝙ negatio facta in inſtantia, non præiudicet neganti in altera, videtur tamen ngenda ad caſus præmiſſos,alias non procederet,vt prædixi. Et ad p̄dictā reſtrictionē bñ facit,qđ no.Bart. in l.poſt legatū. in prin.ff.de his, qui.vt indi.& Inno.in c.mulieri.de iureiur.hæc tamen regula,quæ hic ponitur per Docto. limitatur dupliciter. Prima limitatio,niſi confeſſio ſit facta in vno iudicio per procuratorem,nūquam præiudicat in ad alium finem.ita dixit Guil. ſing.in Spe.in titu.de confeſ.§.videndum.ver. ſed nunquid. & tenuit Compo.in c.per inquiſitionem.s̄.de ele.& refert & ſeqtur do.Ant.de Bu.in c.j.s̄.vt li.non conteſt. & poteſt eſſe ratio, ne concurrat duplex ſpecialitas circa idem,vcz fictio, per quam dominus fatendo per procuratorem, videtur per ſe confiteri. Secundo,quia contra regulas iuris probationes factæ ad vnum finem,faciunt fidem ad alium finem, vbi alias non facerent. Et attenta dicta ratione poteſt dici ꝙ ſi confeſſio fuiſſet facta a procuratore in iudicio ordinario,in quo etiam aliæ probationes factæ ad vnum finem facerent fidem in alio iudicio ad alium finem,tunc forte confeſſio præiudicaret in alio iudicio,tum quia non concurrit hic duplex ſpecialitas,tum quia ſi aliæ probatio
b nes præiudicant,quæ ſunt minoris effectus, multo fortius[b] con
26 feſſio.Secundo limitatur prima regula, †niſi confeſſio ſit ficta, vel præſumpta,quia tunc nunquam faciunt fidem in alio iudicio.caſus eſt no.in l.2.§.diuus.ff.de iu.fiſ.& tenet Bar. in l. eius, qui delatorem.in vlt.q.e.titu.& Bal.in l.2. C. de eden. Item aduerte ad quædam dicta Barto.quæ poſuit in d.l. 2. iuxta fi. iudi. ſol.reſpondendo enim ad.l.ſpadonem §.qui ſolutis. ff. de excu. tu.concludit in effectu,ꝙ ſi ego volens me excuſare a tutela vel muneribus publicis probarem,ꝙ olim habuiſſem tres filios,iſta probatio non eſſet concludens ad probandum, ꝙ nunc haberē. vnde dicit ipſe,non eſt mirandum, ſi in dictis legibus acta facta inter eaſdem perſonas in eadem inſtantia non probant, quia ēt ſi probatio fuiſſet facta in hac inſtantia, non concluderet ad probandum nunc liberos viuere vel ſupereſſe. ex quo dicto habes notare duo ſingu. primum eſt, ꝙ probationes factæ in iudicio vno ad finem vnum & proſequendo diuerſam rem faciunt fidem inter eaſdem perſonas ad alium finem,in quo non ſolum varietur finis,ſed etiam petatur alia res,quod tenuit hic expreſſe do.Ab.Moder.ſed non probat.Secundo habes notare ex doc.
27 Bar.†ꝙ ad fundandum intentionem agentis,qui fundat ſe ex vita alicuius, ſiue ex ſuperexiſtentia,non ſufficit probare aliquem olim vixiſſe,vt nunc præſumatur viuere, & hanc ſententiam tenuit ipſe idē Bar.in l.qui duos.§.cum in bello.ff de re.du. &'clarius in l.ſi inter.in fi.ff.eo.titu.& in l.ex facto.§.ſi quis autem.& ibi hoc ſequitur Angel. & Moder. ff.ad Treb. Sed hoc videtur contra tex.in l.fi.C.de ſacroſan.ecc.vbi patet ꝙ continuatio vitę duret vſque ad centum annos.& contra glo.& Bar.expreſſe in l. ſi dubitetur. ff.quemad.teſt.ap.Præterea ſi res mobilis,cuius de facili perditur poſſeſſio,vt.l.ſi rem mobilem.ff.de acqui poſ. p̄ſumitur eſſe apud eum,apud quem ſemel fuit, vt in l. ſi quis argentarijs.§.fi.& ibi per Bar.ff.de eden.& in l.ſi creditor.C. de pig.& puchre declarat Bal.in l.ex perſona.in vlti. col. C.de proba.cur non dicamus idem in eo,qui probatur ſemel fuiſſe in rerum natura.i.in prædicamento eſſe?'tenet Bal.expreſſe, & clare ſentit etiam de vita hominis in d.l.ex perſona.circa princi. Pro iſta concluſione adduco tibi tex.in d.§.qui abſolutus.in ver. nō omnino. Ex quo patet ꝙ quamuis probationibus iam factis de vita alicuius non ſtetur quo ad plenam probationem, multum tamen adminiculantur illæ probationes,licet factæ in alio iudicio.& innuit tex.pluſquàm ſemiplene probant. ſed hoc non eſſet verum,ſi probatio nunc facta ꝙ quis olim vixiſſet non plene concluderet de præſenti ad hoc vt eſſet differentia aliqua inter acta facta in alio iudicio & in eodem iudicio.ergo videtur ꝙ iſta probatio præſumptiue concludat.Sed ad hanc rationem poteſt dici,ꝙ in §.qui abſolutus.probatio non eſt perfecta,non quia ſit facta in alio iudicio,ſed quia de ſui natura non concludit, vt dixit Bar.& eſt colorata reſponſio,ſed magis tamē placet opi. iſta quam dixi,p opi.Bar.in d.§.cum in bello.& in d.l. 2. & ad text. in l.ex facto.§.ſi quis autem.reſponde,vt ibi plene p Io.de Imo. q optime dicit .Ad.l.ſpadonē.§.qui ſolutus.& ad.l.j.§.qui accuſatione.ff.de vaca.mu.dicemus ꝙ immo acta facta in priori iudicio,non plene probant in iſto:quia hic licet eſſent eędem perſonæ,i.reſpublica & priuatus,quia ſe excuſat,agebatur non ſolū ad diuerſum finem ſuper eadem re & ad diuerſam rem. Nam primum munus ſiue onus iniunctum,eſt diuerſum re a ſecundo,& immo excuſatio eſt diuerſa & ſuper diuerſa re,vt paret in l.voluntarie.in tex.& gl.C.de excu.tu.vnde per duas leges limi

to

ADDITIONES.

a VIN. GOD. De confeſſione facta in iudicio vide late Dec.poſt Ab.in c. at ſi clerici,in 4.no.de iudic. confeſſio autem delicti in iudicio etiam in ordinato & in valido facta ſufficit ad condemnationem confitentis.Ruin.conſi. 10. nume.5.& 8.lib.5.

b VIN. GOD. Adde ꝙ confeſſio in iudicio parte abſente quando operetur Rui.conſi.22.num.9.lib.4.& duę confeſſiones factæ parte abſente non coniunguntur,ibidem nu.5.& ꝙ duæ confeſſiones coniungantur, vt plene probent ad fauorem abſentis, idem conſi.40.nu 8.lib.4.

to sing.& pulchre dicta Bar.in l.2.§.hoc edicto. ff.vi bono. rap. dum dixit ꝙ acta facta inter easdem personas ad vnum finē in iudicio plenario, faciunt fidem si postea agatur ad alium finē, quia hoc dictum intelligo, quando agitur consequendo eodem negocio vel eadem re, licet ad diuersos fines, seu sub diuersa forma, sed quando agitur prosequendo diuersam rem, tunc si in iudicio primo pro alia re fuerit probatum aliquid quod etiā nūc deducitur pro consecutione alterius rei, sicut agenti non prodest sententia, vt.l.cum quæritur, & l.cum de hoc. ff. de excep. rei iudi. ita non nocebunt, nec proderunt probationes per regulam.s.traditam per Inno. & licet do. Abb. hic teneat oppositū, tamen hoc probat bene,& tene quod dixi. Et aduerte ad quandam glo. singularem, quæ est in d.§.qui solutus. secundum primam solutionem, quæ vult duo ad propositum eorum, quæ di
28 ximus.s. Primum est,† ꝙ excusatio proposita & probationes in ea factæ contra vnum pupillum, licet etiam contineat fauorem reipu. non tamen dicitur causa acta cum republica. dicit enim gl.ꝙ ideo probationes factæ in primo iudicio non valent, quia nunc agitur contra alias personas,& tunc videtur contra ea, quę s.diximus, cum assignauimus causam, cur confessio facta in causa ciuili mota super crimine noceat confitenti, si iudex inquirit de crimine,& verius puto quod ibi dixi,& hoc sentiunt Docto. in d.l.2. quia ad l. spadonem. §. quia absolutus. ponūt aliam solutionē, in qua præsupponitur, ꝙ acta essent facta inter easdē personas. Secundo debes notare illam gl. iuncto tex. in ver. non
29 enim,† ꝙ acta facta inter alias personas, faciunt magnam præsumptionem contra alios, qui non fuerunt in iudicio. & innuit tex. vt dixi, ꝙ plusquam semiplene probent, ꝙ possit concedi, vt s.dixi, quando fuisset lata sententia prætextu aliorū actorum, vt dictum fuit in d.§.qui absolutus. Sed quia ille tex. vere loquitur in alio casu, non affirmo pro nunc, ꝙ probent plene vel semiplene. fateor tamen ꝙ faciunt indicium, vt s.dixi. & quia do. Anto. hic referendo dicta Iac. de Bu. in l. ab hostibus. §. si qs simpliciter. ff. ex qui. cau. ma. & distinguendo dicta sua in effectu cōcludit, ꝙ si probationes in iudicio summario fiant plenarie, intelligēdo plenarie quo ad essentiam probationis & quo ad modum procedendi, hoc est dicere ꝙ in iudicio summario sit processum ordinarie seruatis omnibus, quæ requiruntur in plenario iudicio, tunc tales probationes faciunt fidem. si vero sit plena probatio in iudicio summario quo ad essentiam, vt quia plene sit disputatum de personis testium & de dictis, & diligenter data interrogatoria, vel saltem illa seruata, quæ solent seruari in iudicio plenario, non tamen circa modum procedendi sit plene cognitum, vt quia non sunt seruata solennia iudiciorum, & tunc dicit ꝙ tales testes nō probent, vt patet per locum a speciali, in c. quoniam frequenter. in princi. & per totum titulum. s. vt li. non contest. cui adde, ꝙ aliquando de plena causæ cognitione constat per solam iudicis assertionem, quia iudex dicit se plene cognouisse de causa, & tunc ista assertio nihil releuabit, vt acta faciant fidem in alio iudicio, vt dicit sing. Bar. in extraua. ad repri. super ver. summarie, circa fi. Si vero de plena causæ cognitione constat de pacta siue plena probatione, licet non sint probata solennia iudiciorum, tunc vide quæ dicunt eleganter Pet. & Cy. & sequitur ibi Bald. in l. quod tempore. C. de resti. mili. & in l.2. C. de eden. qui volunt, ꝙ testes recepti taliter vltra naturā iudicij non probent in alia instantia ad alium finem. Contrariū tamen tenuit ipse Bald. in l. si iudex. ff. de his, qui sunt sui, vel ali. iu. vbi dixit expresse, quod si in iudicio executiuo, quod est summarium, sit opposita exceptio, de quo est plene cognitum vltra naturam iudicij, sententia lata sup ista exceptio. proderit & nocebit super illo iure ordinarie intētato. sic etiam proderūt acta per regulam. supra. positam. sed tamen magis placet communis opi. sed difficile est considerare, ꝙ si est actum iudicio ordinario & plenario, ille contra quē fiunt probationes propter maius præiudicium non fuisset futurus diligentior. & ꝙ illud sit verum, patet, quia solum ista ratione attēta fit vt acta facta in causa ciuili non noceant in causa criminali, licet plene in causa ciuili fuerit cognitum. Illud etiam tenebis singulariter menti,
30 † ꝙ quamuis acta facta in iudicio summario, etiam inter eosdem, non faciant fidem in iudicio plenario, istud est verum si iudicium sit summarium ex sui natura, vel etiam ex commissione superioris: secus si sit summarium ex culpa partis. Exemplū, si procedatur contra contumacem absentem in iudicio plenario, omnis enim processus factus contra absentem, dicitur summarius, secundum gl. no. & Bar. in l.2. C. quorum ap. non reci. & tamen acta facta in vno iudicio contra contumacem, facerēt fidem in alio iudicio contra eundem, secundum Bar. in d.l.2. ff.
31 iudi. solui. Illud etiam scias,† ꝙ quamuis sententia vel acta facta in vno iudicio, faciant fidem in alio intentato ad diuersum finē super eadem re contra eandem personam, non tamen facient fidem contra aliam personam, cui præiudicarent acta & sententia, si ad hunc finem principaliter fuissent facta. ita probat text. sing. secundum vnum intellectum, in c. cum olim. s. de cā pos. & propri. & per hoc approbatur sing. doc. Ioan. An. & id quod s. dixi, cum tractauit, vtrum confessio facta in iudicio accusationis prosit tertio agenti ciuiliter, sicut prodesset si ageret criminaliter, & per hoc sit expedita ista decretalis.

SVMMARIVM.

1 *Homines vniuersitatis in causa vniuersitatis, an & quando admittantur in testes.*
2 *Clericus, cum percipiat reditus de manu alterius, non dicitur habere aliquod ius in re.*
3 *Testis a testimonio quare repellatur, quando ex testificatu & sententia ferenda in iudicio testificanti ius acquiritur.*
4 *Vsufructuarius rei vendicatione, si agatur contra eum, quare non nominare possit dominum in iudicio, respectu iuris vsusfr.*
5 *Testes pro vniuersitate testificantes, an sint omnino integri.*
6 *Domesticæ personæ aliquæ sunt, maius emolumentum ex rebus collegij consequentes, quam collegiatus.*
7 *Domestici in causa criminali non admittunt, & in causa ciuili multum ardua, an admittantur. nu. 8.*
9 *Testimonium clerici vel religiosi, sine licentia superioris coram iudice seculari, iuratis an valeat.*
10 *Compater in causa leuati de sacro fonte, non potest esse testis, & econtra.*
11 *Clerici, vel religiosi, testimonium iurati coram iudice seculari absque superioris licentia, vtrum valeat.*

CAP. XII.

Vm nuncius. Clerici possunt testificari in causa ecclesiæ suæ, nisi alia ratione repellantur. secunda est ibi, nisi &c. In gl. posita super ver. repellendi. concludit gl. ista, cir.
1 prin. † ꝙ homines vniuersitatis admittuntur in testes[a] in cā vni
a uersitatis, de qua materia hic plene per Moder. & in c. insuper. s. eo. quorum dictis adde breuiter quantum est necesse. Et primo inquantum dixit hic Ioan. And. ꝙ homines villæ non possunt testificari, si vertitur quæstio cum vniuersitate de pascuis vel siluis, de quibus singuli percipiunt fructum & commodum gratis. nam Moder. hic. i. d. Abb. & quidam alij, tenent oppositum, dicentes ꝙ immo isto casu admittuntur in testes, licet nō sint personæ integræ, sed aliqualiter suspectæ. Mouentur triplici ratione. prima, quia clerici qui viuunt de redditibus ecclesiæ, possunt testificari in causa ecclesiæ, vt hic, ergo eadem ratione poterit testificari ille, qui percipit commodum ex pascuis publicis. Sed huic respondetur, ꝙ inter clericum & istum est duplex differentia, quia clericus percipit redditus propter seruitium, vt in c. cum secundum. j. de præben. vnde est quodammodo locatio operæ pro pecunia. l. Meuia. in prin. ff. de annu. leg. & ideo non recipit redditus immediate ex re, sed ex sua opera, quia se-
2 cus est in casu nostro. Secunda differentia notabilior, †quia clericus percipit redditus de manu alterius, vnde non potest dici ꝙ habeat aliquod ius in re, de qua cōtenditur, vt l. fundi Trebatiani. & ibi per Bar. ff. de vsufru. leg. & per gl. in l. si quis rem. ff. de vsuf. & plene declarat Bar. in dispu. sua, quæ incipit, publicanus. isti autem percipiunt fructū in casu nostro propria auctoritate, vnde licet non habeāt vsumfructum formalem, habent tamen facultatem percipiendi fructum, qui est similis vsufructui, vt l. necessario. §. fi. ff. de peri. & commo. rei ven. & probatur ex his, quæ no. Bar. in l. cotem, §. j. ff. de pub. & clare sentit gl. & ibi Doc. in l. sicut. §.2. ff. quod cuiusque vniuer. no. vbi gl. posuit quæstionem de huiusmodi pascuis, & ideo posset inferri forte, ꝙ si litigatur super possessione, vel re, quæ pertinet ad titulum beneficij alicuius clerici instituti in ecclesia, de qua plene percipit fructus vt administrator, ꝙ tunc pro illo iure non poterit esse testis, de quo tamen dic, vt scripsi plene in c. insuper. s. eo. Secunda ratio do. Abb est ꝙ legatarius ferendo testimonium in causa testamenti, in consequentiam consequitur incommodū, & tamen per hoc non repellitur a testimonio, vt diximus in c. insuper. s. eo. Sed huic rationi respondet elegāter Bal. in rubri.
3 ff. de rerum diui. char.3. dicens,† ꝙ quando ex testificatu & sententia ferenda in hoc iudicio immediate acquiritur testificanti ius, & tunc repellitur quis a testimonio, quia æque principaliter sua interest, sicut illius qui pro iure suo agit in iudicio, & talis est casus noster, nam per sententiam latam pro vniuersitate, acquiretur immediate facultas vtendi singulis de vniuersitate, nec erit opus alia sententia vel iudicio, quod non est in legatario, qa licet feratur sententia pro hærede, non tamen videbitur sententia lata pro ipso contra hæredem, est ergo testimonium suum causa

ADDITIO.

a VIN. GOD. Adde quod testes de vniuersitate pro illa non admittuntur vbi in particulari commodum accipiunt Rui. consi. 106. num. 5. lib. 5. quando autem probent idem consi. 137. num. 11. eo. lib. & qua n fidem faciant & quomodo Rui. consi. 92. nu. 3. & consi. 98. num. 4. lib. 4. & consi. 106. nu. 5. & cōsi. 22. nu. 9. & consi. 119. nu. 8. lib. 4. & consi. 137. nu. 14. lib. 5.

causa mediata consequendi legatum,non immediata. Et eodē modo debes respondere ad tertiam rationem;dum adducit l.j. in prin.ff.de auth.tu. negando vz q̄ hic testificanti quæratur cō modum in consequentiam:tunc enim acquiritur in consequē tia,quando ex illo actu non immediate,sed mediate aliquid mi hi acquirit,sicut erat in d.l.j.quia causa immediata, propter q̄ acquirit actio tutori contra pupillum,fuit obligatio prima, per quam ille,cui successit pupillus,erat debitor tutoris. causa autē mediata fuit aditio,per quam obligatio illa,quæ erat penes defunctum, applicata est hæredi.& licet vniuersitas ipsa habeat principale ius in re.s.proprietatem,non tamen per hoc tollitur quin habeat vsum fructum, vel aliquid simile vsufructui,non dicatur ita interesse,vt non dicatur testificari in propria causa. & hoc sentiunt Doc.& clare in ista quæstione,sequendo dicta Io. And.in l.parentes,in fi.C.de testi.vbi plene per Bal. & Saly. Ad prædicta facit optime gl.ordi.in l.2. C. vbi in rem actio.qui vult
4 no.† q̄ si agitur rei vendicatione contra vsufructuarium,non potest nominare dominū in iudicio respectu iuris vsusfructus, qa causa est sua propria.vnde dicitur procurator in rem suam, vt l. j.in fi.ff. vsufruc.quemad.ca.& tunc est q̄ contumacia domini non nocet sibi, vt est tex.in l.j.in fi.ff.de ope.no.nū.& l. hoc amplius.§.fi.cum.l.seq. ff.de dam.infec. Vtrum autē subditus possit testificari in causa iurisdictionis pro suo principe, dic vt tradit Pe.& Bal.in l.eos.C.de testi.& Bar.post gl.in l.idonei.ff.de testibus.Secundo adde dictis Doc.inquantum dicunt, sequendo
5 Archi. 14 q.2.c.de prudētia.† testes,qui testificantur pro vniuersitate,non sunt omnino integri ex eo, quia non potest negari q̄ commodum non perueniat ad eos in cōsequentiam, & sic sunt suspecti,vt dicitur de legatario in c.insuper. s. eo. quod tenet d.Ant.in vniuersitate laicorum,quia istud dictum simpliciter nō procedit,nam vbi essemus in materia,qua illi de vniuersitate melius præsumerentun scire veritatem, tunc tex. dicit q̄ sunt meliores omnibus ad ferendum testimonium, vt patet in d.c.de prudentia. circa medium. Præterea sicut ibi dicitur, in prin.repelluntur illi de vniuersitate ratione cuiusdam domesti citatis, sed domesticus vel familiaris in tali casu non repellitur nec est suspectus,immo præfertur omnibus alijs, vt est casus singu.quem ad hoc ponderat Bal.in l.quotiens. C.de nauf. lib. 11. vbi patet,q̄ alij non admittuntur nisi in subsidium,ergo isto casu sunt integri testes.Nec ob.si dicatur,q̄ illa lex loquitur de domesticis &familiaribus, qui in consequentiam nullum consequuntur commodum. nam hoc est falsum,quia domestici dicuntur liberti,serui & filij inter alios,ad quos sine dubio in consequentiam,cum habitant in domo patris vel domini peruenit commodum , quia filius potest petere alimenta a patre, &
6 seruꝰ alimēta a domino,vt de se patet.† vnde sunt aliquę psonę domesticæ , quæ forte consequuntur in consequentiam maius emolumentum quam collegiatus ex rebus collegij . hoc tamē,
7 quod dixi,habet locum in causis ciuilibus,† quia in criminalib. nullo modo admittuntur domestici, vt l.j.§.ad quæstionem. ff. de quæstio.& ibi per Bar.dico etiam secundum Abb. Mod.hic, & bene, q̄ vbi non esset verisimile rem bene posse fieri p alios, in subsidium credetur testibus de vniuersitate quo ad plenam fidem,licet sentiant commodum in consequentiam, quia si creditur in tali casu de his, quæ geruntur in cap. ratione prædicta, vt in c.tertio loco.s.tit.proxi.vbi est bonus tex.eadē ratione credetur & in aliis casibus, in quib. licet potuerint interesse plures testes, ex casus tamen contingentia verisimile est, q̄ res nō possit per alios probari.Hoc tamen forte posset limitari, vt sing.dicit Bald.in præallegata rubr.ff.de rer. diui. nisi causa ciuilis esset multum ardua, quia tunc forte in isto casu etiā non essent omnes integri testes, & multofortius vbi verisimiliter alij possent inueniri.ar.c.frequens.de resti.spol.lib.6.& l.propter litem. §.j. ff.de excu.tut.in quibus dicitur, q̄ causa ardua æquiparatur cri-
8 minali.Item adde inquantum hic Ioan. And.vult, † q̄ in causa criminali tunc demum nullus possit testificari pro altero de collegio, quando est vniuersitas paucorum,ita q̄ ex cohabitatione vel paucitate oriatur quædam domesticitas, sicut est in clericis vnius ecclesiæ,& sic intelligit tex.in c.super prudentia.12. q.j.& in c.repellantur.j.de accusa. & 3.q. 5. c.accusationes. secus si sit vniuersitas cōsistens ex multis,q̄ melior videtur distinctio Spe. quam hic referunt Moder.in c.insuper.s.eo.videlicet q̄ in subsidium isti admittantur etiam in causa criminali.vbi autem possunt haberi alij testes,non admittantur,vt ipse no. in ti.de teste. §.j. ver. sed nunquid videtur esse. pro qua conclusione adduco tibi text.not.in l.j.ff.de quæstio.iuncto §.ad quæstionem.q̄ domestici non sunt admittendi in criminalibus etiam cum tortura:& tamen in §.seruum. dicitur q̄ seruus vniuersitatis seu municipium potest torqueri in singulos de municipio. & hoc etiā dicit tex.in l.in tantum.§.j.ff.de rer.di. & habet hoc locū vt not. Dy.in d §.seruum.non solum in vniuersitate ciuitatis, vel oppidi,sed in quolibet corpore & vniuersitate:& sic patet q̄ eodem modo potest testificari seruus vniuersitatis contra aliquem de vniuersitate,si sit parua,sicut si sit diffusa: nec potest dici respō. dendo ad illum tex.q̄ ibi non loquitur quando vnus de vniuersitate vult testificari contra alium,sed quando seruus ipsius vniuersitatis,quia ista responsio non est sufficiens, quoniam cum dispositio vnius personæ fictæ,scilicet vniuersitatis, pendeat tota ab omnibus,qui sunt de vniuersitate.qua ratione illi sunt suspecti,vt concedunt Doct.eadem ratione sunt suspecti illi, quibus ipsi possunt imperare,vt l.j.C.si quacunque prędi.pote.& l.j.C.si rect.prouin.& ibi per Barto.& bene facit tex.in l.si quis officij.ff.de ritu nup.Vnde forte posset sustineri absolute, q̄ nō in subsidium admitteretur quilibet de vniuersitate in testē pro altero de vniuersitate. Vel potes dicere,& melius, saluando distinctionem Io.An. & communem sententiam , q̄ in prædictis iuribus non producitur seruus vniuersitatis in testem ab homine vniuersitatis, quo casu non admitteretur, & esset suspectus, sed ab extraneo contra hominem de vniuersitate.& secundum vnum intellectum illa iura probant, q̄ licet pro homine eiusdē vniuersitatis quis non possit testificari in causa criminali, sed si producitur ab eo,tamen potest testificari contra ipsum, si producitur ab extraneo.In ea.glo.ibi,sed pone.& ibi iste filius,&c. de quæstione dic vt hic per Doct. sed tamen ad hoc contrariū not.
9 singularem doct. Io.An.qui dicit q̄ leges allegatæ in gl.loquuntur in filiatione naturali,vel ciuili, nō in spirituali.† Ex qua hēs, q̄ lex,quæ repellit filium in causa patris a testimonio vel descē dentem in causa parentis, vel econtra in causa filij vel descendentis, non habet locum in filiatione & paternitate spirituali. Contrarium tenuit Guil.& Bal.in l.generaliter ff.de in ius voc.
10 vbi dicunt,† quod in causa leuati de sacro fonte compater non potest esse testis & econtra, quia est loco patris. Sed contrariū tenuit ipse idem Bal.& melius in l.parentes.in vlti.col.C. de testi.cum enim non sit angustanda facultas probationis, sed potius ampliāda,odiosum est quod aliquis repellatur a testimonio,& ideo stricte fieri dēt interpretatio,arg.eorū quæ habētur in l.patri.in prin.ff.de adult.& c.si vero.de sent.excommu.& tene menti dictum Ioan.Andr.& quia Docto.Modern.hic inter
11 alias quæstiones,quæ dicentur in voce,quærunt, †vtrum valeat testimonium clerici vel religiosi, qui iurauit coram iudice seculari sine licentia sui superioris, sine qua iurare non debet.14. q.2.c.quamquàm.& in c.j.& ibi traditur.s.de iura. calum.Aduerte,nam do.Abb.hic,in duabus quæstionibus, simpliciter determinat q̄ siue clericus testificetur coram alio iudice ecclesiastico,siue coram seculari, valeat testificatus, quamuis iurauerit sine licentia superioris.& dicit in monacho sentire Spec. in titu. de teste.§.j.ver.item q̄ est monachus.& ver.quid de monacho. Prima ratio est,quia cum clericus sponte testificatur, non reperitur iure cautum q̄ debeat iurare de licentia sui superioris. sed hoc videtur contra tex.in d.c.quamquam.qui non distinguit q̄ clericus cogatur nec ne. Vnde ipse dicit pro secunda responsione,quod dato q̄ hoc non debeat fieri,factum tamen tenet,quia multa non debent fieri,quæ facta tenēt,vt in c.rursus.& ibi no. j.qui cle.vel vo.& in c.j.per totum.j.de clan.despō.sed ista ratio minus stringit.Vnde aduerte,quia cum tex.in c. quamquam,dicat hoc esse in arbitrio superioris,coram quo clericus iuret,apparet q̄ quia volūtas ista superioris debet actum pręcedere, est quædam licentia,quæ debet necessario antecedere actum , cuius omissio regulariter reddit actū nullum , adeo q̄ nō pōt postea ratificari,ſm Bal.in l.j.in vl.car.C.q admi.& in rub. de exer. & est de mente Bar.clare, in l.sinautē plures.ff.de aqua plu. ar. & plene per Ant.de Bu.in c.cum consuetudinis.s. de consue.& hoc est maxime verū in religioso,qui sicut in alijs actibus nō habet velle,nec nolle,ēt quo ad effectū validitatis actus,vt in c.si religiosus,& c.si abbatē.de elec.lib.6.eadem ratione & in hoc casu non debet habere nolle seu velle.communiter tamen credo q̄ seruaretur dictum d.Ab.in practica. & forte posset saluari in clerico seculari,quia ista prohibitio, de qua in c. quamquā. est inducta ex quadam condecentia & honore ordinis clericalis, vt s.iudex secularis nullam videatur habere iurisdictionem in clericum vel auctoritatem.vnde quia causa prohibitionis non est multum præiudicialis, nec multum derogat honori ecclesiasti co propter hoc si sponte clericus velit testificari,dicemus q̄ ista sit leuis solennitas,cuius omissio non vitiat contractum. ꝓ hoc allego tibi gl.no.63.distin.in sum.& bene facit tex.in l.j. in fi. de ven.inspi.& quod tradidit Bar.& Doc.in l.fi.in prin. C. de iure delib.in quæstione de signo crucis.

SVMMARIVM.

1 *Testis criminosus, qui communi opinione habebatur pro idoneo, an repelli possit.*

2 *Probationes factæ in vno iudicio, ad alium finem, & inter alias personas, per quas persona declaratur inhabilis,in alio iudicio fidem faciunt.*

CAP. XIII.

SVper eo. Crimen nunc probatum repellit te-
1 stem,etiam si alius de illo crimine nō sit damnatus.h.d.No.primo, † q̄ de iure canonico testis

a stis criminosus q̃uis toleratus, qui forte cõmuni opinione habe batur pro idoneo, potest repelli, si nunc probatur crimen, secus est in teste instrumentario, secundum Moder. Satis est enim vt instrumentum sit validum, q̃ tempore confecti instrumenti reputatur idoneus, vt l.j. & ibi no. C. de test. de quo dic ẽt vt traditur in l. ad testimonium. §. conditionem. ff. eo. quid autem sit in teste infami ipso iure, qui tamen communi opi. toleratur pro
2 idoneo. dic vt traditur in l. cum l. in gl. ff. de te. No. secundo q̃ p̃bationes factæ in vno iudicio ad alium finem & inter alias personas, per quas inhabilitatur persona, vel declaratur esse inhabilis, faciunt fidem in quocũque iudicio & inter alias p̃sonas, sicut præiudicaret sententia lata super statu, vt dr̃ in l. ingenuũ. ff. de statu ho. l. ex ea. ff. de post. & j. q. j. c. cito turpem, cum alijs si.

ADDITIO.

a VIN. GOD. Adde quod non solum testis criminosus potest repelli sed ẽt ille qui est particeps criminis, Rui. consi. 7. nu. 14. lib 5.

SVMMARIVM.

1 *Laicus contra clericum examinatus, an faciat indicium.*
2 *Clericus in causa criminali laici, vtrum repellatur absolute a testimonio. Et quo casu possit, & cogatur testificari. nu. seq.*
4 *Laicus accusatore suam iniuriam prosequente, an contra clericum testis admittatur.*
5 *Probari quæ communiter non possunt nisi per domesticos, si inducatur q̃ probentur, in aliquo casu, ad consequentiam non trahantur in simili casu.*
6 *Probatio irregularis, quando non admittatur. & num. 7.*
8 *Seruus quamuis regulariter contra dominum non torqueatur super crimine, quare in adulterio torquetur: in ciuilibus tamen non admittatur. nu. seq.*
10 *Clericus in causa laici, an & quando repellatur a testimonio.*
11 *Testis domesticus, an repelli possit.*
12 *Laici examinati in causa criminali contra clericum, an faciant indicium.*
13 *Testis prohibitus examinari propter reuerentiam personæ, non facit indicium aliquod.*
14 *Iniuriarum actio non competit, nisi pro paucissimis personis.*
15 *Offensa | alicui facta non proprie dicitur eius consanguineo, etiam fratri facta.*

CAP. XIIII.

1 DEcętero. Laicus non testificatur contra clericum in causa criminali, nec ipsum accusat, nisi suam vel suorum iniuriã prosequatur. secunda est ibi, nisi forte. tertia ibi, nec tũc. †No. j. ibi, aliquatenus admittantur, ar. q̃ si laicus examinatur ꝯ cleri cum, nullum penitus faciat indicium, hoc enim vr̃ significare dictio aliquatenus. ꝯrium sentit Inn. in c. quoniam, §. e. & sequũ tur hoc aliqui Mod. de quo plenius dicetur in expeditione materiæ. †Sed quæritur, quid eꝯ, vtrum clericus in causa criminali
2 laici repellatur absolute a testimonio. tex. videt̃ dicere q̃ sic. 11. q. j. testimoniũ. sed Archi. ibi hoc limitat, nisi clericus vellet accusare vel testificari, ꝯ laicum etiam coram iudice seculari sup crimine ecclesiastico. alł. tex. 6. q. 3. c. j. qui tex. secundum gl. ibi non intelligit de clerico accusante, sed iudicãte. Præterea ibi vertebatur iudicium coram ecclesia, non coram iudice laico, vt patet ex tex. Secundo hoc limitat hic d. Ab. Mod. quando delictũ esset commissum in loco, in quo verisimiliter non posset probari per laicos, tunc enim nisi ex iudicio criminali imponatur pœna sanguinis, dicit clericum in subsidium posse admitti ad testi
3 monium ꝯ laicum, per tex. in c. q̃q̃. 14. q. 2. † Tu dic q̃ isto casu non solũ potest testificari, sed etiã cogitur, vt no. tenet Io. Cal. & d. Ant. per tex. in c. q̃q̃. in c. dilectorũ. in vlt. col. j̃. de test. cog. & licet tex. in c. quamquã. cir. prin. videat̃ loqui de ciuili, dũ dicit q̃ clerici non sunt adhibendi confirmationi instrumentorũ. in fi. tñ cũ permittit ipsos testificari, si forte aliqd casu viderint vel audierint, gñaliter loquit̃, & ẽt ratio respicit accusationẽ criminalẽ ibi, ne malus vt bonus putetur, &c. †No. secundo in ver. nec
4 tunc, q̃ ẽt cum accusator prosequitur suã iniuriam, non admittitur testis laicus ꝯ clericũ, sed hoc dictũ limitat hic fin. d. Ab. qñ del ctũ committeretur in loco, vbi esset copia clericorũ, ita q̃ verisimiliter posset probari per clericos. sed si essemus in loco, vbi non est copia clericorũ, sicut cõiter est in villis, tunc dicit q̃ laici admittẽtur in subsidiũ ꝯ clericos, per tex. c. fi. j̃. de test. cog. patet q̃ particeps criminis admittitur in subsidiũ, qa conspiratio aliunde detegi nõ potest. Et aduerte, qa ibi erat laicus & particeps criminis. ad idem tex. in simili in c. veniens. in fi. j̃. eo. & in c. cum dilecti. iũcta gl. s̃ de ele. in quibus patet q̃ testes alias suspecti admittũtur, quia aliũde non põt haberi probõ. idẽ ergo dicendũ est isto casu, fm eũ. qđ dictũ vtrũ sit verũ, dicet̃ tibi plenius in lectione sequenti. In gl. posita sup verbo, forte. ibi, & in exceptis criminibus, &c. ponũtur hic vltra istũ quatuor casus p̃ Doc. in qbus laicus testificat̃ ꝯ clericos in crimine, quorũ dictis adde primo inquãtũ d. Ab. Mod. hic dixit vt s̃. retuli in 2. no. q̃ in subsidiũ laici admittũtur ꝯ clericos, q̃ hoc dictũ non vr̃ verũ.
5 primo p̃ tex. no. in c. in literis. j̃. eo. vbi patet, †q̃ q̃is aliquo casu inductũ sit vt ea, quæ cõiter probari nõ possunt, nisi p̃ domesticos, possint per ipsos probari, hoc tñ non trahitur ad ꝯam in simili casu, vt quia veri simile est per alios non posse probari, quia est probatio per domesticos. Secundo contra ipsum facit tex. in c. super prudentia. 14. q. 2. dr̃ enim in prin. literæ, q̃ in criminalibus domestici non admittuntur: in alijs vero, in quibus põt melius veritas sciri per domesticos, non admittatur testimoniũ domesticorum, vnde debent admitti. Vnde vr̃ esse de mente illius literæ, q̃ etiam in his quæ cõiter non solent sciri nisi per domesticos, non admittatur testimonium domesticorũ in cã crimina li.. & hoc probat tex. in l.j. §. ad quæstionem. & ibi per Bar. ff. de
6 quæstio. †Confirmatur ista conclusio, quia probatio irregularis, quæ admittitur in causa ciuili, p̃p difficultatẽ probationis, & agitur ciuiliter ad pœnam, non admittitur quando agitur criminaliter. †
7 vnde licet contra dolosum cũ agitur ciuiliter data difficultate probationis fiat probatio per iuramentũ, nõ tñ cũ agit̃ criminaliter. ita tradit sing. Bar. in l. fi. ff. de iureiur. Præterea canones multũ præcise repellunt laicũ a testimonio clerici. & licet in quibusdam causis ciuilibus inueniatur admissus testis in subsidium, qui alias esset suspectus & non admitteretur, non vꝫ ꝓña, ergo idẽ dicẽdum in criminalibus, in quibus agitur de maiori præiudicio, vt patet in c. j. de testi. lib. 6. & in exemplo Bar. s̃. posito. & ex his, quæ diximus in c. veniens. s̃. eo. sed pro opi. sua multum facit tex. quem reputo singu. in ista materia in l. j. iun-
8 cto prin. & fi. C. de quæstio. vbi patet, †q̃ quãuis regulariter seruus non possit torqueri contra dominum super crimine, potest tñ torqueri in cã adulterij. & est ratio, secundum Doc. ibi, quia communiter ista non sciuntur, nisi per familiares & domesticos. vnde in subsidiũ cessat priuilegiũ dñi & patroni. Et q̃ istud sit dicendum in omni alio casu, in quo similiter super crimin. esse difficilis probatio, nisi per domesticos, probat tex. ille, in fi. in ciuilibus vero etiam in defectũ alterius probationis non admittitur seruus ꝯ dominum. vbi põdero dictionẽ aduersatiuã' quæ aduersatur in iure, retento eodem facto de natura ipsius. ex
9 qua videtur inferri †q̃ si in ciuilibus non admittitur seruus, a vbi
a alias deficit probatio, in criminalibus semper admittetur. † Ex
10 quo patet q̃ prohibitus testificari ꝯ aliquem propter reuerentiam & superioritatẽ, potest testificari in subsidiũ in causa criminali. Laicus autẽ duplici ratione prohibetur testificari ꝯ clericum. vna est, quia non est par sibi cõuersatione & gradu. & ista ratio respicit reuerentiam. Alia, quia præsumitur infestus clerico. 2. q. 7. c. laicos. & c. laici. Vnde sicut in subsidium ille admittitur cõtra dominum, vel patronũ, ita & ista ꝯ clericum. pro hoc facit optime tex. in ratione sui, quẽ ipse alle. in c. fi. de testi. cog. ibi, & ipse intentionem suam probare non posset, nisi testimonio, &c. per q̃ patet q̃ causa, cur particeps admittitur & laicus, est quia aliunde probatio haberi non põt. & licet ille tex. possit intelligi cum agitur ciuiliter vel in crimine excepto, potest ẽt intelligi cum agitur criminaliter, & ex mente tex. est q̃ ibi laicus admittatur, non quia crimen sit exceptum, sed quia veritas aliter haberi non põt, nam si esset crimen exceptum, tunc laicus ẽt particeps criminis, admitteretur ad testimonium non in subsidium, vt pulchre diximus in c. veniens. s̃. eo. & est casus in c. j. p̃-alleg. nisi forte restringas ad casum, in quo ẽt in crimine excepto laicus vilis persona non admitteretur in testem, sed tunc ẽt forte non admitteretur in subsidium. vnde aut est dicendum q̃ ibi agatur ciuiliter, aut ibi probatur intentio d. Ab. quæ est opi. multum æqua, sed tamen propter iura, quæ præcise loquũtur, non recederem a communi sententia, vel non sequere hanc nouam legẽ. si tamen velis eam tenere, ad argumenta in oppositũ
11 dic vnico verbo, †q̃ ideo testis domesticus ẽt in subsidium non admittitur etiam in criminalibus cum producitur a domestico, qa fides eius est suspecta. vnde in tanto præiudicio nunq̃ est testi suspecto credendum, sed econtra, qñ propter reuerentiam aliquis prohibetur testificari ꝯ aliquem, ne crimina remaneãt impunita, & quia reatus honorẽ excludit, non est mirandum si admittitur in subsidium, ex quo nõ repellitur, quia suspectus. & hac ratione differentiæ attenta potest dici in casu nostro, q̃ cũ laicus repellat̃ a testimonio clerici nõ solũ rõne reuerentiæ, sed ẽt qa suspectus, vt dixi in subsidiũ ẽt nõ sit admittẽdus, & procedũt rõnes præallega. Illud ẽt scias q̃ licet laicus non possit testificari ꝯ clericum, põt tñ testificari pro clerico in causa criminali. gl. est no. 81. distin. c. clerici. q̃ sequitur Ab. Mod. in c. cum P. j̃. de accu. facit optime pro illa gl. tex. 2. q. 7. c. si hæreticus. & c. seq. vbi patet q̃ licet hæreticus nõ possit testificari cõtra catholicũ, põt tñ produci a catholico in fauorẽ ipsius. pro his ẽt facit optime, quod no. gl. & Bar. in l. lege Iulia. & l. inuiti ff. de testi. Secundo
12 adde dictis Doc. in quantum d. Ab. hic dicit, † q̃ laici examinati contra clericum in causa criminali, faciunt indicium sufficiens ad torturam, & h. d. sentire Inno. in c. quotiens. s̃. eo. q̃ hoc non videtur verum, quia vt s̃. declaraui, ista prohibitio sit non solũ quia

ADDITIO.

a VIN. GOD. Hinc est, q̃ seruus accusans occisorem domini non solum admittitur verum etiam libertatem consequitur, Rui. consi. 138. nu. 17. lib. 5.

quia laicus sit suspectus quasi inimicus, sed ēt propter reuerentiam gradus & sanctioris vitæ. †vbicunque aūt quis prohibetur
13 a testimonio pp reuerentiam personæ, testis prohibitus examinari non facit indicium aliquod, vt est casus no. quem ponderat ibi Bar. ad hoc, in l. j. §. diuus. el. j. ff. de quæstio. & tenet glo. in l. j. C. e. & Bar. in l. maritus. ff. eo. super quo vide quod pulchre ponit Bal. in l. seruos. C. de testi. dicit tñ Bar. no. ꝙ probationes, quę plene probarentur in causa ciuili, si non concludunt in crimina li quia sunt præsumptiuę, vel priuilegiatæ, faciunt indicium sufficiens ad torturam in cā criminali. ita no. ipse in l. fi. in fi. ff. de in li. iu. Tertio adde dictis Doc, inquantum quęrunt hic pro declaratione, quis dicatur prosequi suā vel suorum iniuriam. reiectis alijs opi. quas hic referunt plene Doc. ꝙ vera est opi. Host. q dixit, ꝙ illi dñr sui, qui ponuntur in l. j. & 2. ff. de acc. & licet tex. in l. 2. dicat ꝙ mulier pōt accusare de morte illorū, qui non cogūtur in eā inuiti dicere testimoniū, & sic nō loquit̄ de alia iniuria illata suis, tñ a fortiori idem est dicendum, quia si mulier nō admittitur ad vindicandum mortē, nisi illorū de quibus ibi, q̄ est fortissima, multominus admittetur ad prosequendū leuiorem iniuriam pro his, qui non ꝓtinētur in illa l. Et attēde, quia quod dr̄ in d. l. 2. de muliere, debet tamen intelligi in prohibito accusatore pp reuerentiam, vt in casu nostro, quia talis æquiparat̄ mulieri quo ad hoc, vt prohibeatur vel admittatur ad accusandum, vt est casus clarus in l. qui accusare. cum l. seq. & sequenti. ff. de accu. Nec ob. tex. in l. j. §. fi. cum. l. seq. ff. de postu. per quē dixit Io. An. in tit. de accu. §. 3. ꝙ hic dicuntur sui omnes personæ, pro quibus remoti a postulando in tertio ordine pssunt postulare, p d. l. j. in fi. cum. l. seq. præter duas personas enumeratas in d. l. vꝫ pupillo & fatuo, quia isti non possunt dici proximi vel attinētes, q̄ approbant hic communiter Mod. quia ad illa iura dicimus, ꝙ ibi postulatio fit nomine alieno. i. illius, pro quo postulatur. hæc autem accusatio fit nomine proprio, vnde facilius est permittere ꝙ aliquis nomine alterius de ipsius volūtate ducat ius illius in iudicio, q̄ ꝙ nomine ꝓprio pro iniuria illata alteri experiatur
14 siue accuset, †vnde actio iniuriarum non competit nisi pro pauciissimis personis, de quibus in l. j. in fi. cum. l. seq. ff. de iniur. Vel potest dici ꝙ ibi loquitur de aduocante pro altero, quod est longe minoris præiudicij aduersario, q̄ ꝙ quis possit accusare. Et ad uerte diligenter, ꝙ licet Bar. in terminis istam. q. non tangat, tenuit tñ sententiam Host. in effectu, quæ fuit fere opinio gl. in l. si fœmina. C. ad Turpil. in l. fi. ff. de priua. delict. vbi dixit ꝙ pro crimine priuato potest accusare pullatus & etiam ꝓsanguine², qui non potest cogi testificari inuitus, iuxta l. 2. ff. de accu. Illud etiā scias, ꝙ licet Bar. in l. 3. §. si tutor inimicus. ff. de suspe. tut. videatur sentire, ꝙ iniuria facta vni ex consanguineis vere sit facta toti congregationi maxime vbi est consuetudo ꝙ omnes cōsanguinei capiant arma tanquam offensi, alibi tamen dicit, & nota,
15 † ꝙ proprie offensa alicui, non dicitur facta eius consanguineo etiam fratri, licet intersit fratris vel consanguinei, illā offensam vindicare, primum probatur in d. l. j. in fi. cum l. sequen. ff. de iniuri. vbi patet ꝙ non competit fratri actio iniuriarum vel consanguineo pro iniuria illata consanguineo. secundum patet in l. 3. cum l. sequen. ff. de lib. causa. vnde si aliquis sub pœna promittit, aliquem non offendere & offendat fratrem, non incidit in pœnam, quia ipse non dicitur offensus. proprie intellige, ita consuluit Dy. & refert & sequitur Bar. in l. si ita stipulatus. §. Grisogonus. in vlti. q. ff. de verbo. oblig. quod dictum Bald. reputat no. & sequitur in c. j. §. similiter. in titu. quibus mo. feu. amit. dicitur tñ frater vel cōsanguineus largo modo offendi & iniuriari, & ideo ī tali causa licitè ciuiliter repelleretur a testimonio ꝓtra regulam positam in l. parentes. C. de testi. & in c. literas. j. de prę sump. ita tradit singulariter Bar. in l. lex Cornelia. in princi. ff. de iniu. & per hoc sit expedita ista decretalis.

SVMMARIVM.

1 *Causarum genus quotuplex sit.*
2 *Causæ spirituales ad instar temporalium, siue ciuilium tractantur.*
3 *Ius ciuile in foro canonico seruatur, vbi non contradicit canoni, circa decisoria & ordinatoria processus.*
4 *Dilationem ad obtinendam impedimentum solo iuramento probatur.*
5 *Productio triplex sola non concurrente alia, an quartam impediat non seruata certa solennitate, & quid aliud. nu. seq.*
7 *Renunciatio absente parte facta in iudicio quando valeat.*
8 *Conclusio in causa, an excludat ius, quod sibi quis competere ignorabat.*
9 *Iudex, si concedit quartam productionem, non seruata solennitate, an valeat productio testium parte non appellante.*
10 *Nullatenus, dictio quid importet. & an actum esse nullum ipso iure, semper importet. nu. 16.*
11 *Iudicis officium, si non excluderetur termino, sed actio, tolleretur actio ipso iure.*
12 *Productionem quartam concedit tex. in corpore, in ver. si vero, sub conditione si solennitas fuerit obseruata.*
13 *Conditio ex sui natura finalem causam importat.*
14 *Processus an valeat, si satisdatio omittatur ab eo, qui ex statuti forma non debet audiri, nisi primo præstet satisdationem.*
15 *Consentit actui tacite, qui non contradicit, vel contradicens non appellat.*
17 *Productio quando valeat, non solum parte præsente, & non contradicente, sed etiam citata, & non comparente.*

CAP. XV.

DE causis. Quarta dilatio non debet concedi, nisi cum solennitate legali; de qua in c. vltra tertiam. j. eo. & publicatis dictis testiū potest publice super ipsis disputari. Vel sic, secundum aliam lec. In eadem dilatione non debet fieri dilatio quarta sine
1 solennitate, de qua. s. No. primo, †ꝙ duplex est genus causarū. s. causæ ciuiles & causæ ecclesiasticæ. & potest ista differentia exponi dupliciter. vno modo vt causæ ecclesiasticæ dicantur pertinentes ad forum ecclesię, causa ciuilis ad forum seculare. secūdo, vt causæ ecclesiasticæ dicantur causæ spirituales vel crimina les. Causæ ciuiles sunt illæ, quæ sunt super rebus profanis siue tēporalibus, de quo vide plenius per gl. 11. q. j. in fum. No. secun-
2 do, †ꝙ causæ spirituales debent tractari ad instar causarum temporalium siue ciuilium. facit per locum a speciali, tex. in cle. dispendiosam. de iud. & in c. literas. s. de iur. ca. No. tertio, & tene-
3 menti, †ꝙ non solū in decisionibus vel circa decisoria, sed etiā circa ordinatoria processus ius ciuile seruatur in foro canonico, vbi non contradicit canoni, de quo in c. j. j. de ope. nun. & in l. priuilegia. C. de sacrosan. ec. per Bar. In gl. posita super verbo, tertia. ibi, vel dic ꝙ tertia productio. ad intellectum istorum iurium tenenda est lectu. Bar. quam hic sequitur d. Abb. & q̄ posuit in auct. at qui semel. C. de proba q̄ declara, vt hic tradit do. Abb. qui etiam ostendit ꝙ tex. in corpore non potest intelligi de pluribus dilationibus duplici ratione. prima est, qa tex. iste simpliciter negat quartam productionem pro quarta dilatione, nisi seruetur solennitas, de qua in gl. & sic vr̄ hāc negare intelligēdo quartā productionē pro quarta dilatione simplr & indistincte. sed hoc non esset verū, neque posset concedi, vbi in prima secūda & tertia nulli testes essent producti, tunc enim non haberet quis iurare ꝙ nō vidit dicta testium, cum nulli fuerint examinati, ergo sequitur ꝙ tex. iste non potest intelligi in quarta dilatione. sed huic rationi respondetur breuiter, ꝙ tunc requiritur illa solennitas in quarta dilatione, quando testes prius fuissent recepti. Nec ob. iste tex. qui simpliciter & semper videtur requirere
a hanc solennitatem, cum petitur quarta dilatio, [a]quia iste tex. refert se ad dispositionem iuris ciuilis, in qua expresse cauetur de testibus prius receptis. vnde quicquid dicitur in illa, videtur repetitum in ista, vt l. pe. C. de insti. & substi. & l. si ita scripsero. de condi. & demon. Secundo mouetur, quia in concedendo quartam productionem, tex. non requirit nisi ꝙ aliquis iuret se fuisse impeditum, quod non esset verum in quarta dilatione, quia nedum in quarta secunda & tertia debet probari impedimētū, secundum gl. in l. fi. ff. de feri. & videtur probari in tex. d. l. fi. Sed ad hoc respondet Inno. hic & ad tex. in corpore cum dicitur, ꝙ iuramentum est supplendum, ꝙ & alirer fiat probatio impedimenti, & cum hoc pars iuret, sed istud est diuinare ad literā. Vnde tu potes dicere melius, secundum ꝙ dixit Spec. in titu. de dila. §. j. versus finem. & sequitur Bal. in l. j. C. de dila. † ꝙ impedi-
4 mentum probatur per solum iuramentum quo ad dilationem obtinendam, ex quo non agitur de magno prędiudicio. & hoc tenet Bar. post Ia. de Are. in l. 2. §. quod diximus, vel. §. seq. ff. si qs cau. & si illa doctrina esset vera, quæ videtur esse communis vt vides, tollitur istud argumentū. immo potest dici, ꝙ ꝓ illa communi opi. est casus in istis iuribus, ꝙ tamen ista iura intelligant de productione proprie sumpta, & non de dilatione, sicut tenet Bar. & do. Abb. est verum, quia hoc est magis de mente literę, in
5 d. §. quoniam. †sed reuocatur in dubium, vtrum sola triplex ꝓductio alia nō cōcurrente impediat quartā productionē nō seruata solēnitate, de qua hic. super quo Doc. dicūt cōmuniter ꝙ sic. sed hoc vr̄ contra tex. clare in corpore in d. §. qm̄ vero. ver. si vero. vbi tria videntur requiri, vꝫ ꝙ fuerit renunciatum testibus, & ꝙ fuerit facta triplex productio, ꝙ pars aduersa didicerit testificata testibus sibi editis, & hunc intellectum fatetur Barto. esse verum in d. auth. at qui semel, in duabus quæstionibus, vꝫ quādo quærit, vtrum sola renunciatio impediat testium productionem: & in alia quæstione cum quærit, vtrum sola publicatio impediat productionē, nam fundat se per tex. in ver. si vero. ꝙ non omnino impedit productio illis duobus ꝓcurrentibus, & sic manifeste intelligit illum ver. quando erant publicati testes mō,

quo

ADDITIO.

2 V. IN. GOD. De secunda dilatione quando peti debeat, ad probandum. & ex quibus causis & quid si sine causa petatur an deat concedi Alex. cons. 101. visis omnibus, nu. 1. 2. & 3. lib. 5. & uide Aufr. in Decil. Tholos. 106. & de dilatione probatoria quod sine citatione assignata non valeat nec sufficiat notificatio secus autem in expectatoria Rui. cons. 61. num. 5. & 24. lib. 5. Adde multa tradita per Marant. de ord. iud. in tract. de dilat. ubi quomodo & quando dari possint, sub. nu. 1. 2. 3. & 4. cum aliis vsque ad nu. 28.

quo dixi&, renunciatum testibus. Secundo hoc videtur probari ex tex. in d. ver. si vero. in fi. vbi tex. dicit, ꝙ in casu quo ibi permittitur quarta productio ante illam l. non poterant modo aliquo testes produci secūdum ius vetus, sed hoc erat falsum, vbi non concurrebat nisi trina productio, quia qđnon cōcedatur quarta inducitut per illam. l. & quia nulla regula iuris obstabat huic productioni, dummodo fieret in eadē dilatione: ergo manifeste patet, ꝙ tex. non loquitur, nisi in casu, in quo olim erat ꝓhibita productio, vt nunc admittatur cum certa solennitate, ergo non debet extendi ad casum, in quo olim non erat prohibita productio, quia si fieret extensio, sequeretur duplex absurdum. primum, quia cum illa l. sit inducta ad tollendum prohibitionem, operaretur ꝯrium effectum, quia induceret prohibitionē in casu præmisso, ꝯ regulam positam in l. cum tale. §. fi. & quod ibi habetur, de cond. & dem. & quod hr̄ in l. qui res. §. fi. ff. de solu. Secundo, quia non est dubium, ꝙ cum quarta productio ꝓhibeatur in illo casu propter timorem subornationis & supitionem, vt si quis didicerit testificata, vt patet ex forma iurī, non vr̄ esse eadem ratio ista præsumendi, quando solum fuit facta trina productio, sicut quando vltra hoc fuit renunciatum testibus & altera pars didicit testificata, siue habuit copiam testium, ergo non debuit fieri extensio, vt probatur in d. §. quoniam vero. in prin. iuncto ver. si vero. vbi patet, ꝙ quia non est tanta ratio supitionis præsumendæ, quando non concurrunt tria, quę ponūtur in prin. tex. sicut qñ alterum ex ipsis deficit, non prohibetur quis producere testes in secundo casu, sicut in primo. ad hoc ēt facit regula, quæ vult ꝙ in materia exorbitanti, vbi non est eadē ratio, non fiat extēsio, vt l. lege Iulia. §. hoc caput. ff. de ritu nup. sed prima absurditas est fortior & subtilior, vnde attento tex. in corpore de iure ciuili non videtur posse sustineri ista opin. communis, sed videtur esse vera communis opi. dum dicit ꝙ tria debent concurrere, videlicet trina productio, renūciatio testium, & ꝙ pars aduersa habuerit copiam testium. Tu aūt adde quar-
6 tum, ꝙ reperitur tex. in corpore, † videlicet, qñ pars aduersa cum iudice de dictis testium disputauerit, & est saltem rationabilis qualitas, quia cum disputatio, quæ fit cum iudice, possit intelligi ꝙ fiat publice ad tribunal, vbi præsumitur esse multitudo hominum, vt in l. in donationibus. C. de dona. facilius potest pars, quæ produxit testes, discere testificata per plurimos, q̄ interfuerunt. & ista opi. videtur esse verior de iure ciuili, sed antequam determinem oppono ꝯ ipsam, quia si fuit renunciatum testibus, sola renunciatio vr̄ præcise excludere volentem testes ꝓducere, vt in c. cum venissent. & in c. de testi. j. eo. cuius ꝯrium dicitur in d. ver. si vero. Bar. respōdet in d. auth. at qui semel. ꝙ ideo renunciatio non impedit ꝙ producēs volebat producere testes, quos ignorabat se posse producere tempore renunciationis. vnde renunciatio non trahitur ad ignorata, vt l. mater decedēs. de inoff. testa. sed hoc vr̄ ꝯ tex. in corpore, in ver. si vero. circa fin. in verbo, testimoniis denunciatis. sed gl. exponit vno modo. s. quibus iudex denunciauerat vt testificarentur, & illa vr̄ melior expositio, quia alia extorquet literam, & sic patet ꝙ denunciatio non nocet etiam in his, quos sciebat se posse producere. Vnde tu potes soluere aliter & melius, ꝙ ibi renunciatio nō fuit facta parte præsente, vnde non valet quo ad effectum exclusionis, valet tn̄ quo ad accusandum suspitionem, ne quis didicerit testificata iuncta cum alijs adminiculis, & s̄m hoc approbaretur ibi
7 elegans doctrina Bar. in l. postquam liti. C. de pac. qui dixit, † ꝙ renunciatio facta parte absente in iudicio, non valet nisi iudex recipiat eam pro parte. contrarium tamen tenuit, & non bene, in l. non solum, §. si liberationis verba. ff. de libe. lega. Ex dicto tamen Bar. no fingulariter, † ꝙ conclusio in causa non solum nō im pdit allegationem iuris, q̄ oritur de nouo post conclusum in causa, vt pulchre scripsi in c. quoniam contra. s̄. de proba. sed etiam non excludit ius, ꝙ prius competebat, quod tamen quis ignorabat sibi competere. Contrarium tamen tenuit Bar. in terminofortiori. s. in iure orto de nouo in l. si mater. §. eandem. in vltimis verbis ff. de excep. rei iudi. & Io. An. no. in c. j. s̄. de mu. peti. & sequitur Io. Cal. & d. Abb. Moder. in c. cum dilectus. s̄. de ordi. cogni. vbi volunt ꝙ exceptio suspitionis superueniens post conclusum in causa non possit allegari, de quibus doctrinis dixi in d. c. quoniam contra. Et contrarium tenet do. Anto. in d. c. j. & Bal. in l. cum propria. C. si quisalteri, vel sibi. Sī tamē velles tenere dicta Ioan. And. & Batro. in d. §. eandem quòd loquuntur in quæstione in causa vniuersali, quæ fortius excludit quàm particularis conclusio facta super testibus siue renuncia. sed hoc non bene probatur iure. nam aut falsa esset ista doctrina Bar. hic, aut illa quam posuit in d. §. eandem, de quo dixi plenius in loco allegato. & quantum pertinet ad principalem articulum, de quo quæritur, licet illud quod dixi sit verius de iure ciui. de iure tamen canonico videtur esse declaratum ꝙ sola triplex productio alio non concurrente non per istum tex. neque per tex. in c. vltra tertiam. j. eo. quia cum ista se referant ad ius ciuile, videtur posse intelligi secundum ipsum, sed per tex. in c. significauerūt. circa medium. ibi, vt publicatio fieri iam deberet. vbi patet ꝙ in terminis illius decretalis quarta productio petebatur cum adhuc non essent publicati testes, & sic pars aduersa non poterat habuisse copiam testium, & tamen non conceditur nisi cum solennitate requisita a iure. & qua ratione non curatur ibi de publicatione, sed attenditur sola triplex productio, eadem ratione non videtur curandum si non præcessit renunciatio, maxime quia lex ibi non dicit ꝙ fuisset renunciatū. & quia tex. in corpore in ver. si vero, plus videtur se fundare in copia facta parti aduersæ de testibus quā in renunciatione, cū alterum dicat expresse, alterum tacite, per coniunctiuam præcedentis §. & quia de hoc fuit dubitatio inter Doc. iuris ciuilis, immo est communis opi. ꝙ sufficiat tertia productio sola ad impediendum quartam, ideo staretur etiam in foro seculari huic declarationi, iuxta c. Raynucius. & c. Raynaldus. j. de testa. Secūdo adde dictis Doctorum in ista materia, inquantum Inn. vult
9 hic no. & sequūtur hic communiter omnes, † ꝙ si iudex cōcedit quartam productionem, non seruata solennitate, valeat productio testium parte non appellante, quod tenuit etiam Bar. in dicta auth. at qui semel. & in l. fi. ff. de feri. quod istud videtur satis dubium. primo quidem, quia pars videtur esse prohibita ab hac quarta productione, nisi seruata solennitate. i. præstito iuramento. sed in tali casu productio facta videtur nulliter fieri, vt est casus in c. pastoralis. j. de excep. in verbo, nullatenus. vbi patet ꝙ qui vult opponere exceptionem post lapsum termini, nō potest hoc facere nisi prius iuret ꝙ exceptio de nouo venit ad notitiam ipsius. & sic prohibetur hic non simpliciter, sed secundum quid, vt in casu nostro, & tamen admissio exceptionis est
10 nulla ipso iure, vt si fiat non præstito iuramento. hoc probat̄ † ex dictione, nullatenus, quæ importat actum esse nullum ipso iure, secundum gl. no. in auth. si qua mulier. C. ad Velle. de. quo dixi in c. licet causam. s̄. titu. j. in simili. q. ad idem facit tex. in l. scire oportet. §. consequens. ff. de excu. tu. vbi probatur ꝙ aut iudicis officium debet impetrari. j. terminum, tunc post lapsum termini non audiatur impetrans, etiam si iudex eum admittat,
11 licet forte valeat iudicium & sententia, † si nō iudicis officium, sed actio excluderet̄ termino, etiam si tolleretur actio ipsō iure. & potest esse ratio differentiæ quia actio fundatur in parte. vnde licet pars excludatur a iure agendi, non tn̄ propter hoc ligatur potestas iudicis, quin possit admittere partem agentem de facto, vt l. cum putarem, cum materia. ff. famil. er. & pulchre per Moder. in l. si Titius. ff. de verb. ob. sed iudicis officium principaliter radicatur in iudice, iuxta ea, quæ tradit Bar. in l. vnica. ff. de condi. ex l. vnde si tollitur per lapsum termini iudicis officium, videtur ꝙ ligentur manus iudici, & postea nihil possit agere, ēt si velit. Tertio hoc confirmatur, quia tex. in corpore in ver. si vero concedit quartam productionem
12 † sub conditione, si prædicta solēnitas fuerit obseruata, ergo videtur quod ista solennitas sit substantialis, vt dixit singu. Bal. in auth. matri & auię. C. quando mul. tu. offic. fungi potest. ꝙ videtur esse rationabile, †
13 quia conditio ex natura sui importat causam fina. vt l. 2. §. fi. & quod ibi ple. ff. de dona. omissio autem solennitatis substantialis reddit actum nullū, vt in c. j. cum multis alijs. de reb. eccle. nō alie. in 6. ergo videtur ꝙ omissio productionis sit nulla ipsō iure. cō firmatur ista ratio, quia solennitas præcedens actum, tunc dicitur esse substantialis ita quod eius omissio reddit actum nullum, quando ipsa omissio substantialis actus posset aliter se habere, & multo fortius, si esset probabile, quod dispositio aliter se haberet, ita tradit no. Barto. in l. j. §. si plures. in penul. char. ff. de exerci. sed si petens quartam productionem non iurat, vt ius disponit, verisimile est quod iudex non concedit quartam productionem propter timorem subornationis. ergo ista solennitas non videtur esse substantialis, & per hæc quæstio redditur multum dubia, nec video quomodo Barto. verum dicat in d. authenti. at qui semel, tenendo istam opinio. dum dicit, quod valet quarta productio, quia hoc non reperitur prohibitum. si enim conceditur sub conditione, si seruetur ista solennitas, intentio legis est quod vbi non seruetur, inducatur prohibitio, & maxime quia, vt dixi, text. præsupponit ibi finem, quod olim quarta productio erat prohibita. vnde si permittitur sub conditione, sequitur quod vbi non adsit conditio, remanemus in prohibitione veteri. pro ista quæstione optime facit, quod singula. ponit Iaco. But. & Bald. in l. si tutor. in vltim. quæst. C. in
14 quib. cau. in integ. restitu. non est necess. vbi voluit, † quod si ex forma statuti aliquis non debet audiri, nisi primo præstita satisdatione, & omittitur satisdatio, non valet processus ipso iure. Pro veritate huius articuli confidera, ꝙ aliquando verba dirigūtur ad iudicem, abnegando potestatem faciendi actum, vt si lex vel statutum dicat, iudex non possit, & tunc Bar. videtur sensisse in l. j. C. de dila. & in l. fi. ff. de feri. ꝙ actus sit nullus ipso iure. & potest esse rō, quia ex quo negatur potestas, aut tollitur iurisditio, aut suspenditur. Et ideo nō vr̄ actus valere, ēt si pars ꝓtradicat hoc tn̄ nō firmo pro nunc, vtrum sit verū, sed dic vt diximus

in c.licet cauſam.s.tit.proxi.in illo articulo, vtrum probatio facta poſt terminum ſit nulla ipſo iure. & quamuis illa non ſit q̃ſtio Bar.in d.l.j. poſſunt tamen ibi notata adduci in aliam q. aliquando verba prohibitiua non diriguntur ad iudicem, ſed ad partem.exemplum in caſu noſtro, pars non habet licentiã producendi teſtes poſt tertiam productionem,vel non poteſt:vel ſi diriguntur ad iudicem,nõ ſunt abnegatiua poteſtatis: ſed dicit lex vel ſtatutum,iudex non concedat,vel nõ admittat,vel ſimilia,quæ verba in effectu idem important q̃ iſta verba,pars non audiatur,vt probat tex.valde no.in d.§.conſequens, iuncto §.j. eiuſdem l.& in his duobus caſibus eſt dicendum,ſecundum cõmunem ſententiam Docto. in quæſtione noſtra, q̃ ſi probatio fiat vel propoſitio eius, quod prohibetur parte non contradicente,vel ſi contradicit non appellante, valet actus & tenet probatio.caſus eſt no.& clarus in cle.conſtitutionem. §.fi.de elect. iuncto c.vt circa,eo.tit.lib.6.dicitur enim in c.vt circa.q̃ ille,qui appellat ab electione facta,debet exprimere ante omnia caſus, cur impugnat electionem,debet etiam iurare q̃ credit cauſas illas eſſe veras,& iſtis omiſſis,vel altero eorum, non poteſt causã non expreſſam proſequi in appellatione,vel probare, vel causã expreſſam,ſuper qua non ſit iuratum.modo dicit tex.in d.§.fin. q̃ ſi omittitur altera ex his ſolennitatibus & pars non contradicit, valet probatio facta ſup exceptione,& ſic patet quòd actus
15 non eſt nullus ipſo iure,niſi pars cõtradicat & appeller.†dicitur enim aliquis tacite conſentire actui,vel ſaltem ficte, qui vel nõ ꝺicit,vel contradicens non appellat,vt no.declarat Innoc. in c. quod ad conſultationem.j.de re iudi.Non ob.tex. in c.paſtoralis,de exce.†quia dictio,nullatenus,[a] poſita in text. non ſemper
16 a importat actum nullum ipſo iure,ſed aliquando non probat actum non valere ſecundum ſubiectam materiam.tex.eſt no.cũ gl.j.q.j.c.pueri.in verbo,nullatenus.ſicut videmus q̃ dictio, penitus,quæ aliquando importat actum nullum ipſo iure, vt eſt tex.no.in l.ſolutum.§.ſi forte.verſus fi.ff.de pign.act.iuncta l.ſi non ſortem.in prin. ff. de condi. inde. & tamen aliquando non importat actum nullum ipſo iure, ſecundum glo. no. in c. Romana.§.caueant de ſen.excom.lib.vj. Non ob. text.in §.conſequens,quia vel poteſt dici,q̃ ibi lex vltra proceſsit ad actum annullandum,vel q̃ ibi pupillus,in cuius fauorem inducitur excuſatio, non poterat tacendo, vel non comparendo præiudicare iuri ſuo,ſed prima ſolutio magis placet.Non obſt.tertia reſponſio.s.adducta,videlicet q̃ iſta videatur eſſe ſolennitas ſubſtantialis cuius omiſsio reddit actum nullum.Ad hoc eſt dicendum,q̃ cum iſta ſolennitas & prohibitio ſit appoſita parti, debet operari reſpectu ſolius actus partis. vnde ſi iudex non velit partem admittere, repelletur pars totaliter, ſed reſpectu actus iudicis, cui non apponitur iſta ſolennitas, non debet tãtum operari,vt eius omiſsio reddat actum nullum. Sed iſta ſolutio nõ videtur ſufficiens, quia ex quo productio teſtium pertinet ſimul ad partem, ſicut ad iudicem, videtur q̃ actus debeat eſſe nullus,ex quo reperitur commiſſa in actu perſonę prohibitę, vt in c.cum ſuper. s.de offi.dele.nam dicit melius, q̃ iſta ſolennitas videtur inducta fauore partis aduerſæ,cui pars tacendo & non contradicendo videtur renunciare, vel ſaltem ficte, quia eſt quid ſibi imputetur,cur non contradixit,& ideo valet actus.Iſta ſolennitas probatur formaliter in text. & quod ibi no. Barto. in l. quamuis.ff. de in ius voc. vbi patet, q̃ licet patronus non poſsit vocari in iudicium non petita venia,valet tamen iudicium,ſi eſt præſens & non contradicit: ſecus ſi ſit abſens, & eſt ratio primi dicit ſecundum Barto. ibi,quia patiendo ſe conueniri, videtur renunciare huic ſolennitati. Nec ob. præmiſsis, quod dicitur in c. ſi diligenti.s.de fo.compe.q̃ iuri introductiuo formæ vel ſolennitatis non poteſt renũciari, quia illud intelligitur ab eo, qui habet ſeruare formam,vel ſolennitatem , ſed non ab eo in cuius fauo
17 rem inducitur forma. † Intelligo autem, q̃ in quæſtione noſtra productio valeret non ſolum parte præſente & non contradicẽte,ſed etiam parte citata & non comparente,eſt.n.eadem ratio. ex quo.n. ſciebat quartam productionem fieri & non comparuit,vt contradiceret,eſt quid ſibi imputetur.Non ob.tex.in d.l. quamuis, quia ibi non valet proceſſus in abſente eo, quia citatio erat nulla & citatus non tenebatur comparere, vt l. i. §. Offilius.ff ne quis eũ,& ideo non eſt quid ſibi imputetur. Et quia Bart.in d.auth.at qui ſemel,in primo membro ſentit & ſingulariter,q̃ vbi pars prohiberetur producere teſtes, vel iudex non admitteret per verbum omnino, tũc productio ſit nulla ipſo iure. de hoc,vtrum ſit verum,dicetur in c.fraternitatis.j.eo. Illud etiã ſcias q̃ Bal.& Saly.in d. auc. at qui ſemel, volunt expreſſe q̃ ſi a prin. ſunt nominati plures teſtes, & poſtea feci quoſdam ex ipſis examinari primo,ſecundo & tertio loco,diuerſis vicibus,tũc admittatur quarta examinatio nominatorum, nec habeat locũ tex.noſter.ꝯrium eſt verius,vt.s.dixi,quod tenet Bar.in d.auc.at qui ſemel,expreſſe,& idẽ do.Ab. hic tenet, qa eſt eadẽ rõ & idẽ timor ſubornatiõis vel paulo minor:tũ quia tex. hoc probat in corpore ſm vnã expoſitionẽ gl. in ver.denunciatis teſtimonijs.

ADDITIO.

a VIN. GOD. De iſta dictione nullatenus, tractatur per Fel.in c.in cauſa. de teſti.in fi.2.col.& in c.Rodulphus.de reſcr.col.28. uerſ.verba latæ ſententiæ, nu.50.& in c.paſtoralis.de excep.in c.cum acceſſiſſent.nu.10 de conſt. uer.in apoſt.aliqua adducuntur.Vide latius per Rui.conſ.10.nu.11.lib.2. q̃ dictio, nullatenus,habeat ſignificationem modi,& temporis.Et eſt vniuerſalis negatiua,& exponitur,ideſt nullo modo,Rui.conſ.30.nu.9.lib.5.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio in vniuerſitatem,an & qualiter fieri poſſit.*
2 *Actuum pluralitas,quando præſumatur.*
3 *Teſtes producti a diuerſis partibus ad concordiam reducantur, non ſolum vt fugiant reatum periurij,ſed vt probent. & nu.ſeq. Et quid quando interpretatio,quæ fit ſecundum communem vſum loquendi, aliqua coniectura iuuatur. nu.13.& 14.*
5 *Teſtis interrogatus de ætate,dixit quod Titius maior ſit 25.an. ex aſpectu,poſtea interrogatus qualis ſit iſte,dicit ſe neſcire,an ſit contrarius.*
6 *Teſtis aſſerens ſe nihil ſcire,ſi poſtea dicat de prædictis formam publicam eſſe,an ſit contrarius,& an ſit ei fides adhibenda.nu.ſeq.*
8 *Teſtes plures,ſi vni contradicunt,quomodo credatur.*
9 *Teſtes nunquid ſunt reducendi ad concordiam vt probent,quando plures contradicunt pluribus.*
10 *Notarius omittens aliquid ex dictis teſtatoris,potius erraſſe,quam falſum incidiſſe præſumitur.*
11 *Inſtrumenta duo eiuſdem temporis ſi producantur, quorum vnum maiorem ſummam altero contineat, quomodo ad concordiam reducantur.*
12 *Teſtes producti ad reprobandum inſtrumentum Ferrariæ factum, dicentes Titium illa die alibi fuiſſe,non concludunt neceſſario,niſi tota die dicant.*
15 *Dictio ante,& dictio poſt,quomodo exponuntur.*
16 *Præſumptio ſufficiens eſt quæ uenit a communiter accidentibus.*
17 *Actoris probatio,an prænaleat probationi rei.ſi actor plene probauit per duos teſtes,reus autem per vnum,totum oppoſitum.*
18 *Probationes,quando ſunt pares,quomodo iudex cui parti vult poteſt adhærere ſi pro actore,vel pro reo vult ferre ſententias.nu.ſeq.*

CAP. XVI.

1 CVm tu. Præſumitur multiplicatio actuum, vt teſtes euitent crimen falſi, & etiam ad finem probandi id, quod eſt deductum. h.d. ſecunda ibi, cũ conſtet.tertia ibi, nos.No.j. † q̃ quãuis ex communicatio non poſſit fieri in vniuerſitatem, quia perſona ficta non poteſt ligari,vt in c.ſi ſententia.de ſen.excom.in vj.poteſt tamen fieri in omnes de vniuerſitate ſingulariter, ſicut fuit hic factum,quia fuerunt excõ municati omnes & ſinguli canonici eccleſiæ,de quo dic,vt in c.Romana.§.in vniuerſitatem.de
2 ſen. excommu.in vj. No. ſecundo,q̃ licèt regulariter pluralitas actuũ non præſumatur,vt in c.in præſentia, & ibi no. s.tit.prox. hoc tamen fallit, quando teſtes deponentes ſuper actu, eſſent contrarij,quia præſumeretur multiplicatio.ad idem tex.in c.cũ Ioan.j.de fi.inſtru. & idem eſt dicendum, ſi teſtes producantur ab eadem parte, vt ſimiliter fiat concordia per multiplicationẽ actuum,vt dixit glo.no.3.q.9.c.nihilominus,& 4.q.3.c.ſi teſtes. vnde dixit Guil.no.hoc tenens in ti. de teſte.§.iam de interrogatorijs. ver.q̃ ſi vnus, q̃ ſi aliquis p quatuor teſtes probauit adulterium cõmiſſum in duobus locis, verbi gratia per duos in vno loco & duos in alio,dicetur probatum duplex adulteriũ,de quo dicetur plenius in apparatu glo. quod autem dixi q̃ præſumitur per multiplicationem actuum, intelligendum eſt niſi conſtet de vnitate actus,vel per confeſſionem partis, vel ex identitate temporis. de primo eſt caſus in c. cum Io. præallegato. de ſecundo eſt glo. in d. c.nihilominus, quæ dicit q̃ ideo teſtes non potuerunt reduci ad concordiam, quia quamuis deponerent de diuerſo loco, deponebant tamen de eodem tempore, vnde impoſſibile fuit ipſos deponere, niſi de vno actu. Tu autem aduerte quo ad præmiſſa, quod quando teſtes deponunt ſibi contraria, nec apparet quod deponant de diuerſo loco vel tempore, tunc proprie habet locum præſumptio multiplicationis actuum, de quo in tex. ſed quando teſtes deponunt de diuerſo loco vel tempore,tunc non eſt locus præſumptioni,quia formaliter & neceſſario apparet, q̃ deponunt de diuerſis actibus propter diuerſitatem dictarum qualitatum,ſecundum Bart.q̃ hoc declarat in l.denunciaſſe.§.quid ergo.ff.de adulter.& in l.is,qui reus.ff.de pub.iudi.facit optime glo.no.& quod ibi per Bald. in l.prima.C.qui accuſa. non poſ.& ideo glo.in cap.nihilominus. non facit ad propoſitum text.noſtri, ſed melior eſt glo. in dicto
a cap. teſtes. Nota tertio, quod teſtes [a] producti a diuerſis partibus

ADDITIO.

a VIN. GOD. Adde,q̃ teſtes dicuntur ſatis concordes ſi in facto principali & ad eundem finem concordãt, licet unus pluſquam alter in facto deponat, & modice contradicant, Rui.conſ.1.num.5.lib.3. & teſtes deponentes vnus plus alio probant in eo,in quo ſunt concordes, nec ſi in modico ſint contrarii reprobantur in eo,in quo concurrunt,Rui.conſ.19.nu.13.lib.4.

bus reducuntur ad concordiam non solum vt fugiant reatum periurij,sed vt probent,q patet,quia pronuncietur hic excommunicationem non tenere,q non potuisset pronunciari nisi ꝓbatum esset q sententia erat lata post appellationem. Nec obstat q sentit glossator in glo.magna,q ideo declaratur hic sentẽtia nulla,quia isti canonici erant rei. quasi sentiat q ex quo archiepiscopus erat actor,incumbat sibi onus probandi,q sentẽtia erat lata ante appellationem,quod ego non credo, quia cũ regulariter sententia excommunicationis liget, si probatur seruata solennitas requisita a canone,vt in c.sacro.j. de sent.excõ. immo etiam ligat non seruata solennitate,sequitur q hic archiepiscopus non habebat necesse allegare tempus ad fundandã intentionem;suam,sed potius allegatio temporis erat fundamẽtum intentionis ipsorum reorum: ergo debuit ab ipsis probari, licet reis. vtrunque istorum probatur in c.in præsentia. & ibi ꝑ Modernos.s̃.tit.j.& colligitur ex his,quæ tradit Bar.in l.non solum.§.sed vt probari.ff.de no.ope.nun.& in cle.fin.de rescript. vnde quicquid dicat glo. ista conclusio probatur in hoc text. in gl.vnica,posita super verbo,benigne.diffuse traditur hic per do. Ant.&|Moder. quomodo testes possint reduci ad concordiam, vt probent, vel vt euitent falsum, in qua materia pauca sunt addenda & succincte.& vt habeas remissiones,plene de ista materia posuit Bar.in l.2.§.creditum.ff.si cert.pet.& in l.in insulam. §.j.ff.solu.matr.vbi per Io.de Imo.in l.j.iuxta fi. C.de vsufruc.& in l.Gallus.§.ille casus.ff.de libe.& posthu.& in l.inter stipulantem.§.j.de verb.obl.& aliquid tetigit in §.quibus. in prima constit. C.& in l.sed & si possessori.§.item si iurauero.ff.de iureiurã. Bal.autem posuit in d.§.ille casus.& no. in c.j.§.fi.in verbo, die lunæ.de pace Constan.& in eo.c.j.§.Opizoni.iuxta finem.& in quantum do.Anto.hic videtur sentire in penul.col. secundum Iac.But.in l.cum de ætate.ff.de proba.q quando vnus testis contradicit sibiipsi tunc possit reduci ad concordiam vt euitet falsum,non tamen vt probet,quod etiam sequuntur Moder. in d.
4 l.2.§.creditum. †Adde,quod potest sustineri vt concordia possit fieri etiam ad finem,vt probet, quia si eadem scriptura reducitur ad concordiam vt faciat fidem,vt est casus in c. inter dilectos.§. cæterum.j.de fide instru.idem videtur dicendum, & in eodem teste,& q scriptura reducatur ad talem concordiam,tenet Bar.no.in l.fi.ff.de condi.indebi.§.idem quæsiit.in exemplo de instrumento,in quo aliquis promittit ex certa scientia, dicẽs se ad infrascripta non teneri ex aliqua causa. suppletur enim ad instrumentum,vt non sit contrarium præterquam ex causa ꝑdicta,& q testis qui videatur contrarius, possit saluari ad fidem faciendam,tenet singulariter Bar.in l. de ætate. in pen. col. ff.de
5 mino.vbi dixit, † q si testis interrogatus de ætate dixit,q Titius erat maior xxv. annis ex aspectu, & postea interrogatus qualis sit iste, respondit se nescire, q propter hoc non videtur contrarius,quia subauditur alias quam s̃. dixit, & ideo probat. idem dicit no.Bal.in simili q.in l.data opera.in 6.char.col.2.C.qui accus.non pos.vbi voluit q si agens facit duo capitula,vnum de ꝯtractu,& aliud de obligatione, & testis interrogatus super capitulo de contractu,dicit vera esse,qa vidit, deinde in cap.de obligatione,dicit se nihil scire, quod nihilominus iste testis probat, nec dicitur contrarius. primo quidem, quia intelligitur dicere se nescire ius obligationis tanquam testis,quia super iure, vt testis non debet deponere. Secundo, quia intelligitur dixisse se nescire,subaudi præterquam id quod s̃.dixi.Cõfirmatur ista conclusio ex his,quæ tradit singul.Guil.in Spe.in tit.de noto.crimi.
6 §.fama.ver.vltimo.vbi dixit,† q si testis interrogatus super capitulis,dixit se nihil scire,& postea interrogatus super publica voce & fama, dixit de prædictis omnibus & singulis esse famam, non est contrarius, quia primo dixit se nescire per sensum proprium:nunc autem dicit se scire per auditum: & hoc tenet Sal. in l.ea quidem.C.de accu.& credo q Bar.tangat in d.§.tormenta.fatendum est tamen, q quanta fides sit adhibenda huic testi,
7 & etiam,† vtrum omnino non sit adhibenda,erit in arbitrio iudicis, qui debebit considerare non solum qualitatem personæ, sed etiam communem vsum loquẽdi.& vtrum faciliter vel difficulter contrarietas possit reduci ad concordiam, & vtrũ testis contradicat sibi incontinenti vel mediantibus pluribus capitulis, quo casu verisimilior est contradictio, vt l.non ad ea.cũ materia.ff.de condi.& demonstr. Aliquando vnus testis contradicit pluribus,& tunc domi.Ant. videtur aliqualiter in forma verborum variare.nam in hoc casu proprie satis clare sentit, q tũc si vnus reducitur ad concordiam, vt probet de altero facto, vel vt de alia re,vel alio iure loquatur, q non probet plene, sed tamen probet quantum probaret vnus testis alias,sed inferius referendo dicta Ioan.And.in addi,Specu.in titu.de teste. §.iam de interrogatoriis. ver.quid si vnus. dicit q si vnus testis contradicit vni,tunc licet reducantur ad concordiam vt euitent falsum, nihil tamen probãt, quod verbum videtur significare q etiam non probent semiplene. sed istud dictum non videtur verum, quia qua ratione quando plures testes contradicunt pluribus & sunt pares numero hincinde, si fiat concordia inter duos testes vterq; eorum probat plene, vt j.videbis, nec contradictio partis eneruat aliquid de fide testium, vt per hoc probatio reddatur imperfecta, eadem ratione idem erit dicendum in probatione semiplena,videlicet vt non diminuatur in aliquo, & hoc credo
8 verum indubitanter,vbi vnus testis contradicit vni,† sed qñ plures contradicunt vni, tunc est maius dubium: quia licet saluet dictum vnius a contrarietate, non tamen potest negari q propter auctoritatem plurium,qui conuincerẽt eum, si deponerẽt de eodem negocio,vt in c.in nostra.j.eo. vacillat fides testis,vnde forte in hoc casu posset distingui vel esset distinguendum,vt s̃.diximus in articulo præcedenti,quando vnus testis est contrarius sibiipsi.Pro præmissa ratiõe facit optime quod ponit Bal.in l.de quibus.ff.de legi.& q plene scripsi in c.cum causam.s̃.titu. proxi.Tertio adde dictis Doct.inquantum tangunt hic, vtrum quando plures testes contradicunt paucioribus, debeant testes reduci ad concordiam, q si quæritur vtrum debeant repuci ad concordiam, vt euitent falsum,sine dubio verior est opi. domi Ant.ex quo ad hunc effectum reducentur ad concordiã, quic. quid dixerit Bar.in locis allegatis,& in d.§.creditum. tum quia ratio huius tex.est vniuersalis,vt.s. fugiant reatum periurij, tum quia facilius excusatur quis a crimine falsi,q admittatur ad probandum aliquid esse,vt l.i.§.inter filium. & quod ibi no. ff. de fal.& hoc tenet glo.4.q.3.§.si testes.& intelligo istud dictum,si ue testes producantur ab eadem parte, siue a diuersis quo ad
9 hunc effectum.†Sed relinquitur pulchra dubitatio, nunquid testes sint reducendi ad concordiam, vt probent quando plures contradicunt pluribus.in quo considera tres casus. nam aliqñ plures contradicunt paucioribus, aliquando plures sibi contradicentes sunt pares numero & diuersis qualitatibus, & producuntur a diuersis partibus, aliquando producuntur ab eadem parte. Et pro euidentia & declaratione articulorum præmissorum videndum est de intellectu decre.nostræ, nunquid siue canonici essent hic rei,siue actores, incumberet eis onus probandi, q fuerunt excommunicati post appellationem interposit̃a. Super quo Hostien. hic & communiter Docto. videntur sentire q non,& etiam glo.nostra, dum dicit q in dubiis pro reo iudicari consueuit, ex quo datur intelligi q canonici non fuerũt hic absoluti ex eo,quia probauerint ipsi intẽtionem suam, sed
a ex eo,quia archiepiscopus non probauit,quia erat actor,[a] q excommunicatio fuerit lata ante appellationem. & hunc intellectum sequitur dominus meus in d. l. secunda. §. creditum. sed istud dictum non est verum de iure,& contrarium dico probari ex isto tex.posito quòd canonici hic essent rei, quia fundat se non super probatione non facta, sed super reductione ad concordiam, & sic super probatione facta. & quòd ille qui dicit se excommunicatum post appellationem, habeat præsumptionem contra se, & semper debeat probare hoc tempus, decidit hoc singula.text.cum glo.in cap.venerabilem.§ fin. in glo.pen. de senten.excommu.lib.6.& tenet notab.Ioan.And.& sequuntur Moder.in cap.si tibi absenti.in nouel.de prẽben.& Bal.proprie in excipiente,in l.fin.§.vlt.C.de appellat.& hoc est,quod dixi in notabilibus,& recte,q prius videbatur esse fundamentum intentionis canonicorum. vnde siue essent actores, siue rei, ab ipsis erat probandum, & hoc multum declarat veritatem articulorum præmissorum. Venio igitur, his præmissis, ad primũ. in quo breuiter dico,quicquid dixerit Barto. & legistæ in omnibus locis,vna cum d.Ant. hic, & Mod.quibusdam, & vna cum glo.in cap.in nostra.infra eodem.& 4 quæst 3. §. si testes. quòd etiam si plures contradicant paucioribus,nihilominus fiet concordia per multiplicationem actus, vel alio modo,vt prædicti testes probant,primo per tex.not.quem allegat hic domi.Abb.in cap.cum Ioannes.infra de fide instrumen.vbi patet,q licet probatio testium in eodem casu esset fortior probatione instrumẽti, nihilominus fieret reductio ad concordiam per multiplicationem factorum, quando non constaret de vnitate actus. & hoc tenet Bal.expresse in l.in exercendis.in j.col.C.de fi.inst. Secundo pro ista cõclusione adduco tex.no.in c.licet causam.ver. per quod.iuncto ver.cum ergo.s̃.ti.j. probant enim ibi testes archiepiscopi plures numero,& meliores,q a lxx.annis & citra,archiepiscopus possederat loca illa cum omni honore,iurisdictione, & districtu. Testes autem Fauentinorum probant, quòd a 50.annis citra,certa seruitia receperat in dictis locis, & declaratur in dictis duobus ver. q per testes Fauentinorum fuit probatum ista seruitia fuisse vsurpata in dictis locis, q non potuisset esse probatum, nisi præsumeretur multiplicatio actuum, videlicet vt eadem seruitia fuissent præstita archiepõ in specie & Fauẽtinis,alia tñ & alia in ĩdiuiduo,& ⅓ pars Fauẽtinorũ nullũ

consi-

ADDITIO.

a VIN. GOD. Adde propterea,q agens ex capite non deducto, quando non obtineat,non obstantibus quibuscunque clausulis in libello appositis, Rota. cons.36.nu.7.lib.3.

consequatur commodum ex ista probatione,ex hoc tamen nō sequitur ꝙ non ostendatur per testes reductos ad concordiam aliquid fuisse probatum. Tertio hoc probatur ratione, quia cū testes deponunt sibi ꝯria, aut præsumuntur deponere circa diuersa:& tunc nullum præsumeretur delictum . vnde cū ex verbis testium vtrunque possit colligi, videlicet vnum & idem factum & duplex factum, præsumetur potius duplex factū quam vnum,quia per hanc præsumptionem euitatur præsumptio delicti, vt l. Titium & Meuium.§.pe.ff.de admini.tut. & quod traditur per Bar.in l.post mortem.ff.quādo ex fac.tut.& in l.gerit. ff.de acq.hære.& in c.j.j.de præsump.vnde ꝺt tex. quem ibi singulariter ponderat Bart.ad hoc,in l.quotiens. §.tantundē. ff.de
10 hære.insti.† ꝙ si notarius omisit aliquid ex dictis a testatore,præsumitur potius fuisse per errorem,q̄ incidisse in falsum. Et ex p̄misso patet,ꝙ non obstat obiectio,cum dicitur, quod non præsumitur pluralitas factorum, vt in c.in præsentia.s.ti.proxi.quia istud est verum, vt dicit hic do. Ant.& rectè,nisi ex verbis testiū interpretando vno modo possit colligi pluralitas,quia tūc præsumetur, vbi per hoc euitatur delictum. Et ex his infertur ad decisionem secundi articuli a fortiori,ꝙ multofortius fiet concordia ad finem probandi,qñ testes hincinde sunt pares,& hoc tenuit Bar.in d.l.Gallus.§.ille casus.& sentit etiam secundum Moder.ibi in l.2.§ creditum.si cer.pet.vbi dicunt no.Moder.ꝙ facilius fit concordia testium in dicto accessorio q̄ in principali.allegant Inn.in c.qualiter.j.de accus.& hoc videtur esse verius, q̄ id quod dixit Bar.in l.j.in fi.C.de vsufruc.& licet Mod.dicant ꝙ cōtrarium etiam tenet Bar.in l.inter stipulantem.§.si Stichum.de ver.obl.dico cum reuerentia,ꝙ ista non est mens Barto.in loco prædicto,sed sensus suus est iste, ꝙ quando subest causa vitandi falsum vel periurium,tunc fiat reductio ꝯrietatis ad concordiā. vtrum autem tunc fiat solum ad hunc finem , an vero etiam ad finem probandi,hoc non declarat ibi Bart. Si autem non subsit causa vitandi periurium vel falsum : tunc ad nullum effectū fit concordia:& sic non intelligit hoc vltimum dictum Bart.in testibus ꝯdicentibus,vt patet ex ll.alle.per eum.Ista conclusio probatur ex tex.nostro inducto subtiliter per me,vt s̄.dixi vltra Docto.quia si testes reducti ad concordiam hic non probarent canonici non probassent hic intentionem suam q̄ tenebātur probare, vt dixi, & sic non fuisset declarata excommunicatio nulla. Secundo probatur ista conclusio in l. Sempronius Proculo. &
11 quod ibi no.ff.de leg.2.vbi patet, † ꝙ qñ producūtur duo instra eiusdem temporis , quorum vnum continet maiorem summā & aliud minorem,reducuntur ad concordiam instra vt probēt, quia in maiori summa inest minor, vt ibi declaratur . Tertio ꝓ hoc adduco gl.no.q̄ ibi pōderat Bal.ad hoc in l.optimam. C.de
12 ꝯhen.& cōmit.stip.quæ dicit no.† ꝙ si testes producti ad reprobandum instrm factum Ferrariæ,dicunt ꝙ illa die Titius erat alibi,isti testes necessario non cōcludunt, nisi dicāt ꝙ tota illa die fuit alibi,quia potest esse ꝙ eadem die fuerit in diuersis locis & ꝙ testes deponant de parte diei,nō de tota.& licet probatio indefinita testis ęquipolleat vni,vt tradit no. Io.in c.auditis.s̄.de p̄.scrip.non tamen æquipollet vt reprobet instrumentū vel alios testes,vt dicit ibi no.Inn. dum vult ꝙ testes reprobantes vniuersalem affirmatiuam præferantur probantibus indefinitam.hoc autem,quod dixi ꝙ fit reductio ad finem probandi,quod est verissimum,quicquid dicat do.meus in d.§.creditum.cuius rationibus satis est responsum per p̄missa, vī esse dupliciter limitandum.primo quidem,nisi sermo in quo testes reducuntur ad cōcordiam, vel possunt reduci fm communem vsum loquēdi interpretatur vno modo, quia tali significatui videtur esse standum,vt in c.ex literis.infra.de sponsa.licet credam sine dubio ꝙ quo ad finem vitandi periurium vel falsum etiam tunc fiat concordia.hoc tenuit Bal.in d.c.j.§.fi. de pace Const. & sentit clare
a in eo.c.Opizoni.Aduerte tamen, quia communis vsus a loquēdi impediens concordiam per varios intellectus sermonis non per testes, qui reducuntur ad concordiam per multiplicationē actuum, quia qñ actus fit semel vel pluries factus hoc nō cadit in cōmuni vsu loquendi, nisi forte probaretur ꝙ qñ dicunt sic, & videntur sibi ꝯdicere, interpretetur ꝙ vere ꝯdicant sibi, & ꝙ non intelligatur deponere de duplici actu, qui communis vsus loquendi magis possit intelligi de stilo, prout accipitur pro obseruantia palatij quam de cōsuetudine . hoc etiam dictum Bal.
13 videtur posse limitari , † nisi interpretatio,quæ fit ꝯ communē vsum loquendi,iuuaretur aliqua coniectura,quæ posset colligi ex qualitate personæ testis, puta quia est forensis & parum conuersatus in loco, vnde præsumitur ignorare communem vsum loquendi,qui seruatur hic,arg.l.fi.& quod ibi traditur. ff. de decre.ab or. fa. Item si communis vsus sit apud peritos solum,vel apud imperitos solum,& qualis sit persona testis, vtrum peritꝰ vel imperitus,vt dixi in simili in c.per tuas.s̄.tit.proxi.& alię cōiecturæ sunt allegandæ, quæ ex testimonio testis vel ex actis colligi possunt,sicut videmus in simili,ꝙ iudex interpretando sententiam suam,posset recedere a communi vsu loquendi ex causa probabili, vt traditur in d.l.ab executore.in princ.ff.de appel. Secunda limitatio & notabilior ad principale dictum, est quando non est multum aliena a verisimili concordia,quæ fit p̄ multiplicationem actuum: tunc procedat quod testes probant & ꝙ
14 s̄.dixi,† sed quando multiplicatio licet esset possibilis, nō tamē esset verisimilis, exemplum si testes probent ꝙ tali die cōtract⁹ factus est Mutinæ , & alij testes dicunt ꝙ eadem die Titius contrahens erat Bononiæ.licet testes necessario non contradicant testibus in hoc casu,quia non est tanta distantia locorum,vt eadem die non potuerit quis esse in ambobus locis , non tamen est verisimile,sed vt plurimum contingit contrarium, & ideo talis p̄batio erit suspecta & ad minus non erit perfecta probatio, nisi aliter iustificetur.ita dicit sing.Bal.referens Nico.Mat. in l.scripturæ.in 2.col. C.de fi.instru.in simili q.de duobus instrumentis factis eadem die diuersis locis,& ita debet limitari glo. no.q̄ s̄.allegaui in l.optimam.C.de contrahen.& commit.stip.& aduerte,quia licet illa glo. s̄. per me inducta bene faciat ad materiam,dictum tamen Inn.in d.c.auditis.non facit,quia probatio indefinita succumbit contra probationem vniuersalem , non quia illa reducantur ad concordiam,sed quia illa est perfectior. Et quòd dixi , testes posse reduci ad concordiam vt probent, siue sint pares,siue dispares numero,intellige etiam si producantur ab eadem parte,vt tenent hic expresse Mod. & d.Abb. licet do. Ant.contra,& non bene,quia si scripturę probant,vt in c.in ter dilectos.§.cæterum. de fi.instrum.in quibus est fortior ratio dicendi ꝙ non probant q̄ in testibus per ea , quę habentur in c. imputari.j.de fi.instru.& in d.l.scripture.& hoc etiam tenet hic do. Ant. fortius idem est dicēdum in testibus . Illud etiam scias, ꝙ quando testes reducuntur ad cōcordiam per principium & finem temporis,vt in testibus qui deponunt ꝙ fuerit ante guerram & post guerram, do. Ant. tenet ꝙ testes isti non reducūtur ad concordiam vt probent, ꝙ dictum eiusdem testis potest dupliciter intelligi , ergo est ambiguum . sed pro certo non video differentiam inter hunc casum,& quando fit concordia p̄ multiplicationem actuum:nam & ibi dictum eiusdem testis potest multipliciter intelligi, vel ꝙ loquatur de actu , de quo loquitur alter testis, vel de alio,& similiter econtra.tamen Doct.Mod.tenent hic oppositum & melius,quia videtur esse eadem ratio in
b vtroque . Scias tamen ꝙ dictio ante, b & dictio post , q̄uis possint exponi ante guerram.s.finitam,& post guerram. s.inchoa-
15 tam, vt est tex.no.in c.cum accessissent,de despon.impu. † proprie tamen dictio,ante,significat tēpus præcedens actū inchoatum.casus est de hoc, qui declarat in l. si quis id quod.§.j.ff.de iurisd.om.iud.& de dictione, ante, ꝙ significat tempus ꝙ præmittit ante se perfectum & non inchoatum,vide tex.no. quem ibi ponderat Bald.in l.2.C.ne de statu defun. & per prædicta est expeditum,quicquid erat necessarium addere in materia.In eadem gl.ibi,sed hoc fuit dictū propter testes. ista ratio impugnatur communiter per Doct. quia ad tollendum periuriū vel falsum , potuit succurri alia via , videlicet ꝙ præsumeretur bis lata sententia & semel appellatum . cur ergo præsumitur magis appellatum q̄ bis lata sententia , multæ opin. ponuntur hic, inter quas placet tertia lec.quæ est Io.An.ꝙ ideo hic potius p̄sumatur bis appellatum q̄ bis sententiatum , quia verisimilius est,& frequentius contingit bis appellari pro eadem causa q̄ bis ex ea
16 dem causa, quē excommunicari,† & est sufficiens præsumptio illa,quæ venit a communiter accidentibus, vt in l.certi ꝺdictiō. §.quoniam.si cert.peta.& traditur in l.non ob hoc.C.vnde cog. cum si.& Mod.dicunt ꝙ ista lec.aliqualiter repugnat literę,quę nō fundat se super iustitia,& præsump.iuris, sed super benignitate.respondendum est ꝙ benignitas vertitur circa hoc, vt præsumatur multiplicatio actuum. vt autem multiplicatio præsumatur actus appellationis magis q̄ sententiæ, hoc non est de benignitate,sed præsumptione iuris regulariter, secundum domi. Ant.hic,quem sequuntur Io.de Imo.& Abb.dicit, ꝙ ideo in casu nostro declaratur excommunicationem fuisse factam post appellationem interpositam, quia canonici qui erant actores, probauerāt specifice,quia excommunicatio fuerat lata post appłonem interpositam,vnde ex hac probatione intentio actoris erat clare fundata.licet igitur reus postea probet, ꝙ excōicatio fuit lata ante ipsam,& per hoc videatur reddi dubia probatio actoris, redditur & dubia probatio ipsius rei, & eꝰ per probationem actoris,ergo actor debet vincere, ꝙa probatio clara actoris

non

ADDITIONES.

a VIN. GOD. Adde, ꝙ communis vsus debet probari , & Doctori asserenti non creditur. Præceptor meus Goz.cons.35.nn.12.

b VIN. GOD. Nota, ꝙ dictio ante, dicitur proprie quod omnino est ante, & quandoque includit , Oldra. consil. 49. Consueuit dicere. de dictione autem, post, quod excludat omne tempus anterius,Paris.cons.31.nume.83. lib.primo.

non confundatur per probationem dubiam rei, ſm Barto. qui ita no. in l. non ſolum. §. ſed vt probari. ff. de ope. no. nun. & gl. ī cle. literas, de reſcr. ſed iſta dicta ſunt erronea manifeſte, ꝓ quorum intellꝰ ꝓſidera qđ aliqñ actor ꝓbauit plene intētionē ſuā ad vnum effectum ꝓndum, reus aūt non negat de directo ꝫrias probationes, ſed preſupponendo factum probatum ab actore, excipit ꝫ intentionem actoris. ſ. ꝫ effectum, quem actor vult cō ſequi ex facto probat, ꝙ eſt regulariter in omni exceptione, & tunc verum eſt ꝙ ſi actor plene probauit factum & reus nō clare probat exceptionem ſuam, quia poteſt elidere, & non elidere intentionem actoris, actor debet vincere, quia ſit reuocata in dubium ſua intentio, non tñ ſua probatio. Vel potes dicere, ꝙ eſt reuocata in dubium ſua probatio per indirectum, & quia ſuper illo indirecto vel ſuper exceptione incumbebat onus plenæ probationis excipienti, vt l. in exceptionibus. in prin. ff. de prob. ideo non ſufficit ꝙ reus probando fecerit dubiū ius actoris, ſed oportet ꝙ clare probet intentionem ſuam. non. n. dicitur effectum ius actoris adeo dubium, quod non dicatur liquere iudici de cauſa, ſed poteſt dici dubium pro tāto, quia incertum eſt, vtrum ius rei contineat veracem defenſionem, vel non. & quia non poteſt negari ꝙ aliquid eſt probatū, per ꝙ magis iudex debeat ſuſpicari ꝫ actorem q̄ ſi non probatum eſſet, per hoc tñ nō debet iudex differre ſnīam, ſicut dicit Bar. in ſimili in l. admonēdi. ff. de iureiur. & Cy. & Bal. in l. in bonæfidei. iuxta fi. C. de reb.
17 cre. vbi voluit, †ꝙ ſi actor plene probauit per duos teſtes, reus āt probauit per vnum, totum oppoſitum, præualet probatio actoris, nec defertur iuramentum reo, quinimmo preualet probatio etiam ſi reus probaſſet per plures teſtes, dummodo teſtes actoris eſſent meliores, vt in c. in noſtra. j. eo. & ſicut in illis caſib. non differtur ſententia pro actore, q̄uis non poſſit negari, ꝙ ex conflictu probationum res eſt dubia, ita tenetur in caſu noſtro. aliqñ actor probauit plene intentionem ſuam, reus autem ecō tra de directo probauit totum oppoſitum, & iſte eſt proprie caſus noſter. & tunc ſine dubio dicendum eſt ꝙ ſi probationes rei ſunt omnino pares probationibus actoris, probatio actoris quę prius erat clara, obſcuratur & abſoluitur reus, vt eſt caſus in c. ex literis. ſ. de prob. & licet gl. & omnes in c. licet cauſam, e. ti. in gl. vlt. vel pe. & Bal. in l. in exercendis. C. de fi. inſtru. & eſt caſus, quem ipſe ibi ponderat in c. j. §. promptiores. in tit. hic finit lex, deinde incipiunt conſuetudines regni. dixit tñ ipſe no. in l. cum
18 magiſtratus. in fi. C. qñ prouo. non eſt neceſ. †ꝙ qñ probationes ſunt pares, iudex poteſt adhęrere cui parti vult, dum tamen cauſam adhęſionis faciat ſcribi in actis. intelligo ſi velit ferre ſentētiā pro actore, quia præſumptio eſt ꝫ ipſum data paritate ꝓbationum, vt dixi. †
19 Si autem vellet ferre ſententiam pro reo, tunc non eſſet neceſſarium exprimere eas in actis, quia abſque alia expreſſione patet de ſe per regulas iuris. ſ. alle. vbi nunc nō poſſet diffiniri quis eſſet actor & reus, exemplum in c. licet cauſam, præalle. tunc etiam ne videretur grauaſſe alteram partē, ponenda eſſet cā in actis, cur adhęret vni partium. & ad materiā vide no. eundem Bal. cuius verba licet aliqualiter ſint obſcura, pūt tñ reduci ad ſenſum ſ. dictum in l. fi. C. communia de ſucceſ.

SVMMARIVM.

1 *Incidentis, & emergentis differentia.*
2 *Teſtis ſemel contra vnum teſtificatus, an poſſit contra eundem teſtificari.*
3 *Cauſa appellationis & cauſa principalis, an ſint diuerſæ.*
4 *Renunciatio facta productioni teſtium in cauſa principali, non excludit facultatem producendi teſtes in cauſa appellationis ſuper nouis articulis. et quid ſuper veteribus. nu. ſeq.*
6 *Iuramentum an præcedere debeat teſtis depoſitionē, & quid ſiquis ſit teſtificatus in vna cauſa, & ſuper eadem iterum productus ſuper nouo articulo, an iterum iuret.*
7 *Teſtes in cauſa appellationis ſuper eiſdem articulis, vel directo contrarijs, recipi non poſſunt, limitatur nu. 12. & 14.*
8 *Diſpoſitio facta in cauſa appellationis, quemadmodum non trahitur ad causā appell. in quæ non eſt eadem ratio, ita econuerſo.*
9 *Probandi maior poteſtas conceditur in cauſa appellationis, propter maius prę iudicium, quod in cauſa generatur, & maius eſt periculum ſubornationis, quam in cauſa principali. nu. 11.*
10 *Statuti tempus, quando loco temporis legis ſubrogatur diſpoſitio legis exorbitans, de tempore legati loquens, ad tempus ſtatuti trahitur.*
12 *Teſtibus examinatis in cauſa principali dicentis ſuper articulis ſe nil ſcire, in cauſa appellationis noui teſtes, an produci poſſint.*
13 *Pars tacendo & patiendo publicari proceſſum, dummodo non conſentiant, an ſibi præiudicet.*
15 *Publicatio duplex, & quæ.*
16 *Publicatio proceſſus fit, vt partes ſuper teſtium dictis diſputare poſſint.*
17 *Creditor reo opponente de tota ſumma, quando poſſit partem petere. & nume. 18.*
19 *Teſtes publicati in vna inſtantia, an nouos produci impediant in alia, ſi de cauſa in prima inſtantia plene fuit cognitum.*
20 *Teſtibus examinatis, & publicatis ad æternam rei memoriam, an noui produci poſſint.*
21 *Iudex cognoſcens de cauſa principali, teſtes nouos poſt publicationem examinat.*
22 *Teſtificata didiciſſe, an obſtet, cum proceditur ſine ſtrepitu & figura iudicij.*
23 *Pars, contra quam teſtes producti ſunt, an poſſit ſuos teſtes producere prius q̄ didicerit teſtificata.*
24 *Sententia contra vnū lata, ſi eidem in tertij fauorē, qui non fuiſſet in illo iudicio præiudicaret, an publicatio præiudicet, quin poſſit nouos producere teſtes.*
25 *Conuictus, an poſſit probare de nouo.*
26 *Publicatio ſola, an impediat teſtes de nouo produci, an vero requiratur etiam ꝙ pars didicerit teſtificata, de communi intellectu. nu. 29.*
27 *Subornatio non æque timetur, quando quis neſciuit, quid teſtes ſui dixerunt, ſicut quando viderit quid probauerint. & nu. ſeq.*
30 *Contradictio ſimplex vtrum ſufficiat, vt publicatio facta dicatur parte inuita, an vbi requireretur appellatio, ſi non obſt. contradictione iudex publicaret. Et an ſufficiat etiam, vt ſponte quis non videatur recipere terminum, licet pars non appellet. nu. ſeq.*
32 *Editio verbum aperturam, per quam iudex mandat dari copiam parti, ſignare poteſt, & copiæ traditio effectualiter publicationem imp ortat. & nume. 34.*
33 *Publicatio facta parte non contradicente, quæ præſumptio reſultet.*
35 *Scriptura penes tertium exiſtente, quando oriatur præſumptio contra alium.*
36 *Teſtes in criminali cauſa, an recipiantur poſt didicita teſtificata. nume. 37. & 38.*
39 *Teſtium receptio, an valeat ſuper eiſdem articulis, parte aduerſaria, non conſentiente expreſſe.*
40 *Omnino dictio, quid ſignificet.*
41 *Accuſatio in terminis §. accuſationem l. 1. ff. ad Turp. non eſt ipſo iure nulla, ſed oportet contra accuſantem excipere.*
42 *Exceptio repellens accuſatorem, ſi non opponatur ante litis conteſtationē, nō poteſt poſtea, & ſic valet proceſſus. Et quid ſi iudici conſtet de partis defenſione parte non opponente, an proceſſus ſit nullus. nu. ſeq.*
44 *Teſtes volenti producere iudicis officio mercenario, an illud ipſo iure denegetur.*
45 *Sententia prima ante probationes factas in iudicio productas, receptæ probationes nullæ eſſent.*
46 *Minor & eccleſia, an beneficio reſtitutionis admittantur ad probandum poſt didicita teſtificata. nu. 51. & 52.*
47 *Minor a dolo præſumpto in præteritum excuſatur, & quando in futurum.*
48 *Dolus, an præſumatur in tutore.*
49 *Minori in delictis reſtitutio non conceditur.*
50 *Mulier a dolo præſumpto, quando non excuſetur.*
53 *Minor ſi reſtituitur aduerſus didicita teſtificata, an etiam & eius aduerſarius.*
54 *Teſtes recipi poſſunt ſemper publicatis teſtibus, vbi ſuper peritia artis examinantur.*
55 *Probatio vbi fieri debet per inſpectionem rei, teſtes non obſtante publicatione produci poſſunt.*
56 *Noui & veteres articuli, qui dicantur, & qui noui dependentes ex veteribus.*
57 *Iudex non debet partis defectum ſupplere in probatione recipienda, ſuper non propoſito.*
58 *Articulando quis ſi deducit aliquid, & probat, quando per viam exceptionis deduxiſſe videatur.*
59 *Executore, qui de illo beneficio prouidit, vel iudice, qui ſententiam tulit, excō municatis per teſtes probatis, an poſſint poſtea teſtes in cauſa appellationis produci, qui probent illos publice excommunicatos.*
60 *Teſtis varians, circa quæ non pertinent ad negocium, in falſum non incidit.*
61 *Teſtis iuratus & examinatus ſuper articulo de veritate criminis facto, ſi poſt depoſitionem dicat ſe nihil ſcire, an ſuper articulo de publica voce poterit produci. Et quid ſi iuratus ſuper articulo de veritate deponat, interrogatis de publica voce & fama. nu. ſeq.*
63 *Famæ probatio non eſt immediata probatio veritatis, ſed probatio probationis veritatis.*
64 *Teſtis iuratus ſuper articulo de veritate ſi ſit ſuper fama examinatus, an ſecuta publicatione impediatur nouorum teſtium prcductio.*
65 *Articulo de contractu, & non de tempore, & loco eius facto, ſi teſtis de loco aut tempore incidenter deponat, non impedietur productio publicatis teſtibus pro loco, & tempore.*
66 *Locus & tempus, an ſint ſpecies probationis.*

CAP. XVII.

Fraternitatis.

In cauſa appellationis ſuper nouis capitulis tantum noui & veteres teſtes admittuntur, etiam ſi ſit renunciatum teſti, h. d. ſecunda eſt ibi, tibi duximus. tertia eſt
1 ibi, receptis. † No. primo, ꝙ incidēs aliqñ ſublato vocabulo vocatur emergens. quæ autem ſit differentia inter vtrunque, dic
2 vt no. in c. j. de ordi. cog. † No. ſecundo ibi, vel per iam recep. ꝙ ſi teſtis ſemel teſtificatus ꝫ aliquem, pōt iterum ꝫ eundem teſtificari, nec repellitur tanq̄ innocens, de quo dicet in gl. 2. & ī Spe.

3 de testi. §. j. ver. item ꝙ in alia. † No. tertio ibi, propter causam appellationis, ꝙ causa appꝶonis & principalis videntur diuersę causæ, ꝙ est intelligendum respectu instātiæ, vt l. ita demum. & ibi no. C. de procu. & sic exponitur hoc verbum causa, pro instātia, ſm Inn. nam capiendo causam pro eo, ꝙ deducitur in iudicio, manifestum est ꝙ causa appꝶonis est eadem cum principali, vt l j. & in rubr. C. ne li. in vna ea. que causa, & in c. sua nobis. j. de
4 ap. No. quarto, † ꝙ renunciatio facta productioni testium in cā principali, non excludit facultatem producendi testes in causa appꝶonis super nouis articulis, & idem esset etiam in prima instantia, vt in c. cum venissent. j. e. & hic per d. Ant. & in d. c. cum
5 venissent. Not. † quinto ibi, super nouis duntaxat, a ꝯrio sensu, ſm Inn. ex dictione taxatiua, ꝙ super veterib. capitulis, super q̄bus sunt producti testes in cā principali, non possunt noui testes produci in cā appꝶonis. & q̄is in prin. literæ videatur prę̄supponi, ꝙ fuit renunciatum testibus & sic aliud videbatur concurre re q̄ publicatio, tn̄ si recte inspicias conclusio prædicta videbit probari in hac decretali, tenendo intellectum Inn. ꝙ hic ponantur duæ qōnes. in prima ponitur, vtrum super nouis vel veteribus articulis quando est renunciatum testibus, possint produci testes. secunda in ver. & an testibus. quid si non sit renunciatū testibus, sed solum testes sint publicati, & cum respondeat vtri que quæstioni ſm intellectum istum in rn̄sione secundæ qōnis decidetur, ꝙ publicatis testibus in causa principali non poterūt noui testes produci in causa appꝶonis super eisdem articulis. & si vis tenere hanc lect. oportet ꝙ in ver. illo, an testibus in prima causa receptis, illa verba sint casus ablatiui, nam si essent casꝰ dativi & verbum liceat, referretur ad personam testium & non ad partem, vt intelligit Io. An. & j. dicam, tunc ista lect. non procederet, sed alia quæstio formaretur, de quo dicam in secūda lec. Io. autem And. quem communiter sequuntur Doct. intelligit hunc tex. ꝙ in primo responso quæratur, vtrum super nouis vl veterib. capitulis noui testes in causa appꝶonis produci possint. secundum vero responsum quærit, vtrum idem testes. i. veteres testes, qui fuerunt primo producti in causa principali, possint repeti super nouis vel veteribus articulis in causa appellationis, & ſm hoc illa verba, testibus in prima causa receptis, &c. sūt casus datiui, & verbum liceat, refertur ad personam testiū. Sed tn̄ aduerte, quia Io. And. præsupponit ꝙ istæ duæ qōnes fuerint factæ, siue fuerit renunciatū testib. in causa principali, siue non, sed solum publicatus processus, quod videtur ꝯ tex. in prin. vbi ponit, ꝙ erat testib. renunciatum. timore cuius ꝯrij gl. j. subaudit ad tex. maxime, quasi dicat idem si non sit renunciatum, sed istud vr̄ diuinare ad literam. vnde d. Abb. subtilius rn̄det dicēs, ꝙ ille qui quæsiuit de qōne, posuit istos duos casus, de quibus s̄. dixi. i. de testibus nouis & testibus veteribus in casu, quo erat renunciatum testibus duntaxat, quia forte credebat ꝙ vbi testibus non esset renunciatum ſm communem sn̄iam legis, nō impediretur productio nouorum testium vel eorundem super diuerso capitulo. Papa aūt, qui credebat ꝯrium respondendo non restrinxit se ad thema, quod patet, quia non fundat se sup renunciatione, sed simpl̄r vtrum capitula sint noua vel vetera: sed certe hoc non ostendit, ꝙ Papa non fundet se super renunciatione, quia ēt stante renunciatione distinguendum erat inter noua &
a vetera capitula, a quia super nouis non vr̄ renunciatum productioni testium, super veteribus sic, vt plene traditur hic p Docto. & in c. cum venissent. j. eo. vnde d. Ant. hic ponit sextam lec. ꝙ hic in duob. casibus præmissis fiat distinctio inter noua & vetera capitula, q̄n in prima causa fuit renūciatum testibus: & sic restringitur ista decre. & ſm hunc intellectum non probaretur hic intentio Canonistarum, ꝙ publicatio facta in cā principali impediat testes produci in causa appꝶonis, & forte de iure ista lect. est verior ad hoc, vt rn̄sio intelligatur secundum interrogationem, vt in c. inter dilectos. de fi. instr. & l. si defensor. §. j. ff. de interro. actio. Potest tn̄ sustineri lect. communis: tum quia non est inconueniens vt aliq̄n rn̄dens plus rn̄deat q̄ quæratur: tum quia in secunda consultat, quæ incipit ibi, & an testibus, non repetitur actus renūciationis. Cum igitur summus Pon. has duas q. si determinet, probabiliter dici potest, ꝙ etiam primā videat determinare in casu secundo. Præterea etiam si non determinaret nisi scdam in casu suo & primam in suo, ex decisione tn̄ secūdæ satis resultaret decisio in prima, ēt si ibi non fuisset renunciatum testibus: nam qua rōne publicatis testib. duntaxat veteres testes non possunt super eisdem artic. repeti. i. quia timet subornatio, eadem nec noui produci: & est ista rō æqualis post publicatos testes, licet ante publicationem esset diuersa inter veteres testes & nouos, quia si idem testis repetitur, tūc præsumptio est subornationis ēt ante repetitionem, cum per hoc ꝙ pars vult reperere semel examinatum inducatur suspitio ꝙ didicerit testificatum eius. quæ ratio cessat in teste nouiter semper producendo, & hanc lec. teneas, quicquid alias scripserim in isto notabili super ista decretali. No. sexto ibi, receptus prius, &c. duo. primo,
6 † ꝙ iur̄m debet præcedere depositionem testis. Quid autem si prius testis deponat, & postea iuret, vide c. de testi. j. e. & in l. iusiurandi. in prin. per Bal. C. de test. Secundum est, qd̄ si testis, qui fuit testificatus in vna cā, in eadem iterum producatur sup nouo art. tenetur iterum iurare. & est rō, ſm Doc. quia testis in primo testificatu iurauit super certis artic. vnde super reliquis non vr̄ fuisse iuratus, vt l. si duo patroni. §. idē Iulianus. ff. de iureiur. & no. in l. si quis libertatem. ff. de pe. hære. secꝰ si iurasset a prin. super tota cā, ar. c. de testibus. j. e. & c. cum dilecti. de accu. secundum Abb. Mod. hoc tn̄ suum dictum esset verum, q̄n idē testis repeteretur in cā principali: secus si repetatur in causa appellationis, vt in tex. nostro, quia tunc simpl̄r posset intelligi text. vt ēt si testis iurasset super tota cā, iterū debeat iurare in causa appellationis, vt d̄t d. Ant & Io. de Imo. post eum, sicut videmus in iuramēto calumniæ, vt in c. 2. de iura. calum. li. 6. mihi placet simpliciter opi. d. Abb. quia in iur̄o calumniæ potest esse ratio cur iur̄m repetatur, qa ille qui habuit sn̄iam ꝯ se ante probationes factas & iura partiū discussa, credebat se fouere iustitiā, postea intelligit ꝯrium, iuxta l. destitisse. ff. de iud. & propterea iteratur iur̄m calumniæ, quæ ratio non habet locum in iur̄o testis. & si dicatur, cur ergo defertur iuramentum calumniæ appellato? dicimus ꝙ est pp seruandam æqualitatem, iuxta l. fi. C. de fruc. & lit. in regula, non licet. de reg. iur. potest ēt contingere ꝙ licet appellatus habeat sn̄iam pro se, post causam tn̄ discussam credat se fouere iniustitiam, ꝙ prius in initio litis non credebat, & sic non cesset in eo oīno ratio, & de iur̄o testis, vide Bal. in c. j. circa prin. de contro. inuest. In gl. posita in verbo, super nouis. ibi, vn-
7 de dicendum est, &c. concludit ergo glossator, † ꝙ tam de iure ciui. ꝙ canonico in causa appꝶonis non possunt recipi testes super eisdem artic. vel directo ꝯriis, pro cuius opinione facit subtilis ratio, q̄ hic assignat d. Ant. nam dicit ipse, non est dubium ꝙ publicatio processus facta in cā principali habet virtutem suam in causa appꝶonis, quia facit ꝙ creditur testibus publicatis in primo iudicio sine noua publicatione. in Auth. de his, qui ingredi. ad appell. §. illud. l. 2. C. de edē. & l. qui ad ciuilia, cum materia, C. de ap. in c. cum ad sedem. de testi. spo. sed cōiter ista est natura actuum iudicialium, ꝙ si durat in appꝶonis causa ad vtilitatem partium, durat ēt quo ad excludendum partes, vt patet in litis conte. quæ sicut durat quo ad hoc vt possit ferri sn̄a parte absente lite non conte. vt l. fi. §. illud. C. de temp. ap. ita durat, vt in causa appꝶonis non possit opponi exceptio declinatoria, vt l. ita demum. C. de proc. ergo vr̄ ꝙ sicut durat effectus publicationis, ita publicatio impediat nouos testes produci. sed ista rō facile soluitur, quia non eadem publicatio, neque idem actus dat fidem testib. & impedit testes produci: licet istæ duæ publicationes soleant fieri simul & semel, vt ipsemet declarat in com mēto huius decre. & Bal. in auth. at qui semel. C. de proba. vn̄ Bald. in l. per hanc. C. de temp ap. & in l. eos. §. super his. C. de app. arguit ꝯ istam sententiam duobus modis. prima, quia dispō text. in Auth. de testi. §. quia vero. est correctiua iuris antiqui. nā de iure antiquo ſm eum, licebat producere testes vsque ad sn̄am, vel vsq; ad conclusionem in cā, vt l. officium. & ibi per glo. ff. de rei ven. & vr̄ clare probari vltra ipsum in §. qa vero. circa princ. vbi tex. dicit, ꝙ ante illam l. quidam producebant testes post attestationes sibi editas, & sic innūitur ꝙ ante hoc non esset prohibitum. Præterea ad minus nulla. l. hoc inueniebatur prohibitū, ergo censebatur permissum, quia sicut edictum de testib. est ꝓhibitorium, ita & pari ratione facultas, vt vbi quis nō reperitur prohibitus, censeatur admissus, sed in materia correctiua nō fit extensio, vt l. præcipimus. in fi. C. de ap. ergo cum tex. in corpore prohibeat nouos testes induci in prima causa, non extendetur ad causam appellationis. Secundo adducit tex. in l. per hanc. in fi. in verbo, pleniore lumine. ex quo verbo, quod est comparatiuum & præsupponit suum positiuum, datur intelligi ꝙ etiā si in prima causa aliquid sit probatum, tn̄ plenius ad hoc pōt probari in causa appellationis. & vltra suas rationes vr̄ confirmari
8 ista opi. & aliis duabus. prima est ista, † sicut dispositio facta in causa appꝶonis non trahitur ad instantiam causę principalis, q̄n non est eadem ratio, vt no. in cle. quandiu. de appel. & in l. properandum. in prin. C. de iudic. ita econtra non debet dispositio facta in causa principali trahi ad causam appellationis, in qua nō est eadem ratio, vt colligitur ex no. in l. si oleum. §. j. ff. de do. & authen. item si appellatione. C. de temp. ap. sed non videtur esse eadem ratio in causa appellationis. ergo non debet fieri ex-
9 tensio, ꝙ non sit eadem ratio, patet: † nam propter maius præiudicium, quod generatur in causa appellationis cōceditur maior potestas probandi. vnde videmus ꝙ iudex parte absente potest recipere probationes ex officio & supplere defectū partis, vt l. ampliorem. in prin. C. de appel. ꝙ non licet in cā principali,

vt

ADDITIO.

a VIN. GOD. Nouum capitulum, quod dicatur, ponit Bar. in l. per hanc. nu. 4. C. de temp. app. & vide ibi in addit. per Alex.

a cium [a] denegatur ipso iure propter verbum omnino, positum in corpore, &c. propter naturam officij iudicis, quod videtur tolli ipso iure, vt supradictum est, etiam si pars nihil opponat, non valeat testium receptio, & hoc manifeste est verum ꝓpter dictionem omnino, vt dixi, quæ est in tex. nam si simpliciter prohiberetur pars producere testes, non tamen per illam dictionē vel similē quæ esset ita præcisa forte posset dici, ꝙ valeret actus parte non opponente, quia licet cum negatur iudicis officium nobile, quod tollitur ipso iure vt dixi etiam parte non opponente, processus sit nullus, secus tamen posset dici qñ negatur iudicis officium mercenarium, licet ipso iure videatur denegatũ, qa cum istud officium deseruiat actioni propositæ & sic veniat accessorie ad ipsum sequetur naturam suam, vt l. j. §. hæc actio, cũ ibi no. ff. si quis test. lib. esse iuſ. & immo sicut valet iudiciũ sine actione parte non opponente, vt dixi, ita videtur valere factum a iudice, licet officium iudicis ipso iure non competat. sed hoc dictum non est expeditum, quia secundũ hoc sequeretur ꝙ si iudex qui non potest interponere officium parte non petēte, hoc faceret, valeret actus, ꝙ non est dicendum, & immo ista sit conclusio in effectu ꝙ in casu nostro ꝓbatio erit nulla propter tex. in corpore, vt dixi in verbo, omnino. vbi autem non esset prohibitio ita præcisa, adhuc forte esset idem, vt patet ex præmissis, non tamen hoc affirmo ita pro constanti, sicut primum dictũ. Nec ob. præmissis ꝙ si pars fuit præsens & non contradixit, videatur consentire, quia hoc negatur, quia quãdo actus de se esset nullus ipso iure ex sola præsentia eliciatur aliquis consensus saltem tacitus, alioquin tex. in §. accusationem, deberet intelligi, quando esset processum reo absente, ꝙ diuinat ad tex. Præterea regula est in oppositum, vt l. quæ dotis. ff. solu. ma. ꝙ præsentia sine contradictione non indũcit consensum verum in actu difformi. i. qui non cadit in contractu vel quasi. Præterea sicut ille qui non appellat a sententia, non videtur vere consentire, sed ficte, secundum Bar. in l. ab eo. C. quomodo & quando iudex. & est casus in c. cum ad consultationem. de re iudic. ita & ille q nō contradicit receptioni testium. Nec potes dicere ꝙ valeat receptio propter consensum fictum, quia illa fictio nō inducitur, quando actus qui fit parte non contradicente, valet ipso iure, tunc enim est quid impuretur parti, cur non ꝯ dixit, vel saltē cur non appellauit. alias quando actus est nullus ipso iure, nihil est ꝙ imputetur parti, quia sciebat ius suum illæsum durare, sicut similiter non imputatur parti si non appellat, quando sententia est nulla, nec etiam imputatnr illi qui litigat cum falso procuratore, si non opponit exceptionem a principio, cum postea possit, qñcunque opponi, vt in c. in nostra. s̃. de procu. & in l. 2. C. eo. nec pars tacendo a principio videtur fateri ipsum esse verum procuratorem. Nec ob. ar. a sententia, quia probatio prohibetur fieri post sententiam propter præsumptionem iuris & de iure, quæ resultat pro sententia ꝙ sit iusta. vnde si postea liquidatur de iniquitate ipsius, quia cessat præsumptio, non est æquum ꝙ probatio reddatur nulla ipso iure. vnde quia causa propter qꝫ prohibetur fieri probatio non durat probatione iam facta, ideo intentio legis non videtur esse vt quis repellatur a probando ipso iure, si pars non opponat. sed in casu nostro causa probationis durat etiam receptis testibus, quia præsumuntur esse subornati, & immo non est mirandum si durat etiam ipsa prohibitio & eius effectus, & ista solutio plus placet quam id, quod scripsi alias in isto articulo. Vel potest dici, vt alias dixi, quod in casu nostro liqueat manifeste de exceptione partis tempore, quo ꝓducebantur testes, & immo iudex non debuit testes admittere, secundum Bal. vt s̃. sed in terminis Doc. potest dici ꝙ prius erat facta probatio de iniquitate primæ sententiæ quam ipsa senten
45 tia produceretur in iudicio, & ideo valuit. † & per hāc solu. pos-
b set inferri, ꝙ si ante probationes factas prima sententia [b] fuisset producta in iudicio, probationes receptæ fuissent nullæ, & sic potest intelligi tex. no. in c. cum inter. j. de re iudi. vbi videtur probari ꝙ standum sit primæ sententiæ, etiam si in secundo iudicio sit liquidatum de iniquitate ipsius, & est nouum dictum in ista materia. Non obstant no. per Bar. in l. si duo patroni. s̃. alle. & qđ dicit in c. j. de resti. spo. quia respondeo ꝙ ibi facultas probandi de dominio non est adempta ipso iure, nec officiũ iudicis mercenarium, quoniam allegatio dominij non excluditur præcise, sed reseruatur in alio iudicio. vnde ista est potius exceptio ordinis, prius debeo restitui quam tu audiaris super dominio vel exceptio feriens quartum alios repellens, quæ nō tollit iudicis officium ipso iure, vt dicit tex. no. in d. §. accusationem. in ver. pe. in illo exemplo, quando quis accusat duos simul. & idem esset in exceptione, quando quis repelleretur per modum agendi, vt probat ille tex. & per hoc est expeditus iste articulus difficilis, & hoc est tenendum, quicquid alias scripserim super hoc articu-
46 lo. Quærunt etiam hic Doc. † nunquid minor & ecclesia admit

tantur

ADDITIONES

a VIN. GOD. Nota quod officium iudicis & actio differunt, Rui. consi. 87. nu. 6. lib. 4.

b VIN. GOD. Sententia prima quãdo est nulla, secunda est ēt nulla, qa sniam nullã reformat, cum eodem uitio laboret, Rui. consi. 74. num. 10. lib. 4.

tantur beneficio restitutionis ad probandum post didicita testificata. super qua quæstione concludit Inn.& post ipsum Io.An. in c.auditis. ℨ.de resti.in inte.& sequitur Bar.in l.j.§. nunciatio. ff.de no. ope.nun. ꝙ aut minor vel ecclesia nullos produxit testes,& tunc sine dubio potest restitui,vt in d.c.auditis.& in l. maior autem omissa. ff. de mino. Hoc enim ipso patet de lęsione ꝙ minor aliquos testes produxit,& tamen debet adhiberi causæ cognitio, vt iudex videat, vtrum a principio produxerit meliores testes & in numero sufficienti,& fecerit id quod qlibet diligens paterfamilias fecisset, vt tunc nō concedatur restō̄,vt l.verum.§. non semper.& §.si locupleti.ff.de minoribus. Si vero nō produxit meliores, vel non in sufficienti numero, in quo debebit haberi respectus ad numerum testium aduersarij inter alia, & tunc concedetur restitutio,quia patet quod sub facilitate fuit lęsus,vel dolo aduersarij.Nec obst.secundum Bar.ꝙ quis prohibetur producere testes publicatis attestationibus propter timorem fraudis ,quā lex ptæsumit,vt in §.quia vero.in Auth.
47 de test. † quia minor excusatur a dolo præsumpto in præteritū, vt l.j.in fi.ff.de eden.& etiam a dolo præsumpto in futurū,quādo si non excusaretur incurreret damnum de præsenti alias secus.primum probatur,secundum eum in l. j. §. accusationem. in fi.ff.ad Tur.iuncta.l.qui destitit, eo.tit. & in l.consilium,in 2. responso.ff.de mino.cum ergo si præsumeretur hic dolus in futurum in minore,minor dānificaretur de præsenti, quia excluderetur a falcultate probandi,ergo videtur ꝙ talis dolus nō præsumatur. & si dicatur ad minus pręsumitur dolus in tutore vel in prælato ecclesiæ,respondet ipse ꝙ dolus non præsumitur in talibus,qui gerunt alienum negocium,vt l.videmus. ff. de in li. iurā.& si præsumeretur,non noceret minori vel ecclesiæ, vt in c.j.& ibi no. ℨ.de dolo & contu.& in l.apud Celsum.§. illam ēt. ff.de doli exce.Sed tu aduerte, quia si consideremus personam ipsius minoris,siue personam tutoris vel curatoris,videtur ꝙ aduersus vtrunque præsumatur dolus. nam de minoribus dicit tex no.in l.si ex ea.§.nunc videndum.ff.de mino. ꝙ si minor negauit se dedisse damnum, cum dedisset, restituitur ad hoc solū, vt habeatur pro confesso,& sic videtur inferre tex. ꝙ quantum ad euitandam pœnam non præsumatur dolus in minore,secuquo ad alia.Secūdo adducitur tex.in l.cum de indebito.in prins ff.de proba.vbi tex.dixit ꝙ si recipiens indebitum,negauit se recepisse , sine distinctione punietur in eo, de quo dicitur ibi in tex.i.tenebitur probare se recepisse debitum, ex quo videtur inferri ꝙ istud habeat locum ita in minore, sicut in maiore negā te, vt propter dolum præsumptū grauetur onere probandi.Præterea si ponderas tex. in l.auxilium. in 2. responso. non fundat se in illo casu Iurisc̄ōsultus, nisi per æquiparationem calumnię præsumptæ ad alia delicta , sed in alijs delictis non fit distinctio Bar. videlicet vtrum sentiat damnum de præsenti, vel non, ergo
48 idem videtur dicendum in hac præsumpta calūnia.†Quod autem præsumatur dolus in tutore, videtur probari ꝙ condemnatio,quæ fit in expensis,fit propter præsumptam calūniam, vel temeritatem, vt l.sancimus. cum ibi no.C. de iudi. sed si pupillus litigat cum tutore,condēnatur ipse tutor & etiam pupillus, vt l.qui solidum.§.etiam.ff.de lega.2.& ibi per Bar. in l. non est ignotum.C de admi.tu.ergo videtur præsumi dolus in tutore ad damnum pupilli. Ad idem adducitur tex.in auth.qui ,ppriā. in fi. C. de non nu. pecu.vbi patet ꝙ procurator, qui negat scripturam factam manu propria, punitur pœna duplici, & nō potest allegare solutionē in futurum,& sic repellitur actione doli præsumpti,vnde qō remanet dubia. His tamen nō obstātibus, quicquid alias scripserim,distinguendo in ista materia dicimus simpliciter communem sententiam esse veram,& dicta Bart. in d.§.nunciatio.quem etiam sequitur eleganter Saly. post Bal. in auth.in l.vbi exigitur.§.j.de eden.& ad contraria respōdeo particulariter,& primo ad tex.in §.nunc vidēdū.dico,ꝙ minor ne
a gando se dedisse damnum, potest dici esse in dolo a vero,non p̄sumpto,vt expresse tenet ibi Bar.sed contra hanc respōsionē facit tex.in ver.præcedenti,& l.auxilium.§.in debitis. ff. de minori. quia sicut in alijs delictis minori non remittitur pœna delicti,ita non videtur remittenda pœna publicationis, qñ minor negauit se damnum dedisse, si esset in vero dolo. Sed respondeꝙ immo illa pœna facilius remittitur,quia non est pęna ordinaria delicti,ꝙ punitur sicut pœnę aliorum delictorum. Ad tex.in l.cum de indebito.in principio,in verbo,sine distinctione , dico ꝙ illa verba signant, ꝙ quando quis negauit se recepisse pecuniam,deinde conuincitur de mēdacio,debet probare pecuniam solutam,sibi fuisse debitam,non distinguendo vtrum ille q̄ soluit fuerit diligens homo,vel potius simplex, sicut distinguitur in casu sequenti,& hoc importat verbum sine distinctione, nō autem significatur per illud verbum,vt si minor negasset pecuniam sibi esse solutam,conuictus de mendacio deberet probare pecuniam esse debitam,quasi ex dolo præterito præsumeretur contra ipsum in futurum , idest cum vellet allegare se recepisse pecuniam debitam. Ad tex.in l.auxilium.§.j. ff. de mino. p̄ quē Dy.dixit in §. nunciatio. ꝙ minor non restituitur aduersus dolū præsumptum in futurum, respondeo aliter q̄ respondeat Bart. nam Bar.dicit,ꝙ tunc minor restituitur, quoniam si tunc restitueretur,incurreret damnum de præsenti,secus si nullum damnum incurreret de præsenti,quæ responsio videtur ℨ l. allegatā per eū, videlicet cōtra l.qui destitit.ff.ad Tur.iūcta.l.j.§. accusationem, eo.titu. vbi patet ꝙ minor non repellitur propter dolū præsumptum in futurum,& tamen ibi si repelleretur, nō incurreret damnum de præsenti,sed simpliciter excluderetur ab exe cutione pęnæ,aduersus quam minor non restituitur, vt l.auxilium.in prin. ff. de mino. ex quo patet, ꝙ omittendo accusationem,non incurreret damnum.Tu ergo dic ꝙ tex.in d.l.auxiliū. in 2.responso.dum dicit ꝙ si minor non accusauit iure mariti j. 40. dies, non potest petere se restitui,vt iure mariti excuset,j.40. dies,quia deprecatur veniam calumniæ,non dicit ꝙ minor excludatur a restitutione,quia præsumatur ℨ ipsum in futurū. sed hoc vult in effectu,ꝙ denegatur sibi restitutio, quia vult restitui aduersus pœnam delicti futuri, intellige si committetur, ꝙ
49 non est concedendum,ne detur materia delinquendi,† & quia in delictis non conceditur minori restitutio,& sic non concedi tur post delictum commissum,ita & multofortius nō debet cō cedi ante delictum commissum, ne detur materia delinquendi.Quod autem pupillus excusetur a dolo præsumpto, bene ꝑ bat tex.in simili,in Auth.de hære.& falc.§.pupillus, iuncto. §.si vero non fecerit. vbi patet ꝙ quamuis præsumatur hæres ma-
b lignus,qui non confecit inuentarium,pupillus b tamen restitui tur aduersus confectionem inuentarij omissam. Secundo hoc probatur ratione,quia si in pupillo circa negocium suum in dubio præsumitur facultas & negligentia, vt l.j. in fi.ff. de mino. & l.cum de indebito.§. si autem minor.ff. de proba.ergo licet attestationes sint publicatæ & post didicita testificata communiter vel frequenter accidat ꝙ pars quærat subornare nouos testes, hæc tamen præsumptio cessat in minore,qui in rebus suis non præsumitur diligens,vt concludit nedum vitraquam cōueniat. vnde dicit Bal.in auth.at qui semel.super isto articulo,ꝙ minor restituitur,quia propter qualitatem personæ suæ non præsumitur ita fuisse diligens,sicut maior in perscrutando testes & dicta eorum. Et aduerte, quia quāuis mulier & rusticus excusentur a dolo præsumpto,sicut minor, vt probatur in iuribus prælegatis, in hoc tamen casu non poterunt producere testes, vt declarat Bar.& Ang.in locis allegatis.& rationem dic,vt hic p eos.
50 Dixit tamen Bal.sing.† ꝙ mulier non excusatur a dolo præsumpto,quādo nulla subest causa colorata, saltem grosso modo & vulgari,cur non faciat id quod tenetur facere.vnde si omisit penitus confectionem inuentarij,cum sit tutrix,non excusatur, secus si aliquas res omisit ponere in inuentario p̄tensa causa aliqua,quæ habeat aliquid coloris, saltem grosso modo ita singu. dicit ipse in l.i.§.idem solent ffde ossi.præse.vr.ꝙ dictum posset habere rationem,quando mulier omitteret aliquid, vel faceret quod esset ℨ ius naturale vel gētium,quo casu etiam non excusaretur ab ignorantia iuris. l. venia. cum ibi no. C. de in ius vocan.quo casu dixit Ia.de Bel.singu.& sequitur Bal.in c.j.§.præterea.el.j.de prohi.feu.ali.per Fed.ꝙ maior. 18.annis non posset petere restōnem in integrum,licet esset minor.25.annis.sed vbi mulier, vel rusticus,vel minor omitteret, vel faceret aliquid contra ius ciuile sicut est omissio confectionis inuentarij,dictū non videtur habere rationem,quia in talibus personis in dubio præsumitur error iuris & non dolus a quo excusantur, vt l.fi. C. de iur.& fac.igno.& l.2.§.fi.ff.de iure fis. hæc tamen duo dicta Bal. non affirmo pro nunc, etiam cum dicta limitatione, maxime secundum quod est magis dubium, & per hoc approbatur cōmunis sententia in casu nostro,ꝙ minor vel ecclesia possit restitui post didicita testificata,licet aliter ista sit regula. Hoc tū fallit
51 in duobus casibus. † primus est, quando minor c vellet restitui
c aduersus probationem exceptionis declinatoriæ, vel aduersus ipsam exceptionem omissam,quæ non sit multi præiudicij. ita tenet no.Inno.in c. coram felice. j. de resti. in integ. & sequitur Bald. & si debet intelligi in l. peremptorias in 6. col. C. sen. rescin.non posse.Si vero sit exceptio non leuis præiudicij, sicut exceptio recusabilis rei iudicatæ & similes,& tunc restituetur minor & ecclesia.ita dixit no.Guil.in Spe.in titu.de resti.in integ.§. j.ver.illud,si minor vel ecclesia.& est glos. ordi.quam approbat
52 Bar.in l.minor autem. ff.de mino.†Secundo fallit , quando minor omisisset exceptionem criminis,per quam vellet repellere aliquem,de quo dic vt no.Ioan.And. in ca. auditis. de restitu.

in

ADDITIONES.

a VIN. GOD. Adde ꝙ dolus re ipsa sufficit indistincte ut minori conceda tur absolutio a iuramento,Rui.consi.170.nu.20.lib.1.

b VIN. GOD. Pupillus tamen in expensis damnari pōt si tutor a causa calū niosa ceciderit,Rui. consi.138.nu.26.lib.5.

c VIN. GOD. In quibus casibus minor possit restitui & in quibus non possit, Rui.ostendit in consi.107.& 170.lib.1.vbi uidere non pigeat.

53 in integ. †nunquid autem si minor restituitur aduersus didicita testificata, restituatur aduersarius eius. vide per Bar. in d. §. nunciatio. qui optime loquitur, quicquid dixerit Bal. in l. per hãc. in pe. q. C. de temp. appel. sed contra ea, quæ superius dicta sunt p Bar. q minor excusatur a dolo præsumpto in præteritum, multum facit tex. in d. l. auxilium. in 3. responso. vbi tex. dicit q si minor petit se restitui, vt possit accusare iure mariti j. dies, denegatur restitutio, quia minor videtur deprecari pœnam calumnię præsumptę, & sic videtur q minor puniatur ratione doli præsumpti, q probatio, quia si minor esset in calumnia manifesta, etiam si accusaret j. 40. dies iure mariti, puniretur de calumnia, vt dicit gl. no. in d. l. auxilium. & est casus in l. is cuius. §. fin. ff. de adul. & ibi per Bar. & per eundem in l. senatus. §. eos. ff. ad Turpil. Cum ergo tex. dicat q volendo accusare iure mariti, vult vitare pœnam calumniæ, manifeste datur intelligi, q si accusaret iure extranei puniretur de calumnia præsumpta. vel si intelligeremus de manifesta, falsum diceret iurisconsultus, q volẽdo accusare iure mariti, deprecaretur pœnam, quia etiam accusando illo iure puniretur. vnde quæstio remanet multũ dubia, nisi dicamus q in odium accusationis hoc sit inductũ q minor non excusetur a dolo præsumpto q oritur ex prosecutione accusationis, quam non probauit, secus si oriretur ex desistentia ab accusatione, tunc enim non puniretur, vt dicitur in d. §. accusationem. quia non est ita fortior præsumptio doli in eo qui desistit,
54 sicut in eo qui perseuerat in accusatione vsque ad finem. †Illud etiam scias in ista materia, q vbicunque producuntur vel examinantur super peritia artis, semper possunt testes recipi publicatis testibus, quia cum artifices de facili possint decipi contra dicta priorum, vel ad confirmationem ipsorum, videtur posse recipi testis non obstante publicatione, vt est casus secũdum vnũ intellectum, in c. causam matrimonij. s̃. titu. proxim. & sic tenet do. Abb. & satis est de intentione domini Anto. in c. proposuisti. eo. titu. dum vult q possint produci etiam post sententiam, de quo tamen dic vt ibi scripsimus. Sẽsit etiam Gof. no. & Vin.
55 post eum in d. c. causam matrimonij. †q vbicũque probatio debet fieri per inspectionem alicuius rei, semper possunt produci testes non obstante publicatione. & hoc sequitur Bal. no. in l. si quis testibus. in vlt. quæst. C. de testi. allegãs Spe. qui hoc dicit in titu. de proba. §. vidẽdum. ver. hoc quoque notandum. Quod dictum posset esse verum, vbicunque inspectio requireret peritiam artis, per rationem. s̃. allegatam. vbi autem non esset iudicandum prætextu periti artis, sicut si damnum esset datum, vel non datum, & in similibus casibus, tunc hoc dictum non procederet, vt sentit dom. Abb. & bene, in d. c. causam. qa adhuc durat timor subornationis, propter quem repellitur productio testium, vt ibi plenius per eum. & quia do. Anto. hic multum diffuse prosequitur, †qui dicantur noui & veteres articuli, & qui
56 dicantur noui pendentes ex veteribus vel noui omnino: ideo ad de dictis suis & primo inquantum dicit, q si reus proposuit vnã exceptionem & postea facit positiones & capitula super alio facto penitus separato ab illa exceptione, videtur esse capitulum omnino nouum & admittendum, allegans Bart. in l. j. ff. de excep. adde q ex dictis Bar. in d. l. j. potius colligitur oppositum. dicit enim ibi Bar. q ille, qui proponit factum simpliciter, etiam si non dicat, excipio vel obijcio, q satis videtur excipere, vel saltẽ sufficit propositio ista facti, quia pro bono facto iudex ex officio suo poterit agentem repellere, per l. plane. ff. de peti. hære. & l. fi. eo. titu. Si ergo proponitur factum in articulis & positionib. videtur q ex hoc pars videatur excipere, & ꝯr q probationes sunt admittendæ. sed tamen considerando subtilius dicta Bart. non dicit q proponens factum videatur excipere, sed q si factũ propositũ probatur iudex poterit ex officio prouidere. Ex quo datur intelligi, q antequam factum probetur q probatio non
57 erit admittenda, si pars contradicat, †quia super nõ proposito aliquo modo, vel allegato, iudex non debet supplere defectum partis in recipiendo probationem, vt traditur in l. 4. §. hoc autẽ. de dam. infec. & hoc modo possunt induci dicta Bar. per dom. Anto. l. vt ante probationem factam reijciatur allegans factum simpliciter, nisi formaliter prius excipiat. & hoc tenuit Bart. no. in l. per hanc. circa prin. commenti. C. de temp. appel. vbi dicit, q simplex propositio facti non sufficit, ad hoc vt exceptio videatur proposita, intelligo quantum ad finem vt simpliciter proponens factum admittatur ad probandum, vt dicit do. Ant. sed contra hãc suam doctrinam facit auctoritas, & ideo dicunt Do. de Rota sing. decisio. 321. quos refert & sequitur Anto. de Bu.
58 in c. vnico. in 3. char. s̃ de li. conteſt. †q ille, qui articulando vel ponendo deducit aliquid, & probat, videtur illud deduxisse per viam exceptionis, si illud est tale q via exceptionis oppositæ repelleret agentem, quia verba debent intelligi, secundum subiectam materiam. pro his facit ratio, quia qui vult consequens, videtur velle antecedens, sine quo illud stare non potest, vt patet in l. illud in fi. ff. de acq. hære. & l. j. & quod ibi per Bar. C. si vt se ab hære. absti. qui ergo vult probare aliquid, licet deducat principaliter positionem & articulum ad finem probandi qa tñ p. batio nõ fit, nisi sup allegato, satis videtur illud allegare ad suidefensionem, & hoc est excipere. vnde verius videtur q si reus produxit positiones vel capitula, super eo, super quo nondum excepit, dummodo illa capitula faciant ad defensionem suam, q illa capitula sint admittenda, quia capitulando videtur excipere. Aduerte etiã ad dictum Bart. in d. l. j. de excep. qa dum sentit
a q proponens factum simpliciter non videtur excipere. [a] hoc est intelligendum nisi pro bono facto intelligit illud probare p. rationem, quam dixi. s̃. vt in ponente & capitulante. Item aduerte, quia inquantum vult q vno facto probato iudex ex officio possit succurrere reo, de cuius notoria defensione sibi constat, hoc non esse verum simpliciter, sed est recurrendum ad ea, quæ ponit post gl. in l. si vnus. § pactus ne peteret. in versi. in opponẽdo. ff. de pac. & quæ traduntur in c. bonæ de postu. præla. & in c. cum dilectus. s̃. de consue. per do. Anto. Et ad ea, quæ scripsimus. s̃. vide Bal. in l. vnica. ff. de confes. Item adde dictis Io. And.
59 hic, inquantum dixit, †q si contra executorem, qui prouidit de beneficio, vel contra sententiam latã a iudice, opponitur q executor, vel iudex erat excommunicatus, & probatur excommunicatio per testes, q postea in causa appellationis poterunt produci testes, qui probẽt illum fuisse publice excommunicatum: secus si primi testes producti & examinati non probassent excommunicationem, quæ tunc non possunt repeti nunc, vt probarent vna cum qualitate substantiam excommunicationis, cuius respectu viderentur recipi testes super eisdem capitulis. Adde, q primum dictum placet & approbatur hic per omnes, sed secundum dictum videtur esse dubium, quia si probatio facta in excommunicatione simplici fuit impertinens & non concludens, ergo videtur fuisse nulla, vt in c. cum contingat. s̃ de offi. delega. & l. ad probationem. C. de proba. sed receptio probationis mulier facta non impedit secuta publicatione, quin testes de nouo recipiantur, vt in cle. testibus. in verbo, rite. eo. titu. ergo videtur q non obstet publicatio, quin possit probari de nouo substantia excommunicationis. Primo probatur primum antecedens ex his, quæ dicit no. Bar. in l. si duo patroni. §. idem Iulianus. ff. de iureiuran. vbi voluit, quod quando probatio est oratio impertinens, tunc sit nullus effectus, & immo ipse infert
60 no. in l. eos. in prin. ff. de fal. †q testis q variat circa ea, quæ nullo modo pertinent ad negocium, non incidit in crimen falsi, cum dictum eius non accipiatur pro testimonio. Sed tamen his non obstantibus, placet mihi dictum Io. An. quia licet probatio huius excommunicationis simplicis, per se sit omnino impertinẽs, tamen allegata postea qualitate q excommunicatio fuerit publica, apparet q coniuncta cum publicatione potuit esse pertinens. sicut igitur si esset probata excommunicatio hoc prodesset nunc allegãti excommunicationem fuisse publicam, ita nocebit productio & publicatio testium facta super ipsa excõmunicatione, si testes eam non probant. non est enim omnino probatio impertinens, quæ posset esse pertinens cõiuncta cũ alio, licet sit impertinens & soluta de per se, vt est casus, quẽ ibi ponderat Bal. in d. l. ad probationem, præallegata, quod est verum, vt vides in exemplo nostro, siue alia probatio, cui ista coniungitur, fiat simul & semel cum illa, siue ex interuallo. Item adde inquantum dicit not. domi. Anto. referens dicta Ioan. And. in
61 addi. Specu. in titu. de teste. §. nunc videndum. in vlti. addi. †q si testis est iuratus & productus, examinatus super articulo facto de veritate criminis & postquam deposuit dicat in fine se nihil amplius scire, q postea idem testis vel alius poterit produci super articulo de publica voce & fama, quasi sit nouum capitulum, super quo primo non fuit productus, q istud dictum videtur dubium primo per ea, quæ primo ponit singulariter Bald. in l. non nudis. in vlti. q. C. de proba. vbi dicit reprehendẽdo Iac.
62 de Bu. †q si testis iuratus super articulo de veritate deponit interrogatus de publica voce & fama, quod dictum eius valet, qa cum veritas possit demonstrari per diuersas species accidentium, quæ demonstrant substantiam eius, q est testis, qui iurat dicere veritatem super articulo de veritate, videtur etiam iuratus super publica voce & fama, & super omnibus coniecturis vel indicijs, per quæ probatur veritas. Hoc etiam videtur de mẽte. Bar. satis clare in l. vnius. §. j. de quæstionibus. cuius dicta retuli. s̃. ibi in alia quæstione & declaraui. vbi voluit q si testis est examinatus super maleficio & publicatis testibus iterum p. ducãtur testes super nouo iudicio, iste testis de nouo dicatur p. duci publicatis testibus contra regulas iuris, & sic super eisdem capitulis, quod non esset verum, si testis productus super maleficio non videretur iuratus super quocunque iudicio faciente ad maleficium, & hoc videtur persuaderi ratio, cum per famam p.

betur

ADDITIO.

a VIN. GOD. Nota q excipiens inepte debet succumbere sicut agens inepte. Barto. in l. si quis libertatem, nume. 7. ff. de pet. hæred. & Old. con. 205. prima dubitatio.

betur crimen aliquo modo, vt vidisti in c. veniẽs. supra eodem, testis iuratus super crimine. i. super veritate criminis approbata, satis videtur iuratus sup fama, quæ aliquo modo probat crimẽ. & licet hoc clare sentiat Bart. in d. l. vnius, potest tamen sustineri opi. Io. An. vt verior, vt dicamus ꝙ quamuis testis iuratus super articulo de veritate possit deponere etiam super publica voce & fama, vt dixit Bal, non tamen principaliter super hoc videatur productus, sed valet eius dictum tanquam deponentis accessorie de pertinentibus ad articulum. † non enim põt negari ꝙ ꝓbatio famæ non est immediata probatio veritatis, sed probatio probationis veritatis, sicut dicimus in teste, qui probat confessionem partis, vt tradit domi. Anto. in c. si caurio. j. de fide instru. cum ergo testis principaliter producatur ad probandum veritatem, non videtur principaliter iuratus super fama & productus, & immo licet valeat dictum eius, si super ea deponat, si tamen nihil deponat, non impeditur productio si de nouo articuletur de fama, cum non reperiatur neque productus, neque examinatus super fama, & hoc maxime est verum, tenendo opinionem, quam. s. tenui, ꝙ testis productus & iuratus super articulo, si non fuit interrogatus, quia pars non curauit, non impediat alios de nouo produci publicato processu. Sed tu posses dicere, cũ fama sit pars veritatis ipsius criminis, satis testis qui aliquid dixit super veritate, videtur examinatus super fama implicite, ex quo in articulo veritatis fama a implicite continetur, nã ad hoc respõ. dupliciter & primo, vt s. dixi, ꝙ testis, qui deponit super fama, non deponit immediate super veritate. & immo nego, quod testis examinatus super veritate, nisi specifice sit interrogatus de fama, videatur examinatus super fama. Amplius potest dici, † ꝙ etiam si testis iuratus super articulo de veritate, sit examinatus super fama, nihilominus secuta publicatione non impedietur productio nouorum testium, quia cum super hoc non sit principaliter productus, licet aliquid dixerit pertinens ad articulum, per hoc tamen non impedietur productio publicatis testibus, vt tradit no. Bar. in d. auth. at qui semel. in pen. col. vbi dixit, †ꝙ si est factus articulus de contractu, & non de tempore contractus, neque de loco, licet testis incidenter deponat de loco, aut de tempore, non impedietur productio publicatis testibus super loco, vel tempore, vt in c. ex tenore. j. eo. quia ad hoc vt obstet publicatio, requiritur ꝙ testis deponat super eo, de quo fuit productus. intellige principaliter: nam accessorie ẽt super loco & tempore censetur productus, alias non valeret eius dictum, contra c cum causam. j. eo. & licet Bal. dubiter de isto dicto in l. si quis testibus. C. de testib. communiter tamen Docto. hic approbant, & est tex. in c. ex tenore. nec video differentiam inter dictum nostrum, & dictum Bar. quia sicut in casu Bar. probatio contractus potuit fieri sine loco & tempore, ita in casu nostro probatio veritatis maleficij immediata potuit fieri sine publica voce & fama. Forte tamen potest assignari differentia, & hoc est verius, quia locus & tempus non sunt aliquæ species ꝓbationis, vnde per quãcunque speciẽ probationis posset probari contractus & factum sine loco & tempore. & ideo non includitur tempus & locus in articulo, aliquo modo de necessitate probationis: sed fama est species probationis, vnde magis videtur esse inclusa in articulo circa locum & tempus. si tamen ꝙa vt s. dixi, includitur accessorie & non principaliter, forte posset sustineri quod dixi, hoc tamen non affirmo pro nunc, placet tamen conclusio Io. An. per rationem primo loco assignatã. Adueruerte etiam pro eo, quod s. diximus, † ꝙ licet locus & tempus non sit species probationis sicut fama, vidẽtur tamen esse pars probationis, inquantum ipsa probatio redditur clarior & certior. vnde termini videntur multum pares in casu nostro a casu Bar. in auth. at qui semel. qui tamen illud dictum Bar. non inuenio tactum hic per aliquem, licet s. aliquid dixerim, & Bal. illud reuocat in dubium, vt s. dixi, hoc dictum non esset omnino expeditum. & si velles tenere contra Bar. posses dicere, ꝙ cum causa, quare excludatur publicatio, sit timor subornationis, vt sæpe dictum est, eadem ratio videtur esse, siue testis deponat sup eo, super quo fuit principaliter productus, siue super alio, quod tamen sit pertinens ad articulum. Nec obst. text. in c. ex tenore. qa capitula directo cõtraria super loco & tempore, ideo ibi admittuntur, quia non est quid possit imputari aduersario, qui nõ potuit diuinare de quo loco & tempore dicturi essent testes, quæ ratio cessat in producente testes. quia cum ipse articulet de contractu, verisimile est ꝙ scierit locum & tempus, & est quid imputetur sibi, qui non articulauit de loco & tempore, vnde dictũ illud remanet satis dubium. & ꝓ hoc sit expedita ista decretalis.

ADDITIO.

a VIN. GOD. Nota ꝙ fama sola una cum uno teste in causa matrimoniali, nõ ꝓbat, Dec. cons. 133. Viso processu li. j. & cons. 163. in cã mrimoniali, eo. lib. In crimi alious facta cum uno teste non probat. Dec. cons. 189. nu. 13. lib. 1.

SVMMARIVM.

1 *Publicatio sola testium, & sola renunciatio facta testibus, an videantur excludere facultatem de nouo producendi testes.*

2 *Promissio cum iuramento de non testificando, nunquid faciat vt testis non cogatur testificari.*

3 *Consilium & auxilium non dare verba, quid significant. & nu. seq.*

5 *Testes. si fuerint subtracti per dolum partis. si esset renunciatum testibus, vel publicatus processus saltem via restitutionis in integrum, nunquid isti testes produci possint.*

6 *Confessus dolo ac præsumptione aduersarij ad suum præiudicium, an & quomodo errorem illum retractare possit.*

7 *Renuncians testibus pars, an testes, quos tempore renunciationis ipse habere ignorabat, producere possit.*

8 *Renunciatio ad ius ignoratum sibi competere nõ trahitur, sed ad species vnius iuris, quod quis in genere scit sibi competere.*

9 *Restitutione post didicita testificata in casu, in c. intimauit, an sit opus, sed admittatur ad testes producendos.*

10 *Instantia causæ appellationis per dolum aduersarij lapsa, actio de dolo ad interesse competit.*

11 *Dolus iudicis fortior quam partis ad inducendum, vt terminus non currat ipso iure.*

12 *Instrumenta de nouo reperta ipso iure, post conclusum in causa, an produci possint.*

13 *Testes producere impeditus ante sententiam aduersus sententiam, vt producere possit, restituitur. Et quid de impedito per factum iudicis, & post conclusum in causa, an possit producere post didicita testificata. nu. seq.*

15 *Reus creditori succedens, nescit se habere quosdam testes ad debitum probandum, quæro si post didicita testificata, vellet restitui ad probandum hos testes, vtrum sit audiendus.*

16 *Testis præstans temerarium iuramentum, ne testificetur, nunquid admittatur simpliciter ad testificandum. & nu. seq.*

18 *Periurium non incurritur sine dolo.*

19 *Excipere contra testes in sui odium, pars non potest.*

20 *Excipiendi ius, licet non competat alicui, an iudex cui de hoc liqueat, ex officio aduersarium repellere possit.*

21 *Bannito, si ex statuto audientia denegari debet, si quis vti bannitus offendatur. sicut is non potest agere, ita iudex inquirere non potest.*

22 *Iudex, si ei liqueat de inhabilitate actionis, an ex officio repellat actorem.*

CAP. XVIII.

INtimauit. Qui iurauit, testimonium nõ dicere, cogitur testificari, non obstante iuramento. secunda est ibi, Ideoque. No. primo, †ꝙ sola publicatio testium, & sola renũciatio facta testibus, videtur excludere facultatem de nouo producendi testes. de primo, quia est articulus dubius, dic vt plene scripsim? post Doct. in c. fraternitatis. j. eo. De secundo dicetur plenius in c. cum venissent. post Inno. j. eo. & in c. constitutus. el. 2. j. eo. super quo vide omnino, quod ponit Bal. in auth. iubemus. C. de iudi. No. 2. †ꝙ promissio de non testificando, etiam cum iuramento, non facit, vt testis non cogatur testificari. Sed vertit dubium pro intellectu literæ, nunquid istud sit verũ absolute, vel indistincte, siue aliquis non possit probare vtilitatem per alios testes, siue post. Do. Anto. hic, in 3. no. secutus Lauren. Tanc. & quosdam alios antiquos, sentit expresse ꝙ iuramẽtum istud sit seruandum, vbi potest veritas probari per alios testes. tũc enim occultare veritatem non est peccatũ mortale, vt traditur ꝓ Gos. hic, & in c. j. j. titu. proxi. ergo videtur ꝙ iuramentum sit seruandum, quia seruatum non vergit, &c. vt in c. cum contingat. j. de iureiur. ad hoc adducit ipse istum tex. in fi. ibi, & alios si necesse fuerit idoneos. Ex quo verbo patet, ꝙ isti nõ cogantur, nisi quãtum est necesse. Do. Abb. Moder. hic contrarium & ibi no. & in gl. & hoc magis placet. tamen quia tex. in c. constitutis. j. eo. & in c. olim. j. de accu. simplr dicit, ꝙ qui taliter iurauit denũcia tur non teneri iuramento. & bene facit tex. in c. plerique. de offic. ordi. lib. 6. tamen quia istud iuramentum videtur lędere vti litatem publicã, cum testificari sit officium publicum, vt l. vel necare. ff. quemad. testa. aperi. & l. si quando. cum ibi no. C. de testi. vnde nõ valuit iuramentum ꝓ publicam vtilitatem, vt in c. si diligenti. in fi. s. de foro compe Præterea hoc iuramentum tendit ad præiudicium tertij, ergo non est seruandum, vt in c. cũ contingat. in fi. j. de iureiu. & in c. veniens. eo. titu. & ibi per Docto. & plene tradit Bar. in l. Titia. §. Imperator. in vlt. q. ff. de leg. 3. & Bal. in l. 2. C. de inoffi. dona. Non ob. tex. in fi. quem inducit a do. Anto. quia ibi verbum, necesse, ° si diligenter inspicias, non minus refertur ad alios testes, quam ad istos, qui iurauerunt, vnde ergo & idem sensus debet esse respectu vtriusque, vt l. iam hoc iure. in prin. ff. de vul. & pu. sicut ergo respectu aliorum testium illud verbum, necesse, hoc significat. i. si producens crediderit sibi expedire, ita etiam idem significabit respectu istorũ. non enim capitur necesse, semper proprie, sed largo modo, vt dixi, & est casus vt per Moder. in c. & si Christus. circa mediũ. j. de

ADDITIO.

a VIN. GOD. Necesse. Idest utile ut exponit Bar. in 1. Cõst. ffor. §. sed cũ nos. de quo uerbo necesse, vide Fely. in c. super causa, de test. cog.

3 de iureiu. Addit etiam hic Io.An.in expositione tex. † ꝙ per verba posita in tex. consilium,vel auxilium,ꝫ ipsum, nō probetur ille,qui sic promittit, videlicet nō dare alicui aliquod cōsiliū auxilium & fauorem,intelligitur.ſ.iniustum alleg.tex.in c.petitio. j. de iureiu.cum his,quæ habentur in c.grauem.j.de excess.præla.& sequuntur hic communiter Doc.istam conclusionem.Tu vero aduerte diligenter,quia tex.in c.petitio,non probat,ꝙ promissio astringatur duntaxat ad casum iniustum, sed ꝙ restringit,vt non comprehendat certas personas,de quibus ibi.Et pro intellectu eorum,quæ ibi dicuntur,vide tex. no.in c. fi. finit lex, deinde incipunt consuetudines regni. & quod ibi ponit Bal. & quod idem posuit in l.2.23.q.ff.de re.diui. & in c. imperialem. §.præterea.de prohi.feu.alie.per Fede.in l.j.§.nunc autem.C.de cadu.tol.& quod tradit Bar.in l.j.ff.de Sena.in q.autem proposita videtur distinguendum, ꝙ aut aliquis promittit dare alicui auxilium consilium,& fauorem,& tunc intelligitur, si iuste petat, & de iusto auxilio ita sentit glos.& ibi expressius Docto.in c. breui.j.de iureiu.quia in generali promissione non venit in dubio delictum,vt l.si procurator.ff.de condi.inde.ad hoc glo no.
85 distinctio. c.Florentinum.aut econtra aliquis promittit alicui non dare tertio ꝫ ipsum consilium & fauorem, & tūc subdistingue,quia aut erat obligatus dare auxilium illi tertio, aut non erat obligatus,sed poterat iure permittente. primo casu sine dubio iuramentum non obligat iurantem ad præiudicium tertij, vt in c.cum contingat.j.de iureiu.& in c.sicut nostris.eo.titu.cū multis alijs.& immo tenetur ad præstandum auxilium, vt expresse concludunt Moder. in d. c. petitio. Secundo casu subdistingue iterum,quia aut ista facultas probandi auxilium vel cōsilium erat inducta in fauorem publicum principaliter, & tunc non potuit tolli per pactum etiam iuratum,vt in c.si diligenti.j. de fo.compe.& in c.ad nostram.j. de iureiu. vnde non obstante promissione poterit præstare auxilium.ita determinat no. Bart. in dispu.sua,quæ incipit,statuto Lucanæ ciuitatis,&c.in illa q̄stione,qua quis promittit non offendere bannitum, qui poterat impune occidi ex verbis statuti.& sequitur Bald.in l.j. C.si a non compe. iudi. aut ista facultas non erat inducta principaliter in fauorem publicum, & tunc promissio non restringitur, vt dicit Ioan.An.sed simpliciter est aliquis obligatus neque iuste neque iniuste præbere auxilium vel fauorem, vt tenet Bald. in d.l.j.dum vult,ꝙ si ex forma statuti soli offenso permittitur occidere bannitum,ille qui permittit offendere, non possit vti facultate statuti. hoc etiam sentit Inno. & Moder. in d. c. petitio. & videtur esse verissimum,quia non est causa constringēdi verba ista generalia isto casu,cum quilibet possit renunciare fauori suo.vnde sicut ille,qui promittit non molestare,non mouens controuersiam & similes promissiones, intelligitur obligatus, vt non molestet,neque de iure,neque facto, vt plene traditur in l.Lucius.§.tres hæredes.ff.ad Treb.& l.amplius non peti. ff. rē ra.ha.ita videtur in eo, qui promittit non esse contra aliquem,
4 vel non dare auxiliū.Limitatur tamen prædicta conclusio,†nisi velit dare iuste auxilium ex causa de nouo superuenienti, quia promissio & iuramentum non trahitur ad futura, vt in c. cum inter.P.s̄.de renun.quæ conclusio est verissima, & probatur in l.quæro.§.inter locatorem.ff.loca.pro qua vide quod ponit Io. An.in regula,frustra,de reg.iur.in mercu.& Bar.in l.qui seruū. ff.de ver.ob.& in alijs locis alleg.in voce. In gl. posita super ver.
5 illorum.pro declaratione literæ quærunt hic Doc.†nunquid in casu decretalis nostræ,quando testes fuerunt subtracti per dolū partis,si esset renūciatum testibus,vel publicatus processus, saltem via restitutionis in integrum possent isti testes produci.In quo articulo difficili considera quatuor casus, nam aliquando antequam renunciaretur testibus, vel publicaretur processus, pars quæ vult istos testes producere, sciebat istos testes esse informatos de causa,vel quod iurauerant non testificari, & tunc sine dubio non concederetur restitutio ex clausula generali, qa si pars non obstante iuramento sciebat se posse producere istos testes,voluntarie videtur ipsis renunciasse,vel saltem fuit in lata culpa & dissoluta negligentia. Si vero credebat obstāte iuramēto isto non posse produci,tunc errabat in iure,& erat in lata culpa,& talibus non concedatur restitutio ex clausula generali, etiā si sint læsi per dolum partis aduersæ,vel iudicis,vt tradit no.Bar. in l.seruo,iuncto.§.cum prætor.in vlti.q.ff. ad Treb. & bene facit tex.in l.ab hostibus.§.fi.cum.l.seq.ff.ex qui. cau. ma. & licet Bal.aliter dicat reprehendens dicta Bar.in l.j.in 2.col.C. de condi.inde tamen opi.Bar.melius probatur iure & est verior, quia si non succurritur impedito quando non fecit quicquid potuit vt remoueret impedimentum,vt l.quibus diebus.in prin. ff. de condi.& demon.& in l.fi.C.de adul.quæ proprie loquit in impedito ex facto partis aduersæ, multo minus succurreretur existenti in lata culpa. datur tamen casus, in quo aduersus dolum partis conceditur restitutio ex clausula generali,etiam existenti in aliqua culpa.ſ.leui.vt est tex.in l.j.in fi.ff.quando actio de pecu.est annalis.prout declarat Bar.in l.non fatetur. circa mediū commenti, ff. de confes. aliquando pars quæ nunc petit se restituti ad testes producendos fuit impedita producere testes per dolum partis aduersæ,nec est quid sibi imputetur. Exemplum, secundum Moder.si ego interrogaui testes,qui iurauerant nō testificari,vtrū scirent aliquid de ista causa. & illi dixerunt ꝙ non occultarēt veritatem per fraudem & per iuramentum præstitum parti.& dicunt hic Inno.Hosti. & omnes Moder. ꝙ siue sit renunciatum testibus siue sit publicatus processus de consensu partis siue pars didicerit testificata concederetur restitutio in integrum ex clausula generali, si qua iniusta causa esse videbitur, de qua in l.j.in fi.ff.ex qui.cau.ma.mouent̄ per duo iura.Primo per tex.in corpore,in Auth.de testi.§.qui vero.in fi. vbi patet secundum eos,ꝙ impeditus producere testes, potest eos producere etiam post conclusum in causa. ergo multo fortius post publicationem conceditur restitutio. Sed tu aduerte, quia si post conclusum in causa licet producere testes ipso iure, vt dicitur in d.tex. ergo in casu nostro non erit necesse petere restitutionem ꝙ ipsi volunt, vnde tu dicas ꝙ in isto tex.non erat conclusum in causa ab ambabus partibus sed renunciatū testibus ab vna partium. In hoc tamen non facio multam vim, quia quantum ad renunciantem diceretur satis in causa conclusum. Intellige ergo tex.illum,vt.j.dicetur,vt diximus in c.in causis.s̄. eo. Secūdo adducunt tex.in l.si quis ex argentarijs.§.fi.cum.l.seq.ff. de edē. vbi patet ꝙ si semel fuit tradita copia scripturæ & perdita per casum, iterum debet dari copia. Sed ad illum tex.potes dicere ꝙ cum scriptura de facili non possit mutari neque falsificari stante originali penes eum,qui tradit copiam,non est tamen p̄sumptio calumniæ,sicut in casu nostro.hanc tamen sententiā Doc. hic approbat Bal.in c.j.§. si enim.quid sit inuestitura. in vsi. feu. & bene facit quod no.Spe.in titu.de præscrip.§.j.ver. Item pone.melius facit tex.in l.j.in fi.ff. quando actio de pecu. est annalis.& quod no.Bar.in l.fi.ff.de confes.& in l.non fatetur.eo.titu.
6 in quibus locis vult per illum tex. †ꝙ ille,quia per dolum & persuasionem partis aduersæ confessus est aliquid ad præiudicium sui,poterit petere,illum errorem retractari post sententiā per restitutionem in integrum ex clausula generali. Idem ergo videtur dicendum, ꝙ si per dolum partis subtractæ sunt probationes,alicui concedatur restitutio ex æquitate prętoris,ne pars ex dolo lucretur,aduersus didicita testificata,vel renunciationē factam testibus.Tu vero aduerte,quia duo casus sunt hic considerandi.primus, quando est renunciatum testibus expresse, vel publicatus processus de consensu partis,non tamen didicita testificata.secundus,quando pars excluditur, quia dicit testificata,quo casu non excluditur propter suum consensum, sed propter dolum præsumptum.in primo casu videtur dicendum, ꝙ pars possit producere testes ipso iure, nec sit opus restitutione, quia secundum Bar.eleganter in auth.at qui semel. C. de pro-
7 ba.†quando pars renunciat testibus non impeditus producere testes,quos ignorabat se habere tempore renūciationis. ad hoc adducit tex.in corpore,in §.quia vero. vbi dicitur ꝙ pars, quæ renunciauit testibus,debet iurare ꝙ non poterat illos testes pri° producere,ꝙ ipse intelligit ex capite ignorantiæ, vt vides. sed ista sua inductio non videtur vera, cum reuerentia,primo quia contra tex. & gl.in corpore,in ver.denunciatis testibus. vbi patet ꝙ possunt produci testes,quibus prius erat denunciatum testimonium,& quos pars sciebat se posse producere, vt plenius dixi in c.in causis.s̄. eo.Secundo, quia si tex. loqueretur solum de testibus ignoratis,tunc non debet iurare producens generaliter de omni impedimento,ꝙ non potuit eos producere, q̄ forma iuramenti ostenditur, ꝙ siue quis fuerit impeditus producere propter ignorantiam,siue sciuerit se habere testes,sed alia de causa fuerit impeditus,adhuc admittetur ad producendum te
a stes,ꝙ non esset verum si renunciatio a facta de testibus ibi fuisset valida. vnde ille tex. non videtur probare intentionem ipsius.Secundo mouetur ipse ratione, quia nemo videtur renunciare iuri ꝙ ignorat,vt l. mater decedens. ff.de inoffi.test. & l.cū Aquiliana.ff.de transl.ille ergo,qui renunciauit testibus,non videtur renunciasse illis,quos ignorabat se posse producere, ego
E hoc suum dictum credo verum in terminis decretalis nostrę,& in casu nostro, quando ista ignorantia fuisset causata ex malitia partis aduersæ,per l.tres fratres.& quod ibi no.ff.de pac. vnde in casu nostro verior videtur opi.Bar.quam Doc.hic allegāt. sed quando ignorantia non fuisset causata à dolo aduersarij,tūc verior esset opi.Doc.hic, nec credo tunc ꝙ ipso iure per ignorātiam testes possint produci.Nec ob.ratio Bar.quia satis est ꝙ renunciās sciret in genere hoc ius sibi competere,ſ. producendi
8 testes. † licet enim renunciatio non trahatur ad ius, quod quis ignorat sibi competere, trahitur tamen ad indiuidua, vel species vnius iuris, quod quis in genere scit sibi cōpetere,licet ignoret

ADDITIO.

a VIN. GOD. Renunciatio exceptionis nullitatis non ualet,quādo actus est simulatus etiam cum iuramento,Rui.consi.137.nu.8.lib.4.

ret quaſdam ſpecies, vel indiuidua illius iuris, vt ꝓbat tex.no.in l.ſub prætextu.la.2.C.de trāſac.& ibi hoc tenet Bar.& clarius in l.ſi de certa.in fi. C.e.Aliquando & eſt ſecūdus caſus, quis petit ſe reſtitui in caſu decretalis noſtrę poſt didicita teſtificata,& hic
9 videtur, primo dicendum, †ꝙ non ſit opus reſtōne, ſed admitta tur ad producendum teſtes ipſo iure. primo quidem, quia cum ex iſta ſubtractione probationū reſultet quædam præſumptio iniuſtitiæ contra ſubtrahentem,& hoc videtur purgari calumnia præſumpta, propter quam quis impeditur producere teſtes poſt didicita teſtificata, ergo videtur admitti probatio ipſo iure, ſicut dicimus de iudice inquirente in c.cum clamor.j. eo. ſecun do, quia ſicut dolus iudicis examinantis teſtem verus præponderat dolo præſumpto partis, qui didicit teſtificata, vnde iterū poteſt teſtem exterminatum producere, vt in c.per tuas.j.eo.& ibi no.& tradit Bal. in d.c.j.ſæpe alleg. ita videtur ꝙ dolus partis aduerſæ verus præponderet dolo præſumpto partis volentis ꝓducere teſtes, arg. l.idem ſi obſtetrix.in fi ff.ad l.Aquil. Præterea tex. dicit in l.fin. C. de adul. & in l.ſi cum ipſe.ff.de excu.tuto.ꝙ quando terminus ad probandum præfigitur a lege vel ad proſequendum cauſam ſuam, ita ꝙ expirat cauſa & inſtantia, tunc non currit terminus ipſo iure, ſi aliquis eſt impeditus facto partis. ergo dicendum ſimiliter videtur in caſu noſtro, ꝙ qui didicit teſtificata, ipſo iure non excludat volētem probare, ex quo fuit impeditus dolo partis aduerſæ. Et vide ad premiſſa, quę no. Bal. in illis duabus legibus, vbi firmat quod dixi. Ecōtra videtur, ꝙ non ſolum competat facultas ipſo iure producendi teſtes, ſed ꝙ eſt fortius, nec ope reſtitutionis, vt dicunt Doc. primo quidem,
10 quia ego habeo, †ꝙ quando inſtantia cauſæ appellationis labitur per dolū partis aduerſæ, tūc non datur reſtitutio, ſed competit actio de dolo eſt intereſſe, vt eſt caſus ſecundum ſecuudam lectu.& ſentit Bar.in l.arbitrio.§.pe.ff.de dolo. Si ergo nō datur reſtitutio, cum per dolum partis perimitur tota cauſa, & directo, multo minus vbi per indirectum,& maxime quia non ſemper contingit ꝙ per ſubtractionem probationis perimatur cauſa. Secundo ad idem facit tex.in l.argentarius.§.cum autem. ff. de eden. vbi probatur, ꝙ ſi ſubtrahitur mihi facultas probandi per dolum tertij, competit mihi actio contra tertium ad interaeſſe ſed non datur reſtitutio a contra ſententiam, vt plene declarant Pe.& alij in l.j.C. de condi.inde niſi forte in ſubſidium, vbi tertius non eſſet ſoluendo, vt tenet Bar. & communiter Docto. in d.§.cum autē. ita ergo videtur dici poſſe in caſu noſtro vt non nompetat reſtitutio, ſi pars aduerſa eſſet ſoluendo, alias ſic. Sed tamen prædictis non obſtantibus, placet mihi communis ſentētia Doc. in hoc articulo,& ad duas leges.s̄. allegatas, videlicet ad l.fi.de adul. cū altera dico, ꝙ in caſibus illarū legum ceſſabat omnino cauſa excluſionis & curſus termini,& concurrebat dolus, vel culpa partis aduerſæ, quia ceſſabat negligentia propter impedimentum. Sed in terminis noſtris, quamuis probatio fuerit ſubtracta dolo partis aduerſæ, non tamen ceſſabat omnino ſuſpitio ſubornationis, quia cum hoc poterat ſtaret ꝙ pars, quæ iſtos teſtes vult producere, ſubornet eos, & ideo eligitur via media, vt excludatur ipſo iure a facultate probādi, vt hic.& tamen cōcedatur reſtitutio propter dolum partis aduerſæ, & maxime quia iſta præſumptio diminuitur propter præſumptionem iniuſtitiæ non eſt contra partem aduerſam, vt dixi, non tamen in totum tollitur, qia eſt præſumptio iuris,& illa quæ reſultat contra eū, qui didicit teſtificata, eſt præſumptio iuris, & de iure, vt
11 patet in ver. illud, in corpore. in Auth. de teſtibus. †Ad illud argumentum de dolo iudicis, dic ꝙ fortior eſt dolus iudicis, quā dolus partis ad inducendum, vt terminus non currat ipſo iure, vt colligitur in Auth. vt ſpon. largi. §. rurſus. iuncta l. Labeo. §. pe. prælegata.& ex his, quæ ſcripſi in c.pe.s̄.de iudi. Non obſt. l.arbitrio. prælegata. quia vel dicimus ad illam ꝙ loquitur de dolo tertij, non de dolo partis, ſicut tex. in §. cum autem. & fortius conſeruatur ius alicuius impediti per factum aduerſarij q̄ per dolum tertij, vt patet in l.in teſtō.& ibi per Bar. ff.de condi. & demon. vel ad vtranque. l. ꝙ ſpeciale eſt propter auctoritatē rei iudi. ꝙ non detur reſtitutio, licet interueniat dolus partis, ſicut & multa alia ſunt ſpecialia. Et ad ea, quæ diximus in princi. huius articuli de eo, qui renunciat teſtibus, adde ſolennem doctri. Bar. quam poſuit in l.admonendi. ff. de iureiur. circa princi.
12 & approbat Bal. in l.j. C. de condi. indebi. †ꝙ poſt concluſum in cauſa, non poſſunt ipſo iure produci inſtrumenta de nouo reperta, ꝙ videtur conſonare his, quæ dixit in auten. at qui ſemel, de quibus s̄. De tertio caſu dic, vt hic plene per Moder. de q̄bus nihil addo. De quarto caſu dic breuiter, ꝙ ſine dubio impeditus producere teſtes legitimo impedimento, poteſt eos producere poſt didicita teſtificata, non quidem ipſo iure, quia ſi ſpeciale eſt ꝙ poſt tertiam productionem ante didicita teſtificata ꝓpter impedimentum probatum iuramento poſſunt ipſo iure producere teſtes, vt dicit tex. in corpore, in loco ſæpius allegato. ergo in q̄. rium eſt ius commune, ſed ope reſtitutionis vtique poterit, vt tenent hic Inno. communiter Doct. & do. Anto. in c. fraternita-

tis. s̄. in 6. vel. 7. fallentia. & probatur ratione, quia ſi legitime impedito conceditur reſtitutio contra ſententiam, vt patet in c.cū Bertoldus. j. de re iudi. fortius ante ſententiam, vt in c. licet. s̄. ti. proxi. Vnde dicit no. Inno. & ſequuntur ibi Doc. in c. vltra ter-
13 tiam. j. eo. & do. Abb. Moder. in c. ſuborta. j. de re iudi. † ꝙ ſi aliquis fuit impeditus ante ſententiam producere teſtes, reſtituetur aduerſus ſententiam, vt poſſit eos producere. Amplius ſentit Bal. & ſingulariter in c.j.§.item ſi vaſallus. circa prin. de con-
14 trouer. inueſti. †ꝙ quando aliquis eſt impeditus per factum iudicis, ipſo iure poteſt producere teſtes poſt didicita teſtificata. & idem eſt ſi ſit concluſum in cauſa, vt tradit ſingu. Ant. de Bu. in c. tam literis. j. eo. allegat gl. in ſimili, in c. ex conqueſtione. de reſti. ſpo. quæ dicta non approbo pro nunc. Illud autem eſt dubium in iſto quarto caſu, nunquid ignorantia probabilis ſit iuſtum impedimentum, vt concedatur reſtitutio, vbi non proceſ-
15 ſit ex dolo aduerſarij. Exemplū, †hæres ſuccedens creditori neſciebat ſe habere quoſdam teſtes ad probandum debitum, ta-
b men in probabili ignorantia, vt[b] l.qui alterius. de reg. iur. quæritur, ſi poſt didicita teſtificata vellet reſtitui ad proband. hos teſtes, vtrum ſit audiendus. in quo multum dubito, quia nullus Doctorum tangit, & ſi peteretur reſtitutio aduerſus ſentētiam propter probationem de nouo repertam, licet quis iuſte ignoraſſet, communis eſt opi. ꝙ non daretur reſtitutio, vt plene traditꝰ in l.j. de condi. inde. & in c. ſuborta. de re iudic. licet aliqui dixerint contra. & quia etiam publicatio & didiciſſe teſtificata ſunt inducta ad rigorem iuris conſeruandum, ſecundum Bar. in l.j. §. nūciatio. ff. de ope, no. nunc. Ideo prima facie videtur poſſe dici, ꝙ non datur reſtitutio ex capite ignorantiæ. ſicut non datur ꝯ ſententiam ratione prædicta. Sed quia propter auctoritatem rei iudicatæ multa inducunt ſpecialiter, vt ſit finis litiū, immo for-
c te poſſet dici, ꝙ iuſta ignorantia [c] eſſet cauſa ſufficiens ad reſtituendum aduerſus didicita teſtificata, ſicut per ea conceditur reſtitutio in alijs caſibus, vt patet ex no. in l.cum filius. §. in hac. ff. de verbo. obli. & in l.j. §. ſi quis autem. ff. de iti. actuque priua. & in c. vigilanti. j. de præſcrip. per Moder. hoc tamen tanquam dubium non determino pro nunc. In gl. 2. poſita ſuper ver. aſtricti ibi, idoneoque non obſtante, &c. iſta concludit in effectu, quod iſtud iuramentum ſimpliciter non ſit ſeruandum, & vtrum ſit verum in ſubſidiū duntaxat, videlicet vbi non poſſet ꝑ fieri probatio per alios teſtes, an vero vbi poſſet ꝑ alios ꝓbari, dic vt diximus in notabilibus. Sed quæritur pro declaratione gl. nunquid teſtis iſte, qui præſtitit temerarium iuramentum, admittaꝰ ſimpliciter ad reſtificandum. Secundo quæritu r, poſito ꝙ cōtra eū qui participat ſecum fraudem poſsit admitti etiam non emne datus de crimine, vtrum iudex ex officio ſuo in dicto caſu repellere poſſit. Circa primum diſtinguit hic do. Abb. de mente Doc.
16 & clarius in c. conſtitutus. j. eo. † ꝙ aut teſtis iſte producitur contra eum, qui adegit ipſum iuramento, ne reſtificaretur, aut producitur contra alium. primo caſu in odium participantis fraudem admittetur teſtis etiam perſeuerās in crimine, & vt ait hic Innocen. aduerſus exceptionem criminis, quam faciet pars, cō petet producenti teſtem replicatio de qualitate criminis, iuxta c. pe. & fi. j. de adul. & eſt iſta notabilis limitatio ad c. teſtimonium. j. eo. quam tamen intellige, quādo pars fuit particeps criminis in committendo: ſecus ſi fuit particeps in omittendo. verbi gratia, quia non corripuit criminoſum, cum ad eum ſpectaret, ſed tolerauit. ita no. eleganter Ioan. And. & Moder. in c. cū I. & A. j. de re iudica. approbantes glo. ibi poſitam, quæ ſentit contrarium. Amplius eſt dicendum in caſu noſtro, ꝙ etiam ſi ſolus teſtis fuiſſet in hoc crimine, vel in alio ſimili commiſſo, vt vitaret teſtificatum, adhuc non obſtante crimine cogeretur teſtificari, nec poſſet repelli, vt in c. inquiſitioni, in fi. j. de accuſa. & bene facit tex. de iure ciuili, in c.j.§. ſi enim. quid ſit inueſtitū-
17 ra. † Secūdo caſu, videlicet cū teſtis producīt contra alterū, diſtingue ſecundum Moder. ꝙ aut non erat emendatus de crimine, & tunc repellitur. ſic intellige Inno. in c. cōſtitutus. j. eo. aut erat emendatus de crimine, & tunc non repellitur, quia ſecundum Moder. præſtans temerarium iuramētum, eſt periurus largo, mō & ideo nō repellitur poſt peractam pęnitentiā, vt periurus ſtricte, ſecundum Hoſtien. & Ioan. An. in c. teſtimoniū, prælegato. Ad hoc etiam adducūt glo. in ſimili, lxxxv. diſtin. c. Florentinum. quæ vult, ꝙ præſtans temerarium iuramentum poſſit promoueri poſt peractam pęnitentiam. pro quo eſt caſus in c. ſicut noſtris. j. de iureiuran. & iſtud dictum conſonat auctoritati & rationi. Auctoritati, & hoc tenet glo. & ibi Moder. in c.j.

de

ADDITIONES.

a VIN. GOD. Nam reſtitutio non datur etiam lapſo ex propria culpa, Ruy. conſi. 48. nu. 10. lib. 4.

b VIN. GOD. Ignorantia autem ex quibus præſumatur. Ruy. conſilio. 26. nu. 21. lib. 3.

c VIN. GOD. Adde quòd ignorantia excuſat a pęna, quando factum non eſt de iure prohibitum, Ruy. conſ. 184 nu. 9. lib. 2.

de iureiuran.lib.6.conuenit rationi,quia ſecundum Bal.not.in l.obſeruare.§.proficiſci.in 23.quæſtio.ff.de offic. proconſul. &
18 leg.† periurium nunquam incurritur vel committitur ſine dolo, & iudex qui per interiora fert iniquam ſententiam, non eſt periurus ſecundum eum,præſtans autem temerarium, licet ſit in dolo in eo ꝙ vult offendere partem,& non teſtificari,non tamen eſt in dolo ueniendo contra iuramentum. fuit autem in culpa iurando ꝙ non debebat iurare:& ideo non debet dici ſtricte periurus, ſed largo modo hoc dicatur periurium, vt in d.c. ſicut noſtris.Secunda quæſtio eſt magis difficilis.nam Innoc.&
19 Docto.hic expreſſe ſentiunt, † ꝙ quia pars non poteſt excipere contra teſtes in odium ſui, ideo iudex ex officio non debet teſtē repellere,ne concedatur vna via ꝙ alia negatur, & eſt magna limitatio & pulchra ad tex.2.quæſtio.7. c.quærendum. & cap. ſi qui ſunt.vbi probatur, ꝙ iudex accuſatorem & teſtem inhabilem poteſt repellere ex officio, immo debet. Sed contra iſta dicta eſt glo.ordinaria,in cap.nullis.de accuſatio. quę dicit expreſſe, ꝙ licet epiſcopus non poſſit repellere accuſatorem inhabilē, cuius mores videtur approbaſſe, tenendo eum ſecum in contubernio, & hoc in odium ſui, iudex tamen talem accuſatorem poteſt repellere ex officio,& illam glo.approbat ibi dom. Abb. Moder.per ea,quæ habentur in cap.primo.de elect.lib.ſexto.in glo.& in c.j.de iudi.eodem lib. in quibus patet,ꝙ ſi pars non opponit contra procuratorem, ꝙ non habeat mandatum, vel ꝙ non poſſit admitti in cauſa criminali, iudex tamē ex officio ſuo poterit tales repellere.ſed iſta non ſnnt ſimilia,quia ibi pars poterat opponere ſi volebat. vnde nō ſequitur abſurditas, de qua in caſu noſtro, de quo ſupra.Item contra iſtam concluſionem facit,ꝙ tradit ſingulariter Hoſtien.& ſequuntur ibi Docto. in c. quia fruſtra.infra de vſur.qui dixit, ꝙ ſi vſurarius repetit vſuras ab altero, licet poſſit repelli in odium ſui propter ſimilitudinē criminis, iudex tamen ex officio poteſt cogere conuentum ad reſtituendum vſuras,non quidem vſurario,ſed aliis, quibus extorſit ipſe vſurarius. Et eſt ſciendum, ꝙ etiam inter Legiſtas in iſta quæſtione fuit aliqua varietas,nam Bart. etiam no. in l.fin. §.ſi ſtipulator.ff.de eo,per quem factum erit, in effectu ſuper il
20 la quæſtione,† ꝙ licet non competat ius excipiendi alicui, ſi tamen liquet iudici de tali inhabilitate partis aduerſæ,quæ oſtendat aliquem non habere ius agendi ipſo iure, tunc iudex poſſit aduerſarium repellere ex officio, & debebit, per l. vbi pactum, cum ibi no. C. de tranſact. Si vero inhabilitas non concludat,ius agendi non competere ipſo iure, & tunc ſentit expreſſe, quod perſona inhabilis non repelletur. hanc ſententiam ſecutus eſt Bald.in hoc vltimo cap. in l. cum mulier. ſolu. matrimo. & refert & ſequitur Pet.in repetitio. ſua in regula, acceſſorium, de regu.iur. in quæſtione de bannito, qui non debet audiri ex forma ſtatuti agendo & excipiendo. concludunt enim, ꝙ ſi actor ſit bannitus & reus excipiens,quia reus non poteſt excipere, bānitus agens admittetur, nec poterit repelli per iudicem, & ſecundum hanc ſententiam vera erit opin.Docto. hic, & falſa opin.glo.in cap.nulli. Pro hac concluſione facit,ꝙ ponit Barto.in l.non ſolum.§.quanquam.ff.de iniur.& l.quæſitum.ff.de in ius
21 vocan.dum dixit, † ꝙ ſi ex forma ſtatuti bannito [a] debet negari
a audientia vel ius,ſi talis offenditur,ſicut bannitus,ſicut ipſe non poteſt agere,ita iudex non poteſt inquirere. idem tenuit.Bal. in l.prima,in ſecunda lectu.ff.de ſta. homi.& in l.j.in 3.colum. vbi hoc prolixius proſequitur.C.ſi a non compet.iudi. ſicut ergo iudex non poteſt ſupplere ex officio defectum banniti in agendo, eadem ratione videtur, ꝙ nec poſſit ſupplere in excipiendo loco banniti,vel alterius, qui propter odium ſui ab excipiendo repellitur.Sed contra iſtas doctrinas eſt deciſio Bal. in terminis in l.vbi pactum, in vlt.colum.C.de tranſact. vbi tenet per l. plane.
22 & l.fin.ff.de petit.hæred.† ꝙ ſi ex proceſſu liquet iudici de inhabilitate actionis,quamuis actor nō excludatur ipſo iure,& pars non poſſit hanc inhabilitatem allegare,iudex tamen repellet ex officio.& ponit exemplum de eo, qui non ſoluit collectas, cui ꝺz denegari audiētia,vel ius ex forma ſtatuti.ſed iſta ſua doctrina non videtur vera, quia leges allegatæ p ipſum nō loquuntur de exceptione odioſa, vt eſt exceptio criminis contra teſtem, vel exceptio banni, ſed de exceptione, cuius loco iudex interponit officium,ne pars aduerſa locupletetur cum aliena iactura, quo caſu fatetur ꝙ quamuis pars ab excipiēdo repelleretur propter odium ſui, iudex tamen poſſet ſupplere ex officio, vt ſatis probatur in dic.l.plane,& eleganter declarat Bart.in l.ſi vnus.§.pactus.in ver.opponendo. ff. de pact. Sed contra iſtam communem ſententiam magis faciunt duo iura. primo tex. cum glo.in l.prima.C.ſi tu.non geſſerit,vbi patet, ꝙ quamuis libertus non poſſit accuſare patronum nomine ſui pupilli,nec contra ipſum agere actione famoſa, poteſt tamē implorare officium iudicis. Secundo contra prædicta facit tex. quem Barto.adducit pro ſe, in dic. §.pactus. in l. plane. de petit. hæredit. vbi Iuriſconſultus dicit, ꝙ ſi infertur iniuria perſonæ, quæ non poteſt audiri in actione iniuriarum, ſed qui per medium illius perſonæ iniuria-
tur maxime,& hoc quia principaliter offenſus non poteſt audiri,audietur ipſe pro ſuo intereſſe,& ſuo nomine. & ſic videtur, ꝙ quia offenſo bannito offenditur reſpublica,ſaltem iudex poſſit inquirere pro publico intereſſe in caſu Barto. & ſimiliter videtur poſſe dici, ꝙ quia intereſt iudicis non admitti teſtem criminoſum, vel accuſatorem,licet pars non poſſit repellere teſtē, iudex ex officio poſſit repellere. Sed tamen his non obſtantib⁹, credo ſententiam Doctorum hic eſſe veram, & in terminis decretalis noſtræ ſine dubio vera eſt duplici ratione particulari. Prima eſt,quia etiam ſi pars,quæ nunc repellit teſtem,non fuiſſet particeps doli & criminis,adhuc iſto caſu non poſſet teſtem repellere, vt ſupra dixi per capit. inquiſitionis. infra de accuſat. Secunda, quia pars aduerſa læderetur, ſi teſtis poſſet repelli ex officio iudicis per dolum partis, ad cuius commodum repelleretur, quod eſt abſurdum & inconueniens,& hanc rōnē ſentit hic do.Abb. & bene. vbi autem eſſemus in crimine non commiſſo a teſte & a parte ad ſubtrahendum facultatem probandi, quo caſu ſi ſolus teſtis eſſet criminoſus, ſine dubio poſſet per partem repelli. tunc proprie dubitatio, in qua poteſt concludi ex præmiſſis vna cum Docto. hic, quod dixit gl.in dic.cap.nulli.ꝙ ſicut pars,quæ eſt particeps criminis, non poteſt teſtem repellere,ita nec iudex poſſit repellere ex officio. Eſt enim iſta exceptio odioſa, in qua admittitur compenſatio doli effectualiter, vt dictum eſt, ne alioquin criminoſus conſequatur per indirectum,ꝙ nō poteſt conſequi per directum. Ad duas leges prę allegatas, contra iſtam opin.dic,ꝙ ibi non tollebatur accuſatio parti propter odium ipſius accuſantis,ſed propter reuerentiam perſonæ accuſatæ,contra q̄ non debet intentari actio famoſa,& quia officium iudicis non infamatur, ideo attenta cauſa prohibitionis non tollitur per reuerentiam. Item ꝙ reuerentia,quæ debetur ab vno,non tranſit ad tertium, iccirco tertius pōt agere actione iniuriarum.Sed in caſu noſtro eſt eadem ratio denegandi officium iudicis.ſ.par turpitudo.& bene facit tex. 2.q.6.c. ſi hæreticus.& c.ſeq. Et ſi diceretur,ꝙ cum in caſu noſtro iudex pro intereſſe publico poteſt repellere, cuius reſpectu nō debet conſiderari odium,in caſu autem Bar. iudex debet poſſe inquirere,quia ſimiliter odium non egreditur perſonam banniti, dico prout refert Bal.in d.l.j.ſi a non compe.iudi. ꝙ hoc ipſo ꝙ in his caſibus lex negauit actionem vel exceptionem odioſam pro delicto videtur remiſiſſe offenſam, quæ pertinebat ad rēpublicam.& ideo reſpectu reipublicæ non poteſt officium iudicis interponere.ſed in §.quanquam.licet iniuria remittatur patrono reſpectu liberti, non tamen videtur remiſſa iniuria tertio, qui non habet eandem qualitatem. Et quia ſ.diximus, ꝙ quando quis renunciauit teſtibus, poteſt iure producere teſtes, qui fuerunt ſibi ſubtracti per dolum aduerſarij, per l. tres fratres. ff. de reſtit.in integ.vt dicunt hic Doct.& ſic indiſtincte procedat iſta litera. & ad l. tres fratres. dic ꝙ magis delinquit, qui ſubtrahit immediate rem alterius per dolum,quam qui mediate ſubtrahendo probationem.

ADDITIO.

a VIN. GOD. Quoniam bannitus habetur pro mortuo, ut tradit Rui.in con fil.25.nu.5.li.5.nimirum ut debeat ſibi denegari audientia.

SVMMARIVM.

1 *Terminos duos excluſiuos productionis teſtium, publicationem & renunciationem eſſe.*
2 *Reſcriptum ad hoc,vt dicatur impetratum lite pendente, quid requiratur.*
3 *Iudex concordiam quærere poteſt in cauſa dubia, vbi de iure eccleſiæ contenditur.*
4 *Priuilegium iuri communi contrarium,de falſo eſt ſuſpectum.*
5 *Motus proprius,licet ſurreptionem tollat,non tamen conualidat gratiam contra concedentis intentionem. & quomodo Aduocatus debeat eſſe cautus in opponendo ſurreptionem.nu.ſeq.*
7 *Motus proprij clauſula,quid operetur.& nu ſeq.*
9 *Lex facta ad partis poſtulationem,in dubio facta præſumitur motu proprio.*
10 *Lis per ſolam commiſſionem,an pendere dicatur.*
11 *Princeps priuilegium concedendo,mentionem de iure communi facere non tenetur.*
12 *Iudicem impetrans, etiam antequam præſentauerit literas iudicibus,aliquid præparatorium ad cauſam feciſſe dicitur.*
13 *Commiſſio facta ſimpliciter de cauſa,an literas gratioſas ſurreptitias reddat.*
14 *Priuilegium impetratum lite pendente,an ſit nullum.*
15 *Dominus ex vno capite, iure ſuo dubio uel non notorio exiſtente,an poſſit ad cautelam acquirere nouum titulum.*
16 *Lex,vel reſcriptum, quod expreſſe ad præterita trahitur, quare in dubio non trahitur ad ea finita & deciſa.*

CAP. XIX.

CAuſam. Renunciatio vel publicatio facta in q buſdā capīs,nō ob.volēti ꝓducere teſtes in aliis capīs.ſcda eſt ibi,cūq;. tertia eſt ibi,iudicibus.quarta ibi,qa vero. No.primo duos terminos
1 Franc.Aret.in ij.Decretal. O exclu-

excluſiuos productionis teſtium de iure canonico, videlicet publicationem & renunciationem, ſicut in cap.præcedenti.de quibus in cap.fraternitatis. & in capit. cum veniſſet. infra eodem.

2 Nota ſecundo ibi, & nullis capitulis, &c. † ꝙ quantum ad hoc vt reſcriptum dicatur impetratum pendente lite, ſatis eſt cauſam fuiſſe commiſſam abſque eo quod ſit proceſſum ad aliquē alium actum. & poteſt eſſe ratio ſecundum domi. Anto. quia commiſſio facta iudicibus de cauſa, intelligitur reſpectu iuris, ꝙ habebant partes tempore commiſſionis, quia pro illo poterat eſſe lis, vt in c. fin. ſupra de præſcrip.ſed tamen hoc dictum reuocabitur in dubium infra in glo. vnde dic, vt in ea dicemus.

3 Nota tertio ibi, concordia vel iuſtitia, &c. † quod etiam vbi conditur de iure eccleſiæ iudex poteſt quærere concordiam & tranſactionem, quando cauſa eſt dubia, de quo dic, vt plene ſcribit Anto.& Moder.in cap.primo, ſupra de mutuis peti.& traditur in cap.fin. ſupra de tranſact. & quod ponitur in l. congruit. ff.de offic.præſid. per Bart.in l.æquiſſimum.in princip.ff.de vſu fruct.& in l.huiuſmodi.§.fin. ff.de lega. primo. Nota quarto &

4 vltimo, † ꝙ priuilegium [a] contrarium iuri communi, ſtilo &

a conſuetudini priuilegiorum, eſt ſuſpectum de falſitate. vnde iudex, qui recipit tale priuilegium vel reſcriptum, debet illud remittere ad ſuperiorem, qui conceſſit, & expectare ſecundā iuſſionem, vt in cap.2.ſupra de reſcript.& in cap.ad noſtram. & in cap.porrecta.de confir.vti.vel inuti. facit, quod no.in dic. cap. cum adeo, ſupra de reſcrip. In glo.poſita ſuper ver.capitulis. ibi, impetrata, &c.addit Hoſtien.& valde ſingu. ꝙ idem eſt, ſi priuilegium ſit conceſſum motu proprio, quod dictum approbant hic Moder.per ea, quæ no. Ioan.Andr.in cap. ſi motu proprio.

5 de præben.lib.6.vbi dicit in effectu, † ꝙ licet motus proprius tollat ſurreptionem, non tamen conualidat gratiam cōtra vel præter intentionem concedentis etiam præſumptam. vnde ſi aliquis habet beneficium motu proprio, non videtur diſpenſatum, vt poſſit illud obtinere contra formam ſtatuti iurati diſponentis de numero canonicorum.exemplum in capit. conſtitutus.ſupra de reſcrip.& ſimiliter non videtur ille, cui fit talis collatio, habilitari, ſi ex aliqua qualitate criminis, vel alio modo erat inhabilis, vt etiam tenet ibi glo.& in clem.ſi Romanus Pontifex.de præbend. Hoc autem verius eſt, vt dixi, quia veriſimile eſt, ꝙ ſi concedens gratiam motu proprio iſta ſciuiſſet, non fuiſ-

6 ſet gratiam conceſſurus. vnde dicit Ioan.And.ibi, † ꝙ aduocatus debet eſſe cautus in modo opponendi. non enim debet dicere gratiam ſurreptitiam eſſe, quia hoc eſſet falſum, quoniam nemo ſurripit Principi, cum conceſſit gratiam motu proprio, ſed debet opponere ꝙ intentio conferentis gratiam non extenditur ad hunc caſum. hanc ſententiam ſequitur domi. Abb Moder.multum diffuſe, allegans deciſiones Rotæ in cap. quia circa.de conſangui.& affi.omnino videas. pro hac ſententia videtur eſſe caſus ſingularis, quem ibi ponderat Bart.in l.fi. C.de coarctalibus.lib.12.ipſe tamen ſentit in contrarium dicens, quod eſt ſpeciale in illo caſu. Sed contra iſtam concluſionem multum facit duplex ratio. prima eſt, quia ſecundum dicta illorum ſequeretur ꝙ proprius motus, præterquam in collatione beneficij, parum vel nihil operaretur. ſi enim eſſet expreſſum tale quid, quo non expreſſo faciens gratiam non fuiſſet cōceſſurus, & ſimiliter tacitum tale quid, quo expreſſo gratia non eſſet conceſſa, tunc ſine dubio gratia non valeret, ſecundum iſtos. Et ſi dicatur, poſito ꝙ ita ſit, adhuc proprius motus poterit aliquid

b operari, quia ſi gratia [a] ſit conceſſa ex cauſa falſa, qua tamen non expreſſa Pontifex præſumeretur gratiam conceſſurus, tunc reſcriptum gratioſum eſſet nullum, ſi eſſet impetratum a parte, ſecundum Innocen.& Docto.in cap.ſuper literis.de reſcript.& in cap.ad audientiam.eodem titu.dico ꝙ hoc caſu hoc eſt ſatendum, motum proprium aliquid operari. Sed ſi gratia eſſet conceſſa, nulla falſa cauſa expreſſa aliquo non tacito, ꝙ etiam ſi fuiſſet expreſſum Princeps fuiſſet gratiam conceſſurus, tunc non videtur differentia, ſi ſit gratia conceſſa ad partis impetrationē vel proprio motu, quia vtroque caſu valeret, vt eſt caſus a contrario ſenſu, in c.2.de fil.præsby.lib.6.& bene facit tex.in ca.dudum.infra de priuileg.& tenent Moderni in c. ſi motu proprio, præallegato.& ſic in hoc caſu clauſula motus proprij videretur eſſe ſuperflua. quod non eſt dicendum, vt in c.ſi Papa.de priui-

7 leg.lib.6.† Sed ad iſtud poſſemus dicere, ꝙ clauſula motus proprij etiam operaretur duo. videlicet primo, ꝙ vbi alias gratia eſſet ſurreptitia, quando ſaltem illo expreſſo quod eſt tacitum, p̄ſumeretur ſuperior difficilius aliquid eſſe conceſſurus, ſecundum Innocen.in cap.cum dilecta.ſupra de reſcrip.& bene facit tex.in c.poſtulaſti.in fi.eodem tit.tunc ſuſtentabitur gratia pro-

8 pter clauſulam proprij motus. † Secūdum effectum poterit operari, quia propter motum proprium gratia eſt fauorabilis, vbi alias non eſſet, & facilius extenditur. ſic tradit ſingulariter Ioan. And.in cap.cum in cunctis.§.primo ſupra de elect.Sed fortius obſtat ratio, quæ ſequitur, quia tex.in clemen. ſi Romanus Pontifex.dicit, ꝙ cum gratia conceditur proprio motu, tollitur ſurreptio ſecundi beneficij non expreſſi; qualiacunque & quæcunque beneficia quis pri⁹ haberet. ponatur ergo, ꝙ ille q impetrauit, primo erat ſufficienter beneficiatus, & ex nunc impetrat beneficium melius omnibus priorib⁹, certe præſumptio iuris eſt, ꝙ habenti beneficium ſufficiens, ſummus Pontifex non eſſet aliud collaturus, ſi hoc ſciret, eriā ſi per aſſecutionem ſecundi primum ſit amittendum. & multo fortius iſtud eſt, quando primū beneficium eſſet tale, ꝙ de iure poſſit retineri cum iſto ſecūdo. vel forte ex diſpenſatione, quam habuit impetrans. iſta probantur in cap.cum adeo.ſupra de reſcript.& in cap.ſuper inordinata. infra de præben. & tamen contra hanc præſumptam intentionem valet clauſula motus proprij. vnde iſta dicta videntur contra mentem illorum iurium ſimpliciter intellecta, & ſemper dubitauit domi. Anto.de But.in cap.per venerabilem. in 7. char.col.vlt.qui fil.ſint legi.qui tenet expreſſe id, quod dixit hic

c Hoſtien. & credo eſſe verum, ꝙ clauſula c motus proprij non operatur aliquid, quod affert præiudicium tertio, quia hoc in dubio non præſumitur velle Princeps, vt l.2.§.merito.& §.ſiqs a Principe.ff.ne quis in loco publico.& in c. ex multiplici. infra de deci.& in c.ex parte.ſupra de offic. deleg. & licet Innocen.in c. fin. ſupra vt lite penden. teneat & ſequuntur ibi Moder. ꝙ licet non ſufficiat clauſula motus proprij, in terminis noſtris, ſufficeret tamen clauſula ex certa ſcientia, adhuc illud dictum eſt dubium, quia certa ſcientia non habet vim clauſulæ non obſtā tium, vbi agitur de præiudicio alterius, ſecundum Bal.in prælu. ſeu.char.3.licet aliter ibi dixerit, de quo dic vt plene ſcripſi in c. j.ſupra de præſcrip. Vnde ego in iſta materia breuiter conclude rem, ꝙ clauſula motus proprij non operetur ad præiudiciū tertij, ſecundum Hoſtien.hic, nec etiam tollat vel habilitet ad aliquam qualitatem, ex qua cauſaretur maior inhabilitas, quam illa, quæ cauſatur ex obtinendo ad beneficium, quæ tollitur per motum proprium. Eſt enim ratio expreſſa in c. ſi motu proprio. ꝙ ideo nō vitiatur gratia, quia procedit a mera liberalitate Principis. quæ ratio, licet ſimus in materia exorbitanti, & contra regulas iuris, facit vt idem ſit in quocunque caſu ſimili, vt in c.cū dilecta.infra de confir. vti. vel inuti. & quod traditur in l.ſi conſtante.ſolu.matri.per Bart.in c.j.de tempo.ord.lib.6.& iſtud eſt magis rationabile, attento ꝙ vt ſ.diximus, ſecundum Ioan.And. gratia conceſſa motu proprio eſt fauorabilis. ergo & lex vel canon diſponens de validitate huius gratiæ.& ſecundum hanc diſtinctionem debes intelligere dicta Bar.in d.l.fi.præallegata. qui ſenſit ꝙ regulariter motus proprius validet gratiam etiam ſi ſit tacitum tale quid, quo expreſſo, &c. ſic etiam debet intelligi Bal. qui idem ſenſit clare in l.fin.in vlt.colum.C.ſenten.reſcin. non poſ.vbi voluit ꝙ primus motus validet gratiam ſuper eo, quod eſt prohibitum impetrari a Principe. cuius contrarium ſenſit Ioan.And.in d.c.ſi motu proprio.dum allegat c.eam te.de ęta. & quali. & forte in illis terminis dictum ſuum eſt verius, quia quando prohibetur impetratio, videtur eſſe odioſior qualitas, quam inhabilitas beneficij. Et ſcias, pro complemento clauſu-

9 læ motus proprij, † ꝙ etiam lex facta ad poſtulationem partis, ſortitur naturam priuilegij impetrati a parte, licet in dubio præſumatur facta motu proprio.glo. eſt ſingu. quam ibi ponderat Bar.in l.prima.C.de bo.vacan.lib.10.quod autem dicitur, ꝙ lex in dubio videtur facta motu proprio, vt l.j.C.de peti.bo. ſubla. & no.Bar.in l.3.in princip.ff.quod quiſque iur.videtur ipſe limitare, niſi lex ſit extrauagans, vt ipſe ponit in l.fin.C.de peti. bon. ſubla.quod dictum non affirmo pro nunc.& licet vera ſit opin. Hoſtien.de qua ſupra dixi, ꝙ priuilegium conceſſum motu proprio lite penden.non valet: Glo.tamen ſingularis, quam approbat ibi Bald. expreſſe, tenet contrarium. & videtur ibi caſus in l. qui autem. in princip. ff.ſi quis cautio. Sed ad iſtum text. potes dicere, vt ſentit ibi ſecunda lectura glo. quòd priuilegium fuit conceſſum ex certa ſcientia, non ſimpliciter motu proprio. Vel dicamus, ſaluando glo. & Bald. quòd ſit vera, vbicunque agitur de modico præiudicio partis, puta quando conceditur priuilegium lite pendente, quod eſt dilatorium iuris partis, non reſtrictiuum, iuxta l. quotiens. C. de preci. Impera. offeren. & ita videtur ſentire ibi Bald. ex exemplo ibi per eum poſito. ex

quo

ADDITIONES.

a VIN. GOD. Et ideo priuilegium ceſſabit, ſi cauſa eiuſdem ceſſauerit, vt meminit Rui.conſ.142.nu.19.lib.5.

b VIN. GOD. Adde, ꝙ gratia dicitur ſurreptitia, quando exprimitur falſum vel quando non exprimitur illud, quod ſi fuiſſet expreſſum, aut ſuperior nō conceſſiſſet, aut difficilius. Rui.conſ.157.nu.5.li.1.

c VIN. GOD. Adde de huiuſmodi clauſula motu proprio, quando habeat vim clauſulæ non obſtante, Rui.conſi.109.num.5.lib.3.& conſ.21.nume.10. lib.5.Et quando præiudicet tertio.conſ.222.nu.7.& conſ.123.num.3. & 19. li.3. Et ꝙ iſta clauſula motu proprio, non tollit ſurreptionē in præiudicium tertii, cui ius fuit in re, vel ad rem quæſitum, conſ.63.nu.3.lib.5. Nec præiudicat tertio, ubi non apparet de ſcientia Principis, conſ.160.num.16.lib.4.Et quando faciat ceſſare uitium ſurreptionis, Rui.conſ.148.nu.9.lib.4. & uide in conſ.70.nu.15.lib.5.

quo limitat singulariter dicta Bar in l.oēs populi.in 5.q.prin.ff. de iusti.& iu.& quia s̄.diximus, allegando Ioan. And. in c.cum in cunctis. de elect. q̄ motus proprius facit gratiam fauorabilem,scias q̄ illa conclusio videtur probari singulariter in l. vniuersis.& quod ibi per Bar.de legatio.lib. 11. vbi est casus, secundum Bar.q̄ dignitas concessa motu proprio, habet hoc q̄ priuilegium concessum tali dignitati, durat etiam finita administratione,secus si sit concessa de postulatione partis.In gl.posita super verbo,commissum.hanc glo. singulariter approbat hic Ioā. Calde.in c.cum olim.infra de re iudica.Hostien. dicit q̄ ista glo. est vera,si sit secuta citatio,vel saltem pars sciat de commissione iudicibus facta,argum.c.meminimus.infra de appellatio.dom. Anto.de But.hic distinguit,q̄ aut quæritur,vtrum priuilegium impetratum post commissionem causæ sit nullum, quia lis pēdeat,seu ratione litis penden.aut quæritur vtrum sit nullum ratione surreptionis.Primo casu dicendum est, q̄ per solam commissionem lis non dicitur pendere,quo ad effectum nihil innouandi pendente lite, sed dicitur pendere duntaxat citatione secuta secundum formam cle.secundæ, vt lite penden. vbi est casus.& sic no.Ioan.And.in c.j.de priuileg. lib. 6. ita etiam tenent communiter Doct.in c.fi.s̄.vt li.penden.licet Hostien. aliter dixerit in c.j.eod.tit.vt refert gl.in d.clem.2.pro hac etiam conclusione vide glo.in c.j.vt lite penden.lib.6.& in c.j.ʒ. de confir. vti. vel inut.Secundo casu dicit ipse, q̄ priuilegium potest dici nullum ratione surreptionis, & sic intelligatur iste text. videtur tamen requirere vltra glo. & Ioan. Calde. q̄ pars aduersa sciuerit de impetratione.ego autem fateor, q̄ propter hoc facilius præsumeretur fraus in impetrando: sed etiam tamen sine scientia partis,cum ille ex hoc non requirat,videtur ista glo. procedere, vt infra dicemus.dom.Abb. Moder. reprehendit hoc vltimum dictum do.Anto. mouetur, quia Princeps, si causa non fuisset commissa, concedendo priuilegium illis monachis contra ius commune huius plebani simpliciter potuisset tollere ius commune, & valuisset priuilegium etiā nulla facta specifica expressione de iure ipsius plebani, † quia Princeps concedendo priuilegium, 11
non tenetur facere mentionem de iure communi, vt in c.j.& quod ibi habetur in glo.de constitu.lib. 6.& hoc est,quod dicunt Io.And.& alij in c.j.de excess.præla.in 6. q̄ si Princeps intendit priuilegiare,valet priuilegium sine clausula, non obstantium. quinimmo & sine clausula ex certa scientia, quia ex quo non agitur de facto, sed de iure communi simpliciter tollendo, satis sit princeps ius quod tollit. pro qua conclnsione soleo allegare tex.no.licet glo.ibi dicat contrarium,in l. 3.§.si is,pro quo. ff.quod quisque iuris.& ita scripsi in c.j.s̄.de rescrip.Si ergo cōcedendo priuilegium simpliciter,Princeps videtur velle tollere ius commune,a fortiori secundum eum præsumitur q̄ tustulisset,si sciuisset commissionem ipsius factam. sed ista ratio nō est sufficiens,cum reuerentia, quia si accipis illa duo in sensu diuiso,idest de per se & separatim, tunc verum est,quod dicit dom. Abb. sed si accipis illa duo in sensu cōposito, scilicet q̄ illa duo sunt simul iuncta,tunc non est verum,quod dicit, quod facilius præsumitur Princeps concessurus priuilegium, vbi obstaret ius commune faciens pro altero duntaxat, quam nisi obstaret ius commune,& commissio facta ipso iure iudicibus. Pro cuius in 12
tellectu aduerte diligenter, † quia ille qui impetrauit iudicem, etiam priusquam presentauit literas iudicibus, dicitur fecisse aliquid præparatorium ad causam, vt est casus in c. ex parte. s̄. de rescrip.iuncta l.j. §.expresse. ff.de poll. preparatio autē facta de causa,operatur aliquos effectus, ac si causa esset inepta in fauorem præparantis,& contra ipsum. De fauore, est casus in l.si defunctus.in prin.ff.de procur.& quod ibi per Bar.& in l.quemadmodum.ff.de inoffi.testa.De odio & preiudicio,est casus vnicus,secundum Dy.& Bar.in l.miles.§.socer. ff.de adul.vnde nō potest negari,q̄ impetrato iudice res non est omnino integra.et ideo præsumeretur difficilius Princeps parti præiudicaturus, q̄ nulla commissio esset facta,& hoc sufficit ad reddendum grām nullam & surreptitiam, vt traditur in c. cum dilecta. & in c. postulasti,s̄.de rescrip. ad hoc faciunt leges, quæ facultatem purgandi moram considerant,vtrum res sit integra,de quibus in l. si post tres.ff.si quis cau.& licet gl. notabilis,quam ibi not.Bart. in l.si pecuniam.ff.de condic.ob cau.sentiat,q̄ propter præparamenta res non desinat esse integra, debet intelligi qn̄ aliter pōt esse consultum illi,qui fecit præparamenta. vel potes dicere, q̄ quo ad quædam dicitur integra,quo ad quædam non, vt patet 13
ex notatis in d.l.si defunctus. † vnde standum est literæ nostræ, quæ clare probat intentionem gl.& concludēdum,q̄ commissio facta simpliciter de causa,reddit literas gratiosas surreptitias etiam si pars aduersa non sciuerit de commissione.& hoc tenet Io.de Imo.dicens amplius, q̄ quo ad effectum annullandi priuilegium, potest dici q̄ lis pendeat per solam impetrationem, & sic videtur sentire q̄ cle. 2. vt lite pend. non habeat locum in priuilegio impetrato pendente lite,sed in eo q̄ attēderetur a iudice vel a parte.Contrarium tamen tenet ibi gl.tertia,vel quarta,& verius,quia illa clemen.est facta ad interpretationem tituli,vt lite pendente,in antiquis.quicquid ergo dicitur in l. interpretata, vel continetur, dicitur repetitum in l.interpretante. in Authen.de filiis ante dota.instru.§. vlt.sed in titulo,vt lite pen. in antiquis,sine dubio continetur prohibitio impetrationis priuilegii,vt patet ex rubrica,iuncto c.j.& fin.eodem tit.ergo similiter continebitur in clem. 2. vnde dic vt dixi. & quia do. Abb. Moder.hic attingit quandam quæstionem, quam plenius posuit in cap.fin.supra vt li.penden.post Innocen.& multum pertinet ad intellectum materiæ,quam diximus, ideo tractabimus 14
eam succincte hic:quæstio est, † vtrum priuilegium impetratū lite pendente,sit nullum'absolute,vel potius non valeat duntaxat in illa lite,qua pendente fuit impetratum,ita q̄ si peremptа instantia illius litis vel aliter extincta illa lite priuilegium in nouo iudicio producatur, & super eisdem rebus valeat & teneat. in quo articulo Innocen. & Ioan. And. & communiter Docto. faciunt duo membra. primum, quādo post litem contestatam instantia fuit peremptа vel lata absolutoria ab obseruatione iudicij,vel lata sententia in fauorem illius, qui impetrauit priuilegium. & similiter procedit quæstio, si ante litem contestatam lis sit finita, vel per absolutionem ab obseruatione iudicij, vel quia sit renunciatum liti & causæ.secundum membrum,quando sententia fuit lata super lite pendente contra impetrantem priuilegium.primo casu tenent Innocen.& Ioan.And.& sequitur etiam domi.Abb.in ca. fin. q̄ priuilegium in alio iudicio de nouo instituendo non sit inutile,nisi forte fuisset per dolum impetratum,secundum domi.Anto.ibi,per cap. super literis.de rescript.fundamentum ipsorum est, quia si noua lite & noua instantia cessat causa prohibitionis,non enim nunc pēdet lis, qua pendente priuilegium fuit impetratum. Sed ista ratio,cum reuerentia non est sufficiens,quia satis est q̄ tempore impetrationis priuilegij adesset qualitas prohibens priuilegium impetrari,vt in cap.si eo tempore.de rescrip.lib.sexto.& traditur in cap. dudum.de elect.Præterea, q̄ ista opin. sit falsa, probatur ratione forti.quia peremptio instantię non tollit effectus,qui sunt inducti ex litis contestatione & pendentia litis in præteritum, & inde est q̄ non tollitur vitium litigiosi,licet pereat instantia, secundum Barto.in l.prima.C.de fruct.& lit.expen. & l.secunda. ff.iudic.fol.& plene in cap.causam,quæ.supra eodem.sed q̄ priuilegium non potuerit impetrari, est effectus inductus ad pendentiam lit.in preteritum,ergo non videtur tolli,licet lis postea perierit.Pro ista prima conclusione viderur esse casus clarus,in Authen.in medio litis non fieri sacras iussi.§.primo.in ver.si vero.ibi,vacantibus,& nullam vim penitus habentibus.quæ verba vniuersalem & præcisam significant nullitatem actus. & licet incontinenti verba videantur restringi ad iudices, qui iudicabant super lite mota,dum mandatur illis iudicibus, quod talia priuilegia non admittant: vt tamen verbum, penitus, positum in text. aliquid operetur, videtur esse de mente literæ, q̄ nullo casu vel in aliquo iudicio habeat effectum. ad hoc bene facit iste tex.ibi,in hac causa,&c. vnde Bart. in l.omnes populi. in quinta quæstio.princip.ff.de iusti. & iu. expresse declarando illum tex.simpliciter dicit, q̄ neque priuilegium, neque statutum valet,q̄ emanat super iure, de quo lis pendet. & hoc sine dubio credo esse verius. Sed tamen posita opinione communi pro vera,aduerte: quia, quādo ille qui impetrauit priuilegium pendente lite obtineret sententiam pro se in illa lite, in duobus casibus priuilegium illud relinqueretur superfluum, in tertio posset esse vtile. superfluum erit, si esset impetratum ab actore,& sententia lata pro ipso, maxime si esset facta executio,nam cum per sententiam sit declaratum eum esse dominum, non potest esse dominus ex noua concessione priuilegij, vt in capit. inter dilectos.§.cæterum.infra de fide instrumen. maxime si sit facta executio, per quam etiam si vere esset dominus, efficeretur dominus secundum ea,quæ habentur in l.Pomponius. §.si iussu.ff de acquiren.possess.& idem esset,si reus esset absolutus, quia erat dominus, vt patet ex not.in loco præallegato. si vero reus fuisset absolutus simpliciter,quia actor non probauit, tūc priuilegium posset esse vtile, si reus caderet a possessione, vel quasi, cum per sententiam non esset effectus dominus, vt traditur in l. exceptio. ff.de excep. rei iudica. & in dicto §. si iussu, 15
& per Bald.in l.prima.C.communia vtriusque iud.† licet enim ille, qui est dominus ex vno capite, quando ius suum est dubium, vel saltem non est notorium, possit ad cautelam acquirere nouum titulum, & dicatur titulus vtilis propter dubium remouendum, secundum Ioan. And. in cap. cum personæ. de priuileg.lib.sexto.per text. in cap.post electionem. infra de concess.præben.& sequuntur Moder. in cap. veniens. infra de præscript. In casu tamen nostro, qnia ius fuit effectum notorium per sententiam, non videtur valere ad aliud, nisi forte sententia de iure spāli aliquo mō posset impugnari.forte ēt possent ꝓsiderari alij casus,īqb⁹ esset vtile hr̄e priuilegiū. Sed vbi ꝓtēderetur de iure reali sup iurib.corpalib.vel incorporalib⁹, p̄dicta ñt

ſatis bene dicta. In ſecundo caſu principali dicunt communiter Docto. in d. c. vltimo, ꝙ extinguitur virtus priuilegij, quando eſt lata ſententia cõtra eum, qui impetrauit. ſed do. Abb. dixit, ꝙ ſi priuilegiũ fuit conceſſum pendente lite, & fuit facta mentio expreſſe vel tacite de iure illius, cui præiudicabatur, ꝙ valet priuilegium, non obſtante ſententia. exemplum, ſecundum eum, qñ fuit conceſſum priuilegium monachis de noualibus, ꝙ non ſoluerẽt decimas: nam reſpectu eccleſiæ parochialis, ad quam ſpectabat perceptio decimarum de iure communi, ſatis videtur eſſe facta mentio de iure eccleſiæ parochialis, ideſt de iure cõmuni, ꝙ competebat eccleſiæ parochiali, de quo Princeps non debet facere mẽtionem, de quo s̃. dixi in alio articulo. & ꝙ de iſto iure cenſetur facta mentio, ſufficit vt valeat priuilegium, quamuis non ſit facta mentio de ſententia, quia ſentẽtia continet idẽ, quod ius commune. ergo de cauſa non debuit fieri mentio, ſicut nec de ſtatuto vel reſcripto, ꝙ continet idem, quod ius commune, ſecundum glo. in c. j. de conſti. lib. 6. Et eſt caſus, ſecundũ vnum intellectum, in c. j. s̃. de reſcrip. per Doct. hoc dictum placet mihi, ſed non iſta ratione, nam contra iſtam rationem vide.
a tur caſus in c. cum olim. j. de præſcrip. vbi patet, ꝙ priuilegium a conceſſum contra ius commune, cum quo concurrebat ſentẽtia arbitri, eſt ſurreptitium, ſi non facit mentionem de ſententia. ſed illud poſſet euitari, ꝙ loquitur in iure quæſito ex conuẽtione partium, vt dicit d. Ant. in c. j. s̃. de reſcrip. ſed eſt fortior ra
16 tio, quia lex vel reſcriptum, quod expreſſe trahitur ad preterita, in dubio non trahitur ad præterita finita & deciſa, quia illa difficilius retractantur, vt l. cauſas, vel lites. C. de tranſac. & plene per Bar. in l. omnes populi. in loco præallegato. ſicut ergo ſi ſententia præceſſiſſet priuilegium, ſine dubio priuilegium eſſet ſurreptitium, ſi non faceret mentionem de ſententia, vel nõ tolleret ſententiam, ita ſi ſententia ſequatur poſt priuilegium, quia Docto. videntur ſentire, ꝙ habeatur perinde ac ſi præceſſiſſet, ſed hoc non probatur iure. Vnde poſſet dici, ꝙ quia impetrans priuilegium de iure de futuro non debent facere mentionem, & quia ſententia poſtea lata non parit exceptionem rei iudicatæ reſpectu iuris quæſiti pendente iudicio, vt in c. Abbate ſane. de re iudica. lib. 6. & l. non poteſt videri. ff. de iudic. ſententia non obſtabit alleganti tale priuilegium.

ADDITIO.

a VIN. GOD. Quod priuilegium conceſſum contra ius commune non extẽdatur, ponit Alex. conſ. 178. lib. 2. Interpretari tamen poteſt ſecundum conſuetudinem, quæ eſt contra ius commune, Bar. Cæp. in rub. de uerb. ſig. q. 4. ult. q. princ.

SVMMARIVM.

1 *Certum & probabile, quomodo differant.*

CAP. XX.

PErſonas. Teſtis laborans conſimili morbo, nõ admittitur ad teſtimonium, hoc
a dicit, non diuiditur. No. ibi, ſi certum a ſit, †ꝙ differẽ
1 tia eſt inter certum & probabile. dicitur enim certum, quod eſt notorium. in c. quoniam. s̃. de fil. præsby. ſecundũ Io. An. Probabile autem illud, quod poteſt probari, licet nõ ſit notorium, etiam ſi difficulter probari poſſit.

ADDITIO.

a VIN GOD. Nota ꝙ certum dicitur, quando nõ poteſt eſſe fallentia, ita Bal. in l. hac conſultiſſima. col. 2. C. qui teſt. fac. poſſ.

SVMMARIVM.

1 *Pontifex ſummus in pertinentibus ad decorem religionis, an in laicos iuriſdictionem habeat.*
2 *Infidelis in cauſa infidelium teſtis produci poteſt, licet fidelis concurrens præferatur.*
3 *Iudæi Chriſtianorum ſerui ſunt.*

CAP. XXI.

IVdæi. Chriſtianus contra Iudæum admittitur in teſtimonium, nec debet ſibi in teſtificando infidelis præferri, ſecunda eſt ibi, & anathe-
1 mate. Nota primo, † ꝙ in pertinentibus ad decorem religionis, ſummus Pontifex habet iuriſdictionem in laicos, & in terris Imperij. Ad idem tex. in cap. j. de homicid. lib. 6. vbi hodie prouiſum eſt in clemen. prima, eodem tit. aduerſus Iudeos, qui impetrant a Principib. & Regibus priuilegia, ne Chriſtiani
2 admittantur in teſtimonium contra eos. † Nota ſecundo ibi, q-
a cunque Iudæos a Chriſtianis, &c. ꝙ in cauſa infidelium poteſt produci teſtis infidelis, licet fidelis concurrens cum eo ſibi præ-
3 feratur. ad idem text. 2. quæſtio. 7. c. ſi hæreticus. † Nota tertio ibi, ſubiacere oporteat. & verſic. ſequen. ꝙ de iure Iudei ſunt ſerui Chriſtianorum, vel plus quam ſerui. ad idem tex. in ca. ſi Iudæos. infra de Iudæ. & ita patet, ꝙ canon poteſt inuenire aliquã ſpeciem ſeruitutis, vltra illam, quę eſt inuenta de iure gentium. Ad idem tex. in c. quorundam. infra de Iudæ. hæc tamen ſeruitus debet habere admixtam materiam, propter quam tolera-
mus Iudæos, qui ſunt proximi, vt dicitur de pœnit. diſtinctio. 2. c. proxi.

ADDITIO.

a VIN. GOD. Adde quare Iudæi conſtitutionibus canonicis non ſubiiciantur, nec ligentur, Rui. conſ. 159. num. 13 lib. 5. ſubſunt tamen ſtatutis loci in quibus habitant. Rui. conſi. 4. num. 13. lib. 2.

SVMMARIVM.

1 *Mater, an admittatur in teſtem ad probandum de fide matrimonij.*
2 *Matrimonij vinculum ad probandum, an duo teſtes ſufficiant.*
3 *Mulier nubendo viro digniori, efficitur dignior & illuſtrior.*
4 *Dignitas quam acquirit mulier fortior eſt quæſita ex uiri participatione.*
5 *Dignitas, quæ acquiritur mulieri per uirum, an duret matrimonio ſoluto.*
6 *Vidua retinet priuilegium viro, etiam contra iuris regulas conceſſum.*
7 *Compromiſſum ſi ex ſtatuti forma fieri debet inter ſocerum, & generum, an ſoluta affinitate locum habeat ſtatutum.*
8 *Puellæ nubenti inæquali, puta ruſtico, an vir poſſit dotem conſtituere ex cauſa donationis.*
9 *Maritus ꝙ nolit dotem recipere, & non intelligatur velle obligari ad eam reſtituendam, an poſſint iſta ſimul ſtare.*
10 *Qualitates quatuor, ex quibus aliquis dicitur melior altero. & nu. 13. declaratur potentiæ qualitas.*
11 *Illegitimus vti non dicitur de familia, ita nec nobilis.*
12 *Nobilitas, etiam conſuetudine, vel ſtatuto aliter diſponente, a genere materno non trahitur.*
14 *Doctoratus an ſit dignitas, & licentiatus an veniat Doctoris appellatione.*
15 *Doctor vt aliquis ſit, ſola inſignia non ſufficiunt.*
16 *Teſtis vnus ſufficiens, vehementem facit præſumptionem.*
17 *Probatio ſemiplena, an ſemper dicatur præſumptio.*
18 *Teſtis vnius dictum, in quo caſu ſufficiat.*
19 *Conſanguinei in criminalibus, quando teſtes admittantur.*
20 *Filius de contractu patris inſtrumentum, an conficere poſſit.*

CAP. XXII.

SVper eo. Ad probandum matrimonium eſſe contractum, non admittitur mater ſponſæ, vbi conditio ſponſi eſſet ſuperior. & ad impediendum matrimonium contrahendum, ſufficit dictum vnius teſtis deponentis de parentela: ſecus in contractu. ſecunda ibi, conſultationi tuę. tertia ibi, ſuper illa vero. vltima ibi,
1 ſi vero. Nota primo, †ꝙ ad probandum de fide matrimonij, vbi datur inæqualitas inter coniuges, non admittitur mater in teſtimonium: ſecus ſi daretur ęqualitas vel modicus exceſſus, vt hic colligitur a contrario ſenſu. Et aduerte, quia gloſ. hic & Moder. ſentiunt, ꝙ iſta diſtinctio debeat obſeruari, etiam ſi parentes teſtificentur ſuper impedimento matrimonij, de quo in cap. videtur. infra qui matri. accuſ. poſſ. & 35. quæſtio. 6. c. conſanguineos. videntur etiam velle, ꝙ in aliis cauſis præter matrimoniũ, mater non admittitur pro filia in teſtem, etiam vbi ceſſaret cauſa ſuſpitionis. quæ dicta ſimpliciter mihi non placent, vnde dic vt dicemus in glo. declarando ipſam. Nota ſecundo ex iſto text.
2 a contrario ſenſu, † ꝙ ad probandum vinculum matrimonij, a
a ſufficiunt duo teſtes, etiam ſi ſint fœminæ. ad idem tex. in cap. licet ex quadam. infra eodem. Et ſecũdum hoc, licet de iure dubium ſit, vtrum in contractibus excedentibus vnam libram auri ſufficiant duo teſtes, vt plene traditur in l. fin. & authen. ibi poſita. C. ſi certum peta. erit tamen ſpeciale propter fauorem matrimonij, quamuis ſit res magni præiudicij, vt traditur in c. mulieri. infra de iureiuran. ꝙ ſufficiat probatio per duos teſtes. glo. tamen in l. pluralis locutio. de regu. iur. ſequens dicta Spec. ſimpliciter tenet, ꝙ vbi contractus non celebratur in ſcriptis in quacunque cauſa, ſufficiunt duo teſtes. vnde dicit glo. no. in c. præſul. 2. quæſt. 4. ꝙ etiam ſummus Pontifex poteſt deponi, ſi conuincitur per duos teſtes. Nota tertio, ſecundum Docto. ibi, in-
3 crementum & honorem, &c. † quòd mulier nubendo viro di-
4 gniori, efficitur illuſtrior & dignior. † fortior eſt tamen dignitas, quam acquirit mulier, quam dignitas quæſita ex participatione mariti, vt eſt tex. cum glo. & ibi per Bald. in l. fœminæ. ff.
5 de Senato. † vtrum autem dignitas, quæ acquiritur mulieri per virum vel priuilegium, duret ſoluto matrimonio in viduitate, tangit hic dom. Abb. adducens tex. ꝙ ſic, in cap. licet. in fi. de ſepul. lib. 6. ſed hoc limitat Ange. no. in l. cum quædam puella. in princip. ff. de iuriſdict. omn. iudi. ſi viuat honeſte, alias non gaudet priuilegio, vel non retinet priuilegium mariti. illud autem
6 ſcias, †ꝙ ẽt in priuilegio conceſſo ꝫ regulas iuris, & exorbitãti, vidua retinet priuilegiũ ꝓceſſũ marito. caſus eſt no. & ibi p Bar. in l. quotiẽs. C. de priuil. ſchola. li. 12. & tñ rña eſt in oppoſitum. vñ

ꝙ dicitur

ADDITIO.

a VIN. GOD. Nota, ꝙ matrimonium ſufficit probari per uerba de præſenti, Grat. conſ. 2. nu. 1 lib. 2. tamen dicitur clandeſtinum, quando non fuit contractum in faciem eccleſiæ, ut ibi per eum, num. 45. Vide & ſub nu. 65. & 66.

ꝙ dicitur in marito & vxore, nõ habet locum in socero & gene
ro. Propterea dicit Bal. notabiliter in l. affinitatis. C. communia
7 de succes. in vltimis verbis, † ꝙ si ex forma statuti debet fieri com
promissum inter socerum & generum, non habet locum statu-
tum, quando est soluta affinitas, licet remaneant reliquiæ qua-
litatis, propter quam conceditur priuilegium. allegat gl. in l. sed
hoc ita. ff. de re iudi. & tex. qui optime facit in l. cui eorum. §. fi.
ff. depositi. & eodem modo dicit & distinguit in l. fin. circa prin.
commenti, C. de verb. sign. licet autem vidua in priuilegiis exor
bitantibus retineat priuilegium mariti, super quo etiam vide
Bald. in l. cum te. C. de nupt. in materia tamen pœnali non con-
tinetur vidua appellatione vxoris, secundũ Iaco. de Are. & Bar.
in l. Titia. §. vsuras. ff. de leg. 2. & sequitur Bald. in l. cum acutissi-
mi, in 3. colum. C. de fideicommis. Et per prædicta infert domi.
b b ſuper hoc dixit Nico.de Matta in loco præallegato,q̃ nõ videt ipſum poſſe obtinere,niſi probet ſaltem q̃ fuit habitus & tractus pro illo,de quo dicit inſtrumentum.& hoc dicit procedere, quando fieret quæſtio de identitate poſt multos annos a die natiuitatis vel ſcripturæ. Vbi autem hoc reuocaretur in dubium paruo tempore poſt natiuitatem, tunc dicit q̃ faciliter poteſt p̃ bari identitas.& licet ipſe non declaret quare non ita faciliter in primo caſu,ſicut hoc,ego declaro, & dico q̃ in hoc ſecundo caſu teſtes,qui fuerunt præſentes natiuitati, poterunt recognoſcere hunc eſſe illum,qui natus eſt per ſigna,quæ viderunt in natiuitate,& aſpectum qui non præſumitur in modico tempore taliter commutatus.& q̃ ideo propterea poſt multos annos ſine dubio facies & aſpectus identitatis etiam non redditur difficilior probatio.Bal.in d.l. neq; natales. loquitur ſatis obſcure. ſed ſecundum q̃ declarat ibi Saly. ibi, in verſi. non poteſt dici alius bonus ſenſus.mens ſua eſt iſta,q̃ ſi aliquis probat ſe filium vere vel præſumptiue,tunc probata filiatione præſumetur q̃ iſte ſit ille filius,de quo fit mentio in inſtrumento, quia ex quo cõſtat hunc eſſe filium,præſumitur eſſe illum,de quo dicitur in inſtrumento,quoniam non præſumitur in factis vel perſonis pluralitas,vt l.idem Pompo.ſcribit,ſi frumenti.§.fi.ff.de rei ven. & eſt bonus caſus in c.in præſentia.s̃.de proba.& no. Inno. in c. cum Ioãnes.j.de fide inſtru.Si vero ille,qui dicit ſe illum,de quo continetur in inſtrumento,non probat ſe filium, tunc ex ſolo inſtrumento non eſt fundata ſua intentio, quia non probatur identitas.Facilius eſt autem,ſecundum eum, q̃ ille probet ſe filium ſaltem per tractatum,qui poſt natiuitatem fuit ſemper preſens in loco natiuitatis, vel in domicilio parentum. Et forte poſſet dici q̃ licet ſola probatio filiationis per ſolam famam nõ ſit plena probatio,vt plene dixi in c.per tuas.s̃.titu.proxi. tamen in caſu noſtro propter concurrentiam inſtrumenti probaretur plene.& maxime,ſi conſtaret per ſcripturam paternam vel de quo fuit rogatus notarius,vel facta ſcriptura a patre, & quod nomẽ haberet iſte,qui diceret ſe eſſe illum: probata enim filiatione & identitate nominis,probaretur identitas perſonæ ſine dubio,qa in vna familia non præſumitur pluralitas nominum eorumdẽ, ideſt pro vna domo, vt patet a communiter accidentibus. vbi autem allegans identitatem in caſu noſtro, vellet eam probare per ſolam identitatem nominis,Bal.& Nico. in loco præallegato,ſentiunt q̃ non ſufficeret,dum dicunt,s̃.dicta eſſe probanda ſaltem ſi fuit confecta ſcriptura de natiuitate ante impoſitionẽ nominis.& hoc eſt verius,quia per ſolam identitatem nominis non probatur identitas perſonæ ſine alijs circunſtantijs vel qualitatibus,vt notabiliter declarat Barto. in l.demonſtratio,in prin.in ver. ſeptimo quæro. & melius in fine commenti. ff. de condi.& demon.ſuper quo vide,quod ponit Cy.& Bal.in l.hac conſultiſſima,in prin.C.de teſta.Nec eſt verum,q̃ Barto. dixerit

oppoſi-

ADDITIONES.

a VIN. GOD. Filiatio quomodo probetur & qualiter ſit probanda, Ruin. con.52. nume.2.lib.5.& uide conſi.36.nume.6.lib.1 Goz.conſi.12.num. 20. 21.& 22.& conſi.13 nu.29.41.& 44.

b VIN. GOD. Identitas qualiter probetur, Ruin.conſi.115.nume.6.lib. 5. & quoniam identitas rerum non præſumitur, ideo probari debet,conſi. 141. nume.4. & quid in identitate actuum, Rui.conſi. 87. nume. 6. lib.5.& conſi.65. nume. 3. & 10.lib.5. & In ſtatutis licet identitas rationis non inducat extenſionem,declarat tamen ambiguam intentionem.Ruin.conſi.30. nume.5.lib.3.

oppositum in l.qui seruum.§.si inter duas.ff.de lega.2. licet illũ ita intelligat Ioan.de Imo.& non bene,quia si bene inspicias dictum Barto. præsupponitur ꝙ vltra nomen erant probatæ aliæ circunstantiæ.Refert tamen ibi Io.de Imo. Bal. hoc tenuisse in quodam cõsilio suo,& idem ipse hoc tenet, & idem tenet Bar. licet ipse non alleget in l. si in rem. in prin.ff.de rei ven.Sed tu tene,quod prius dixi,quia a communiter accidẽtibus patet ꝙ nomina propria sunt communia plurimis, vnde ex solo nomine non inducitur certitudo,nisi forte esset nomen valde notum, vt dixit Bar.in d.l.demonstratio.vel nisi, vt dixi, ageretur de eligendo vnum,vel cognoscendo ex certa familia,siue domo.† In vna enim domo, vt dixi, non præsumitur pluralitas eiusdem nominis ita de facili & a communiter accidentibus, concludit argumentum in probatione in l.certi condictio.§.quoniam.ff.si certum pet.Et quia,vt s̃.dixi,Ioan.And.in additione præallegata dixit,ꝙ de morte,incendio & natiuitate & similibus potest fieri instrumentum,si ex præmissis inducatur aliquis effectus,q̃ posset induci per partes vel colligi,declarandum est vt intelligas istud dictum per aliquod exemplum, quid istud significet. & ponatur exemplum in natiuitate filij, nam per hoc ꝙ aliquis sit natꝰ ex Titia,& in domo patris,scientibus vicinis, non solum resultat effectus succedendi,qui non pendet a potestate partium, vt dixit Ioan.And.& bene,sed etiam effectus alendi filios,vt patet in toto titulo, de libe. agno. Hic autem effectus posset induci p partes, quia hoc modo pater & mater possent se obligare etiã extraneo si vellent ad præstandum sibi alimenta, & valeret ista obligatio non solum si promitterẽtur alimenta vt extraneo,sed si promitterentur vt filio,qui vere non esset filius,dummodo ꝑ missio fieret ex certa scientia, ita ꝙ nõ vitiaretur in falsitate causæ,iuxta notata in c.si cautio.j̃.de fide instrumen.& l. 2. §. circa. ff.de doli except.Potest etiam poni exemplum in casu mortis,& quo ad effectum,qui potest tolli.Nam si tu occidis aliquod animal meum, quia ex isto facto teneris mihi ad ęstimationem, l. Aquilia, vel alia actione,potest ergo occidens vna cum domino rei facere notorium rogatum de morte animalis siue occisione,non quidem vt aliquis puniatur criminaliter, †quia maleficium non potest probari per instrumentum,vt plene declarat Barto. in l.in senatus. aliter incipit.§.eis. ff. ad Tur. sed quo ad agendum pro ęstimatione animalis mortui,quia ille,qui occidit voluntarie,posset se obligare ad soluẽdum æstimationem huius animalis,eo modo, quo.s̃. dixi de alimentis. Et similiter potest poni exemplum de effectu, qui potest tolli ex voluntate partium.verbi gratia si debitor,qui debet speciem vna cum creditore,roget notarium de interitu speciei debitæ, sicut enim creditor posset liberare creditorem,etiam si species non interesset, ita videtur posse fieri instrumentum de morte ad ipsius petitionem, vt debitor ipse liberetur.Et si tenes opinionem, quę dicit ꝙ liberatio potest fieri absente debitore,de qua in l. non solum. §.si liberationis verba.ff.de libe.leg. ad petitionem solius creditoris posset rogari instrumentum.Item in omnibus casibus supradictis videtur posse rogari instrumentum ad petitionem illius,in cuius præiudicium referretur instrumentum,si notarius recipit pro absente,sibi acquireretur commodum, iuxta nota. per Barto. in l. non quasi.in princip. ff.rem pu. fal. fo. hoc tamen non esset verum, quia hic non agitur de iure quærendo a facto partis,a qua notarius vice absentis videtur posse stipulari.In gl.posita super verbo,iuri.ibi,quidam dicunt,&c.hanc literam approbant hic communiter Docto. †& qualiter super impedimento matrimonij publicatis testibus possint produci testes,& vtr[illegible]m ab eo qui stat contra matrimonium, [a] sicut ab eo qui stat pro matrimonio,vt plene hic per Docto. & plenius per do.Anto.in c.fraternitatis.s̃.eo.& in c.iurauit. s̃. de proba. q̃ inter alia impugnãdo istam literam hic,dicit ꝙ dictus intellectus diuinat ad istum tex.quia in tex.non fit mẽtio de publicatione, tum quia summus Pontifex non fundat se super priuilegio causæ matrimonialis.ideo dicendum est ad ista saluando hanc lecturam, ꝙ satis fit mẽtio de publicatione in tex.in ver.pars autẽ.ibi,id falsum esse dicebat.non enim potuisset pars aduersa dicere testes deponentes dixisse falsum,nisi saltem didicisset testificata.& hoc sufficit ad exeludendum quem a probando,vt plene dicetur in c. vltra tertiam.j̃. eo. Ad secundum est dicendum, ꝙ satis facit mentionem summus Põtifex de priuilegio causę matrimonialis,ex quo refert se in genere ad ius,in quo hoc priuilegium continetur,vt patet in c.causam matrimonij. s̃. titu.prox. & in c.cum in tua.j̃.eo. Posuit tamen inter alias Vincen.hic vnã lecturam,quæ continet vnum dictum singulare, si esset verum. dixit enim ꝙ ideo pars hic excludebatur a producẽdo testes, q̃a interfuerat examinationi testium.& erat consuetudo ꝙ quãdo pars intererat examinationi testium, ꝙ nõ admitteretur vlteriꝰ ad probandum,quæ consuetudo non valet secundum eum. & hoc multum notant hic Moder.Ex quo elicitur talis conclusio, ꝙ si pars didicit testificata,dato ꝙ per hoc non interfuit examinationi testium, tamen idem est ac si interfuisset examinationi testium de iure communi,ex quo didicit testificata.Sed istud dictum non videtur esse verum, quia gl. ordinaria & notabilis. 2. q.j.in primis,quam approbat,& sequitur do.Anto.in c.vltra tertiam.j̃.eo.& etiam meminit de ipsa in c.2.s̃.eo.tenet, ꝙ etiã de iure communi non solum stante consuetudine ista, si interfuerit quis examinationi testium repelleretur. & credo ꝙ dicat verius,quia pars quæ fuit præsens examini testium,cum testes diligenter examinari debeant, satis videtur esse instructus de his, quæ probant testes. vnde ista lectura non probat, nec de iure ẽt multo minus, vbi sit consuetudo. Si enim lex potest excludere probationem,etiam si non constet ipsum didicisse testificata ꝑpter præsumptionem solam ꝙ didicit resultantem ex renũcia. publicatione & trina productione,vt dicitur in Auth.de testi.§. quia vero.in principio.quia vbi constat partem didicisse testificata,non est iusta causa,cur consuetudo debet posse excludere probare volentem,licet forte posset dici ꝙ in tam modico tempore non potuit considerare dicta testium. vnde do. Anto. hic ponit aliam notabilem lecturam ad istam decretalem. Sed tu aduerte,quia vt patet in exemplis s̃.positis,nõ est verum ꝙ omnino partes possunt inducere eundem effectum, qui induceretur ex natiuitate,morte & similib.ga ex alio titulo & ex alia obligatione & actione deberetur promissum ab homine. & illud quod resultaret ex morte,natiuitate & similib. & similiter per alium in odium liberaretur debitor. vnde stricte non potest dici idem effectus.habet tamen ista opinio magnam æquitatem, sed de æquitate iuris credo opi.Bal. veriorem. Vltimam lecturã posuit hic Anto.de But.dicens,ꝙ immo publicatis testibus admittuntur hic testes,quia non producebantur soli, sed cum instrumento.ꝙ quidem instrumentũ tollit præsumptionẽ subornationis testis. & immo potest fieri productio. Sed contra istud dictum multum facit,quia etiam quando aduersarius meus voluit mihi subtrahere testes producendos, per quod oritur præsumptio per me contra ipsum,& ꝙ testes dicant verum, vt patet in c.peruenit,& in c.proximo,& in c. constitutus,j̃. eo. & tamen illi tales testes non possunt produci stante illa præsumptione post didicita testificata,vt patet in ca. intimauit. s̃. eod. ergo idem videtur dicendum in casu nostro.Sed potest dici ꝙ p̃sumptio resultans ex instrumento,est fortior,quia immediate respicit negocium,de quo agitur.quod non est in alia præsumptione,tenet assumptum ex his,quæ no.Bar.in l.fi ff. de quæstio. & potest induci ista doctrina ad nota.quæstionem, †nunquid prohibitus probare per testes ex forma statuti,possit probare per testes simul & instrumentum.In qua quęstione considera tres casus principales.nam aliquando ipsum debitum principale probatur per instrumentum, & quæritur, vtrum quantitas possit probari & declarari p testes.Aliquãdo quæritur,vtrũ istud principale debitum,de quo disponitur,ꝙ non possit probari per testes & instrumentum simul,quando statutum prohibet probari per testes,quia non confidat de probatione testium. Aliquando statutum prohibet probari per testes propter naturam iudicij,quia vult illud esse expeditum & summarium. Exemplum in primo articulo, ego promisi tibi occasione certi contractus reficere tibi omnia damna & interesse, peto contra te interesse & probo,ꝙ tu es mihi obligatus ad interesse per instrumentũ, deinde volo probare quantitatem & interesse per testes, quæritur vtrum possim.super quo dixit Ia.Bu.& Bar.eum referens,in l.certi condictio.§.quoniam.ff.si cer.pe. ꝙ probatio potest fieri per testes, quia statutum loquitur de probatione debiti, quod est probatum per instrumentum. & vt intelligas istam rationẽ, interesse de sui natura non requirit probatione certam, vt traditur in l.2.§.fi.ff.qui satisda.cog.& in l.stipulationes.§. Celsus. ff.de ver.obli.vnde non potest dici,vt dicunt quædam argumẽta posita in illa disputatione, ꝙ probatio quantitatis dicat essentialis probatio debiti, quia in casu nostro hoc non requiritur ad esse debiti.& hanc sententiam secutus est Ioan.An.in addi.Specu.in titu.de fru.& interesse.§.fi.in fine.vbi tamen magis formatꝰ quæstionem,quam decidit.sed Petrus eam sequitur clare ratione præmissa post longam disputationem in regula, accessorium.in ver.quarto quæro,de reg.iur.& in c.j. de consti. q. 12.Idem tenuit Bal.in l.j.in vlti.q.siue repeti. C. de re.cre. & in l.2.§.creditum.ff.si cer.pet.Sed quidam Moderni in l.2.§. creditum.distinguunt,ꝙ aut statutum dicit ꝙ debitum non põt probari per testes, & est dicendum, vt dicit Barto. quod aliud est quantitas,aliud debitum, vt l.si quando.C.vnde vi. & quod traditur in c.fi.ꝙ me.cau. Aut statutum dicit,ꝙ in causa debiti excedentis certam summam non possit fieri probatio per testes, & tunc

---

ADDITIO.

a VIN GOD. Matrimonium probari debet per testes omni exceptione maiores,quia est causa grauis,Ay.Cra.consi.169.nume.2.& Grat.consi. 38. num. 28.lib.2.sufficit tamen probari per verba de præsenti,Grat.consi.2. nume. 1 lib.2.tamen dicitur clandestinum quando non fuit contractum in faciem ecclesiæ.ibi.nu.45.& nu.55.& 66.

& tunc videtur etiam ꝙ quantitas per teſtes probari non poſſit, per ea quæ dicit Bar. no. in l. ſolent. in fi. ff. de alim. & cib. le. vbi ſimiliter diſtinxit, facit optime tex. in l. cum hi, in prin. & §. tranſactionem. ff. de tranſact. & in clemen. diſpendioſam. de iudi. & quod not. in c. literas. s̃. de iura. calum. & illam doctrinam ſecutus eſt Bal. bene declarans eam, in l. j. in j. col. C. de re. cre. & iure iur. Sed tu aduerte, quia cum ex probatione quantitatis ſola nõ reſultet aliqua probatio ſeu aliquis effectus, ſed ex probatione debiti & quãtitatis ſimul ad minus videtur vera doctrina Bart. quia iſta non poteſt dici ſimplex probatio per teſtes, ſicut tãgit ipſe & Iac. But. in ſecunda ratione, & ſtatim dicetur in ſequenti articulo, ꝙ immo dictum Bart. ſimpliciter verũ videtur. Aduerte tamen, quia illa doctrina Barto. in d. l. ſolent. dum dicit, ſi fiat mentio de cauſa damni dati, intelligitur de omnibus pertinentibus modo aliquo ad illam cauſam. Reuocatur in dubium, vtrum habeat locũ in materia odioſa, ſicut videtur eſſe noſtra, quæ reſtringit facultatem probandi inuentam a iure diuino & naturali & allegatur contra ipſum ſingularis doctrina Bar. quã ipſe ponit in l. in quæſtionibus. ff. ad l. Iul. maie. & Bald. in auth. ſi dicatur. C. de teſti. quem articulum non decido pro nunc, qa ſufficit ratio ſuperius aſſignata ad veritatem deciſionis. vbi autem quãtitas, quæ probaretur per teſtes, eſſet de eſſentia formali obligationis, ſicut eſt regulariter in omnibus contractibus, p̃terquam in certis caſibus, vt patet in l. triticum. & in l. vbi autẽ. ff. de verb. oblig. & in l. cum poſt. §. gener. ff. de iure do. tunc nõ poſſet dici, quod dicit Bar. in prima ratione ſua, immo ex probatione promiſſionis & quãtitatis fieret vnum totum eſſentiale, quod eſt forma contractus, de quo dicitur in ſecũdo articulo. & vtrum titulus cõtractus poſſit probari quo ad aliquem effectum, v. g. titulus emptionis, non probata quantitate precij, vide quod ſingulariter ponit Bal. in l. j. C. de reb. eccle. non alien. & ꝙ poſſit declarari quantitas per teſtes ſiue probari, ſicut fuit poſitum exemplum in iſto primo articulo, eſt caſus ſin. ſm Ant. de But. ibi, in 6. no. in c. auditis. s̃. de reſtitutio. in integrum. Sed certe ſi inſpicias tex. in c. auditis. j̃. de præſcrip. ibi declaratio loci, q̃ continebatur in priuilegio Pontificis, non fiebat per teſtes, ſed p aliam ſcripturam. i. per priuilegia & conceſſiones Regum. Defendendo tamen inductionem ſuam, dic, vel ꝙ teſtes de quibus fit mentio in d. c. auditis. in fi. producebantur etiam ad probandum identitatem loci, vel ad declarandum in aliquo priuilegio Pontificis, quamuis iſtud diuinet ad illam literam, & contrariũ innuat tex. in c. auditis. el. 2. vel dic & melius, ꝙ quamuis fieret in dictis iuribus probatio per ſcripturam, non tamen fiebat per illam ſpeciem ſcripturæ, quæ requiritur a iure. gratia enim Pontificis requirit ſcripturam ipſius Pontificis, ſecundum gl. in c. j. de cenſi. lib. 6. & tamen identitas rei probatur principaliter per ſcripturam & teſtes, non probando gratiam, ſed aliquid declaratiuum gratiæ. idem ergo videtur poſſe dici de teſtibus. & attende, quia tex. in c. tertio loco. s̃. de proba. quem ibi ſingu. ponderat domi. Anto. ad hoc, probat ꝙ ſi teſtes ſunt publicati contra inſtrumentum poſſunt non obſtante publicatione produci teſtes ad coadiuuandum inſtrumẽtum ad quæſtionem noſtrã, eſt enim tunc alia ratio, quam quia concurrat probatio mixta, cum teſtes poſſint produci, de qua dicetur ibi poſt gl. in c. extenore. j̃. eo. & immo d. Abb. qui allegat ibi no. ad quæſtionẽ do. Anto. hic non recte allegat. Super ſecũdo articulo principali eſt communis concluſio in locis allegatis, & maxime Bal. qui quæſtionem poſuit in terminis in d. §. quoniam, ꝙ ſi ſtatutum prohibet probari per teſtes poſſit fieri vna probatio irregularis ex teſtibus & ſcriptura. & hoc etiam aperte ſentit Bar. ibi, licet moueat quæſtionem, ſecundum exemplum primi articuli in ſecũda ratione aſſignata per ipſum, in qua vult ꝙ iſta eſt probatio mixta, quæ non cõpræhenditur ſub appellatione ſimplici. p qua concluſione do tibi caſum nota. & clarum in Auth. de fide inſtru. & cau. §. ſed & ſi quis. ibi, fidem cauſa ex vtroq; ſuſcipiat. & in alijs verſiculis ſequentib. in quibus probatur, ꝙ probatio, quæ fit per teſtes & per comparationem literarum, non dicitur ſimplex probatio ſcripturæ vel teſtium, ſed tertia ſpecies per ſe ſimul iuncta, quæ non cõpræhenditur in materia ſtricti iuris ſub prohibitione ſimplici, vt plene traditur in l. 2. ff. de verbo.
16 obli. vnde dicit Bal. in l. fi. C. de fideicom. † ꝙ ſi probatio debet fieri per inſtrumentum publicum, & non per teſtes & inſtrumẽtum publicum ſit ſuſpectum, prima facie poteſt coadiuuari per teſtes. pro quo bene facit tex. in l. iubemus. C. de proba. & in l. diuus. in prin. ff. de fal. & hæc procedunt, vt dixi, quod probatio
a adebet fieri p inſtrumẽtũ in iudicio ordinario, ita ꝙ ratio ſtatuti videtur eſſe, quia plus confidit de probatione ſcripturæ quã de viua voce. Vbi autem probatio deberet fieri per inſtrumentum, nec poſſet fieri per teſtes in iudicio ſummario, ita ꝙ ratio ſtatuti videtur eſſe abbreuiatio litis, tunc dixit ſingulariter Iaco. Bu. in auth. ſi quis in aliquo. C. de eden. ꝙ non debet admitti p. batio teſtium modo aliquo, etiam cum ſciptura, quia adhuc militat ratio prohibitionis. Dixit tamẽ gl. ſingulariter in auth. ſi di-
17 catur. in prin. C. de teſti. †ꝙ quando lex propter celeritatem mã dat fieri probationem per inſtrumentum, poteſt fieri probatio per teſtes, ſi teſtes offerantur incontinenti, ita ꝙ non petatur aſſignari dilatio ad producendum. quod dictum mihi non placet, quia non poteſt negari, tamen propter interrogatoria danda a parte aduerſa, & propter examẽ faciendum, & propter diſputationem, quæ poteſt fieri circa dicta teſtium, ꝙ aliquando non ſunt omnino conformes, plus temporis conſumetur quã in probatione facienda per inſtrumentum, nam de probatione perſonarum nihil dico, quia in iudicio ſummario non admitti tur talis reprobatio. intellige, ꝙ ex illo prę̃iudicio non pararetur plenum præiudicium, quia tunc eſſet admittenda probatio teſtium, adhuc videretur minus vera concluſio gl. Et ad prædicta adde omnino, quod ponit notanter Anto. de But. allegans Spe.
18 eo. titu. s̃. de proba. vbi voluit, †ꝙ non obſtante prohibitione ſtatuti iudex poſſit admittere teſtes, ſi ſint multum legales, vbi ſi non admittuntur, locupletaretur quis cũ aliena iactura. de quo tamen dic, vt ibi ſcripſi. Vltimam lecturam poſuit hic do. Abb. Moder. dicens per iſtum tex. probari, ꝙ non valet conſuetudo inducens, vt poſtquam actor probauit intentionem ſuam per teſtes ante publicatos teſtes reus non poſſit probare contrariũ. quam lecturam & concluſionem credo eſſe verã in ſe, vbi ſtatutũ vel conſuetudo hoc induceret ſine cã tollit enim tale ſtatutum defenſionem parti, & ideo non valet ſecundum Bar. in l. cũ mulier. ff. ſolu. matri. & Bal. in l. vt vim, in j. col. ff. de iuſti. & iure. & vt plenius per eum in l. 3. §. ſi is, pro quo. ff. ꝙ quiſque iuris. & conſuetudo, quæ eſt contra ius diuinum vel naturale, in dubio præſumitur irrationabilis, vt tradunt communiter Doct. in c. fi. s̃. de conſue. ſuper quo vide, quod plene ſcripſi in c. 2. s̃. de proba. eadem ratio eſt in ſtatuto. ſed vbi ſubeſſet cauſa legitima tunc ſtatutum & conſuetudo valeret, ſicut videmus, ꝙ aliquãdo lex vult reprobare aliquam probationem, vt patet in l. fi. C. arbi. tute. & in l. antiquæ. in prin. C. ad Velleia. cum multis alijs.
19 vnde Bar. in l. abſentem. ff. de pẽn. clare ſentit, †ꝙ valeat ſtatutũ, quo cauetur ꝙ teſtis examinatus contra magnatem non poſſit argui de falſo, quia propter potentiam eius, contra quem deponitur, ſtatutum eſt hoc, ne alioquin daretur materia facile inueniendi falſos teſtes. videas etiam ad quęſtionem proxime dictã,
20 Bal. in d. §. quoniam. vbi quærit, †quid ſi eo caſu quo non poteſt probari per teſtes parte non contradicente teſtes recipiantur, vtrum faciãt fidem. de qua quæſtione dic vt ibi ſcripſi poſt eum. & ad quæſtionem ſupra dictam & ſecundum articulum ipſius, in quo præſumimus vtrum probatio poſſit fieri per teſtes & per inſtrumẽtum ſimul, adde quod nota. poſuit Bar. in l.
21 eum qui, in prin. in vltimis verbis. ff. de iureiur. †vbi voluit, ꝙ diſpoſitio legis vel ſtatuti imponens pœnam reo, ſi actor probauerit per teſtes, non habet locum in eo, qui probat per vnum teſtem & iuramentum, quia iſta eſt probatio mixta, nec dicitur ſimplex probatio per teſtes.

ADDITIO.

a VIN. GOD. Nota ꝙ probatio debet de neceſſitate concludere, Rui. conſi. 59. nu. 4. lib. 5. & probatio vera pro implemento coditionis requiritur non ficta, Rui. conſi. 68. nu. 8. lib. 1, probationes quippe. luce meridiana clariores requiruntur, maxime quando criminaliter agitur etiam quo ad ea quæ incidenter veniunt in iudicio, Rui. conſi. 35. nu. 9. lib. 5.

SVMMARIVM.

1 *Probatio de viſu, ſufficiens dicitur in copulæ carnalis probatione quando fit, ſecundum quod ius apprehendere poteſt.*

2 *Fama non concurrentibus veriſimilibus coniecturis, quando faciat vehementem præſumptionem.*

3 *Probationum ex diuerſis ſpeciebus circa idem pendentium, perficitur plena probatio.*

4 *Arbitrio iudicis, quando quid committitur, de diſcreto & iuſto atbitrio intelligitur.*

5 *Adulterium vel copula, probatur præſumptiue eo ipſo quod aliquis inuenitur occulte in domo, in qua eſt pulchra mulier.*

6 *Teſtis vnus, ſi in crimine difficilis probationis probet de veritate, & famæ probatione cum alijs adminiculis concurrente, fit plena criminis probatio.*

7 *Teſtes duo ſi probent ꝙ quis trãſiuit vſque ad dimidium loci, & alij duo ꝙ reliquum dimidium, an ſufficienter probent, ſtatuto ſtante, quòd puniatur tranſiens de vno loco ad alium.*

8 *Actus tres, ſi probantur per tres teſtes, non reſultat totum.*

9 *Factum non probatur vno teſte deponente de vna parte ciuitatis, alio de altera.*

10 *Teſtes tres ſuper tempore deponentes, vnus de annis 30. alter de 20. tertius de 10. quomodo probent.*

CAP. XXVII.

PRæterea. Carnalis copula probatur per conueniens teſtimoniũ de viſu, idem in teſtimonio auditus, quẽ fama & adminicula coadiuuant. ſecunda eſt ibi, reſpodemus. tertia eſt ibi,
1 & enim. †No. primo ibi, inconueniens de viſu reddatur, &c. Iz

teſti

testimonium de visu totaliter non possit præstari vel fieri in pbatione actus copulæ carnalis: quia, vt de se patet, talis actus in ea non potest cerni vel elici, &c. dicitur tamen sufficiens probatio de visu, quando fit secundum ꝙ visus apprehendere potest. quod facit ad ea, quæ scribit Bart. in l. singularia. versus finem. ff. si certum peta. & Bald. in rubrica, de rerum di. Nota secundo
2 ibi, & præsumptionem violentam, &c. † ꝙ probatio famæ, etiã si cum fama non concurrant verisimiles coniecturæ, dummodo habuerit ortum ab honestis personis, facit vehementẽ præsumptionem. hoc patet, quia fama ad probandum crimen hic distinguitur ab adminiculis & argumentis, & videtur sic inferri, ꝙ etiam si illa argumenta non subsint, fama faciat præsumptionem. & hoc tenet Bar. si recte inspicias, in l. de minore. §. tormenta. ver. tertio quæro. ff. de quæstio. & sic debẽt intelligi, quæ dicit in fine eiusdem commenti, vt plene scripsi in c. veniens. supra eodem. & quia text. noster dicit, ꝙ fama facit vehementem præsumptionem, potest inferri ꝙ semiplene probet, quia vnus testis qui probat semiplene, dicitur facere non modicam præsumptionem vehementem, vt in c. super eo. in fi. supra eodem. hoc tamen declara, vt dixi in d. c. veniens. Nota tertio ibi, ac alia
3 legitima, &c. † ꝙ ex diuersis speciebus probationum pendentiũ circa idem, perficitur vna plena probatio, de quo plene dixim⁹ in c. cum causam. supra titu. proximo. Nota vltimo ibi, circun-
4 spectus iudex, &c. † ꝙ quando aliquid committitur arbitrio iudicis secundum Modernos, intelligitur de arbitrio discreto & iusto. vnde si iudex malearbitretur, poterit appellari, vt traditur in l. si qua pœna. ff. de verbo. signific. per Bart. & in c. j. supra de dila. In glo. posita super verbo, auditu, ibi, vel simpliciter potest intelligi. Dom. Ioan. & communiter hic Docto. intelligunt generaliter istum textum, ꝙ illa probatio sit sufficiẽs etiam ad matrimonium dissoluendum, & in quocunque alio casu. quę opinio placet, tum propter generalitatem literæ, tum quia ipsam approbat Barto. etiam in criminalibus in l. capite quinto. ff. de
5 adul. & inter alia dixit Bar. no. in l. j. ff. de fur. † ꝙ adulterium vel copula probatur præsumptiue hoc ipso, ꝙ aliquis inuenitur in domo occulte', in qua est pulchra mulier. quod dictum potest intelligi, vt sit verum de adulterio, id est de animo adulterandi, & de delicto attentato ex parte inuenti., nam ꝙ per prædictum actum solum probaretur copula ex parte mulieris vel delictum perfectum ex parte inuẽti, hoc esset absurdum, quia sæpe ingreditur quis sine voluntate mulieris. & per hanc rationem reprehendit hunc dictum domi. Abb. Moder. in c. tertio loco. supra de probat. & potest esse verum, vt supra dixi, in hoc tamen esset attendenda qualitas inuenti ad suspicandum, ex qua causa lateret in domo, vt per istum tex. in fi. in versic. etenim, &c. In quo ratio videtur esse generalior dicto. Ego dixi in ca. veniens. supra
6 eodem, †ꝙ etiam in crimine, [a] de cuius natura est, ꝙ sit difficilis
a probationis, si vnus testis probet de veritate & concurrat probatio famæ cum aliis adminiculis, fiet plena probatio criminis, etiam si agatur criminaliter ad pœnam quamcunque imponendam. & hoc sentit hic domi. Anto. de But. referens dicta Iaco. de Bel. pro quibus adduxi auctoritates & iura in d. c. veniẽs. vnde dic, vt ibi. & quia domi. Abb. tetigit hic, vtrum probatio facta a cæco, ꝙ aliquis contraxerit, vel ab eo qui habebat parietem medium, sit sufficiens. de quo dic, vt plene tradit domi. Anto. de But. & ibi plene scripsi post eum, in c. cum causam. infra eodem. & quia iste tex. inter alios modos probãdi ponit modum probandi copulam per visum, dicit hic domi. Abb. duo testes vel plures probant copulam, etiam si vnus per rimulam inspiciat post alterum. allegat glos. 3. quæstio. 9. nihilominus. & Cy. in l. testium. C. de testib. vbi hoc etiam tenet Bald. Tu vero pro ista conclusione vide tex. cum glo. quem ibi ponderat Bart. ad hoc, in l. quærebatur. in fin. ff. de testamen. mili. & ibi firmat Bart. istam conclusionem. Idem tenet Anto. in cap. cum oporteat. infra de accusa. vbi allegat glo. præallegatam. quæ dicta sine dubio videntur procedere, vbicunque ageretur de probatione actus indiuidui. vnde dicit Anto. de Butrio in loco allegato, ꝙ aliquem celebrare missam probatur per duos testes, quorũ vnus deponit vsque ad euangelium, & alter abinde citra. Sed si ageretur de probando actum, qui sui natura non esset indiuiduus, vt verbi gratia, accessus de loco ad locum, tunc est maius dubium, quia testes qui vident aliquem procedentem successiue non possunt testificari de eodem loco, vt patet de se. & ideo Bald. dicit singulariter in l. obseruare. C. quorum appella. non
7 recip. in vlti. colum. † ꝙ si ex forma statuti punitur transiens de vno loco ad alium, & duo testes probant, quod aliquis transiuit vsque ad dimidium loci, & alij duo ꝙ transiuit reliquum dimidium, istæ probationes non sunt sufficientes, quia probant duo imperfecta in se, ex quibus hoc perfectum resultare non potest. Sed istud dictum Bald. in d. l. secunda. in terminis suis non videtur verum, quia probare ꝙ quis iuerit vsque ad medium loci, est quidam actus imperfectus respectiue ad totum, sicut est probare consanguinitatem ab vno latere, nam respectu amborum probatio est imperfecta, vel de imperfecto, & tamen potest fieri pro parte, vt plene videbitur declaratum in c. licet ex quadam. infra eodem. vbi hoc communiter tenetur. & no. Innocen. in c. series. supra eodem. & sicut probatio consanguinitatis ab vno latere absolute est aliquid perfectum in se, ita ambulare vsque ad hunc locum est actus perfectus in se absolute, quia sicut determinatio loci, pendet a voluntate habentis dominium in loco, vt l. scire. §. tiranno. ff. de fide instrumen. & l. Caius. §. fi. ff. de lega. secundo. ita determinatio actus voluntarij, qui sit in loco pendet a voluntate facientis. & contra istam doctrinam Bal. tenet expresse Anto. de But. in d. c. licet ex quadam. in fi. vbi vult ꝙ probatio per duos testes potest fieri per partes de toto. sed sicut illud dictum Bal. non placet, ita videtur esse verum quod in princip. dixi, ꝙ in actu sui natura diuiduo, & qui potest constare ex partibus separatis, probatio facta per testes, qui viderunt successiue vnus post alium non videtur esse sufficiens, quia testes relinquuntur singulares, ex quo vnusquisque deponit de diuersa parte temporis, vel loci, vel alterius rei. vnde Cy. dicit no.
8 in l. secunda. C. quæ sit lon. consuet. † ꝙ si tres actus probantur per tres testes, ita ꝙ vnusquisque deponit de vno, ex his partib⁹ non resultat totum, ideſt probatio consuetudinis. de quo vide diligentius per Anto. de But. in cap. cum oporteat. de accusa. & in cap. licet ex quadam. & in cap. fin. de consuet. vnde etiam est,
9 † ꝙ si ad probandum famam esse in tota ciuitate vnus testis deponit de vna parte ciuitatis, & alter de altera, non probatur fama, vt tradit Bald. singu. in l. j. C. de testamen. & est dictum Vin-
10 cen. in c. illud. infra de præsump. Vnde etiam vides, † ꝙ si tres testes deponunt super tempore, vnus de triginta annis, alter de viginti, tertius de decem, primus dicitur singularis in maiori tempore, quia non habet contestem in illo principio continuate illius temporis, vt plene declarat Bald. in loco allegato, & plenius per Moder. in l. inter pares ff. de re iudic. & in l. prima. §. si stipulanti. de verbo. obliga. vbi per Dominum meum. si tamen testes vellent probare, aliquid esse factum in certo loco circũscripto certis finibus, puta in domo vel in theatro, & quælibet pars loci sit in loco & de loco & respectu illius loci determinati sit quodammodo totum indiuiduum, videtur ꝙ testes probarent etiam si deponerent de visu successiuo vnus post alium vel alio modo de diuersis locis eiusdem loci, argum. l. 3. in princip. ff. de acquiren. poss. & quod ibi no. & hoc posset esse verum, quando testes vellent probare vidisse aliquid in certo loco. Sed si vellẽt probare aliquid esse factum in certo loco, tunc videtur maius dubium, quia ex diuersitate locorum loci inducitur singularitas, vt patet in exemplo. 3. quæstio. 2. Susanę. nihilominus tutius est dicere etiam absolute, ꝙ & in probando aliquem fuisse in loco, ista probatio non sufficeret, quia per hoc non potest negari, ꝙ re ipsa pro hoc testes redduntur singulares.

ADDITIO.

a VIN. GOD. Adde, ꝙ in crimine priuato pro quo ciuiliter agitur, potest iudex in eodem processu condemnare reum, etiam pro crimine. Ay. Cra. consil. 53. nu. 2. lib. 1. Et in criminalibus in dubio pronunciare debemus in fauorem rei. Ay. in cons. 50. num. 3. lib. 2.

SVMMARIVM.

1 *Lex ciuilis in foro canonico allegari potest.*
2 *Dignitas ecclesiastica nulla facit, quòd vni iudici credatur.*
3 *Contractus appellatione large uenit iuramentum.*
4 *Scripturæ iudicis, etiam non subscriptæ testibus, quandoque creditur.*
5 *Papæ literis non solum creditur, vt non possint per testes reprobari, sed etiam eius uerbo. Et in quibus etiam procedat. nu. seq. & latius de materia, num. 10. 11. & 12.*
7 *Assertioni summi Pontificis nunquid stetur semper, & an admittatur probatio in contrarium, & quòd credatur eius assertioni, est ex priuilegio supernæ potestatis. nu. seq.*
9 *Princeps habens supremam potestatem, priuilegium dare potest alteri, quòd ei soli credatur.*
10 *Literarum, & assertionis viuæ vocis Papæ, vna videtur differentia posse poni, & distinguitur. nu. seq.*
13 *Cardinali de commissione sibi facta, vtrum credatur. & nume. 14. 15. 16. 18. & 19.*
17 *Legatus Principis, quando pluries ponit manum alicui de reseruatis, an mandatum habere præsumatur, & gesta valeant.*
20 *Iudex tanquam iudex, vel arbiter tanquam arbiter, suam sententiam an interpretari possint.*
21 *Legatus, vtrum suam constitutionem interpretari possit.*
22 *Quid si duo iudices, vel duo arbitri qui tulerunt sententiam, producantur vt testes ad declarãdum dictum suum, vtrum vnus faciat semiplenam, & duo plenam probationem.*
23 *Iudex vel arbiter, an possit produci ad impugnandum factum suum, & etiam si detegant suam turpitudinem. nu. 28.*

24 *Iudices & arbitri criminoſi ſocij, & participes, an & quando admittantur in teſtimonium.& nu.25.26.& 27.*
29 *Teſtis confitens crimen,quando non repellatur.*
30 *Iudex ſi atteſtetur de actis coram ſe,tanquam relator, vel tãquam inſtructor, qualis fides adhiberi debeat, & quid ſi atteſtetur non pro reddendo ſuam ſententiam iniuſtam, ſed validam, an repellatur vt ſuſpectus. & nume. ſequen.*
32 *Iudex,an poſſit eſſe teſtis ſi ſententia dicitur nulla ex aliqua ſolennitate proceſſus non ſeruata.& nu.34.*
33 *Arbiter & iudex de actis ordinarijs,an atteſtari poſſint.*
35 *Iudex in cauſa appellationis,an atteſtari prohibeatur de geſtis coram ſe in prima cauſa.*
36 *Iudex præſumitur iratus contra appellantem.*
37 *Iudicibus ſi ex eorum teſtificatu damnum oriri poſſit,ſi illud probetur vel nõ, aut honor vel vituperatio,& illud non ſit tactum,an poſſit teſtificari de geſtis per ſe,vel coram ſe.*
38 *Aduocatus pro ſuo clientulo,an atteſtari poſſit.*
39 *Teſtes in ſubſidium admiſſi, an ſint integri.*
40 *Acta probari poſſunt per teſtes abſque eo,quòd probteur ſcripturam interueniſſe.*
43 *Relatoris dicto ſtabitur,ſi eſt deputatus a Papa.*

CAP. XXVIII.

Vm anobis. Vnius iudicis verbo non creditur, ſcriptura vero eius per teſtes reprobari poteſt, ꝙ fallit in ſummo Pontifice. Secunda ibi,nec ſcripturæ. Tertia ibi,ſaltem. Nota
1 primo,† ꝙ poteſt allegari lex ciuilis in foro canonico, nõ ſolum vbi deficit lex canonica, vt in c.ſi in adiutorium. 10. diſtinctio. & in c.j.de no.ope.nun.ſed etiam,vbi idem diſponit ius canoni cum, ꝙ ius ciuile. ex quo datur intelligi ꝙ ius ciuile non eſt ſuperfluum etiam in terris eccleſiæ, qua muis idem diſponatur de iure canonico. ꝙ facit not.ad quæſtionem,quæ ponitur in c. j.ſupra de reſcrip. vtrum ſtatutum diſponens id, quod ius commune, ſit ſuperfluum, an vero inducat nouum vinculum, de quo ibi ſcripſi plene in repetitione quam feci. & traditur ꝑ Bar.
2 in l.j.in princip.ff.ad l.Falc.† Nota ſecundo ibi,quantumcunq; ſit auctoritas,ꝙ nulla dignitas eccleſiaſtica facit,ꝙ vni ſoli iudici credatur.ex quo infertur,ꝙ etiam Cardinali non crederetur, vt ſentit glo. in c.ſicut. infra de ſenten. excommu. de quo plene in c.conſtitutis.infra de appellat.& in c.cum in iure.ſupra de of-
3 fic.delega. Nota tertio ibi,aliis contractibus,ꝙ appellatione contractus,largo modo venit etiam iuramentum,quod tamen ſtricte loquendo non eſt,ſiue proprie,vt l. teſtium. & ibi per Bald.
4 C.de teſtib.† Nota quarto, ꝙ ſcripturæ iudicis aliquando adhibetur fides,etiam ſi non ſit ſubſcripta teſtibus, de quo tradit hic ſatis plene domi. Anto.& etiam plenius, vbi ſcripſi,in capit.poſt ceſſionem.ſupra titu.proxi.Et aduerte,quia tex.innuit,ꝙ ſi ſcriptura iudicis ſit adminiculata ſubſcriptione teſtium,in tantum adhibetur ei fides, ꝙ non poteſt reprobari dicto duorum vel trium teſtium.ſed domi.Ant.intelligit hoc,quod teſtes ſubſcripti atteſtentur veritatem poſtea in iudicio, & hoc credo verius,
5 vt plenius dicam in gl. No.ſexto ibi,ſalua in omnibus, &c. † ꝙ
a non ſolum creditur literis Papæ a ita vt non poſſint reprobari ꝑ teſtes, vt hic probatur clare inquãtum iſta clauſula refertur ad dictum præcedens,in quo dicitur ꝙ ſcriptura iudicum poteſt re-
6 probari per teſtes,ſed creditur etiam eius verbo,† ꝙ videtur procedere per iſtam literam, non ſolum ſi agatur de his, quæ coram eo ſunt agitata in cauſis ſpiritualibus, ſed etiam in profanis,quod facit nota. per Innocen.in capit. inquiſitioni. infra de ſenten.excommu.& in clemen.literis.in cap. fina. de ſucceſſio. ab inteſta.Et aduerte,quia Ioan.Andr.dixit hic, & refert domi. Ant.ꝙ non ſolum creditur ſimplici verbo Pontificis, ſed etiam non poteſt probari contra ipſam aſſertionem ſuam, per tex.noſtrum.ſed iſte tex.cum reuerentia non probat hoc,quia in quãtum in primo reſponſo agitur de verbo iudicis, & non de ſcriptura,nihil dicitur ibi niſi ꝙ vnius dicto non ſtabitur. vnde clauſula limitatiua, ſalua in omnibus, &c. non poteſt limitari niſi quod eſt poſitum.cum ergo nihil dicatur in primo reſponſo de probatione facienda in contrarium, impoſſibile eſt ꝙ iſte text. probet, ꝙ contra aſſertionem Pontificis non poteſt probari.melius tamen probatur iſta concluſio in c.quicunque. 11. quæſt. j. intelligendo illum tex. de epiſcopo, ideſt de ſummo Epiſcopo, ideſt Pontifice,vt poſuit hic Innocen.& refert domi. Anto. qui in hanc expoſitionem expreſſe conſentit. Aduerte etiam,inquãtum dixi per iſtum tex.probari,ꝙ contra ſcripturam Papæ non admittitur probatio, quia dictum huius decre. reſtringitur ad probationem teſtium:non enim in regula fit mentio,niſi de teſtibus, & ſi quis etiam vellet aliter reſpondere, poſſet dicere ꝙ hoc non prohibetur reprobare contrarium per teſtes,ſed quod per duos vel tres teſtes non reprobaretur illa ſcriptura, ſicut reprobatur ſcriptura aliorum iudicum, & illa reſponſio bene cõuenit quo ad proprietatem verborum.ſed non credo hanc fuiſſe mentem Pontificis,nam hodie videtur certum eſſe in iſto caſu, ꝙ nullo modo admittitur probatio in contrarium. In gloſ. poſita in verbo,nec vnius. pro declaratione materiæ huius glo. videndum eſt bene, nunquid aſſertioni ſummi Pontificis ſemper ſtetur & an admittatur probatio in contrarium. Secundo, quid de Cardinali. Tertio, vtrum plures arbitri, vel plures iudices delegati poſſint interpretari verbum ambiguum poſitum in ſententia. Quarto vtrum arbiter, vel iudex poſſit produci ad impugnandum vel teſtificandum factum ſuum, ideſt contra id,quod ipſe fecit. Quinto, vtrum de geſtis coram ſe poſſit teſtificari.in quo articulo vnus eſt caſus dubius dũtaxat. Vltimo,
7 ſi iudex atteſtatur de actis coram ſe tanquam relator vel tanq̃ inſtructor,qualis fides debeat adhiberi.† Ad primum dixit Hoſtien.& eſt communis opinio, ꝙ creditur aſſertioni ſummi Põtificis,vt probatur in text.noſtro, in fin. & aliis iuribus allegatis per eum.vide hic per Moder.hoc autem dictum admittit dom. Abb.Moder. in his, in quibus proprie Papa habet ſupplere variam poteſtatem, vt in ſpiritualibus & in beneficialibus. vbi autem ageretur de iure naturali, vel gentium, ſeu de iure diuino, tunc videtur ſecundum eum,ꝙ non ſtetur aſſertioni ſolius Pontificis. Primo per ea,quæ habentur ſecunda quęſtio.quinta,c.j. vbi patet directe, ꝙ voluit procedi in probando vt in probando de iure communi proceditur, quia allegauit teſtimonium duorum,quia Iudæi non recipiebant eum pro ſummo Pontifice. vnde ſubaudiendum erat ſecundum regulas legis eorum. Secundo dicit ipſe,ꝙ contra hoc ius diuinum non reperitur diſpenſatum in ſummo Pontifice, & ꝙ non poſſit diſpenſari niſi ex cauſa iuris ꝙ ſeruanda ſit regula, vbi aliter tamen non ſubſiſtat, iuxta ea quæ habentur in c.quæ in eccleſiarum.de conſtitutio.& adducit text. 2.quæſtio.5. Deus omnipotens. vbi patet, ꝙ Deus noluit iudicare ſodomitas, niſi per prius legitime probaretur crimen. ſed iſte text.magis probat ꝙ ſententia non poſſit ferri cauſa non cognita, & ꝙ executio non debet fieri ante ſententiam,& quod nõ ſtetur teſtimonio Iudæi, immo ex illo tex. patet, ꝙ per iuſſionem Dei fuerunt condemnati, niſi exponas, videbo, ideſt cognoſcam. ad quæſtionem autem dico bene, ꝙ propter excellentiam perſonæ iuſta eſt cauſa, ꝙ ſibi ſoli credatur,ſicut etiam ſpeciale eſt in ipſo, ꝙ cum diſpenſat contra ius diuinum,præſumitur cauſa legitima,prout traditur in ca. quæ in eccleſiarum.ſupra allega.& pro communi ſententia, ꝙ cre-
b datur etiam in talibus aſſertioni ſummi Pontificis,b eſt iſte tex. in fin.iuncto ver.ſi ſuper teſtamentis, vel aliis contractibus. ex quibus patet,ꝙ etiam in his,quę ſunt de iure gentium,creditur ſummo Pontifici, alias clauſula in fine non referretur ad primum dictum tex.ꝙ eſt obſeruandum. Vnde non poteſt reſtringi iſte tex.ad ſpiritualia, vt dixit domi. Abb. & ꝙ iſta concluſio ſit vera,videtur eſſe caſus in c.ad audientiam. infra de præſcrip. quem tex.ibi ponderat dom.Abb.ad hoc.vbi patet, quod ex aſſertione Pontificis probatur obligatio cenſus debiti contra laicum.quinimmo,ſecundum vnum intellectum, probat tex.etiã ꝙ ſit probatio etiam contra laicum non ſubiectum eccleſiæ.& hoc tener ibi domi.Abb.ſed reputatur dictum nouum.ſed hoc
8 vltimum non placet mihi, † quia per hoc ꝙ creditur aſſertioni ſummi Pontificis, eſt priuilegium ſupernæ poteſtatis, quo priuilegio non poteſt vti Princeps contra non ſubditos, vt eſt caſus in clemen.paſtoralis.ver.cæterum.de re iudica. vnde dicere, ꝙ ſpeciale ſit in Papa,vt dicit ibi domi.Abb. non videtur habe-
9 re rationem. Secundo pro communi ſententia arguo, † ſi Princeps habens ſupremam poteſtatem poteſt dare priuilegium alteri,ꝙ credatur ſibi ſoli in quocunque negocio,vt eſt caſus. 11. quæſt. j. c.quicunque. ergo hoc priuilegium fortius habet in ſe, vt dicit tex.12.diſtinct.c.omnes.vt patet ratione, quia nemo poteſt alteri concedere,niſi ipſe.ergo cõcluditur, ꝙ etiam ſummo Pontifici in his,quæ pertinent ad ius gentium, ſoli creditur.ſicut enim creditur referendario:Principis de his, quæ ſunt ſibi commiſſa a Principe,vt eſt caſus notabilis in Auth. in medio litis non fieri ſacras iuſſio.§.j. Pro iſta concluſione eſt glo. not.in c.ad apoſtolicæ.de re iudica. lib.6. quæ vult, ꝙ de promiſſione & contractu ſtetur aſſertioni ſummi Pontificis,etiam ſi atteſtet de his,quæ fuerũt geſta cum eo ante Papatum. & eſt ſimilis gl. in c.j.

ADDITIONES.

a VIN. GOD. Adde ꝙ tanta eſt potentia Papæ, ꝙ poteſt tollere ius quæſitũ eccleſiæ,etiam ſine cauſa,Ay. Cra.conſ.152.nu.8.lib.1.

b VIN. GOD. Nota,quod probatio debet de neceſſitate concludere, Rui. conſil.49.num.quarto.lib.6. Et probatio uera pro implemento conditionis requiritur non ficta.Ruin.conſil.68.nume.3. lib.primo. Probationes quippe luce meridiana clariores requiruntur, maxime quando criminaliter agitur etiam quo ad ea,quæ incidenter ueniunt in iudicio.Ruin.conſil.35.nume.9. lib.primo.

in c.j.de renun. eodem li. & ſic iſtæ rationes optime faciunt pro iſta concluſione,quam domi.Abb.reliquit hic ſub dubio. non tamen per tex.in cap. ad audientiam. de cuius intellectu ſtatim dicetur.intelligitur autem prædicta concluſio de his, quæ ſunt geſta per Pontificem,vel coram eo,ipſo auctore, vel etiam corã eo ſimpliciter,ſicut etiam dicitur de literis ipſius in clem.literis,
10 de proba.in tex.& glo.† vna tamen videtur differentia poſſe poni inter eius beatitudinis literas & aſſertionem viuæ vocis, quia in literis ſi Papa narrat aliquod factum coram ſe, non tamen ſe auctore, diſtinguitur ꝙ aut hoc narrat motu proprio, & creditur ſibi,aut ad inſtantiam partis,& non creditur. & traditur no. in c.fi.infra de ſucceſſ.ab inteſta. quæ diſtinctio non videtur habere locum in Papa aſſerẽte, quia videtur ceſſare cauſa propter quam non creditur literis impetratis ab aliis. potuit enim eſſe cauſa nimiæ importunitatis impetrãtium,vt in c. ex parte. infra de capel.monach.& in l.2.C.de peti.bo,ſubla,lib.10.quæ ratio
11 ceſſat in aſſertione facta viua voce,vt de ſe patet.† vbi autẽ ſummus Pontifex vel literis, vel verbo atteſtaretur de eo, ꝙ non eſſet geſtum coram ſe, tunc debes conſiderare duos caſus. nam aliquando aſſeritur aliquid,quod eſt leuis præiudicij, & in quo ſufficeret probatio per famam, & tunc videtur ꝙ ſtetur eius aſſertioni. Vnde ſi ſummus Pontifex committẽdo cauſam dicat, cum conſtet nobis aliquem eſſe infamatum,poterit iudex procedere ad inquiſitionem, quia per eam probatur fama præcedens.ita traditur per Ioan.And.in addi. Specu.in tit. de inquiſitione.§.tractemus.ver.hoc autem notandum.& in c.cum oportea
12 teat.infra de accuſa.in nouella,& ſequuntur ibi Moder. † Si vero tractatur de non leui præiudicio,& tunc fuerunt opin. vt no. glo.in d.clemen.literis. Et attento exemplo poſito per ipſum, videtur velle ꝙ credatur ſummo Pontifici narranti aliquem deceſſiſſe in curia.Non eſt autem credibile, quod glo.reſtrinxerit ſe de mortuo ipſo præſente Pontifice.vnde ſentit hoc, quod dixi.hoc etiam videtur tenere Lapus,quem refert domi.Anto. in c.fin.ſæpe allegato,dum limitat illam glo.& dicit eam eſſe verã, quando Pontifex ita narrat ex motu proprio.ſed Ioan.Calde.& do.Anto.in c.poſt ceſſionem.ſupra titu. prox. & in d.c.fi.tenẽt, ꝙ tunc non credatur aſſertioni, ſi Pontifex nil allegat. & contra ipſorum opin. videtur caſus in d.c.ad audientiam. vbi ſtatur aſſertioni Pontificis de caſu conſueto ſolui, & tamen ibi non attenditur factum coram ſe.Sed pro illa opin. facit ſubtilis ratio, qa ſi ſtaretur aſſertioni ſummi Pontificis de non geſtis coram ſe, hoc non poſſet eſſe, niſi quia ſummus Pontifex de actu non geſto coram ſe receperit fidem & probationem ab alio. ſed illa fides non videtur eſſe ſufficiens ad probandum aliquid in præiudicium partis, vt probat: ideo non eſt ſtandum huic aſſertioni. ꝙ autem non ſit ſufficiens patet,quia probatio ad præiudicium partis non poteſt recipi niſi parte citata, vt in c.2.ſ.eod.nec Pontifex poteſt tollere hanc defenſionem, vt patet in clemen. paſtoralis. de re iudi. ergo relinquitur, ꝙ per aſſertionem Pontificis non ſit plena fides.Non ob.tex.in c.ad audientiam. quia poteſt dici, vt dicunt ibi Moder.tertio intelligitur, ꝙ ibi non ſtatur ſoli aſſertioni poſitæ in priuilegio, ſed vna cum teſtibus & lib. cẽſua li.& ſecundum hoc ibi erit caſus pro illa parte, quod videtur verius.Circa ſecundum articulum conſidera duos caſus.vnus,nã aliquando quæritur, vtrum credatur Cardinali de commiſſione ſibi facta. Aliquando quæritur, vtrum credatur de geſtis per
13 ſe,vel coram ſe.† Super primo dic, vt tradit no.Spec.in ti.de leg. §.ſupereſt, ver.quid ſi delegati.& Ioan.And.in tit. de offic.dele. lib.6.& do.Ant.iſta dicta referens in c.ꝙ ſuper his.ſ. de fi. inſtr. & pro primo dicto ipſorum,dum dicunt, ꝙ quia Cardinalis nõ ſolet exire de curia ſine commiſſione,vel delegatione, ideo cre-
a ditur[a] ſibi aſſerenti eſſe legatum.facit optime tex.in l.fina. ff de eo,per quem factum erit.& dicit not.Bart.in l.ſi mei cauſa.§.ſi. ff.commo.ꝙ ſi ego credidi alicui ſe aſſerenti nuncium, quia ipſum conſueuerat mittere pro nuncio ſuo talis dominus,præſu-
14 mitur mandatum, ex iuſta cauſa credendum eſt.† Et aduerte, quia non ſolum creditur legato Cardinali, ſi dicat ſe legatum eſſe in prouincia,ſed etiam ſuper his,quæ exponit alicui,ad quẽ dicit ſe miſſum, vt patet in tex.in c.ad apoſtolicam. in ver. proponit,de re iudi.lib.6.& in c.nobiliſſimus.96.diſtinct.Ad ſecun
15 dum dictum,dum dicunt,adde ꝙ non creditur de iure iudiciali,ſi dicat ſe habere mandatum in his, quæ non tranſeunt ex natura legationis,ſed ſunt ſpecialiter reſeruata Principi. de quibus in c.poſt translationem. ſ.de offi. lega. nam hoc dictum limito dupliciter.primo quidem,ſecundum Ange. qui ſuper hoc conſuluit,quem refert Pet.de Ancha.in clemen.literas, de probat. quando illud tale non tẽdit ad præiudicium alicuius,vnde vult
16 Ange. † ꝙ credatur Cardinali dicenti ſe habere poteſtatem diſpenſandi cum regulari vel cum illegitimo,quo ad ordines: ſecus vbi ageretur ad præiudicium alterius.Pro primo dicto allegat tex.in d.cap.nobiliſſimus.pro ſecundo valde bonum tex. in Authen.de manda.Princi.verſic.ſi vero. & bene facit tex. in l.j. C.de ſuperindict.lib.11. ſed primum dictum non placet Petro, & merito, quia text.in c.nobiliſſimus. non dicit, ꝙ credatur illi nuncio ſibi aſſerenti eſſe commiſſum aliquid ex reſeruatis, & cum talia non ſolent faciliter concedi ſine regula, ꝙ qui allegat mandatum,debet probare,vt l.j.C.de man.Princi. & in c.cum in modo.ſupra de offic.deleg.ſecundo limitat hoc ſolẽniter Bal.
17 in l.exemplo.in vltimis verbis.C.de probat.volens,† ꝙ quando legatus Principis apponit manum ad aliquod ex reſeruatis, & hoc facit pluries, præſumitur habere mãdatum, ſi ita aſſerat, & valent geſta ratione communis erroris & publicæ vtilitatis,& ſi non præſumeretur habere mandatum. allegat pro primo not. in c.cum ex literis.ſupra de reſtitu.in integ. pro quo etiam allegat l.Barbarius.cum materia.ff.de offic. præto. ſed primum dictum non videtur verum,tum quia non probatur iure, tum qa regula ponitur in oppoſitum per Innocen.& Doct. in c.j. infra de fi.inſtrumen.dum voluit, ꝙ aliquem eſſe notarium nõ probatur ex hoc ꝙ publice ſe exercuit pro tali, & quod multa fecerit inſtrumenta, qui ergo voluit oſtendere hoc eſſe ſpeciale in Cardinali,debet hoc probare. de ſecundo dicto non eſt tractandum hic,ſed eſt in materia,quæ ponitur in c.nihil.ſupra de electio.& in d.l.Barbarius.in qua Bar.ſentit, iuxta fi.in vlt. q.per l. actuarios. C. de numerariis, & actuariis. lib. 12. ꝙ in officialibus, qui creantur a ſolo Principe ratione communis & publicæ vtilitatis non conualidantur geſta,quod multum faceret cõtra Bar.in caſu iſto,de hoc tamen dic, vt traditur in d.l. & vide Spe. in titu.de legato.§.ſupereſt, paulopoſt. ver.ſupra allega.vbi format iſtam quæſtionem de legato in his, quæ requirunt ſpeciale mandatum,quando aſſerit ſe eſſe legatum in prouincia, maxime ſi reſpiciunt præiudicium alterius. ita videtur dicendum, ꝙ ſi legat⁹ mittitur ad aliquam perſonam, & aliqua proponat, vel exponat,quid ſit credendum de his,quæ exponit nomine ꝙmittentis.nam dato quodfaciat aliquid quod ſpectet ad Principem, non poteſt committi ſine ſpeciali licentia Principis.Circa ſecundum caſum,communis ſententia eſt in d.cap. ꝙ ſuper his.vt ibi refert domi. Anto.& in d.conſtitutus. infra de appell. vbi ponit hoc Ioan.Andr.in nouella, & tenet Specu.in titu. de
18 teſte.§.j.ver.quid ſi aduocat⁹.† De geſtis per ſe, vel coram ſe in legatione non creditur de iure Cardinali, niſi ſint aliis indiciis roborata,de quibus infra dicetur. vnde non creditur ſibi ſoli: cõ ſueuit tamen curia ſeruare contrarium. pro qua multum facit tex.in c.cum parati.infra de appel.& in d.c. conſtitutus. ſed Docto.intelligunt,vt dixi,ꝙ Papa ſeruat ibi conſuetudinem curiæ, quia eſt communis ſententia, quam etiam approbat Petr. in d. clemen.literis. ideo non eſt ab ea recedendum. ꝙ autem debeat ei credi,ſentit expreſſe domi.Anto.in c. quoniam contra.ſupra titu.proxi.ꝙ credatur Cardinali legato enuncianti acta in ſentẽtia, allegat Specu.in tit.de leg.in fi.§.ſequitur.ſed hoc non dicit, niſi forte allegatio ſit corrupta, & contrarium ſentit ipſe in d.c. quod ſuper his.& hoc videtur verum per tex. in ver. cuiuſcunque dignitatis, & etiam per regulam poſitam in d. c.quoniam contra.quicquid dixerit Domi. meus in l. ſciendum. de verbo. obliga.allegans dicta Innocen.in c.cum dilecti. infra de accuſa. & Spec.in tit.de teſte. verſ.præalleg.ſed certe Spec.ibi in fi.dicit
19 contrarium,ꝙ de iuris rigore non creditur,† cõſuetudo autem dictat cõtrarium, vnde reſtringenda eſt illa decretalis, & tex.in d.c.cum parati. quando Cardinalis vellet atteſtari de geſtis vel per ſe,vel coram ſe,vt legato de latere,vbi autem vellet atteſtari de geſtis taliter, vel tanquam coram iudice ordinario aliter, quam ex virtute legationis, vel de geſtis tãquam coram iudice vel legato,eſſet maius dubium, quia conſuetudo eſt contra ius vt infra c.fi.& ibi no.ſupra de offic. Archidiac.ergo non videtur eſſe dicendum,niſi forte probaretur eſſe conſuetudo in eo caſu, & de articulo dic plenius per domi.Ant. in d.c.quod ſuper his.
20 Circa tertium articulum,quo quæritur,† vtrum iudex vel arbiter poſſit atteſtari interpretando ſententiam ſuam.& prętermittendum non eſt,ꝙ quæritur,an iudex tanquam iudex, vel arbiter tanquam arbiter poſſit interpretari ſententiam ſuam. illa non eſt noſtra materia, ſed eſt dicendum vt plene tradit Bart.in l.ab executore.in princip.ff.de appellat.& Bal. in C.comminat.
21 vel epiſtolas.& Innocen.& Moder.in c.j.de poſtula.prælat.† & vtrum legatus poſſit interpretari ſuam conſtitutionem, vide tex.infra,& ꝙ ibi ponit Ioan.And. in c. ex parte. infra de verbo. ſignific.& an prælatus contractum factum a ſe finita prelatura. vide Bald.in cap.primo.qui ſucceſſores teneãtur. Sed quæritur
22 nunc,† quid ſi duo iudices, vel duo arbitri,qui tulerunt ſententiam, producuntur vt teſtes ad declarandum dictum ſuum, vtrum vnus faciat ſemiplenã probationem,& duo plenam. Specu.in titu.de arbit.§.fin. verſic. ſed nunquid verbo. & abſolute videtur concludere, ꝙ arbiter non poſſit interpretari verbum ambi-

ADDITIO.

a VIN. GOD. Nota ꝙ Cardinali creditur de legatione ſibi facta, quando alteri non præiudicat,Rui.conſ.90.nu.4 lib.j.

ambiguum prolatum in laudo, ſed iſtud dictum poteſt reſtringi, vt ſupra dixi, quando vellet interpretari vt arbiter, ita quod ſtaretur ſoli dicto ſuo, ſi ſolus tuliſſet laudum, nec deponeret in forma teſtis. ſuper qua quæſtione dixit Bald. nota, in l. ne in
a arbitris, C. de arbitr. quod arbitri[a] poſſunt declarare dictum ſuum vt teſtis,& ſtatur dicto duorum. hanc ſententiam approbat hic in effectu do. Ant. referens Innoc. hoc tenentem in c. 2. ſupra de arbitr. dicit tamen ibi Innoc. ꝙ in declarando dictum ſuum interrogati debent aſſignare cauſam bonam ſuæ declarationis,& ſentit ꝙ alias non probarent, ſi interrogati non redderent cauſam bonam, quia motus animi ipſorum arbitrorū vel iudicum nulli præſumuntur veriſimiliter ſcire, niſi ipſi iudices, vt traditur in §. aliæ. Inſtitu. de act. in fi. & in c. ſi vero ĩ. de homi. eſt autem regula, vt infra videbis in ſequenti, ꝙ in ſubſidium ad mittuntur iudices ad teſtimonium, vbi alias non admitterētur, vt in c. cum dilecti, ſupra de electio. ergo etiam hoc caſu videntur eſſe admittendi. Sed contra iſtam doctrinam multum facit, quia ſicut teſtis, qui ſemel depoſuit & locutus eſt aliquid obſcure, quod tamen ex vnius præſumptione accipitur in vno ſenſu, non poteſt repeti poſt publicatos teſtes ad petitionem partis, quia eſt ſuſpitio, ꝙ non ſit ſubornatus, vt communiter concludunt hic Doct. & in c. cum clamor. ĩ. eod. & in c. per tuas, vbi eſt bonus caſus. ita videtur, ꝙ ſi ſententia tranſiuit ad notitiam partium ſuſpectus ſit arbiter, qui producitur ad declarandum dictum ſuum. facit optime quod habetur in l. ſi quis decurio. C. de fal. & propterea iſta doctrina non videtur vera. Fateor tamē, ſicut dicimus in teſte, ꝙ ſi iudex ex officio ſuo vellet recipere iſtos arbitros, poſſet, ſicut dictum eſt, & Doct. dicunt de teſte in
23 locis allegatis, & Bal. in auth. at qui ſemel. C. de probat. † Circa quartum articulum Doctores varie referunt dicta Innoc. nam dicit Anto. hic, in princ. referens Inno. dicere in c. 2. ſupra de arbi. ꝙ ſi arbiter vel iudex producitur in teſtem ad impugnandū id, quod ipſe fecit, valet dictum ſuum, etiam ſi detegat turpitudinem ſuam, per tex. in d. c. 2, quod optime facit. & hanc opin. tenet hic Io. Cald. & inferius in ver. ſeptimus caſus tangam. d. Anto, refert Innoc. dicere in loco prēallegato, ꝙ creditur iudici, qñ impugnat factum ſuum, ſi teſtificando non detegit turpitudinē ſuam, ſicut etiam creditur aduocato, quando producitur cōtra clientulum ſuum, ſecundum gl. in c. Romana. de teſti. lib. 6. & domeſtico, ſi producitur contra domeſticum, vt ait gl. in l. 2. C. de teſti. & Spec. in tit. de teſte. §. j. ver. quid ſi fuerit aduerſarius. Si vero detegat turpitudinem ſuam, tunc dicit ꝙ non creditur plene talibus teſtibus, ſed tamen admittuntur ad aliqualem fidem, ad arbitrium iudicis. ſed in c. 2. prēallegato, circa finem cōmenti ſui, refert Inn. dicere, ꝙ aut detegit turpitudinem omnino inexcuſabilem,& tunc nullo modo admittitur in teſtē. Primo, quia ſocius criminis non teſtificatur contra ſocium ſuū. 15. q. 3. c. veniens. & in c. j. §. de confeſſis, & in c. veniens. §. eo. Secūdo, quia ſi arbiter vel iudex dicit ſe aliquid turpiter feciſſe, tunc apparet, ꝙ eſt criminoſus tempore teſtificatus, ergo repellitur a teſtimonio, vt in c. ſicut. in fi. §. e. Si vero detegat turpitudinem, quæ prima facie ſonat in delictum, ſed tamē aliquo caſu poteſt eſſe actus licitus. exemplum in cap. 2. prēallegato. ibi enim erat data pro iure ſpirituali, quod prima facie prēſumitur illicitum, vt in c. cum pridem. de pœnis. & in c. fi. de tranſac. ſed tamē aliquo caſu non ex pacto, ſed pietatis cauſa hoc permittitur, vt in c. niſi eſſent. & ibi no. ĩ. de præben. & tunc dicit, ꝙ tales admittūtur in teſtes, non tamen plene probant, & ita intelligas tex. in d. c. 2. do. Abb. Moder. hic ſimpliciter tenet, ꝙ ſi detexerint per eorum dictum tale crimen, ꝙ repelleret a teſtificatu, totaliter repellantur, per no. in c. teſtimonium. ĩ. eo. ſecus ſi concipiatur ex ſuo dicto, fuiſſe in aliqua culpa, vel negligentia leui, & tali, quæ non repellat teſtem regulariter, vt dicetur in d. c. teſtimonium, & licet iura allegata per Inn. & Docto. ſint ſatis colorata, de iure tamen videtur poſſe dici ſimpliciter, ꝙ tales iudices vel arbitri admittentur ad teſtimonium. & pro declaratione concluſionis
24 duo ſunt fundamenta. † Primum eſt, ꝙ ſocij & participes crimi-
b nis[a] admittuntur ad teſtimonium quo ad plenam probationē in crimine, quod veriſimiliter non poteſt probari per alium, vt eſt tex. no. quē ponderat do. Abb. hic, & in c. fi. de teſti. cogen. & ideo dicit nota. tex. ad propoſitum in c. peruenit. el primo. e. tit. ꝙ teſtis, qui ad inſtantiam partis nō poteſt teſtificari, poteſt probare ſe ita iuraſſe in præiudicium partis, licet ſit particeps delicti, quia talia iuramenta communiter teſtantur in ſecreto & remotis arbitris. & iſte eſt verus intellectus c. 2. §. de arbitris. nō tamen, vt videtur ſentire do. Ant. ibi arbitri detegebant turpitudinem ſuam in hoc, ꝙ deponerent actum datum ſententiæ eſſe temporalem pro ſpirituali, ſed quia deponebant ſe detuliſſe ſententiam gratioſe & ſcienter contra iuſtitiam. hoc indicat text. in ver. fauentes. & ideo declarat glo. & ſic debet intelligi verſi. ne-
25 quiter arbitratos, &c. † vnde, quia ea quæ pendent ab animo cōmuniter ſunt aliis occulta, ideo admittuntur illi ad detegendū turpitudinem, licet ſint criminoſi & participes criminis. ex hoc autem ſolo, ꝙ iudex detegens turpitudinem ſuam conuinceretur eſſe criminoſum, etiam ſi eſſet particeps criminis, nullo modo eſſet repellendus, ex quo produceretur in teſtem contra auctorem criminis, propter quem repellitur, vt eſt caſus not. in c. intimauit. §. eod. & ibi diximus & in c. conſtitutis. ĩ. eod. & vtrunque per Moder. videtur autem maxime dicta concluſio eſſe vera, quia particeps criminis hoc non atteſtatur ſuper crimine ad pœnam imponendam criminaliter, ſed ad prēiudicandum parti ciuiliter, quo caſu facilius admittitur ſocius criminis, vt in l. qcunque. & in l. cum ſeruum quiſpiā. C. de ſer. fugi. & tradit Sal.
26 in l. fi. in fi. C. de accuſa. † & in cauſa ciuili, vel vbi ageretur ciuiliter de crimine, ſicut eſt in caſu noſtro, quia hæc cauſa eſt ciuilis, credo concluſionem prædictam eſſe veram, vt quis poſſet teſtificari, licet eſſet particeps criminis. †
27 vbi autem ageretur de crimine criminaliter, vtrum propter hoc ſolum, quia crimen veriſimiliter per alios non poteſt probari, particeps criminis admittatur, eſſet magis dubium, quod non determino nunc: ſed de articulo recurro ad ea, quæ pleniſſime ſcribit Saly. in l. fin. C. de accuſatio. & Bar. in l. repeti, in princ. ff. de quæſtio. & Moder. in c. j.
28 §. de confeſſ. † etiam in iſto dubio articulo poſſumus cum effectu concludere, ꝙ arbitri, vel iudices admittentur ad teſtificandum, etiam ſi detegant turpitudinem ſuam in ſubſidium, ideſt quando veriſimiliter non poſſet alio modo fieri probatio. Nec obſtat tex. præmiſſæ concluſioni in ca. ſicut. in fi. ſupra eodem. vbi patet, ſecundum verum intellectum, quem ibi tenui, ꝙ ſi teſtis primo dixit in vno iudicio cum iuramento, non auditur ſecundo dicendo contrarium, quia hoc dicendo confitetur ſe fuiſſe periurum, cum primo teſtificatus eſt, & ſic propter crimen periurij tunc repellitur, nam dicimus ꝙ ſpeciale eſt in crimine, quod de directo reſpicit fidem teſtis, ꝙ qui conuincitur de tali crimine non poſſit teſtificari contra auctorem criminis, ſicut & aliud inducitur in cap. teſtimonium. infra eodem. Vel potes dicere, ꝙ ibi teſtis qui ſecundo loco dicebat ſe falſum depoſuiſſe, nō præiudicabat auctori criminis, ſed poti[ꝰ] ſumitur pro pub. periculo animarū, quod poterat oriri, ſi legitime ſeparati iterū ſimul redirent, &c. & vtraque ſolutio poteſt ſuſtineri, ſed prima magis placet. Nota tamen dicta Innocen. & domi. Ant. in c. 2. de arbitris. ſuperius relata, quia ex ipſis infertur talis noua cō-
29 cluſio, † ꝙ quando teſtis confitetur crimen, ꝙ prima facie præſumitur eſſe crimen, in aliquo tamen caſu poteſt fieri licite, tunc tale crimen non repellit penitus teſtem de iure canonico, ſed diminuit eius fidem, quę eſt noua limitatio ad c. teſtimonium,
30 cum materia, infra eodem. de cuius veritate ibi dicetur. † Circa quintum articulum, omiſſis aliis quæſtionibus, non eſt addendum, & conſidera tres caſus, nam aliquando quæritur, vtrū plures iudices admittantur ad teſtificandum de geſtis coram ſe, vel per ſe, quando tale teſtimonium tendat ad iuſtificationē ſententiæ ſuæ, vel ſui facti ad validitatem. aliquando, vtrum poſſint teſtificari in præmiſſis, non ad iuſtificandum ſuam diffinitiuā, vel interlocutoriam, quod poteſt eſſe dupliciter, vel quia nō eſt concluſum in cauſa, ſed aut perit inſtantia, aut cauſa fuit commiſſa alteri, vel quia etiam ſi tulerunt ſententiam, actus ſuper quo atteſtantur, non tendit ad iuſtificationem ſententiæ modo aliquo. & hoc ſecundo caſu ſubdiſtingue, quia aut quæritur, vtrum de taliter geſtis poſſint teſtificari in cauſa appellationis, aut vtrum in alia cauſa. Circa primum glo. tua hic, & Bart. in d. l. ne in arbitris. videtur ſentire, ꝙ iudices poſſint teſtificari, dum volunt ꝙ prohibentur teſtificari duntaxat, ſuper negocio principali, ſuper quo pronunciauerunt, per text. in c. ſtatuendum. 2. quæſtio. 6. ſed domi. Anto. hic, magis generaliter dicit, quòd iudices non poſſunt teſtificari ad iuſtificationem, vel validitatem ſententiæ interlocutoriæ vel diffinitiuæ, quod magis placet, tamen quia eadem ratio eſt, propter quam prohibetur teſtificari ſuper negocio principali, per text. in dicto capit. ſtatuendum. tum quia iudex, qui tulit interlocutoriam, vel diffinitiuam, vel iniquam, tenetur regulariter ad intereſſe partis, vt l. ſi filius. cum materia. ff. de iudic. & licet ſententia lata inter partes non præiudicet ſibi tanquam res inter alios acta, ſecundum Bald. in l. obſeruare. §. proficiſci. ff. de offi. proconſu. tamen quia non poteſt negari, quod cum ipſe in ſindicatu habeat vti eiſdem defenſionibus, quibus vtitur nunc pars ad iuſtificandum ſententiam, quod habet cauſam ſimilem illi, in qua teſtificatur, ergo repellitur, vt in capit. perſonas. & quod ibi traditur, ſupra eodem. ſed illa ſecunda ratio, licet ſubſtantialis ſit, non eſt firma, ſicut prima, qua de re dominus Abb. ibi non tenet, quod ſit

bona

ADDITIONES.

a VIN. GOD. Nota, ꝙ arbitri ex poſt teſtificando poſſunt interpretari uerba laudi, Rui. conſ. 10. nu. 10. lib. 4.

b VIN GOD. Adde, quando criminoſus indicium faciat, aut præſumptionem contra ſocios, Rui. conſ. 146. nu. 8. & num. 10. lib. 5. & quando quis præſumatur complex delicti, tractatur per Albe. in ſuo conſ. 56. quamuis. nume. 29. & 30.

bona similitudo ad repellendum testem, & etiam fuit magna varietas inter scribentes Doct. vt refert no. Ioan. And. quem do. Abb. non vidit in titu. de teste. §. j. versi. item ꝙ est socius, & Cy. & Saly. in l. quoniam liberi. C. de testi. dictum tamen placet per
31 primam rationem, vt dixi. † sed reuocatur in dubium, quid si iudex attestetur pro non reddendo suam sentētiam iniustam, sed validam, vtrum repellatur tanquam suspectus? dominus Anto. dicit, ꝙ sic per eadem iura. Tu vero potes distinguere vltra ipsum, ꝙ aut nullitas nascitur ex turpitudine iuris, intellige autem turpitudinem, siue sit in dolo, siue sit in lata culpa, & tūc iudex non potest testificari, quia isto casu iudex remaneret vt suspectus a iudicando super ipsa nullitate, secundum Bart. in l. iudex postquam. de re iudic. & est casus, secundum vnum intellectū, in l. absentem. C. de accusat. ergo videtur, ꝙ fortius a testificatu repellitur propter maius præiudicium. sed illa ratio non videtur sufficiens, quia vt infra dicetur, facilius repellitur iudex quā testis, vt traditur in c. cum I. supra de offic. delega. & ideo dicendum est, ꝙ repellitur regulariter, in subsidium tamen admittetur, vt infra dicit do. Anto. in tertio casu. Si vero nullitas non surgeret ex turpitudine iudicis, exemplum quia forte sententia fuit lata contra minorem non habētem tutorem, & sic est nulla vel ex aliqua causa extrinseca non nota iudici, tamen tollit sententiam. & tunc sine dubio poterit testificari, quia si non remouetur a iudicando, multominus remouetur a testificatu, quoniā facilius quis repellitur a iudicando, quam a testificando, a iudicando autem non remouetur de tali casu, vt l. 4. C. de accus. & per Bar. in d. l. iudex postquam. ideo nec a testimonio. Et ad præ dictam conclusionem domi. Anto. vide Bald. qui sentit in effectu idem in l. ne in arbitris, præallegata, dum concludit generaliter, non distinguendo causam principalem ab actis, ꝙ iudex non potest testificari ad iustificationem sententiæ suæ. Sed quę
32 ritur pro declaratione huius elegantis articuli, † quid si sentētia dicatur nulla ex aliqua solennitate processus non seruata, vtrū iudex potest esse testis, verbi gratia si dicatur lis non fuisse contestata? & videtur dicendum ꝙ iudex non admittatur ad tale testimonium, quia ꝙ lis non fuerit contestata, hoc tendit ad dolum vel culpam, qui videtur inferendo sententiam lite non contestata, aut saltem in lata culpa, vel quia non vidit acta vel quia ignorauit ius, ergo videtur ꝙ non admittatur nisi in subsidium, vt dicam infra in tertio casu. quinimmo videtur, ꝙ non sit admittendus aliquo modo, vt simpliciter dicit domi. Anto. in isto casu, quia iudex, qui tulit sentētiam nullam, etiam tenetur parti ad interesse, si pars ex hac sententia incurrit aliquod interesse, vt traditur in l. si iudex. ff. de var. & extraor. cog. & in l. si filius. ff. de iudic. ergo videtur repellendus, quia testificatur super causa consimili, vt dixi supra in principio huius articuli. & etiam quia sicut proxeneta repellitur, quia præsumitur habere affectionē vt valeat contractus, se mediante factus, vt plene declaraui in c. insuper. supra eodem. ita videtur eadem ratione repelli iudex. Contrarium determinat Guil. in Specu. in tit. de sententia. §. iusta. versic. sed pone. vbi expresse vult, ꝙ litem esse contestatam reprobari per iudicem & notarium vel per duos iudices qui tulerunt sententiam, hunc allegat & sequitur domi. Ant. in c. quoniam contra falsam. supra titu. proxi. idem tenet Bald. expresse in l. ne in arbitris. circa princip. commenti. C. de arbitr. vbi dicit, ꝙ si arbiter tulit laudum, vel reuocatur in dubium, vtrum lis fuerit coram eo contestata, potest attestari per hoc. idem tenet Iac.
33 de But. dum dicit, † ꝙ de actis ordinariis arbiter potest attestari & iudex. illa conclusio videtur probari ex l. 4. cum ibi not. C. de accu. vbi patet, ꝙ si iudex tulit sententiam nullam parte non citata vel non cōtumace, potest ipse cognoscere de nullitate prioris sententiæ, ꝙ non esset si sententia esset nulla ex turpitudine iudicantis. vnde dicit ibi no. Ang. in vltimis verbis ex illo tex. probatur, ꝙ iudex non dicitur conuinci de turpitudine ex hoc ꝙ tulerit sententiam parte non citata, vel citata & non contumace. sed tamen his non obstantibus placet mihi opin. do. Anto. hic.
34 & concludo bene, † ꝙ iudex vel arbiter non potest esse testis, vbi agitur de validitate, vel nullitate suæ sententiæ per rationes premissas, nisi esset talis nullitas, in qua iudex excusaretur probabiliter a culpa, & non teneretur modo aliquo ad interesse partis. & credo ꝙ iudex indistincte repellatur propter hoc interesse, licet ratione solius culpæ vel turpitudinis forte non repelleretur in subsidium, vt infra dicetur, non obstante tex. in d. l. 4. per quē videtur inferri, ꝙ si præmisso casu iudex non repellitur a testificando, multo fortius non repelletur a testificatu, quia ad istud dico, ꝙ tex. ille probaret hanc conclusionem, si vera esset distinctio Cy. & Iaco. de Are. de qua in l. si vt proponis. C. quomodo & quando iudex. & in l. iudex postquam. de re iudi. per Bar. in l. si expressim. de appella. videlicet quod quando sentētia est nulla non ratione turpitudinis iudicis, licet alia ratione præcise super nullitate deberet adiri iudex prior, tūc enim tex. in d. l. 4. de necessitate probaret quod dixi. sed communior opi. est, de qua per Bar. in locis prædictis, quod etiam vbi non versatur turpitudo iudicis, iudex superior potest adiri, & similiter ibi versatur, sed hoc non tollitur, quādo etiam pars posset approbare personam iudicis, qui contra se turpiter iudicauit. vnde text. in d. l. 4. dum dicit ꝙ aditus est ipse idem iudex, non dicit hoc, qa iudex non iudicauit turpiter, sed quia pars contra quam fuit iudicatum, potest approbare personam eius, si vult & ipsum adire, nō tamen tenetur. vel dic, ꝙ tenetur ipsum adire, licet turpiter iudicauit, sed vult prosequi primam instantiam, vel principaliter agere super causa principali, quia vbi cæptum est iudicium, ibi debet finiri, vt l. vbi cęptum. ff. de iudic. sed si velit principaliter deducere nullitatem, tūc potest adire superiorem, nec est aliquod absurdum, ꝙ pars cogatur litigare coram iudice suspecto, qui turpiter iudicauit, quia imputet sibi, quare adit superiorem per viam nullitatis. Præterea non negatur ibi ꝙ iudex non possit allegari suspectus & associabitur sibi aliquid de iure ciuili, iuxta formam auth. si vero contigerit. C. de iudic. Super secundo arti
35 culo dic breuiter, † ꝙ licet simus in causa appellationis, per hoc solum prohibebitur iudex testificari super gestis per se vel coram se in prima causa, secundum distinctionem, quæ ponetur in tertio casu, licet Spec. senserit contrarium in ti. de teste. §. prę-
36 allegato. ꝙ si appelletur. & do. Ant. hic. mouentur, † quia ex appellatione iudex præsumitur iratus contra appellantem, vt in c. suspitionis. supra de offic. delega. sed illa ratio modicum valet, tum quia nō omnis inimicitia repellit testem a testimonio, sed grauis & capitalis, vt traditur in c. cum oportet. infra de accu. & in Auth. de testi. §. si vero odiosus. vnde illa ratio potius infert, ꝙ non probaretur plene, quanquam omnino repellerētur. sed adhuc non credo esse verum ꝙ diminuatur eorum fides, dummodo non attestentur ad iustificandum sententiam, vt supra dixi in pri. quia illa ratio non est bona, quòd iudex a quo appellatur est suspectus a in iudicando, ergo repellitur a testimonio, vt supra dixi. secundo, quia communis opinio habet in c. ad hæc. & in c. j. de appel. & in c. proposuit. ꝙ per solam appellationem in alia causa non posset iudex recusari vt suspectus tanquam inimicus. ergo multominus poterit recusari vt testis, si habeat attestari super eo, quod nullo modo iustificat sentētiam suam, vel reddit eam validam. Circa tertium casum distinguit hic d. Ant.
37 † ꝙ si ex testificatu iudicum, ideſt ex eo, super quo iudices testificantur, potest oriri damnū iudicibus, si illud probetur vel non, aut honor vel econtra vituperium, si illud non sit factum, tunc iudices non poterunt testificari de gestis per se vel coram se. & idem est si iudices testificentur aliquid non esse factum, quod non esse factum posset ascribi ad laudem ipsorum, vel econtra si sit factum, tendit ad eorum vituperium: repellūtur enim isto casu isti, quia præsumuntur nimis affecti, sicut proxeneta repellitur, simili ratione & procurator & negociorum gestor extraiudicialis, vt tradit no. Io. An. in tit. de teste. §. j. versi. item opponitur, ꝙ est administrator, quæ dicta plene retuli & discussi in c. in super. supra eo. putat do. Ant. ꝙ in subsidium isto casu isti tales admittuntur per tex. in c. cum dilecti. supra de elect. & in c. tertio loco. supra tit. proxi. & in c. veniens. infra eodem. pro hoc dicto facit optime, quod tradit notanter Io. And. in addit. Spec. in tit. de teste. §. j. ver. item ꝙ fuit. & sequitur do. Anto. infra. in alia
38 quæstione. vbi voluit, † ꝙ licet aduocatus pro suo clientulo non admittatur in testem, in c. Romana. de testi. lib. 6. admittitur tamen in subsidium, vbi verisimiliter veritas per alios probari nō
39 potest; † isti tamen testes in subsidium admissi non erunt integri, sed in arbitrio iudicis erit quantum eis credatur, secundum eum. vbi vero nulla laus, vel vituperium posset ascribi, tunc de gestis pro se, vel coram se, negatiue & affirmatiue deponere possunt, vt in c. cum dilectus. infra de accusa. vbi est bonus casus, & in c. inter dilectos. §. præterea. infra de excess. præla. Tu vero circa primum aduerte, quia si tenemus sententiam Bar. in l. ne in arbitris. C. de arbi. ꝙ testis qui habet probare acta, necessario habet deponere de scriptura actorum confecta, tunc enim nullus erit casus, in quo si iudex attestatur aliquid factum coram se nō si deponat tale quid, quo omisso argueretur non solum de delicto & culpa, sed etiam esset puniendus. & eadem ratione teneretur parti ad interesse non admittetur per d. l. si iudex. & l. qui nomine. cum materia. ff. de fal. & hoc est, quod dicit Bart. in illa materia, in l. si iudex. in vlt. q. ff. de var. & extraordi. cog. dum voluit, ꝙ sicut iudex propter negligentiam potest puniri criminaliter, ita videatur etiam, vt teneatur ad interesse partis. vnde, secundum doctrinam Bar. in d. l. ne in arbitris. non solū iudex repelleretur, quia ageretur de vituperio suo, si esset omissa scriptura, sed etiam videretur repellēdus fortiori ratione, quia per hoc

ADDITIO.

a VIN. GOD. Iudex ex quibus causis possit allegari suspectus, & quæ dicantur causæ suspitionis, scribitur per Maran. in suo tract. de ord. iudic. in 6. partē. uerficu. secundus actus. nume. 27. 28. & 29. cum pluribus numeris sequent.

hoc teſtimonium exoneraret ſe a pœna & ab intereſſe, pro quo teneretur parti. Ex quo infert quòd etiam in ſubſidium non eſſet admittendus, vt dicit domi. Anto. quia videtur atteſtari in cauſa propria, ſicut dicunt de procuratore ad negocia, in l.
40 de ferre. §. fin. ff. de iure fiſci. † vnde vt ſaluetur communis opin. quomodocunque fieri poteſt dicamus, ꝙ acta poſſunt probari per teſtes abſque eo, ꝙ probatur ſcripturam interueniſſe, vt ſatis probat text. in d. cap. quoniam contra. in fi. in verbo, legitimis documentis. iuncto c. plerique. 2. q. 7. & tenent ibi communiter omnes Docto. & Bal. in l. geſta. C. de re iud. & in l. emã cipa. circa princ. C. de fide inſtrum. allegat tex. in l. ſcire oportet. §. oportet. ff. de excuſa. tuto. & illa eſt æquior opinio & communior, de qua etiam vide per eundem Bal. in l. 2. C. de eden. ſed tamen, quia ſunt quædam acta, in quibus requiritur ſcriptura, in illis videtur poſſe dici, ꝙ iudex nunquam admittetur in teſtem ratione prædicta, ſicut in libello & ſententia. ſed contrarium poteſt dici, quia ſcriptura, quæ requiritur pro forma eſſentialis ſententiæ & libelli, non eſt ſcriptura actorum, quam debet ſcribere notarius, cum nõ habeat locum pœna, quæ proponitur in c. quoniam contra. quia forte in ſcriptura ſententię poſſet dici, ꝙ iudex repelleretur, quia ex omiſſione ſcripturæ poſſet adſcribi
a ſibi negligentia a & turpitudo, ꝙ omiſerit ſolennitatem a iure requiſitam. Circa ſecundum autem dictum, dum vult do. Ant. ꝙ in ſubſidium iſti teſtes admittantur, etiam vbi iudicant aſcribi laus vel vituperium, vt dixi, eſt aduertendum ꝙ quantum ad actum iudicij de ſui natura videatur, quod poſſet ꝓbari ꝓ multos propter copiam hominum, quæ præſumitur eſſe in iudicio ſi aliquis volens producere iudicem in ſubſidium dicat ſe non habere alios teſtes, per quos probet, præſumptio facit contra ipſum. & ideo alio non probato forte non eſſet audiendus. ſuper quo tamen articulo dic, vt ſcribunt Docto. in ſimili quæſtione, in c. ſuper eo. ĩ. de teſti. in q. illa, cui incumbat probatio, ꝙ non ſunt alij teſtes: vbi autem hæc conſtarent veriſimiliter per alios teſtes, non poſſet probari veritas, quæ ſequeretur communem opinionem Docto. quamuis iura, quæ allegant, non loquũtur omnino in caſu noſtro, loquuntur enim in actibus, qui nõ poſſunt probari niſi per eos, qui producuntur ex natura ipſorum actuum, quia communiter talibus non ſolent intereſſe, niſi tales teſtes, vnde non eſt quid imputetur parti, ſi alios nõ habuit, ſed cum hoc poſſit imputari parti, primo ꝙ non fecit aſcribi acta, ſecundo ꝙ ſaltem in actibus, in quibus frequenter multi interſunt, non adhibuit teſtes nõ ſuſpectos, videretur ꝙ iſti teſtes non eſſent admittendi, quia inopia probationum ſuperueniẽs parti ex culpa ſua non releuatur a iure, vt dicit tex. no. in l. veluti. in prin. ff. de eden. & bene facit tex. in ſimili, in l. de die. §. fi. ff. qui ſatiſda. cogan. & poteſt dici ſaluando dicta maiorum, quòd acta non ſcribi eſt culpa iudicis, cui ius hoc imponit, vt in c. quoniam contra. ſæpe allegato. ꝙ autem pars non adhibeat teſtes, non videtur eſſe talis culpa, quæ conſideretur in iure. Circa vlti
41 mum † principalem articulum pone verba do. Anto. inquantũ dicit, ꝙ ſtabitur dicto relatoris, ſi eſt deputatus a Papa, per iura per eum allegata. facit optime tex. in c. de priore. ĩ. de app. & ſic videtur caute ſentire, ꝙ ſi relator deputareẽ ab inferiore a Principe, non eſſet ſibi credendum, in quo recurro ad ea, quæ ſcribit Bar. in l. diuus. de cuſto. reo. & in extrauaganti, ad reprimen. in glo. ſuper ver. per nuncium. & ſecundum illam diſtinctionẽ dicas in relatore deputato ab inferiore a Principe, de inſtructione autem, ideſt, quando illi qui fuerunt iudices in cauſa, non recipiuntur in forma teſtium, ſed a dinſtructionem iudicis, dicit do. Ant. ꝙ regulariter faciunt aliqualem præſumptionem, nec plene probant, vt eſt caſus & ibi per Ioan. An. in c. olim. ſ̃. de reſcrip. & dum addit, ꝙ poſſint eſſe tot numero & tales, ꝙ eis eſſet plene credendum, dic ꝙ iſtud non videtur verum, quia eodem caſu, quo talibus non eſſet credendum, ſi reperirẽtur in forma teſtium, minus erit credendum quam ſi recipiantur, vt inſtructores, vt patet de ſe. eodem autem caſu, quo crederetur ipſis ſi reciperentur in forma teſtium, adhuc videtur idem, quia teſtis, cuius dictum eſt nullum ratione ordinis omiſſi, regulariter nõ facit indicium, ſecundum Barto. in l. maritus. ff. de quæſtio. Si ergo ſinguli per ſe non faciũt indicium, quomodo multi ſimul iuncti poſſunt plene probare? Præterea ſequeretur ex hoc, ꝙ aliquando crederetur teſtibus non iuratis prẽter caſus exceptos in iure, quod non reperitur iure cautum, vnde iſtud dictum non videtur bene probari. Et quia ſuperius in quodam articulo allegauit ibi Bar. in l. ſi iudex. ff. de vari. & extraordin. cognit. vtrum quando iudex fert ſententiam nullam, faciat litem ſuam. vide tamen plenius in diſputatione ſua, quæ incipit, iudex qui per imperitiam, &c. & Bal. in c j. §. iudices. de pace iura. firman.

ADDITIO.

a VIN. GOD. Adde, ꝙ negligentia in uno actu non facit ſibi in ſequẽti actu præiudicium, Rui. conſ. 50. nu. 10. lib. 5.

SVMMARIVM.

1 *Teſti vt non credatur. ſatis eſt, quòd non iurauerit ſuper ſecundo articulo ſuper quo deponit.*
2 *Teſtis quando producitur ſuper declinatoria ante lit. conteſt. quando poſſit cogi iurare, & deponere ſuper principali.*
3 *Teſtis ab vna parte productus, tenetur pro vtraque parte veritatem dicere.*
4 *Renuncians teſtibus, vel qui fecit productionem, vel publicare proceſſum, ſi non poteſt principaliter altero ex his caſibus teſtes producere, nec etiam poteſt vti productione facta ab aduerſario, ſuper alio articulo ſuper quo aduerſarius teſtem produxit.*
5 *Exceptio dilatoria ſolutionis. ſi proponatur lite non conteſtata, vtrum teſtes producti ſuper tali exceptione poſſint peti iurare, & examinari ſuper negocio principali.*
6 *Teſtis deponens extra vel ſupra articulum, quia non iuratus, nulliter deponit. Et an incidat in pœnam falſi. nu. 10.*
7 *Teſtis deponens non declarando, ſed addendo aliquid ex his quæ ſunt dependẽtia ad negocium principale, ſuper quo eſt iuratus, dictum ſuum an valeat.*
8 *Teſtis deponens ſuper dependentibus ſiue acceſſorijs, & pertinentibus ad factum contentum in articulo, an extra, vel ſupra articulos deponere dicatur.*
9 *Commiſſo vno, in hominis depoſitione, videtur committi acceſſorium.*
11 *Teſtis ſuper acceſſorijs deponens, non deductis principaliter in cap. non facit, vt publicatis poſtea teſtibus impediatur productio ſuper illis.*
12 *Teſtis ſi iurauit ſimpliciter dicere veritatem ſuper tota cauſa, poſtea a parte petatur interrogari ſuper certis articulis, & deponit aliquid in cauſa extra articulos, numquid valeat dictum eius. & nu. ſeq.*
14 *Teſtis productus & iuratus ſuper pluribus articulis, ſi poſtea ſuper quibuſdam interrogetur, publicato deinde proceſſu an noui teſtes poſſint produci ſuper articulis ſuper quibus primi non depoſuerunt.*
15 *Teſtis dictum prius deponentis, & poſtea iurantis, an valeat.*
16 *Teſtis deponens non iuratus, pœna falſi punitur, ſi falſum dicit.*
17 *Præpoſteratio ſolennitatis ſubſtantialis facta incontinenti, quando valeat.*
18 *Iudex, ſi non debet interponere decretum in fine, ſine cauſæ cognitione, interponit in principio, an præpoſteratio talis vitiet. & nu. ſeq.*
20 *Teſtis an deponere poſſit dictum ſuum per ſcripturam, & quòd debeat ſcribere dicta teſtis. nu. ſeq.*
22 *Teſtis ſi teſtificaretur ſine lectione ſcripturæ, cuius vultus color, & conſtantia magis diſcerneretur, an iudex poſſit admittere.*
23 *Actore excluſo ex lapſu termini, vel ex renunciatione teſtibus, ſi reus ſuper vno articulo producat teſtem, quem actor interrogari petat ſuper eod. vtrum fieri poſſit, & quid ſi faciat ſimpliciter iurare de veritate in cauſa, vtrum ſuper tota cauſa productus dicatur. nu. 27.*
24 *Teſtes partis aduerſæ ad reprobandos. ſi ſunt producti & iurati teſtes in iudicio, quibus pars producens renunciare velit, an poſſit altera parte inuita. Et ſi producens nullo modo velit facere illos examinari, pars aduerſa poterit. nu. ſeq.*
26 *Delegationis reſcriptum, quando eſt præſentatum iudici ipſo iure reo, & actori per productionem, effectum eſt commune.*
28 *Teſtis ſimpliciter iurans, quando ſuper tota cauſa iurare videatur.*
29 *Producens teſtes ſuper certis articulis, non videtur renunciare productioni iam factæ ſuper tota cauſa.*
30 *Actor quando excluſus eſt a probandi facultate, quando vti poſſit dilatione rei, tanquam communi.*

CAP. XXIX.

DE teſtibus. Qui ſuper exceptione tantum iurauit, non eſt ſuper negocio principali examinandus, poſt litem tamen conteſtatam teſtis, qui producitur ſuper exceptione peremptoria, cogi poteſt deponere & iurare in principali negocio, niſi obſtet impedimentum iuris legitimum. ſecunda eſt ibi, ſi vero. tertia ibi, niſi. Nota primo ibi, nec debent audiri, &c. quòd ad hoc vt non credatur teſti, quia depoſuit ſine iuramento, non eſt neceſſe quod nullo modo iurauerit, ſed ſatis eſt, ꝙ non iurauerit ſuper ſecundo articulo, ſuper quo deponit. ad idẽ text. in l. ſi duo patroni. §. idem Iulia. ff. de iureiuran. & ibi plene per Barto. † Nota ſecundo in verbo, negocij, &c. iuncto ver.
2 ſi vero. quod quando teſtis producitur ſuper declinatoria ante litem conteſtatam, non poteſt cogi iurare & deponere ſuper negocio principali, ſecus ſi producitur ſuper exceptione peremptoria. Et eſt ratio differentiæ, ſecundum Moder. & bene, duplex. Prima, quia ante litem conteſtatam ſuper negocio principali non debent teſtes examinari, & illa ratio tangitur in glo. ſecunda, quia teſtes ſimul & ſemel ſuper exceptione declinatoria & ſuper negocio principali, implicat contradictionem, nam exceptio declinatoria dicit non eſſe producendum in principali negocio, ſed recipere teſtes ſuper principali, eſt in ipſa procedere. ergo hoc non eſt admittendum, vt in capitu. exhibita. & ibi plene, ſupra de iudiciis. & hanc rationem ſentit hic
a Ioan. Andr. & diffuſe ponit hic dominus Abb. Modernus. Tertio nota, quod teſtis qui producitur ab vna parte, tenetur dicere veritatem pro utraque parte, non ſolum in articulo in

quo

quo producitur, vt in Auth. sed si iudex. C. de epiſco. & cleri. & in c. sane. 14. q. 5. sed etiam in toto negocio, si pars petat illum super negocio iurare. de quo dicitur plenius in apparatu materiæ. † Vltimo no. & semper tene menti, ꝙ si renuncians testib⁹, vel ille qui fecit productionem, vel qui fecit publicare proceſſum, non poteſt principaliter altero ex his caſibus teſtes producere, ita nec poteſt vti productione facta ab aduerſario ſup alio articulo, ſuper quo aduerſarius teſtem produxit, quod facit mirabiliter ad notata per Bald. in l. petendæ. C. de tempo. in integ. reſtitu. peten. & per Specu. in titu. de dila. §. videndum. in verſi. in ſumma. Ex hoc etiam verbo iuncto præcedenti colligitur, ꝙ exceptio peremptoria poteſt opponi & probari, & ante publicationem proceſſus ſuper teſtibus actoris, & etiam poſt. de quo plenius dicetur in glo. In glo. poſita ſuper verbo, iurauerit. hanc glo. declara quo ad quæſtionem in ea poſitam, vt hic plene per Docto. & inquantum Docto. hic dicunt ſuper hac glo. ꝙ ſi proponitur ante litem conteſtatam exceptio dilatoria [a] ſolutionis, quæ debet probari poſt litem conteſtatam, vt in l. exceptionē. C. de probat. tunc teſtes producti ſuper tali exceptione poſſunt peti iurare, & examinari ſuper negocio principali. † Adde quod Abb. Moder. hic dicit, hoc eſſe verum, ſi illa dilatoria proponitur vt dilatoria ſolutionis, ſecus ſi proponatur in vim declinatoriæ ad impediendum proceſſum, vt ipſe dicit. ſed hoc eſt dubium, & non admittitur ab omnibus, tenuit tamen hoc not. Innocen. in cap. paſtoralis. infra de excep. & ſequitur dom. Ant. in c. exceptionem. infra de excep. & in cap. j. ſupra de plus petitio. & communiter ibi Moder. pro quibus multum facit text. in l. j. in fin. ff. quando dies vſusfruct. leg. ced. vbi tex. dicit, ꝙ qui ante diem agit, male agit. ſed ille, qui prohibetur agere, poteſt repelli a limine iudicij exceptione declinatoria, ſecundum Io. Andr. in c. exceptionis. de lit. conteſt. lib. 6. & Bal. in l. poſtquam liti. C. de pact. & ſatis probatur in l. nam & poſtea. in princip. ff. de iure iuran. ſecundum intellectum Bart. ergo videtur, ꝙ exceptio declinatoria in vim declinatorię opponi poſſit. ſed cōtra iſtas multum facit regula poſita in d. l. exceptione. quæ ſimpliciter dicit, ꝙ illa exceptio debet probari poſt litem conteſtatam, etiā ſi opponatur ad finem intrandi iudicium. & declarat Innocen. & domi. Anto. in loco allegato. vnde illa exceptio videtur habere naturam anormalam. habet enim effectum declinatoriæ inq̄tum per eam ſequitur abſolutio ab obſeruatione iudicij, vt in §. temporales, Inſtitu. de excep. & hoc reſpectu potes dicere, ꝙ qui ante diem agit, male agit, quia reus abſoluitur a iudicio. habet etiam naturam peremptoriæ inquantum non impedit proceſſum, quia ſuper negocio principali videtur Bald. tenere expreſſe in illa l. exceptione. ꝙ illa exceptio non poſſit probari ante lit. conteſta. & ſic non poteſt habere vim declinatoriæ. Barto. tamen videtur ſentire cum Innocen. & communi ſententia in l. eum qui ita. in §. qui ita. de verbo. obligat. & quia iſta opin. eſt communior, ſeruaretur in practica, alia tamen videtur verior per textum in d. l. exceptionem. & quia dicitur in princip. gl. noſtræ, † ꝙ teſtis deponens extra articulum, vel ſupra, nulliter deponit, quia non iuratus, ideo ſciendum eſt pro declaratione huius dicti, quòd quādo teſtis deponeret aliquid extra articulum, quod tendit ad declaratationem articuli, vel eius, ſuper quo principaliter depoſuit, ſine dubio valeret dictum eius, ſecundū Bar. in l. ſi duo patroni. §. idem Iulianus. ff. de iureiuran. quia qui declarat, nihil addit. vnde dicitur deponere ſuper ipſo articulo. facit optimè tex. ſecundum vnam lecturam, & Bart. in l. petens. C. de pactis. & in l. hæredes palam. §. ſed ſi notam. ff. de teſta. Sed quæritur, † quid ſi teſtis non deponat declarando, ſed addēdo [b] aliquid ex his quæ ſunt dependentia & cōnexa ad negocium principale, ſuper quo eſt iuratus, vtrum valeat dictum ſuum. ſuper hoc Bald. dicit ꝙ ſic abſolute, in l. momentanea. C. qui legitimā perſonam. vbi vult quod teſtis iuratus ſuper poſſeſſione poſſit deponere ſuper proprietate, quando alia venirent adminiculatiue ad iudicium poſſeſſorium. & hoc dicit domi. Anto. de Butr. not. in cap. ſuper hoc. ſupra de renūncia. vbi voluit, ꝙ teſtis non dicitur deponere extra articulum, ſi deponit aliquid ab extra ad declarationem articuli, vel ad iuſtificationem facti deducti in articulo. † & ꝙ teſtis deponens ſuper dependentibus & acceſſoriis ſiue pertinentibus ad factum contentum in articulo, non dicatur deponere extra articulum, vel ſupra, tenet Innocen. in cap. paſtoralis. de exceptio. vbi dicit, ꝙ ſi actor producit teſtes ad probandum debitum, & illi teſtes deponunt, ꝙ fuit factum pactum de non petendo vſque ad tempus, etiam exinteruallo, iſti teſtes probant hanc exceptionem dilatoriam. allegat tex. in cap. inquiſitionis. infra de accuſat. per quem dicit probare, ꝙ teſtis deponens ſuper articulo poteſt deponere extra acceſſoria & pertinentia ad articulum. Idem ſenſit referēdo vnam opinionem in c. cum ſuper. ſupra de confeſſis. ſed contrarium videtur tenuiſſe in cap. per tuas. infra eodem tit. ſecundum Ange. qui iſta dicta allegat, & not. in l. ſecunda. in princip. ff. de iuriſdic. omnium iudi. ipſe vero pro concordia diſtinguit, quod aut dictum teſtis principale non valeret ſine acceſſorio, ſuper quo deponit, & tunc poſſit deponere. & idem forte poteſt intelligi, & credo hanc fuiſſe mentem ſuam, ſi dictum teſtis in ſe valeret, ſed ſine acceſſorio probaret factum inualidum, vel nihil releuans, & ſic intellexit Ange. per d. l. 2. cum materia. vbi autem id, quod eſt probatum ſuper articulo principali, poſſet habere effectum de ſe, etiam ſine acceſſorio, ſuper quo teſtis deponit, licet forte eſſet magis iuſtificatum, ſi probaretur illud acceſſorium, vel magis veriſimile, vel ipſum acceſſorium, vt nil cō ferret ad articulum, conferret etiam tamen ad cauſam aliquo modo, & tunc videtur, ꝙ tale dictum teſtis non valeret, argum. eorum, quæ habentur in d. l. 2. de iuriſdic. omnium iudi. & per hanc diſtinctionem videtur inferri notabiliter, ꝙ falſa eſt doctrina Innocen. in d. c. paſtoralis. dum dixit, ꝙ poteſt probari exceptio dilatoria, vt dictum eſt, etiam ſi ipſa exceptio formaliter eſſet oppoſita reo. quod dictum credo eſſe falſum & alia ratione, quia licet creditor, qui in articulo deducit contractum, videatur etiam deducere ſaltem tacite obligationem de præſenti ex contractu, propter quod ipſa exceptio ſolutionis vel pacti de non petendo facta ex interuallo, videtur quodammodo eſſe de pertinentibus & acceſſoriis ad obligationem, tamen nō eſt dubium, ꝙ quo ad contractum, qui eſt facti, iſtæ exceptiones nullam habent pertinentiam vel acceſſionem. teſtis autem producitur ſuper facto, non ſuper iure & obligatione, vt l. j. & ibi not. C. de vſur. ergo non videtur probare exceptionem talem, ſiue ſit dilatoria exceptio, ſiue peremptoria. & hoc videtur verius, licet Bal. ſimpliciter determinet contrarium in iſto puncto, in l. peremptorias. in vlt. col. C. ſen. reſcin. non poſ. & licet Ange. in iſta ſua diſtinctione velit, ꝙ quando id quod principaliter deducitur in articulo, poſſet habere effectum de ſe, tunc non valeat dictum teſtis ſuper acceſſorium, licet aliquo modo pertineat ad iuſtificationem vel impugnationem eius, quod continetur in articulo. vnde mihi placet ſimpliciter & eſt verius, ꝙ qualitercunque acceſſorium pertineat ad articulum, vel id ſuper quo deponit teſtis contingat articulum, teſtis probet, vt tenuit Ant. in dicto c. ſuper hoc. tum quia facultas probationis eſt extendenda, non reſtringenda, vt l. quoniam. in fi. C. de hæret. vnde ſicut in materia fauorabili conceſſo vno venit etiam antecedens & acceſſorium, ſine quo principale poteſt eſſe, licet non æque commode, vt l. penul. ff. de vſufruc. & plene per Bart. & Bald. in l. 2. ff. de iuriſdic. omn. iudic. ita dicendum erit in propoſito. † & maxime, quia in depoſitione hominis iſta eſt regula, quia vno commiſſo, videtur committi acceſſorium, [c] ſine quo licet actus poſſit expediri melius, tamen expeditur cum ipſo, vt eſt caſus nota. hic, & in l. cuicunque. §. ſi ei, qui ad vendendum. ff. de inſtitoria. & bene facit, quod no. in gl. in l. j. §. qui depoſiti. ff. depoſi. † Vtrum autem teſtis, qui deponit extra articulum, vel ſine iuramento, totaliter incidat in pœnam falſi. tangit hic do. Abb. & nos dicemus cum aliis. j. eod. † Item ſcias, ꝙ teſtis qui deponit ſuper acceſſoriis non deductis principaliter in c. non facit, vt publicatis poſtea teſtibus impediatur productio ſuper illo acceſſorio de nouo, ſecundum Bart. no. in auth. at qui ſemel. C. de proba. Tangit etiam hic do. Anto. † numquid ſi teſtis iurat ſimpliciter dicere veritatem ſuper tota cauſa, & poſtea petatur interrogari ſuper certis articulis a parte, & deponat aliquid in cauſa extra articulos, valeat dictum eius. & concludit ꝙ valet, alle. Specu. in tit. de teſte. §. j. verſi. qui ergo. vbi hoc plene diſputat. & ꝙ verum ſit iſtud dictum, finaliter vtitur hac ratione, quia pars producendo certos articulos, non videtur propterea renunciaſſe productioni factæ ſuper tota cauſa, per l. j. in fi. cum l. ſeq. ff. de publiciana. vbi patet ꝙ licet prætor det publicianam illi, cui acquireretur dominium per traditionem, tamē quia alij ſunt modi acquirendi dominium, quam per traditionem, & ſi tradens non ſit dominus, non tamē propter hoc videtur excludere alios modos acquiſitionis dominij, qui ſinant aliter quam per traditionem, & hæc opi. Spec. eſt cōmunis, vt addit Bar. & tradit plene in §. idem Iul. ſepe alle. ſed iſta opi. & ratio aſſignata videtur contradicere his, quæ dixit d. Ant. in prin. huius commenti, dū voluit notabiliter, ꝙ ſi teſtis non fuit interrogatus non impedietur productio nouorum teſtium, quia licet iurauerit generaliter, † & pars eum generaſ̄ produxerit, faciēdo tū poſtea interrogari ſuper certis articulis, vī reſtrinxiſſe productionem generalē ad illos articulos, per l. licet. C. de iudi. & per not. in l. ſi de certa.

C. de

ADDITIONES.

a VIN GOD. Adde, ꝙ exceptio poteſt opponi in vim dilatoriæ, ante litem conteſtatam, Ay. Cra. conſ. 263. nu. 5. lib. 2.

b VIN. GOD. Adde, ꝙ teſtis qui deponit ſuper uno certitudinaliter, ſuper eodem interrogatus, ſi dicat neſcio, intelligitur aliter quam ſupra dixerit, Rui. conſ. 1. nu. 1. lib. 3.

c VIN. GOD. Adde, ꝙ acceſſoria, & appendices cenſentur incluſa in diſpoſitione, quando diſpoſitio in principali ſolo uerificari non poteſt, Ay. Cra. conſil. 149. Petrus Bileti. nu. 6. lib. 1.

C.de tranſac.& in l.ſub prætextu.C.eod.tit.& ſic quo ad alios articulos habetur pro non producto, quod videtur contradicere proprie dictis.ſed concordando dicam,ꝙ quando teſtis interrogatus ſuper certis articulis, ſuper aliis nihil dicit, renunciatio q̃ tacite videtur facta a parte reſpectu aliorum articulorum valet & tenet,ꝙ nihil actum videtur pro parte aduerſa, ex quo ſuper aliis articulis nihil dixit, per quod videatur renunciatum. Sed quando teſtis productus ſuper tota cauſa, & interrogatus ſuper certis articulis,dicit aliquid extra articulum,aut hoc dicit in fauorem partis aduerſæ, & tunc etiam ſi pars producẽs videatur renunciaſſe productioni,hoc non potuit facere,quia ius erat q̃ſitum parti aduerſæ,ꝙ teſtis habet deponere pro vtraque parte.14.q.5.c.non ſane.& in d.authen. ſed iudex. C.de epiſcop.& cler. & ideo inquantum teſtis dicit in fauorem partis aduerſæ, non videtur valuiſſe renunciatio,vt in c.ab eo.de elect.lib.6.vbi eſt optimus caſus,& l.ſi poſt mortem.§.fin.& ibi per Bart.ff.de contratabulas.aut teſtis dixit aliquid in fauorem partis producentis,tunc ſimiliter videtur ꝙ dictum valeat, quia probatio teſtis non poteſt diuidi. vnde ſicut faceret fidem pro parte aduerſa,vt dictum eſt,ita neceſſe eſt,ꝙ faciat fidem pro producente ꝑ d.auth. ſed iudex. ex dicto Ant. poſito in princ. apparet falſum eſſe,ꝙ ipſe dixit poſt Ioan.And.in c.fraternitatis, ſupra eodem.

14 dum voluit,† ꝙ ſi teſtis producitur & iurat ſuper pluribus articulis, & poſtea ex culpa partis non interrogetur ſuper omnib⁹, ſed ſuper quibuſdam publicato poſtea proceſſu non poterunt noui teſtes ꝑduci ſuper articulis, ſuper quibus primi teſtes non depoſuerunt.nam ſi pars,quę fecit iurare teſtem ſuper tota cauſa,faciendo ipſum interrogari ſuper certis articulis, videtur renunciare productioni quo ad alios articulos,eſſet eadem ratione dicendum etiam quando fecit teſtem iurare ſuper pluribus articulis.vnde illa doctrina domi.Anto.hic videtur expreſſe cõtradicere his,quæ dixit in d.c.fraternitatis.Aduerte tamen,quia domi.Ant.hoc non dicit intelligendo proprie verba ſua, ꝙ qui facit interrogari teſtem ſuper certis articulis,videatur renuncia re reliquis articulis, vt ſuper ipſis non velit hunc teſtem nunc examinari,ſed ſimpliciter dicit per l.licet.C.de iudi. ꝙ pars proſequendo in examine certos articulos, facit ꝙ productio facta ſuper tota cauſa reſtringatur ex diſpoſitione iuris,ſicut fit in d l. licet.ſed iſta ſua ratio poreſt eſſe vera, quando pars quæ facit iurare ſimpliciter,vel ſuper tota cauſa, non produxiſſet teſtes niſi ſuper certis articulis, quia ignoraſſet ſe habere facultatem probandi ſuper aliis vel penitus diuerſis articulis,ſicut loquitur tex. in d.l.licet.& declarat Barto.plene in l.de rebus. ff.de arbit. ſed quando ceſſaret illa ignorantia, tunc ęquitas l. licet non haberet locum, vt ibi dicitur,& tunc credo dictum domi. Anto. eſſe verum in ſe,etiam in ſuo caſu, per ea quæ ſcripſi contra Io. An. in d.cap.fraternitatis. vnde in illo ſecundo caſu dic, vt ibi. Et qa hic dicitur, ꝙ teſtis debet deponere iuratus, vt valeat dictum ſuum. Quæritur per Docto. de duabus quæſtionibus. primo,

15 † quid ſi teſtis prius deponit & poſtea iurat, vtrum valeat dictũ eius. ſecundo, vtrum teſtis poſſit deponere per ſcripturam dictum ſuum.Circa primum concludit hic domi.Anto.& domi. Abb.ſequendo dicta Archid.& quorundam aliorum,quod il-

a la peruerſio[a] ordinis reddit dictum teſtis nullum,per tex.in cap. fraternitatis.in fi.ſupra eodem.3.q.9.c.hortamur.& 4.q.3.§.teſtes.verſicu.item iuriſiurandi.& 2.quæſtio.1.c.in primis.in quibus videtur probari in effectu,ꝙ prius debet iurari & poſtea deponi,cum autem illa ſit ſolennitas ſubſtantialis,ſecundum eos, & patet ſatis clare, quia eius omiſſio reddit dictum teſtis nullũ, vt in tex.noſtro videtur, ꝙ peruerſio ordinis vitiet actum, ſicut in qualibet ſolennitate magni præiudicij,vt l.2.§.prius.& quod ibi traditur.ff.de vulga.& pupilla.& licet Ioan.Calde.& Gaſpar eius filius dixerint,ꝙ quando teſtis primo deponit & poſtea iurat incontinenti,videtur valere dictum ipſius, magis mihi placet dictum Abb.prædictum,etiam in dicto caſu.Bald.autem in dicta l.iuriſiurandi.C.de teſti.diſtinguit eo.modo,quo Io.Cald. quia quæ incontinenti fiunt,videntur ineſſe,vt l.lecta.ver.dicebam,cum multis aliis.ff.ſi certum petat. vnde vult in effectu, ꝙ ſi teſtis primo deponit & iurat incontinenti, valet dictum eius, ſi vero iurat ex interuallo,tunc non valet. Nec obſt.dicit ipſe,ꝙ teſtis qui iurat ex interuallo verum eſſe quod dixit, videtur per relationem ad aliud iterum deponere,& ſic iuramentum habetur pro ſecunda depoſitione,& videbitur valere. quia ad hoc reſpondet ipſe notabiliter, ꝙ teſtis non poteſt deponere dictum ſuum per relationem ad aliud & implicite, quia iudex debet diſcernere quo intellectu & quo pallore loquatur in explicatione teſtimonij, vt l.de minore. §.tormenta. ff. de quæſt. ſed illa prima ſua reſponſio videtur eſſe dubia, quia contra ipſum tenet Bar.expreſſe in l.eos.circa medium.ff.de fal. fatetur tamẽ Bart. ꝙ ſi iudex velit,poteſt eum cogere teſtificari explicite per rationem ſupradictam.de quo etiam vide quod pulchre ponit Bald. in l.fin.circa fi. C.de teſtib. vbi etiam reprehendit illam doctrinam Bart.de cuius veritate dicetur in c.cum in tua.j.eod. ſed licet illa reſponſio ſit dubia,tamen dictum eſt verum in ſe alia ratione,quam aſſignat Saly.in d.l.iuriſiurandi. & dom.Abb. hic, quia ſi teſtis primo iurat, & poſtea deponit, præſumitur ꝙ timore iuramenti non dicet falſum. nec eſt aliqua cauſa impellendi ipſum ad falſum dicendum.ſed quando teſtis prius depoſuit & poſtea iurat ex interuallo,verum eſſe, quod dixit, ſuſpectum eſt eius teſtimonium, quia præſumitur ꝙ propter timorem infamiæ & erubeſcentiæ nunc non diceret contrariũ eius, quod dixerat.quinimmo etiam propter timorem pęnę,vt dicit

16 do.Abb.& bene.†quia licet teſtis,qui deponit non iuratus,nulliter deponat,quo ad fidem faciendam,ſi tamẽ dicit falſum,punitur pœna falſi,ſecundum Bar.in l.ſi quis legatus,in prin.ff.de fal.& Moder.hic.Sed quando teſtis primo depoſuit & poſtea iurat incontinenti,eſt maius dubium,quia ex quo iurauit incontinenti poſt depoſitionem,præſumptio eſt,ꝙ quãdo depoſuit, cogitauit de iuramento præſtando. & ideo propter reuerentiã iuramenti ꝙ ſciebat ſe præſtiturum, eodem modo præſumitur verum dixiſſe,ſicut ſi iuramentum præcedat. ergo videtur vale

17 re dictum eius, † quia præpoſteratio ſolennitatis ſubſtantialis, dummodo ex ipſa præpoſteratione non ceſſet cauſa, propter q̃ permittitur depoſitio,& requiritur ordo,facta incontinenti reducitur ad ordinem legitimum,& valet actus,vt tradit gl.quam ponderat Bar.ad hoc in l.vt iuriſiuran.in prin.ff.de oper. liber. per quam dicit ſe alias reſpondiſſe, ꝙ ſi pater prius donat filio, & poſtea emancipat filium incontinenti, valet donatio,quia ꝑpter contiguitatem temporis res reducitur ad ordinem iuris. ſed vbi præpoſteratio ordinis facit ceſſare cauſam, propter quã actus cum certo ordine permittitur, vel ſaltem omnino nõ adeſt eadem cauſa.nec etiam incontinenti præpoſteratio vitiat,ſecundum ꝙ dixit Bal.no.in l.non aliter.in commento ſuo. iuxta

18 fi.ff.de adop.qui dixit †ꝙ ſi iudex,qui non debet interponere decretum in fine cauſæ cognitione interponit illud in principio,illa præpoſteratio vitiat,quia apparet, ꝙ illud fecit ſine cauſæ cognitione.& ideo in caſu noſtro videtur eſſe diſtinguẽdum,

19 †ꝙ aut teſtis primo depoſuit & poſtea iurauit incontinenti ſpõte nullo interrogante vel petente ipſum iurare,& tunc valet dictum eius ratione præmiſſa.aut teſtis iurauit incontinenti iudice interrogante, vel parte petente, & tunc non valet dictũ eius, quia non eſt præſumptio ꝙ in dicto cogitauerit de iuramento præſtando a ſe.tum quia neſciret, vtrum eſſet ad hoc cogendus, immo veriſimili⁹ debuit cogitare ꝙ non,cum iuramentum de ſui natura debeat præcedere, vt dixi ſupra.Circa ſecundam quæ

20 ſtionem † quæritur, vtrum teſtis poſſit teſtificari per ſcripturã. domi.Anto.hic refert dicta Bart. & ſequitur in l.Theopompus, ff.de dote prælegata.vbi Barto.concludit in effectu, ꝙ valet dictum teſtis per illam l.niſi iudex velit teſtes audire viua voce, vt intelligat eos quo vultu & quo pallore loquantur, vt in d. l. de minore.§.tormenta.ff.de quæſtionib.fatetur tamen Bar. quod etiam tunc teſtis poterit redigere dictum ſuum in ſcriptura, argum.l.diſcretis.C.qui teſtamen fac.poſſ.ſed Bald.& domi.Abb. Moder.hic ſequuntur dicta Goffr.& Anto. quorum hic poſita, videlicet, ꝙ etiam ſi iudex tale dictum admittat, dictum teſtis non valet per text in c.teſtes.9.quæſtio.3. quem allegant antiqui, vbi dicitur ꝙ teſtes non debent deponere per ſcripturam, ſed præſentes. fatetur dominus Abb. iuxta fin. quod ſi pars ſit præſens & non contradicat, valebit teſtimonium,quia non contradicendo poſſit remittere iuramentum, vt in cap. tuis. infra eodem.ergo & hanc ſolennitatem.ſed hoc dictum eſt valde dubium, videlicet quod ex ſola præſentia & non contradictione videatur remiſſa ſolennitas requiſita. vnde de hoc dicemus in cap.tuis,an ſit verum.& ideo tenendo opinionem Bal.& Goffr. quæ eſt communis,ad l.Theopompus.reſpondeo aliter, ſecundum Salyc.in l.iuſiuran.C.de teſtib. vbi etiam Bald.hanc quæſtionem poſuit,ꝙ ibi declarator voluntatis defuncti non fuit receptus in forma teſtis a iudice, ſed coram parte extra iudicium iurauit & declarauit voluntatem ſuam,vt patet ex tex.ibi,a marito iuratus. ꝙ autem dictum teſtis deponentis taliter, ſit nullum ipſo iure, probo tibi noua inductione & veriſſima ex text. 3.quæſtio.5.c.relatum.vbi patet,quòd illa duo prohibentur pariformiter, aliquem poſſe accuſari in abſentia, & aliquem poſſe teſtificari per ſcripturam in abſentia.ſed accuſatio,que fieret per abſentem, qui non præſentaret ſe iudici, eſſet nulla ipſo iure,quia præſumitur contra accuſatorem de calumnia,& eſt defectus identitatis præſentiæ accuſantis, &c. de qua in l. libellorum.ff de accuſ.ergo ſimiliter ſit nulla teſtificatio. & propterea non poſſet procedi ſuper accuſatione niſi accuſatore p̃ſente ad minus ante lit.conte.de quo vide in l.abſentem.ff.de pœnis. dicit tamen

ADDITIO.

a VIN. GOD. Peruerſio ſiue præpoſteratio, quando reddat actum nullum, Bart,Brixien.in ſuo tract.quæſt.uener.q.46.nu.2.& 3.habetur in lib.12.tract. fol.39.Vide Soc.conſ.24.col.pen.lib.1.

cit tamen Bal. in d.l.iurisiuran. ꝙ si testis præsens coram iudice legat ipse scripturam, tunc valebit eius testimonium. sed hoc dictum non placet ibi Saly. primo per tex. in d.c.testes. qui valde parum facit, quia ibi loquitur, quando testis erat absens & deponebat per scripturam, licet idem sit si esset præsens & traderet scripturam iudici duntaxat. sed nos loquimur, qnando te
21 stis legit scripturam. †Secūdo arguit ipse sic. Notarius debet scribere dicta testis, vt in c. quoniam contra. s̄. de proba. sed si testis posset testificari coram iudice legendo scripturam, iam non ipse Notarius scriberet dictum testis, quia iam est scriptum, ergo &c. sed ad istud dic vnico verbo, quod scriptura, quam facit testis, fit ad sui instructionem, ne capiatur in verbis, & forte non vacillet, non autem fit vt probetur per illam testificatum, sicut per scripturam Notarij, & ideo per hoc non tolletur officiū Notarij, quin & aliter possit scribere dictum testis, dūmodo scribat idem in effectu. & posito ꝙ illam scripturā copiaret de verbo ad verbum, scriptura tamen ipsius facit fidem, nō vt scriptura ipsius testis, sed vt originalis scriptura faciens fidem de dicto testis, quia verum est id, quod continetur in scriptura testis fuisse dictum in teste præsente Notario. fateor tamē, ꝙ quia testificatur per scripturam legendo, vt dixi, videtur significare ꝙ testis
22 afferat sermonem præmeditatum. † Item quia non potest negari ꝙ melius discerneretur vultus color & constātia testis, si testificetur sine lectione scripturæ, quæ quo ad aliqd faciunt ad fidē detrahendam & augendam, vt l. 3. §. tu magis. ff. de testi. in d. §. tormenta, præallegato. iudex poterit hunc testem testificantē non admittere. posset tamen esse casus, in quo esset iusta causa admittendi, si factum esset valde implicitum & inuolutum, in quo casu ex inaduertentia magis quam ex dolo posset causari variatio, sicut in tali facto probabiliter causatur error, vt l. fi. & ibi per Bar. ff. de confes. Et pro complemento huius decre. quia in ipsa dicitur, ꝙ testis non potest cogi iurare in fauorem actoris, si producit a reo, quando actor ipse erat exclusus a facultate
23 probandi, †quæritur quid si actore excluso ex lapsu termini vel ex renunciatione facta testibus reus producat testem super vno articulo & actor petit ipsum interrogari super eodem articulo, vtrū hoc fieri possit, & idē quæritur si actore excluso approbando per lapsum termini vel renunciatione reus ipse producat testes & faciat eos iurare simpliciter in præsenti causa, vtrū actor poterit petere testes taliter iuratos examinare super aliquo articulo ad fauorem sui & petere hoc, quando actor hoc peteret dum ipse testis examinat̄ pro parte aduersa ad hoc quod in se afferat magnum dubium. sed cum testis debeat dicere veritatem pro vtraque parte, non est dubium ꝙ teneatur respondere interrogationi actoris. 14. q. 5. c. non sane. & c. fraternitatis. in fi. s̄. eo. nec est mirum, ꝙ actor consequatur ex persona rei, ꝙ ex sua cō sequi non potest, vt patet in l. petendæ. in fi. C. de temp. in integ. resti. & l. fi. C. de fruc. & li. expen. sed dubium relinquitur, quia si actor petat interrogari hunc testem ex interuallo, ꝙ faciliter contingere potest, cum testis iurauit dicere veritatem super tota causa, vel indefinite in præsenti causa, vtrum tunc, quia productio fecit hunc testem communem, poterit interrogari. inueni istam quæstionem decisam in terminis, cum anno præterito occurrisset in facto, sed videtur decidi illa quæstio satis clare ex his, quæ no. Inno. & sequitur ibi do. Anto. & communiter Mo-
24 derni in c. præsentium. j. eo. vbi dixit, † ꝙ si ad reprobandos a te-
a stes partis aduersæ sunt producti & iurati testes in iudicio, & postea pars producens velit renunciare illis testibus & eorum productioni, vt non examinentur, non potest altera parte inuita, qa per productionem illi testes sunt effecti communes. Ex his pa-
25 tet etiam, † ꝙ si pars, quæ producit testes nullo modo velit facere ipsos examinari, tamen altera pars poterit facere eos examinari. Si ergo testes producti sunt adeo communes, vt quando producens eis non vellet vti quo ad actum testificatus, tamen pars aduersa posset eis vti, multo fortius idem erit, quando altera pars ad sui commodum fecit eos testificari, quia per hūc actū adhuc facti sunt communiores quam essent per solam productionem. pro his facit optime quod tradit Bar. in l. j. §. j. ff. quod quisque iur. & in d.l. petendæ. & Inno. in c. ex quæstione. de resti tu. spolia. quem sequuntur ibi communiter Docto. vbi volunt,
26 † ꝙ quando rescriptum delegationis est præsentatum iudici ipso iure effectum est commune reo & actori per productionem. & ideo inferunt ꝙ si actor postea velit renunciare rescripto & p ductioni factæ pro se, tamen poterit reconueniri a reo & etiam conueniri nouo iudicio compræhenso in literis, quia rescriptū est effectum commune. ita in proposito, licet producens testem nolit eo vti: tamen quia per productionem factus est communis, poterit eo vti pars aduersa. Nec dicat aliquis ꝙ in cāsu nostro debet illud dici, quia est quid imputetur parti aduersæ, ex quo non petijt testem interrogari & examinari tempore, quo examinabatur ad instātiam producentis, quia responsio est clara, ꝙ ex quo testis videbatur productus, & iuratus pro vtraque parte, pars sciebat ius suum saluum & iurare & posse hunc testē examinari etiam pro se. ideo nihil est ꝙ sibi imputari possit, vt l. satis. §. non videtur. ff. quibus mod. pigno. vel hip. sol. alias sequeretur, ꝙ quando præsentaret rescriptum delegationis coram iudice, & reus citatur incontinenti, deberet vti ipso rescripto eo. t. tempore, quo pars aduersa vtitur. idem quando p̄sentat & citet, postea autem non posset, quia esset imputandum ei, cur non fuisset vsus tempore quo producens vtebatur. quod est ridiculum, & nullus dicit. immo simpliciter dicitur in locis allegatis, ꝙ postquam est factum commune, reus inuito actore eo vti potest, vt s̄. dixi. & sine dubio cum iura dicant ꝙ testis iuratus intelligitur productus pro vtraque parte, standum est regulæ, quia illa restrictio, ꝙ hoc sit verum si examinatur simul p vtraque parte, non probatur iure. immo est contra doctrinas p̄dictas. & prædicta procedunt, vt dixi, quando pars ex interuallo vellet facere iurare testem super articulo, super quo fuit produ
27 ctus a parte aduersa. Sed dubium remanet in præmissis, † quid si actore excluso per lapsum termini a facultate probandi reus producat testem, quem fecit simpliciter iurare vt diceret veritatem in causa, vel in præsenti causa, vtrum testis iste videatur p ductus super tota causa, etiam super intentione actoris. in quo articulo considero tres casus. nam aut iste testis sic simpliciter producitur & iurat, quia facultas probandi non est adempta parti aduersæ. & licet ille casus non pertineat ad quęstionē nostram, dicendum tamen est in eo, secundum Anto. de But. hic,
28 † ꝙ testis simpliciter iurans videtur iurare super tota causa, qa
b indefinita b æquipollet vniuersali, quando est eadem ratio omnium indefinite comprehensorum, vt traditur per Dy. in rubrica, de reg. iur. in 6. & per Bar. in l. si pluribus. de leg. 2. & hæc interpretatio videtur etiam esse facienda, quia est conuenientius ꝙ testis debet iurare dicere verum super tota causa, secundum Bar. in l. si duo patroni. §. idem Iulia. ff. de iureiuran. & no. in c. fraternitatis. in fi. s̄. eo. & hoc arbitror esse verum, licet pars p̄duxerit in causa certos articulos, quia non sequitur, ꝙ propter productionem certorum articulorum videatur restringere p̄ductionem testis indefinitam, sicut sentit hic Io. de Imo. qui repræhendit do. Anto. sed non recte iudicio meo: vt enim ait Spe. in titu. de testi. §. j. ver. quid ergo, in fi. & s̄. diximus intelligendo
29 eum sane, non sequitur, †aliquis produxit testes super certis articulis, ergo videtur renunciare productioni iam factæ super tota causa. & similiter non sequitur, aliquis produxit certos articulos, ergo videtur protestari ꝙ super alijs non vult producere testes. non enim per deductionem vnius iuris videtur renunciatum alteri, nisi quando sunt incompatibilia, vel electione tollū tur, vt l. Luci⁹. ff. de pet. hær. & plene traditur in l. j. C. de fur. vbi omnino vide. vnde licet pars dederit articulos, non probatur iure ꝙ etiam super alijs facientibus ad causam non velit testē deponere, si fecerit ipsum simpliciter iurare. Secundus casus est, quando actor est exclusus a facultate probandi, & alia pars quę fecit testem simpliciter iurare in causa habet probare idem ꝙ actor, sicut est in interdicto vti possidetis, quando duo contendunt se possidere, vt in casu l. fallaciter. C. de abolitionib. & tūc sine dubio testis iuratus simpliciter poterit interrogari ab actore excluso super eo, super quo haberet probare reus, quia super hoc videtur esse productus. Aliquando vnum & idem non incumbit probare reo & actori, quia actor habet probare obligationē, reus defensionem. & tūc est magis dubium, quia licet re⁹ faciat testem iurare simpliciter super causa, quia tamen productio indefinite debet restringi ad intentionem producentis, nec est verisimile ꝙ reus velit producere testem, per quem detur facultas actori probandi intentionem suam, cum hoc sit ad eius p̄ iudicium, quia inducta ad vnum finem non debent operari effectum contrarium, vt in l. qui res. §. fi. ff. de solu. & in regula, ꝙ ob gratiam. de reg. iur. in 6. cum alijs vulgaribus. ideo non videtur testis esse productus, nisi super exceptionibus & defensioni-
c bus rei. & ad istud restringet̄ indefinita c productio & iuramētū, quia indefinita non æquipollet vniuersali, quando non est eadē ratio omnium in vniuerso comprehensorum, vt l. obligatione generali. ff. de pigno. & plene per Bar. in l. si pluribus, præallegata. & hoc credo esse verissimum, quando actor qui fuit exclusus a facultate probandi, non plene probauit intentionem suam, vel saltem taliter ꝙ reus probabiliter possit suspicari actori deferendum esse iuramentum in causa. vbi autem alter istorum interueniret, quia tunc forte intentio rei potuit esse velle producere

ADDITIONES.

a VIN. GOD. Adde quando reprobatio locum habeat per Ay. Cra. cōs. 175, edictum regium, nu. 5 & 6. lib. 1. reprobare enim possumus diuerso respectu ꝙ aliquando approbauimus inquit Tiraq. in trac. ligna. q. 2 nu. 23.

b VIN. GOD. Nota ꝙ indefinita quo ad personas oēs non cōpræhendit quā do militat diuersa ratio. Rui. consi. 64. nu. 5 lib. 3.

c VIN. GOD. Nota ꝙ indefinita æquipollet vniuersali ex interpretatione ubi est identitas rationis, Rui. consi. 6. nu. 2. lib. 3. indefinita autem ubi non est eadem ratio non æquipollet uniuersali, Goz. consi. 88. stante statuto, numero. 17.

ducere teſtes, qui de directo reprobarent intentionem actoris, dicemus, ꝙ tunc ceſſat ratio præmiſſa, & teſtis videtur eſſe iuratus ſuper tota cauſa, & conſequenter poterit ad inſtantiam actoris ex interuallo interrogari, & per hæc ſit expedita iſta elegans
39 decretalis, per quam videtur probari, vt ſenſi in notabilibus, † ꝙ quando actor eſt excluſus a facultate probandi, non poteſt vti dilatione rei tanquam communi, niſi ſuper articulis, ſuper quibus teſtis producitur. & hoc tenet Bar. in l. petendæ, præallegata. & Spec. in loco ſupra allegato in notabilibus. licet Bar. ſenſerit contrarium in l. j. §. nunciatio. de no. ope. nun. dum reſpõdet ad l. petendæ. de cuius articuli veritate alias diſcutiemus, quia non eſt nunc materia.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium & ius commune circa idem, an concurrere poſſint.*
2 *Reſtitutionem petens ad beneficium, debet eam petere colorate.*
3 *Corruptio commiſſa circa teſtes in amiſſione cauſæ, an aliquem punire faciat.*
4 *Iudicium & acta facta cum collatore vel electore, non proſunt, neque nocent.*
5 *Acta facta inter duos, an faciant fidē etiam ſemiplenam pro tertio contra illorum vnum, qui iudicij fuit particeps.*
6 *Pars quæ habuit teſtes penes ſe, quando præſumatur percunctata dicta teſtiū.*
7 *Teſtes in vno iudicio examinati ad vnum finem, quorum dicta fuerunt publicata, vel didicita per partem, an impediant nouos teſtes produci ſuper eisdē articulis in alio iudicio ad alium finem.*
8 *Producens ſemel teſtes coram vno iudice, an poſſit in eadem cauſa, vel in alia, in qua iidem exāiati fecerāt plenā fidem, etiā ante publicationem repetere.*
9 *Teſtes examinati in uno iudicio, ad vnum finem intentato, an pars quæ eos produxit, poſſit petere in alio ad alium finem intentato publicari.*

CAP. XXX.

Conſtitutus. Teſtes examinati inter alias ꝑſonas non poſſunt pẽti publicari a tertio. & ſi teſtes examinati reperiuntur penes partẽ, preſumitur didiciſſe teſtificata, nec admittitur ad alios teſtes producendos. hoc dicit, ſecundum vnum intellectum. Sed ſecundum alium, in quo fundatur ſolum ſecundum reſponſum, hoc intendit. Teſtes ſemel producti corã vno iudice, coram alio in eadem cauſa produci non poſſunt. ſecun-
1 da ibi, nos eos. † Nota primo ibi, cum priuilegij proprij, &c. ꝙ illud quod competit alicui de iure communi, poteſt etiam competere ex priuilegio. & ſic videtur circa idem poſſe concurrere
2 priuilegium & ius commune, de quo in c. j. ſ. de reſcrip. † Secundo no. ibi, canonice contuliſſent, & ſecundum do. Anto. ꝙ petens reſtitutionem ad beneficium, debet eam petere colorate. i. debet probare titulum ſaltem coloratum in tantum ꝙ pars aduerſa admittitur ad producendum teſtes ſuper titulo incolorato eius, qui petit ſe reſtitui, vt patet in verbo, alioqn. de quo dic
3 vt plene traditur per Doc. in c. in literis. ſ. de reſti. ſpoli. † Tertio no. ſingulariter & tene menti ibi, nos eas aperire volumus, &c. ꝙ ſi teſtes ſunt examinati inter partes principales in iudicio, & tertius qui eſſet pro ſuo intereſſe aſſit cauſæ, non poteſt petere illos teſtes publicari examinatos inter alias perſonas. eſt autẽ cauſa, quare hoc non poteſt petere, ſm gl. ſuper ver. Eboracenſem, & communiter Doc. hic reſpondent, quia teſtes iſti examinati inter alias perſonas non facerent fidẽ pro iſto tertio. ex qua
4 ratione infert duplex no. concluſio. Prima, † quia iudiciũ & acta facta cum collatore vel electore non proſunt neque nocent electo, vel illi cui eſt facta collatio. hoc autem ideo eſt, ſm Abb. Moder. hic, quia electus vel eligi prouiſus, non eſt paſſus de iure ſuo per collatorem ſuper ipſa inſtantia cauſæ pro ſuo intereſſe quæritur, vtrum ratio iſta ſit ſufficiens? dicetur in gl. & de materia gl. no. 3. q. 6. c. hoc quippe. & in c. cum ſuper. & in c. quamuis. j. de re iudi. Secunda concluſio eſt magis ſ. quia videtur hic
5 probari, † ꝙ acta a facta inter duos, non faciunt fidem etiam ſe-
a miplenam in fauorem tertij contra vnum ex illis duobus, q̃ fuit particeps iudicij tantum: nam ſi facerent fidem ſaltem ſemiplenam, videretur ꝙ poſſent peti publicari, quia ceſſaret cauſa ſ. aſſignata. quæ concluſio videtur contra Bart. in l. admonendi. ff. de iureiuran. ſuper quo vide, quod ſcripſi plene in c. cauſam, q̃.
6 ſ. eo. † Quarto no. ſecundum vnum intellectum, ꝙ pars quę habuit teſtes penes ſe, præſumitur fuiſſe percunctata dicta teſtiũ, niſi forte receperit teſtes clauſos & ſigillatos, & ſimiliter eos reddiderit, ſecundum Hoſtien. & Doct. hic. vnde patet per iſtũ tex. ꝙ non ſolum ille, de quo eſt certum quod didicit teſtificata, excluditur a productione teſtium, licet proceſſus non fuerit publicatus, ſed etiam ille qui preſumptiue didicit teſtificata. Ego autem feci ponderare iſtum textum in c. fraternitatis. ſ. eo.
7 ad vnum. & non tangunt Doct. hic, vez † ꝙ teſtes examinati in vno iudicio ad vnum finem, quorum dicta fuerunt publicata vel didicita per partẽ, impediunt nouos teſtes produci ſup eiſdem articulis in alio iudicio intentato ad alium finem, quod eſt de directo contra Bar. in l. 2. §. hoc edicto. in vlti. q. ff. vi bo. rap. & pro opinione do. Ant. in c. fraternitatis. & ibi ſcripſi per eum.

hic enim teſtes fuerunt publicati producente iſto Honorio in cauſa mota inter archiepiſcopum & Rogerium ſuper nullitate collationis iſtius Rogerij & produxerat in ea iſtos teſtes, tunc ꝑ ſuo intereſſe ad faciendam ceſſare collationem Rogerij, nũc volebat producere nouos teſtes in poſſeſſorio recuperandæ intentato ab ipſo Rogerio ſuper eiſdem articulis, vt oſtenderet titulũ Rogerij eſſe incoloratum, vt ſupra dixi, & ſic ad alium finem. i. vt impediretur reſtitutio, & tamẽ obſtat publicatio vel didiciſſe
8 teſtificata. † Vltimo no. ſecundum lecturam Inno. de qua dicetur in gl. ꝙ qui ſemel produxit aliquos teſtes coram vnó iudice, non poteſt in eadem cauſa vel in alia, in qua iſti teſtes examinati fecerant plenam fidem eoſdem teſtes repetere etiam ante proceſſus publicationẽ, quia ad petitionẽ partis regulariter teſtes ex interuallo repeti non poſſunt, niſi prout dicetur in c. per tuas. j. eo. Et cauſa, cur non poſſunt repeti, eſt timor ſubornationis, vt ibi plene declaratur, & in c. cum clamor. j. eo. & in c. præterea. j. titu. prox. probat etiam iſte tex. ibi, atteſtationibus apud eum, &c. ꝙ acta facta in iudicio plenario. i. in quo plene cognoſcitur de cauſa ad vnum finem, faciunt fidem in alio iudicio inter eaſdem perſonas intentato ad alium finem, de quo diximus in c. cauſam, quæ. ſ. eod. & plene per Bar. in d. §. hoc edicto & per Moder. in c. veniens. j. eo. vbi dicetur. Probat etiam iſte tex. ibi, non eas aperire voluimus &c. iuncto ver. fin. in cap. proxi-
9 me præcedẽti a contrario ſenſu, † quod teſtes examinati in vno iudicio intentato ad vnũ finem pũt peti per partem, quę eos ꝑduxit publicari in alia cauſa & inſtantia, & in alio iudicio intentato ad alium finem. quinimmo in ver. atteſtationibus. qui eſt in fine, probatur quod etiam ſine publicatione teſtes iſti faciũt fidem in alia inſtantia, per quod videtur determinari quæſtio, q̃ tangitur per Bar. in l. geſta. C. de iud. & in l. 2. ff. iud. ſolui. de qua diximus in d. c. cauſam, quæ.

ADDITIO.

2 VIN. GOD. Ideo dicendum eſt quod acta facta in iudicio ſummario nõ no cẽt in plenario etiam inter eoſdem Goz. conſi. 18. uidetur prima facie, nu. 7.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio, quæ opponitur contra teſtium perſonas non eſt omnino declinatoria, nec omnino peremptoria.*
2 *Aſſerentis iuramento ſtatur in ijs, quæ ex animo pendent.*
3 *Proteſtatio aliquando dolum præſumptum excludit, & aliquando inducit.*
4 *Teſtium dicto non creditur, in faubrem eius, qui dixit velle eos reprobare.*
5 *Teſtibus publicatis pars, an poſſit opponere contra eorum perſonas.*
6 *Teſtis de iure inhabilis partes non poſſunt facere, quòd ſit habilis, & quid in excommunicato. nu. ſeq.*
8 *Teſtem criminoſum, quando iudex etiam parte nihil opponẽte repellere poſſit.*
9 *Pars abſens in his, quæ ſunt ad ſui præiudicium, non poteſt intelligi conſentire.*
10 *Producens teſtem pro ſe, perſonam eius impugnare tamen poteſt.*
11 *Approbans aliquem in vno officio, in conſimili officio non reprobat.*
12 *Producens teſtes, ſi non poſſit, vel nolit eis vti, an in alio iudicio eorum perſonas reprobare poſſit.*
13 *Producens falſos teſtes ſuper falſo articulo, an poſſit enitando vſum pœnam falſi euadere.*
14 *Notarius erraſſe præſumitur, ſi vnum rogando inſtrumentum dixit, & poſtea aliter ſcripſit.*
15 *Error facile præſumitur in aſſertione extraiudiciali ad damnum vitandum.*
16 *Teſtem vel inſtrumentum de falſo arguere, ſi pars aduerſa dicit, an ſufficiat proteſtari parti producenti teſtes, ꝙ intendit vti dictis teſtium, vel inſtrumentis inquantum apparuerunt vera, & an cogatur pars abſolute & præciſe reſpondere, & quid ſi iudex veriſimiliter præſumat partem non potuiſſe informari. nu. 17. & 19.*
18 *Terminus ad reſpondendum de veritate alicui, non eſt aſſignandus ſuper facto alieno.*
20 *Inſtrumento falſo vtens, vt condemnetur de falſo, an ſufficiat quòd pars aduerſa interroget vtrum producens eo velit vti.*
21 *Falſitas teſtium productorum. ſi patet ex ipſorum dictis, pars vtendo eis incidit in falſum, & qua ad hoc cautela opus ſit. nu. ſeq.*
23 *Proteſtans indiſtincte contra teſtes, & perſiſtens in proteſtatione, & impugnatione teſtium vſque in finem, an talis proteſtans totaliter repellatur, vt in eius fauorem non credatur illis teſtibus. & nu. ſeq.*
25 *Impugnans inſtrumentum, non poteſt ſe in inſtrumento, quo vtitur, fundare in cap. penitus ſeparato.*
26 *Proteſtatio facta contra teſtes poſt ipſorum depoſitionem, vtrum impediat depoſitionem teſtium. & nu. ſeq.*
28 *Renuncians proteſtationi antequam teſtes, contra quos fuit proteſtatus, examinentur, an ex illis poſſit ad plenam fidem ſe fundare.*

CAP. XXXI

Præſentium. Publicatis teſtibus non poſſunt teſtes probari niſi in tribus caſibus hic poſitis, & in fauorem proteſtantis ℨ teſtes non facile creditur teſtibus, contra quos fuit
1 facta proteſtatio. ſecũda ibi, niſi. tertia ibi, certum. † No. primo, ſecun-

secundum Moder. ꝙ exceptio quæ opponitur contra personas testium, non est omnino declinatoria, neque omnino perẽptoria. declinatoria non est, quia nec opponitur ante li. contest. nec retardat processum, sicut exceptio declinatoria, vt patet ex no. in c. ex parte Adę. s̃. eo. & nõ est peremptoria, quia neque perimit de directo negocium principale, neque potest opponi post publicatos testes, vt exceptio peremptoria, vt patet in c. de testib. s̃. eo. dicitur tamen peremptoria indirecte, inquantum perimit probationẽ, & per probationes perimitur negocium principale, secundum gl. no. in c. ex parte Adę s̃. eo. & in c. j. s̃. de excep. & in c. de testi. s̃. eo. No. secundo, †ꝙ in his, quæ pendent ex animo, stat̃ iuramento afferentis aliquid de animo suo, de quo in c. si vero. j̃. de sen. excommu. & in c. significasti. de homi. & in §. aliæ. Insti. de actionib. in gl. quod declara & modifica, vt ponit Ioan. And. in cap. peruenit. de censi. & in cle. j. de pœnis. in vlti. gl. & melius per Bart. in l. inter omnes. §. recte. ff. de fur. Tertio no. †ꝙ protestatio aliquando excludit dolum præsumptum, sicut & aliquando contra inducit dolum præsumptum, vt patet in l. fundum. cum ibi no. C. de rei vendi. nec requiritur consensus partis aduersæ in ista protestatione, quia est simplex declaratio, ante de eo, quod pendet a sola voluntate protestãtis, vt l. Nẽ sennius. in prin. ff. de neg. gest. & plene per Bart. in l. non solum. §. morte. in primo articulo prin. ff. de no. ope. nunc. & hoc tenet hic do. Anto. & dom. Abb. & satis probatur ex isto tex. quia hic non fit mentio de consensu iudicis vel partis. in vno tamen casu, secundum Abb. Moder. hic, potest saluari dictum Inno. qui hic tenuit, ꝙ requiratur ꝯsensus partis, videlicet quãdo pars nõ protestaretur ise velle reprobare testes, sed ꝙ esset sibi salua facultas probandi testes. Et est ratio differentiæ, quia in primo casu protestatio facit ius ex his, quæ pendẽt ab animo proprio, vt dixi, & patet ex ista decretali, quæ permittit ita protestari. sed in secundo casu protestatio fit contra ius: qa, vt patet ex isto tex. facultas reprobandi testes non durat publicatis testibus. ergo non releuat, nisi pars consentiat, vt patet in c. inter dilectos. circa medium. de fi. instrumen. j̃. & per Bart. o. in l. edita. C. de edẽ. & licet protestatio, de qua fit mentio in litera, sufficiat sine iuramento calumniæ, de quo etiam hic dicitur, hoc est verum in eo, qui protestatur contra testes, qui producuntur super negocio principali. secus si aliquis protestaretur contra testes, qui producuntur ad reprobationẽ testium causæ principalis. est enim tũc maior prẽsumptio calumniæ contra eum, qui opponit istas exceptiones, vt est casus in c. præsentium. de testib. in 6. & tenet hic Inno. & communiter Docto. †Vltimo no. & semper tene menti, ꝙ in fauorem eius, qui dixit velle reprobare testes, regulariter non creditur dicto talium testium. & potest esse ratio, quia pars reprobando testes, videtur asserere non esse credendũ dictis eorum tanquam falsis. vnde si testis aliquid dixit in fauorem partis, videtur asserere illud esse falsum. & certum est quod in præiudicium magis quam partis statur assertioni partis, & notabiliter dicto testium, secundum ꝙ dixit Inno. in c. cum contingat. s̃. de offi. de leg. & refert Bart. in l. 2. in prin. ff. si cert. pet. ꝙ dicta testium contraria parti nunquam reducuntur ad concordiã cum dicto partis intelligo, quia assertioni partis statur contra se, quicquid dicãt testes. Et antequam veniam ad explnationem gl. pro declaratione decretalis nostræ, dum dicit, ꝙ publicatis testibus pars non potest opponere contra personas testium, nisi prius iuret de calumnia. †Quæritur, vtrum hoc dictum procedat indistincte in omnibus exceptionibus, quæ possunt opponi contra testem? Hanc quæstionem non inuenio hic tactam per Docto. sed tangit eam solenniter Ioan. And. in addi. Specu. in titu. de teste. §. sæpe. circa prin. ipsius. §. & ibi concludit in effectu, ꝙ illæ exceptiones quæ possunt postponi tacito vel expresso consensu partium, bene possunt tolli, quas ibi bene enumerat, inter quas ponit exceptionem criminis, si non sint exceptiones, quæ non possunt tolli ex voluntate partiũ, vt ꝙ aliqs sit hæreticus Iudęus paganus vel excommunicatus, vel impubes vel furiosus, tunc putat non habere locum istam decretalem. & ꝙ poterunt opponi istæ exceptiones sine aliquo iuramento calumniæ. & licet ipse non dicat hoc formaliter, fundamentum distinctionis suæ stat in hoc, quia pars quæ non reprobat testes ante publicationem in primo casu, tacite videtur remittere exceptionem, quã habet, quod potest. In secundo autem casu, etiam si tacite velit remittere, non potest, quia exceptiones illæ videntur inductæ in odium testis potius quam in fauorem partis, contra quam testes producuntur, vt l. quoniam contra. de hæreti. ergo huic exceptioni non videtur posse renunciare, vt l. tam etsi. in tex. & gl. ff. ad Macedo. & plene in c. si diligenti. in prin. s̃. de fo. competen. & per hanc rationem ita tenuit Nico. de Matta. & sequitur Bal. ponens exemplum in excommunicato & bannito, in l. si quis testibus. j̃. eo. in exemplo autem impuberis & furiosi sentit contra Io. And. dum allegat Specu. in titu. de excep. §. 2. versi. item quod est immutabile. vt in d. §. sed naturalia. Insti. de iure na. ergo antequam discutiamus de veritate huius dicti, habes notare vnum ex hac doctrina Ioan. And. & exemplis ab eo posi
6 tis, † ꝙ partes non possunt ex communi consensu facere, ꝙ Iudęus vel hæreticus vel excommunicatus vel paganus vel impubes vel furiosus sint testes habiles de iure. & esset ista magna am
7 pliatio ad c. licet, & c. Iudæi s̃. eo. †& in excommunicato crede, ꝙ dictum sit verum, quia nõ est in potestate partis facere, ꝙ possit cum eo participare ante absolutionem. sed de Iudæo & infideli, qui non esset excommunicatus. sed hoc dictum est dubiũ, quia tex. 2. q. 6. c. si hæreticus. vult, ꝙ hæreticus vel infidelis, licet non possit produci contra Christianum, potest tamen produci a Christiano contra infidelem. Ex his datur intelligi, ꝙ illa prohibitio est facta in fauorem eius, contra quem producuntur testes. ergo huic fauori potest renunciari, vt in c. ad apostolicam, de regula. cum similibus. Quantum autem est ad dictum principale dico, ꝙ textus ille intelligitur absolute etiam in exceptionibus prædictis. quod probo ratione forti, quia si non posset opponere post publicatos testes exceptiones eius nisi ex tacito consensu, propter quem renunciatum intelligeretur exceptionibus, quibus testes poterant repelli, negari non potest ꝙ ex hoc tacito consensu sequeretur quædam approbatio personæ, quæ alias non potest expresse fieri ad minus ad hoc vt de istis exceptionibus nihil possit allegari contra testem. ex quo sequeretur ꝙ si testis confiteretur iudici in examine se esse inimicum parti vel criminosum, quia pars nihil opposuerit ante publicatos testes, non possit illa inhabilitas testem repellere. sed istud est falsum & contra tex. & quod ibi no. Innoc. in c. inquisitionis. ver. aut etiã aduersus. iuncto prin. §. j. de accu. & tenet Bal. in auth. si dicitur. C. de testi. ergo hic non est dicendum. & cum tex. in d. c. inquisitionis. loquatur indistincte, non potest restringi, ꝙ tunc testis repellatur, quãdo pars fuisset ꝓtestata, saluum sibi esse ius.
8 & etiam caret ratione illa restrictio, † quia quando constat iudici testem esse criminosum, etiam si pars nihil opponat, potest eum repellere, & debet 2. q. 7. c. quærẽdum. & in tex. & gl. in c. alieni. & tenent Docto. in teste criminoso expresse in c. cum I. & A. j̃. de re iudi. Præterea si pars non contradicens tacite videre tur renunciare, tunc non deberent admitti publicatis testibus etiam cum iuramento calumniæ vel malitiæ, ex quo per renunciationem est quæsitum ius parti, non potuit variari in præiudicium partis, vt in c. ab eo, de elec. lib. 6. & in l. si post mortem. in fi. ff. de contrab. cum multis alijs. vnde debemus dicere, & hoc est verius, ꝙ ideo excludendo partem a facultate opponendi cõtra testes publicatis testibus non est tacitus consensus siue tacita remissio, sed præsumpta malitia, quia præsumit lex, ꝙ qui nihil opposuit & protestatus est tempore productionis testium, reuera sciret se non posse testes repellere. & ideo exigitur iuramẽtum de malitia seu calumnia, per quod pars iurat, ꝙ non malitioso animo differendi litem facit, sed ꝙ credit se posse probare, quod intendit, ideo opponit. & ideo in quæstione proposita cõcludendum est, ꝙ publicatis testibus nulla exceptionum prædictarum poterit opponi. & hanc opi. meam approbat Saly. quã dicit esse communem in d. l. si quis testibus. tum quia illa iura indistincte loquũtur, tum per alias rationes & responsiones ad obiecta, de quibus non multum curo, quia meliora sunt, quę. s̃. dixi pro illa parte. vnde dic, vt ibi per eum. Et ex hac decisione inferri potest contra quandam doctrinam Bal. & Saly. in dicto loco, dum volunt, ꝙ si testes fuerunt recepti ad iuramenta parte absente, non habeat locum ista decretalis, inquantum excludit volentem reprobare testes post ipsorum publicationem. qa
9 dicunt isti, †pars absens non potest intelligi consentire in his, q̃ sunt ad sui præiudicium, vt l. 2. §. voluntate. ff. solu. mar. nam vt vides probatum ex præmissis, illa non est ratio excludendi volẽtem reprobare testes, sed præsumptio iuris, quæ videtur posse habere locum in absente, quando in citatione essent sibi edita nomina testium. vbi autem pars esset citata simpliciter ad vidẽdum iurare testes, nec tamen sciret qui testes essent producendi, tunc forte cessaret præsumptio legis, & esset verum dictum Bal. Sed tamen adhuc in illo casu potest dici, ne melioris conditionis sit contumax quam præsens, & quia contumax quo ad sui præiudicium habetur pro præsente, vt l. properandum. §. sin autem. C. de iudicijs. etiam modo non admitteretur sine iuramento. quia per eum stetit, quo minus posset cognoscere testes & opponere in personas ipsorum. vnde forte non caret omnino suspitione, quasi videatur se absentasse, vt esset sibi largior facultas reprobandi testes, si dicerent contra eum. In gl. posita sup ver. si quis. ibi, qui autẽ producit testes, &c. Pro declaratione ipsius gl. videndum est omnino, quod ponit Spec. per plures quæstiones, & Ioan. And. post eum, in additionibus. Specu. in titu. de teste. §. sæpe. ver. quid si eum. in alijs ver. sequentibus vsque ad

fi. &

ADDITIO.

a VIN GOD. Adde ꝙ protestatio contraria facto nihil operatur Goz. consi. 3. num. 21. protestatio autem facta ex causa non releuat cessante causa idem Goz. consi. 71. nu. 7.

fi. & quod no. Innoc. in c.cùm venerabilis. de excep. & eorum dicta plene referunt hic do. Anto.& Moder.quibus addebreui ter,inquantum volunt ſequendo Inno.& Ioan.And.in loco p̃-
10 allegato,in verſ.quid ſi produxit.†q̃ qui produxit teſtem pro ſe,
a non poteſt perſonam [a] eius impugnare etiam ſi producatur in alia cauſa ab alia perſona,quã ab ea,cõtra quam fuit productus. & tenet hoc gl.in l.ſi quis teſtibus.ſæpe allegata.tum quia tex. il le loquitur imperſonaliter & ponit Ioã. An. in dicta additione. dicit enim, q̃ teſtis probatus in alia cauſa non poteſt reprobari ſi producatur,vnde videtur poſſe generaliter intelligi a quocũque producatur,quod probatur ẽt per tex.in l.3. §.hęc pęna. ff. q̃ quiſque iur.vbi probatur,q̃ qui impetrauit ius iniquum pro ſe,debet illum acceptare contra ſe, non ſolum ſi ille eo vtatur, contra quem fuit impetratum,ſed etiam ſi alij,vt approbatio iuris etiam iniqui præiudicet approbanti quo ad omnes. Adde, quia iſta quæſtio eſt dubia,& contra iſtam opi. ſenſit Specu. in ver. præallegato.& Guido.de Suza.antiquus Doctor, in d.l.ſi qs teſtibus. C. de teſti. vt refert Io.And. in addi.præallega. & q̃ illa opi.ſit verior, videtur probari ex his,quæ tradit gl.per Barto. & communiter Doc.in d.§.hæc pœna.vbi reſtringendo illum tex. dicunt,q̃ aduerſus eum,qui impetrauit ius iniquũ contra vnũ, alius non poteſt vti illo iure,cõtra quem non fuerit impetratũ. allegant tex.in l.3. in prin.& in l.j. §.j.ibi reo poſtulante. ff. eod. ti. Secundo contra iſtam opinionem facit tex.no.ſecundum lectu. Accur.quæ videtur verior in l.j. C.qui & aduerſus quos.vbi probatur, q̃ approbatio facta de aliqua perſona reſpectu certæ perſonæ,vt reſpectu rei publicæ circa eoſdem actus non inducit, vt eadem perſona videatur approbata quo ad alias p̃ſonas Tertio hoc confirmat ratione contrarietatis.quia ille qui ſemel approbauit teſtem,iccirco non poteſt eum reprobare, quia eſſet ſibi contrarius,ſed reſpectu diuerſarum perſonarum admittitur varietas & contradictio contra eundem ab eadem perſona, vt eſt caſus no.& ibi hoc firmat Bar.& communiter Doc. in l.Papinianus.§.ſed nec impuberis. ff. de inoffi. teſt. ergo non videtur impediri reprobatio perſonæ ſi producitur ab altero. & iſta multum vrgent in veritate. ſed tamen poteſt ſuſtineri opinio Doctorum,quæ videtur eſſe communis. Et ad primum argumentum dic,q̃ verior eſt intellectus Ioan.An.ad d.§.hęc pœna.quam gl. & communiter Doctorum ibi. Non obſt. tex. in l. 3.in prin.& l.j.in prin.quem ibi allegant pro ſe,quia tex.in l. 3. nihil facit cũ reuerentia.dicit enim ſolũ, q̃ titulus,quod quiſq; iuris,habet locum ſi reſcriptum eſt conceſſum illo poſtulante, qui obtinuit ius iniquum,ſecus ſi motu proprio: vnde non dicit ille tex.q̃ non habeat locum ille ti. niſi eo poſtulante,cõtra quẽ fuit impetratum.Non obſtat tex.in d.l.j. §.j. quia dum tex. dicit reo poſtulante,non debet reſtringi ad reum, contra quem fuit impetratum ius,ſed debet intelligi de quolibet reo,vt ſit ſenſus, q̃ ſi aliquis impetrauit ius iniquum pro ſe,tanquam pro reo,& poſtea agat contra aliquem,quilibet quieſt reus, poſſit retorq̃re illud ius contra ipſum. Vel dic,tenendo communem iutellectum ad illa iura,q̃ retorſio quæ fit ex titulo,q̃ quiſque iuris,ſit in pœnam & non ex voluntate partis.& ideo non eſt mirum, ſi non trahitur ad alias perſonas,vt in regula,in pœnis.de reg.iur. ſed diſpoſitio l. ſi quis teſtibus.oritur ex tacito conſenſu & approbatione producentis teſtem,& ideo fauorabilior eſt, & debet extendi quo ad omnes.Ad ſecundum reſpondeo, q̃ ibi approbatio facta quo ad vnam perſonam, non nocet quo ad aliã, ad præiudicium perſonæ approbatæ,ſed bene ad præiudicium perſonæ approbãtis, quod eſt æquius propter ſuum cõſenſum, & magis ille actus poterit præiudicare ſibi quam alteri. Præterea,ſecundum intellectum Vltramontanorum, ibi eſt caſus in contrarium,quem ſequitur ibi Bar.licet Bal.illum impugnet & forte rectius.dicunt tamen Vltramon. per illum tex. iuxta fi.q̃ electus in ſubſidium ad officium publicum,non videtur approbatus pro ſufficienti in eiſdem actibus,vbi non eſt ea. cauſa. Ad tertium reſpondeo,& dico q̃ in §. ſed nec impuberis, ſm veriorem intellectum,quis non allegabat ſibi contraria,vt ibi declarat Bar.& dato q̃ communis intellectus eſſet verus, qui ibi ponitur, poteſt dici,q̃ licet allegans cõtraria,p̃ quæ aduerſus perſonas poteſt audiri, iſtud procedat reſpectu iurium contrariorũ, quæ quis vult allegare in diuerſis cauſis,ſed in probatione perſonæ ſeruatur alia regula,quia ſicut perſona reprobata quo ad vnum,cenſetur reprobata quo ad omnes, vt l. ex ea. ff. de poſtula.j. q. j.c.turpem.& traditur in c. ſuper eo.de elec.ita & contra perſonam approbatã quo ad vnum videbitur approbata quo ad omnes.& per hoc ſaluatur communis opi.Ex his infert Inn.
11 no. in c.cum venerabilis.de exceptio.& refert d.Anto.hic,†q̃ ſi aliquis approbauit aliquem in vno officio,non poteſt poſtea illum reprobare in officio conſimili. pro quo eſt optimus caſus in c.recepimus.& ibi no.s̃.de ætate & qualitate.ſicut econtra reprobatus in vno officio non poteſt deputari ad aliud ſimile, ſecundum Bar.in l.Caſſius. in vlti.q.de Senatoribus.& Bal.no.in c.j.§.ſi duo. iuxta fin.de pace tenenda.& bene facit text in l.3.§.

quæri poteſt.ff.de ſuſpec.tuto.Item adde dictis Docto. & Spec.
12 in loco allegato,inquantum volunt in effectu, †q̃ ſi producens teſtes non potuit vti teſtibus, vel noluit, nihilominus non poſſit in alio iudicio eorum perſonas reprobare.dic q̃ iſtud procedit ſecundum exemplum Specu v3,quando non potuit vti, qa nihil dixerunt pro eo.ſed ſi non potuit vti,quia pars aduerſus ip ſos impugnat & repellit, tunc in alio iudicio teſtes poſſunt a p̃ducente impugnari, ex quo approbatio in eo fuit reprobata p̃ iudicem ex facto partis aduerſæ, vt tradit Bald. in l.ſi quis teſtibus.ſæpe allegata.allegat Inno.in c.mulier.j.de iureiur.Tu dic, q̃ pro illa quæſtione & pro iſto dicto eſt caſus, quem ibi ponit Bal.& Ang.in l.nihil.§.ſi cum filius.ff.de inofficio.teſta.& ibi ẽt probatur a contrario ſenſu.& tenet ibi Bart. expreſſe, q̃ producens ſi non vtitur teſtibus,quia nõ vult,nihilominus nocet ſibi ſua approbatio.In eadem gl.iuxta finem ibi,poteſt tamen aliqs dicere ſe velle vti.&c.tractant hic Doc.aliqua,pertinentia ad intellectum.l.3.C.de fide inſtru.de quibus in Specu. & in addi. in titu.de inſtru.edi.§.inſtrumentum.ver.ſed nunquid.& eo.titu. §. videndum. ver.ſed quid ſi velis. & inter alia refert hic domi. Abb.Moder.quædam dicta Bar.ſatis dubia in l.ſi falſi.C. de falſis.& pro declaratione illorũ & totius materię videda ſunt duo principaliter.Primo,nunquid ille qui producit teſtes ſuper falſo crimine hoc ipſo puniatur de falſo tanquam fecerit teſtẽ de falſo deponere,ita q̃ proteſtando ſe nolle vti,nõ euitet crimen falſi. Secundo, ſi pars aduerſa dicit ſe velle arguere teſtem vel inſtrumentum de falſo,ſufficiat proteſtari parti, quæ produxit teſtes,q̃ intendit vti dictis teſtium vel inſtrumentis, ſi & inquantum apparuerint eſſe vera & nõ aliter.Circa primum refert hic
13 do.Abb.Bar.tenere in d.l.ſi falſis.& ſequitur opi. †q̃ produxit teſtes falſos ſuper falſo articulo,non poteſt euitando vſum,eua dare pœnam falſi, quia iſte dicitur cõmittere falſum in fabricã do & non in vtendo, ergo non prodeſſet pœnitentia,vt d.l.ſi falſos.& l.qui ea mente, cum materia. ff. de fur. ſed iſtum dictum non videtur ſemper verũ, & in vno caſu eſt valde dubium. vnde conſidero, q̃ aliquando certum eſt q̃ producẽs ante ſciebat eum eſſe falſum,& tunc verum eſt dictum Bar. q̃ committitur falſum in producendo teſtem ſuper falſo articulo,& ita videtur ipſe intellexiſſe in d.l.ſi falſos.dum dicit q̃ punitur de falſo, qa ſcienter produxit falſos teſtes,& ita videtur ſe reſtringere in l.3. C.de fide inſtru.aliquando certum eſt, vt eſt præſumptio iuris clara,q̃ qui fecit falſum articulum,illum fecit ignoranter, & qa erat de facto alieno vel in facto proprio eo caſu, quo præſumitur ignorantia & eſt probabilis,de quo in c.fi. s̃. de confeſ. & in l.non fatetur.ff.eo.per Bar.& tunc ſine dubio dictum Bart. non
b produceret,quia falſum [b] non committitur ſine dolo,vt l. quid ſit falſum.ff.de fal.& l.nec exemplum. C. eo. aliquando ſumus in dubio,quia articulus articulatus de facto proprio non eſt, iuſta cauſa præſumendi ignorantiam, & tunc videtur dicendum abſolute,q̃ niſi probetur aliter ſciẽtia, præſumatur error ad euitandum falſum,ſi perſona alia ſit honeſta & non ſuſpecta. dicit enim tex.s̃.quem no.ibi Bar.ad hoc,in l.quotiens.§. ſed ſi nõ in
14 corpore ff.de hære inſti,†q̃ ſi Notarius vnum dixit rogando inſtrumentum,& poſtea aliter ſcripſit,addẽdo forte vel diminuẽdo,præſumitur feciſſe propter errorem, vt euitet falſum. Sed ad
15 iſtud poteſt reſponderi,†q̃ facilius præſumitur error in aſſertione extraiudiciali ad damnũ euitandum,vt patet ex his, quæ tradit Bar.in d.l.non fatetur.vbi vult,q̃ ad euitandum damnum p̃ſumatur error in facto proprio in confeſſione extraiudiciali, p̃ l.ſed ſi me putem, in fi. ff. de condi.indebi.ſecus in confeſſione iudiciali.vnde forte poteſt diſtingui in iſto difficili articulo, q̃ aut ille qui produxit teſtem ſuper falſo articulo, vſus eſt eis vſq; ad finem,& tunc dicatur commiſiſſe falſum,quia non præſumitur error in facto proprio, vt dixi.& idem forte ſi nullo admoniente ſponte renunciet teſtibus.ſi autem aduerſario proteſtante falſitatem incontinenti renunciet vſui teſtium, tunc oritur p̃ſumptio per renunciantem,quæ ſatis facit præſumi errorem iuris,qui alias non præſumitur ad euadendum pœnam, vt eſt caſus no.& ibi per Bar.in l.adulterium.§.j.ff.de adul ita præſumitur error in facto proprio eadem ratione,dummodo ille qui renunciat vſui teſtium,alleget errorem, vt dicat ſe erraſſe in articulando, vt dicit in loco allegando in ſimili.& ſecundum hũc modum poteſt intelligi Bal. in l.ſi in vlti. col. C. ſi ex fal. inſtru- vbi expreſſe videtur tenere,q̃ producẽs teſtem ſuper falſo articulo, poſſit euitare falſum renũciando vſui ipſorum teſtium. in alijs autem caſibus vera eſt opi. Bart. in d.l. ſi falſos.quam approbat

idem

ADDITIONES

a VIN. GOD. Adde q̃ probationum facultas non debet anguſtari ut ponit Bart. in l.quoniam C. de hæret.& uide ibi apoſt. per Alex.& per Soz. in cõſi. 26.num.2.lib.3.

b VIN. GOD. Crimen falſi vt ſine dolo committi non poſſit ponit Ruin. conſi.83.nume.4.lib.4.non poteſt tamen committi pœna falſi vbi commiſſum non cadit in aliquid legis Corneliæ de falſis.ibidem nume.6.

idem Bal. in l.3.in fi. C. de fide instru. Circa secundum articulū fuerunt opiniones. Nam Spec. quem nobis allegant hic Moder
16 ni, in titu. de instru. edi. §. videndum. versi. si velis. † videtur dicere simpliciter, ꝙ ista protestatio sufficiat & releuet aliquē a pœna falsi. & si pars aduersa dicat, certifica me vtrum deliberes te velle vti instrumentis tanq̄ veris, non tenetur eum certificare. allegat l. si quidem. C. de excep. & l. de pupillo. §. si quis. ff. de no. ope. nun. q̄ lex parum facit. Bar. autem dixit in hoc articulo in l.
17 diuus. in prin. ff. ad l. Cor. de falsis. † ꝙ si pars interrogata, vtrū velit vti instrumentis vel testibus, dicit, intendo vti inquantū apparent vera, alias non, ꝙ pars aduersa potest facere statui sibi terminum ad deliberandū vt respondeat præcise & absolute, vtrū velit vti, per l. Titia. ff. de accusa. & per l. si ea, cum materia. C. q accu. non pos. sed illa l. non loquitur in materia nostra, sed in casu speciali, cum procedat diffamatio, vt ibi plenius. Nec etiā obstat tex. in l. j. de optio. leg. quem ipse allegat. facit in fi. in ratione sui, inquantum ibi potest colligi ꝙ iste terminus potest dici, vbi cunque subest instantia. sed contra illam doctrinam arguo formaliter, quia assignare terminum huic ad deliberandum, vtrū velit vti testibus tanquam veris, videtur inducere hunc effectū, vt si postea vtitur testibus simpliciter, qui sunt falsi, vel instrumentis, ipse videatur vsus falsis testibus scienter, quasi informa-
18 tus de veritate. sed hoc non videtur posse fieri, † quia super facto alieno non est assignatus terminus alicui ad respondendum de veritate, vt l. Marcellus. §. j. rerum amotarum. & traditur ꝑ Bar. ibi, & in l. 2. §. quod obseruare. C. de iura. calum. ergo videtur ꝙ ista doctrina procedit. Saluando istud dictum possumus dicere, ꝙ ad incurrendum crimen falsi, non est necessarium ꝙ aliquid sciat pro certo instrumento esse falsum, sed ꝙ credat verisimiliter istud esse tale, si cum sua opinione concordat veritas, quia verum est, aliquē fuisse vsum falso instrumento & dolose: ex quo enim credebat instrumētum esse falsum, debuit abstinere, vt l. 3. C. de fide instrum. & dicta l. si falsos. C. de falsis. & vtrobique notatur. vnde potuit statui sibi terminus ad informandū credulitatem suam, vt tradit Bar. in locis præallegatis. Præterea potest dici, ꝙ etiam si dubitatur instrumentum falsum, potuit sibi statui terminus ad informandum, sed hoc, quia non agebatur de crimine criminaliter vel ciuiliter, vt est casus in l. iusiurandum
19 & ad pecunias. §. j. ff. de iureiuran. † Fateor tamen, ꝙ si vel a principio, quando pars ita protestatur, vel post lapsum termini iudex verisimiliter præsumat partem non potuisse informari de veritate vel credulitate, tunc debebit admittere partem cū protestatione sua, vt probat tex. in d. l. iusiurandum §. j. in simili. qa ex quo pars non potuit informari, admittitur responsio eius dubia, secundum Bar. in d. §. quod obseruari. & erit vera opi. Spec.
20 in isto casu. & aduerte, † quia ad hoc vt ille qui vtitur falso instrumento, vel falso teste, possit condemnari de falso, non sufficiet ꝙ pars aduersa interroget, vtrum producens instrumentum velit vti instrumento, sicut sensit Bar. in d. l. si falsos. in fi. C. de falsis. sed erit opus ꝙ adiungat causam interrogationis, ꝙ inquantum velit vti, intendit arguere instrumentum de falso. Ex hoc enim oritur prę̄sumptio contra partem producentem, vt plene
21 declarat Bar. in d. l. diuus. Illud etiam scias, † ꝙ si falsitas testium productorum patet ex dictis ipsorum testium, tunc pars vtendo testibus, incideret falsum, etiam si pars aduersa non protestatur aliquid, quia falsitas est notoria, quæ constat ex actis, vnde non poterit allegari præsumptio ignorantiæ vel error iuris, qui non præsumitur, vt traditur in l. sed si lege. ff. de peti. hære. probat minus facti, vt in c. j. s̄. de postu. præla. & in c. cum in tua. j. de
22 spon. † vnde tunc necessaria est cautela, quam docet Bar. in locis allegatis, quam primum pars legit testem, si videt aliquem testem dixisse falsum, protestetur ꝙ non vult vti dictis ipsius. vbi autem falsitas esset probanda extrinsecus, tunc essent producenda, vt distinxi in prædicto articulo, in eo, qui produxit falsos testes, vtrum sciēter præsumeretur quis vti falsis testibus vel ignoranter, vt dicta l. diuus. in principio. In gl. vltima ibi, vel intellige quod dicit, &c. pro declaratione eorum, quæ hic tangunt diffu
23 se Docto. videndum est primo, † nunquid indistincte ille, qui ꝑ-
a testatus est ꝓtra testes, & perstitit in protestatione a & in impugnatione testium vsque ad finem, repellatur totaliter, vt in fauorem eius non credatur illis testibus. Secundo erit videndum quid si protestatio fiat post testes examinatos, vtrū habeat locū dispositio huius decretalis. & in hoc articulo excutietur, vtrum protestatio, quæ fit contra testes possit fieri postquam testes deposuerunt priusquam publicentur, an vero debeat fieri in tempore iuramenti testium. Tertio tangetur vnum verbum, vtrum ille qui renunciat protestationi antequam testes contra quos fuit protestatū examinentur, possit se fundare ex illis testibus, quo ad plenam fidem. Super primo do. Anto. hic simpliciter di
24 cit, † ꝙ ille qui non renūciat protestationi, sed perstitit in ea, nullum commodum consequatur ex dictis testium, ꝓtra quos fuit protestatus & ante, quia ipse videtur intelligere hoc non solum in eo qui post protestationem produxit exceptiones & probationes contra testes, ita quod fecit quicquid potuit, sed in eo qui simpliciter fuit protestatus, nec reuocauit protestationem, licet vlterius in reprobando non processerit. & hoc tenet expressius Bar. & clarius in eo, qui impugnat instrumentum in l. post legatum. in pe. col. ff. de his, qui. vt indig. & videtur esse satis rationabile, quia ex quo non reuocat protestationem simul factam, videtur semper contradicere & durare in priori voluntate, cuius mutatio non præsumitur, vt in c. maiores. de baptismo. ergo cū semper reprobauerit testes, quantum fuit in eo, non debet consequi commodum ex eorum dictis. & licet isti testes nō probēt in fauorem impugnantis, probabunt tamen plene in fauorem producentis. sed do. Abb. Moder. dicit, ꝙ prædicta possunt esse vera, quando producens vult vti testibus super quibusdam capitulis, & protestans vel impugnans super quibusdam alijs diuersis ab illis. sed si impugnās testes velit vti testibus quibus vtitur producens super capitulo eodem & super connexo, tunc vī secundum eum, ꝙ nō obstante impugnatione possit vti. vnde si testes probant factum in fauorem producentis, & aliquam qualitatem illius facti in fauorem illius impugnantis, vī ꝙ possit ꝓbatio istorum testium impugnari per ea, quæ tradit Innocē. &
25 referunt Moder. in c. cum olim. j. de censi. vbi dixit, † ꝙ impugnans instrumentum non potest fundare se ex instrumēto, quo vtitur producens super capitulo penitus separato, sed super capitulo eodem vel connexo bene potest, quia talia non possunt diuidi quo ad effectum probationis, vt l. Publia. §. fi. in tex. & gl. ff. depos. & tradit Bar. plene in l. Aurelius. §. idem quæsijt. ff. de libe. leg. & in l. quædā. §. nūmularios. ff. de eden. & Bal. in l. vna. C. de confess. & no. in c. j. eo. titu. lib. 6. & in c. cum venerabilis. j. de excep. ꝑ Doc. in simili quæstione. super quæstione vero nostra vide tex. tu Canonista, & quod ibi ponunt Moder. in c. tua nos. j. de spon. el grande. sed illa dicta primo, quæ sequitur hic, vt dixi in testibus do. Abb. in casu nostro, vz in eo qui reprobat testes, videntur impugnari posse duplici ratione. primo, quia videtur esse contra tex. in d. c. cum olim. vbi patet ꝙ Abbas q impugnabat instrumentum compositionis, non potuit vti illo instrumento ad obtinendum aliquas deductiones ex decimis præstandis, quæ debebant sibi fieri virtute compositionis. & licet Inno. ibi dicat & Moder. ꝙ illa erant duo diuersa capitula, non connexa: Istud dictum non videtur posse procedere, quia illa relaxatio vel productio, quæ fiebat in fauorem Abbatis, erat causa, per quam fiebat compositio. vnde promissio de decimis per viam compositionis non fuisset forte facta, nisi cum illa qualitate. & ideo illa capitula videntur cōnexa, quorum vnum nō fuisset factum sine altero, vel quorum vnum venit ad modificationem alterius, secundum Bar. in d. §. idem quæsijt, in fi. de quo ēt vide per Bal. in l. 2. C. de re iudi. Secundo contra istam doctrinā facit, quia secundum ꝙ sentit gl. tua hic, & affirmant Doc. ideo non creditur testibus deponentibus in fauorem protestantis cō tra eos, quia p̄sumitur ꝙ timore impugnationis futuræ, vel potius causa euitandæ impugnationis futuræ, testificatur aliquid in fauorem impugnationis, ēt si non sit verum. vnde oritur suspitio falsitatis contra istos testes. sed probatio super vno & eodem capitulo vel super connexo potest diuidi, quando est præsumptio contra illum, qui vult vti illa probatione integra, nec vult eam diuidi secundum Bar. eleganter in d. § idem quæsijt. & Bal. in l. vna. in j. col. C. de confes. in quæstione de eo, qui fatetur se occidisse aliquem ad sui defensionem. & idem traditur in l. per seruū. §. fi. ff. de vsu, & habi. & in l. 2. C. de dona. ante nup. & tenent Doc. in c. cum venerabilis. j. de excep. ergo videtur, ꝙ etiam in eodem capitulo vel connexo, quia est præsumptio cō tra impugnantem testes, ꝙ in eius fauorem non credatur. & cō cludit illa ratio nō ꝙ repellatur totaliter iste ex illo capite, quia impugnauit testes per regulam, ex eo, de regu. iur. sed ꝙ in fauo
b rem impugnantis etiam in eodem capitulo vel cōnexo, b sicut videbis. j. in tertio articulo, in alio casu. Propterea Inno. in d. c. cum olim. refert aliam opinionē, quæ non vī distinguere inter capitula connexa vel diuersa, sed vult ꝙ pars non possit aliquo modo vti instrumento, quod impugauit. iudex tamen ex officio suo, siue in connexis, siue in diuersis capitulis potest credere instrumento impugnato, quando factum intētionis partis aduersæ penderet ex illo instrumento. & intellige in totum, vel in partem, dummodo illud instrumentum esset necessarium ad victoriam aliquo modo. secus si pars, quæ produxit instrumentū sine illo possit vincere per alias probationes, vel per aliud ius. & hanc sententiam sequitur Bar. expresse, non faciens mentionē de prima, in d. l. post legatum. in prin. ff. de his, qui. vt indig. in col. j.

ADDITIONES.

a VIN. GOD. Nota ꝙ protestatio non tenet nisi protestans impleat quod quo ad se complendum est. Rui. cōsi. 64. nu. 11. lib. 4. hinc est quod protestatio nō est necessaria ubi agitur de pœna euitanda, Rui. consi. 150. nu. 14. lib. 1.

b VIN. GOD. Adde quid dicatur cōnexum, Dec. post Fely. in c. translato, col. 11. nu. 4. de const. & in c. quanto. no. 3. ubi late de iudi.

col.j.hanc etiam approbat Anto. de But.in c.licet causam. s. tit. proxi. referens illud Innocen: & quia tex. in ca.cum olim.fortiter vrget, videtur q̃ illa opinio sit verior. quæ licet procedat in instrumento impugnato absolute, in testibus tamen impugnatis videtur limitanda, videlicet q̃ in eodē capitulo vel cōnexo iudex possit admittere probationem testium, & similiter in diuersis, si arbitretur testem esse talis conditionis & qualitatis, ēt ex alijs circunstantijs,quam propter probationem non sit verisimile ipsum falsum dixisse.fateor tamen, q̃ facilior esse debebit modus approbandi fidem testis super vno eodemque capitulo vel connexo,quam super capitulo diuerso. quia non potest negari q̃ approbatio facta per partem in aliquo confirmat fidē testis super facto vnico vel connexo magis quā super diuerso. vbi autē verisimiliter esset q̃ testis in fauorē impugnātis fuisset mē titus,tunc videtur q̃ iudex non debeat vti arbitrio in admittendo testem super eodem capitulo vel connexo.quæ consideratio cessat in instrumēto vt vides.Nec obst. prædictis tex.in l.Publia. in fi. cum alijs præallegatis. quia in dictis iuribus non credebatur scripturæ vel assertioni.facit q̃ sic ex dispositione iuris est, q̃ præsumitur neminē esse testem idoneum in facto proprio, sed hic non credebatur testibus dicentibus aliquid pro protestante ex præsumptione resultante ex facto proprio, quia impugnauerat eos.& videbatur protestando fateri ipsis non esse credendū, vnde resultat fortior præsumptio contra ipsos,argumento. l.generaliter.C.de non numera.pecu.& c.per tuas. s.titu.proxi.Præterea etiam in odiū ipsius, vt patiatur pœnam iniustæ impugnationis, potest dici hoc esse inductum,& hæc sola rō differentiæ sufficit.Circa secundum articulum principalem, in quo q̃-
26 ritur,†vtrum protestatio facta cōtra testes post ipsorum depositionem impediat protestātem,in dictis ipsorum testium. dixit Abbas antiquus, q̃ omnino impediret,quia cessat causa, ꝓpter quam prohibetur credi testibus in fauorem protestantis, vz timor & suspitio,ne dicant aliquid falsi, ne reprobentur. ex quo enim ante protestationem deposuerunt, non potest amplius ꝓsiderari ista ratio.ideo adijcit sibi non placere hoc dictū.sed cur non placeat,non exprimit.tamen do.Anto.& Ioan.de Imo. approbant illud ratione præmissa,quicquid domi.Abb. Mod. dicat,se non credere q̃ intentio Ioan.And.fuit dicere, q̃ pars protestans non possit vti dictis testium in isto casu, sed credit eum sensisse q̃ ille qui passus est iurare testes & nihil opposuit, non possit ex interuallo ꝓtestari aliquid vel excipere post testes, vel vel etiam ante testes publicatos, quoniam pars tacendo tempore iuramenti videtur eos approbare, vt in cap.ex parte Adę. supra, eod. & hoc dicit sentire hic Goff. & credit esse verum contra textum nostrum, & rationem ipsius.quia si ille, qui nihil fuit protestatus, prohibetur ab opponendo duntaxat publicatis testibus,admittitur quis ad reprobādū cum iuramēto malitiæ sed hoc non esset conueniens, si tacendo videretur approbasse personas testium, nisi ostēderet q̃ de nouo didicit crimē, vt ibi dicitur.quia quem semel approbaui, nō possum amplius reprobare, vt l.si quis testium. C. de testi. Vnde non posset dici nunc reprobans esse in malitia,veniendo contra id, quod fecit ex certa scientia, nam ista doctrina non videtur vera. vnde ipse domi.Abb.longe melius,licet ad aliud propositum, sentit aliā
27 distinctionē, quæ est vera in c.1. s̃.eo.vcz,†q̃ aut quæritur, vtrū excipens post iuramētū ex interuallo debeat admitti ad excipiendum & probandum crimen incontinenti,& tunc dicendū est,q̃ non admittitur,etiam si admittetur,si excepisset tempore iuramenti. imputet enim sibi q̃ statim testem non repulit,cum producebatur.& hoc facit tex.in auth.eo.§.si vero dicet. vbi patet ratio clara.qa ex quo semel testis fuit admissus ad iuramētū, non potest amplius impediri eius examinatio,quia dictum pendet a iuramento. aut quæritur , vtrum posset admitti ad protestandum,aut ad excipiendum , dummodo ante publicatos testes,quo ad hoc vt de tali exceptione fiat examen post testiū publicationē,iuxta ea,quæ diximus in c.ex parte Adę. s̃. eo. & tūc admittetur, vt patet ex his, quæ.s̃.diximus.Quod autem dicitur in casu nostro, q̃ publicatis testibus non potest quis impugnare testes,nisi cum iuramento,etiam est limitandum dupliciter.Primo, nisi iudex ex aliqua præsumptione intelligat excipientē nō excipere malitiose.casus est no.secundum lectu. Ioan. And. & ibi dicit,in c.sicut,s̃.eo.Secundo, nisi pars citata ad videndum iurare testes,fuerit impedita comparere,vel fuerit citata ad domum,& nunc velit probare q̃ ignorauerit citationem, tunc cū non sit vere cōtumax,non habetur pro præsente, vt excludatur ab oppositione contra testes.ita dicit Ioan.And. in regula, præsumitur.in fi.sui mer.commenti,de re.iuris. & approbant Moder.in c.2.s̃.eo.vbi autem citatus non comparuisset per contumaciam, tunc excluderetur eodē modo , sicut si fuisset præsens tempore iuramenti per ea,quæ diximus.& quia exclusio, quæ inducitur per istam decretalem,non inducitur ex tacita approbatione,sed ex culpa & negligentia non opponentis, ex qua resultat malitia præsumpta, quæ præsumptio non minus habet locum in vero contumace quam in præsente, immō fortius propter delictum suum.& ideo falsa est doctrina Bal. qui dixit oppositum in l.si quis testibus.C.de testi.& vt sit vera, restringenda est ad casum Ioan.And.In artic.autem princ.dic breuiter, q̃ intellectus Ioan.And.potuit esse, q̃ protestatio contra testes, q̃ iam deposuerunt,non quidem propter suspitionem deducendi falsum,sed alio capite & medio induceretur suspitio, nō crederetur testibus in fauorem protestantis, quia sic protestando impugnando testes qui deposuerunt, vī renunciare huic speciei probationum,sicut ille,qui impugnat instrumentum videt renunciare instrumento, vt dicit tex.in c.cum olim.de censi. & ēt
a satis colligitur ex no.in l.j.C.de fur.Renunciatio [a] autem in iudicio potest fieri etiam testibus productis, vt c.cum venissent, s̃. eo.& maxime,quando pars reputat eos esse falsos, in l.j.C. de fi. instru.& diximus plene.s̃.in j.glo. & credo istud dictum, sic intelligendo,esse verissimum.Fateor tamen, q̃ tantum operabitur ista protestatio,quantum simplex renunciatio & non vltra,
28 de qua diximus in c.cum venissent.s̃.eo. †Circa tertium & vltimum articulum,verior vī opi.do.Anto.qui dixit, q̃ si protestātem pęniteat ante testes examinatos suæ protestationis, creditur in totum testibus deponentibus pro eo.quæ etiam fuit opi. do.Abb.qui dixit, q̃ adhuc sit arbitrium quantum testibus debeat credi. nam ex quo in istis actibus habentibus causam successiuam admittitur pœnitentia absolute,& probant leges allegatæ in gl.& cessat causa,propter quam testis deponens pro ꝓtestante est suspectus q̃ integrum sit eius testimonium. & hoc sentit Bar. clare in simili q̃stione,de instrumēto impugnato, in l.post legatum.in prin.ff.de his,quib.vt indig.Et aduerte pro intellectu huius decre.quia non credo, q̃ si pars simplicitur protestatur hoc modo, saluis exceptionibus indicijs & personis, prout obseruat practica,haberet locum finis istius decretalis, quoniam per ista verba pars non declarat se velle impugnare testes, sed potius reseruat sibi protestatem impugnandi, non tamē impugnat vel declarat velle impugnare.vnde, quia materia probationū non est coangustanda,vt dicitur in l.quoniā.C.de hær.nō credo q̃ isto casu detraheretur fides testibus in fauorem protestantis,nisi pars vltra procederet dicendo, q̃ hos intendit reprobare, vel similibus verbis vteretur. & isto casu posset esse vera opin. Innocen.qui dixit,quod protestatio facta generaliter de reprobando testes,non nocet.de qua vide hic solennius per Domi.Anto.de But.

ADDITIO.

a VIN GOD. Nota q̃ renunciatio generalis simplex ad illos casus ad quos nec etiam iurata referri non potest, Ruin. consi.71. nu.7. lib.4. & renuncians vni iuri non excluditur ab alio iure sibi ad eandem rem competente. Ruin. consi.141 nu.3.7.& 9.lib.4.

SVMMARIVM.

1 *Testium data paritate deponentes negatiuam, vtrum preferantur.& tria sūt, quæ faciunt testes testibus præferri.nu.seq.*
3 *Creditur magis paucis peritis, deponentibus de eo quod exigit peritiam artis, quam multis imperitis.*
4 *Testium data contrarietate, non semper fertur pro reo sententia.*
5 *Probatio perfecta, quæ dicatur.*
6 *Testis conuictus de vno falso, an totum dictum suū vitiet. nu.8.9.10.11.12. & 14.*
7 *Testis periurus de iure ciuili, an repellatur a testimonio in alia causa.*
13 *Hæredis nomen, si per testatorem non nominatur, præsumitur testamentum falsum.*
15 *Testis vnus actoris, si est melior teste rei sibi contradicente, an stetur meliori testi quo ad semiplenam probationem.*
16 *Actori, si ex statuti forma contra reum permittitur priuilegiata probatio, per testes æquales testibus actoris, reus vincet.*
17 *Testes viliores, quòd præferantur melioribus in probando, non valet consuetudo.*
18 *Testis si deponit negatiuam, remouendo affirmatiuam a sensu, an testibus pluribus vel melioribus negantibus stetur. & quid data eorum paritate. nu. seq.& 21.*
20 *Affirmatiua an negatiuæ succumbat, si testes ex vna parte probent famam affirmatiuam, & ex alia negatiuam.*
22 *Testis deponens, negatiuam valde large coarctatam, an sit de falso suspectus.*
23 *Probationes rei & actoris, si sunt pares, an & quando reus absoluatur.*
24 *Testium negantium & affirmantium data paritate, an in dubio præferantur affirmantes.*
25 *Laici admittuntur in causa criminali in fauorem clericorum.*
26 *Reus vincit, quando modica disparitas est inter testes actoris & rei.*
27 *Testibus affirmantibus, an quandoque plus credatur in causa criminali, quam negantibus,*

CAP.

CAP. XXXII.

1 IN nostra. †Testes in maiori numero prę feruntur minori numero data pari tate honestatis & qualitatis dictorum, & numerus minor testium præfertur maiori propter auctoritatem maiorem minoris numeri. secunda est ibi, mandamus. tertia
2 ibi, si vero. †Nota primo ibi, sed ad testium qualitatem, &c. tria esse in ordine, quæ faciunt præferri testes testibus. quorum primum est auctoritas & honestas personarum. secundum præsumptio, ꝙ testes aliqui melius sciant veritatem & verisimilitudinem, quæ oritur ex qualitate depositionis. tertius est, numerus testium. & ex ordine istius literæ patet secundum Doctores, ꝙ auctoritas & qualitas depositionis est maior qualitas q̃ numerus testium vel præsumptio, ꝙ testis melius nouerit veritatē. vnde dicit Spec. notanter in titu. de proba. §. videndum. versi. hoc quoque. ꝙ magis creditur paucis peritis deponentibus de eo, quod exigit peritiam artis, quam multis imperitis. & tenet do. Anto. in c. proposuisti. s̃. titu. proxi. addit hic Hostien. quartam qualitatem, vz qualitatem personæ producentis testes, ex qua augetur fides vel suspitio. Et adde ad materiam, quod dicitur in
3 tex. & quod ibi no. Inno. in c. auditis. j̃. de præscrip. †Secundo nota, ꝙ non semper data contrarietate testium fertur sententia p reo, immo fertur pro actore, quando probatio actoris est posterior. vbi autem probationes essent pares, tunc obtinet illa regula, ꝙ reus absoluitur, vt in c. ex literis. s̃. titu. proxi. & in ca. inter dilectos. in fi. j̃. de fide instrumē. Nota tertio ibi, motum animi
4 sui, &c. † ꝙ illa dicitur perfecta probatio, per quam iudex inclinatur totaliter ad credendum sic esse, de quo vide per Bart. in l. admonendi. ff. de iureiur. In gl. posita super ver. aduersa. ibi, idē
5 videtur, &c. Concludit ergo gl. † ꝙ si testis conuincitur de falso vno, totum dictum suum vitietur, vt sit falsum totum. de quo articulo multa tradit Specu. in titu. de teste. §. j. versi. item quod adiunxit aliquid de suo. & Inno. in c. fraternitatis. j̃. de homici. Bar. etiam aliquid tetigit, licet quæstionem non determinet, in l. si ex falsis. C. de transac. & in l. scribit Quintus ff. de auro & argen. lega. Circa quem articulum concludunt Bal. & Saly. sequē. do dicta Inno. & Oldra. in d. l. si ex falsis. ꝙ aut testis deposuit falsum super articulo substantiali, ex quo pendet victoria causæ, tunc dictum testis vitiatur in totum, non tamen ex eo, quia in reliquis præsumitur falsus, quam quia sine isto articulo principali reliqua dicta nō prosunt parti. aut testis deposuit falsum super articulo non pertinente ad causam, & tunc super illo videtur deponere non iuratus, vt l. si quis libertatem. in fi. ff. de peti. hæredi. & l. si duo patroni. §. idem Iulianus. & ibi per Bart. ff. de iureiur. ergo talis testis non est periurus, etsi sit mendax, & sic non repellitur a testimonio in alijs. & ideo taliter deponens nō punitur pœna falsi, secundum Bar. qui ita notat in l. eos. in fi. ff. de falsis. Nisi forte iurasset dicere veritatem de omni eo, quod interrogabitur, secundum Bal. singulariter in c. j. in 2. col. de cōtrouer. inuesti. Aduerte tamen ad illud dictum, quia forte posset dici periurus, non ñ falsus falsitate punibili, quia illa falsitas non lędit in aliquo partem, iuxta l. damus. & quod ibi notat. C. de falsis. & ponit idem Bar. in l. si quis legatum. ff. eodem. operaretur ergo illa forma iuramenti, ꝙ quia testis conuincitur de periurio, nō crederetur sibi in alijs capitulis, vt j̃. videbis. sed aduerte ad primum dictum, quia procedit sine dubio de iure ciuili, sed de iure canonico esset maius dubium, quoniam nō potest negari ꝙ qui dixit falsum super capitulo impertinenti dolo se mentitus est, ergo debet repelli tanquam criminosus, vt in c. super eo. s̃. eo. vnde non posset procedere hoc dictum, nisi dicas ꝙ quia est mendacium nulli præiudicans, non dicetur peccatū mortale, & tale crimen ꝙ excludat a testimonio, de quo. 22. q. j. in summa. & per totum, dicetur in c. testimoniū. j̃. eod. aut testis deponit super articulo ptinēti, cuius veritas qualificat totā cām, exinde si testis dicat se non esse consanguineum, cum sit consanguineus, nam ista qualitas diminuit fidem testi respectu totius negocij, & tunc similiter non creditur testi in aliquo capitulo, secundum Doct. aut testis deponit super vno articulo penitus diuerso ab alijs, & tunc communiter tenent Doc. ꝙ nō credatur testi in aliquo, per tex. 3. q. 9. c. pura. & 9. distin. c. si ad sacros. & quia testi periurio non creditur, vt in c. super eo. s̃. eo. & c. testimonium. j̃. eo. quæ ratio ita concludit de necessitate in foro canonico, in quo etiam in alio iudicio & negocio penitus diuerso testis
a periurus [a] non admittitur, vt in d. c. testimonium. Sed de iure ciuili ista ratio esset magis dubia, quia si tenemus ꝙ dixit notabi-
6 liter Bal. in l. si vteris. circa fi. C. de fide instru. † ꝙ etiam de iure ciuili testis periurus repellatur a testimonio in alia causa, vt sit speciale in illo crimine, si periurium fuerit commissum in dicēdo falsum infamia testis, adhuc procederet ratio. s̃. dicta. sed tenendo contrarium, prout ipse tenuit in l. 2. C. de fide icomm. lib. & melius, ista non esset bona ratio. & hoc videtur verius, quia tex. in l. Lucius. de his, qui no. infa. dicit, ꝙ testis qui commisit periurium, dicendo falsum, non est infamis ipso iure. lex autem canonica non repellit testem ratione criminis, sed ratione infamiæ, vt vidisti in c. super eo. s̃. eo. & probatur in l. 3. §. l. Iulia. ff. de testi. nam cum non reperiatur hoc specialiter statutum in periurio, stabimus regulæ. melior ergo est ratio, quam assignant Doctores in hoc casu, in d. l. si ex falsis. quia respectu vnius causæ, in qua testis iurat, fides eius videtur esse indiuidua. & propterea suspecta, si dicit falsum in vna. Stante tamen hac distinctione Doctorū, debes hoc vltimum limitare dupliciter.
7 † Primo, nisi testis in vno articulo deponat falsum ignoranter, quia tunc non est periurus, nec est aliqua ratio, quę repellat eū in reliquis, secundum Bal. qui ita no. inquit in d. l. si ex falsis. cuius dictum est intelligendum, quando error probabiliter potest tolerari in teste vel præsumi, vel ex obliuione vel aliter. vnde si testis deponeret de facto multum antiquo vel multum implicato, possit audiri allegans errorem, qui præsumeretur, iuxta ea, q̃ traduntur in c. fi. s̃. de confes. & in l. non fatetur. ff. eo. alias testis allegans se erasse non audietur, cum debeat deponere de his, q̃ cadunt in sensum suum, & quodammodo in facto proprio. ita dicit eleganter Specu. in §. prædallegato, qui sic debet intelli-
8 gi. †Secundo limitatur prædicta doctrina, nisi testes conuincantur super vno articulo de mendacio a pluribus vel melioribus, & omnes deponant de his, quæ consistunt in peritia artis. nam cum in talibus cadat probabiliter error & deceptio, vt in c. canon. s̃. titu. proxi. merito si testis conuincitur per plures in vno capitulo, præsumetur potius ꝙ deposuerit ex errore quam ex dolo, sicut dicit tex. notabiliter in simili, & quod ibi per Bar. in l.
9 quotiens. §. tātummodo. ff. de hære. instit. †Tu vero in ista materia considera tres casus. nam aliquando testis cōuincitur de falso, quia est ibi contrarius vel varius in seipso. aliquado, ꝙa vnus vel duo reprobantur a pluribus, quibus est standum, vt in tex. nostro. aliquando sunt multi testes qui producti vel ab eadem parte vel a diuersa reprobantur singuli ab alijs in aliquibus articulis. & hunc casum nō memini me vidisse discussum. Circa pri
10 mum probatur, † ꝙ procedit opinio Doc. per tex. in c. licet causam. in verbo, quamquam. s̃. titu. proxi. Et patet etiam ratione,
b quia contradictio vel varietas [b] in eodem testificatu notorie arguit calumniam & falsitatem testis. vnde iudex ex arbitrio suo habet in eius potestate quantum credat testibus, vt l. 3. §. tu magis. ff. de testi. & debebit talem testem omnino repellere ex præsumptione regulæ, semel malus. & sic intelligitur. 4. q. 3. ca.
11 qui falsa vel varia. †In secundo casu est magis dubium. & videtur ꝙ doctrina Doctorum sit falsa ratione & lege. ratione, quia inhabilitas superueniens testi post depositionem ipsius non vitiat dictum suum, vt traditur in l. 3. §. lex Iulia. ff. de testi. & in l. ad testium. §. conditionem ff. de testa. & in c. testimonium. j̃. eodem. Sed testis deponens super vno articulo falso non videtur esse periurus antequam deponat super alijs articulis, vt probabo, ergo in alijs non repelletur. ꝙ autem non videatur esse periurus, probo quia licet aliquando possit procedere depositio super articulo falso, & sic ordine temporis prius videatur testis esse periurus, qui deponat super veris capitulis: tamen secundum intellectum iuris, omnia quæ dicuntur a teste antequā habeat testificatum pro absoluto, simul videntur dici, quia incontinenti ante actum perfectum omnia simul in perfectione actus vidē tur fieri. & inde est ꝙ testis ante absolutum testificatum potest corrigere dictum suum, vt in c. præterea. j̃. titu. proxi. Probatur conclusio ista in l. lecta. & ibi per Bar. ff. si cer. peta. & in l. iurisgē tium. & in l. petens. C. de pac. vnde patet ex præmissis, ꝙ non est distinguendum, vt quidam dixerunt, vtrum depositio procedat super falso capitulo, vel sequatur, sicut dixit Bal. in c. j. in 2. col. de controuer. inuestit. & ideo ipsemet notabiliter reprehendit illud dictum in l. fi. in quarta oppositione. C. de edic. diui Adri. tol. Et etiam hoc videtur probari in l. iubemus. §. j. & ibi p Bal.
12 C. de testa. vbi patet, † ꝙ si nomen hæredis non scribitur per testatorem, vel nominatur, præsumitur in illa parte testamētum falsum, vt patet in prin. literæ, & tamen valet testamentum in alijs capitulis & subscriptio testium. & quia subscriptio facta p testem debet recognosci vt habeat effectum, vt l. si quis ex signatoribus. ff. quemad. testa. aper. ideo præsumitur falsa pro parte, in reliquo tamen valet dictum testis. Sed ad primum argumentum, tenēdo communem opinionē, potest dici ꝙ & si testis qui deponit non possit dici adhuc falsus vel periurus, & sic videatur sufficeret ꝙ tempore depositionis sit habilis, secundum glo. in l. notionem. §. instrumentorum. ff. de verbo. signifi. tamen cū ista inhabilitas superueniat incontinenti post testificata, vt ex causa, quæ trahit originem ad ipso testificatu, vtique videtur in-

esse,

ADDITIONES.

a VIN. GOD. Testis periurus a testimonio repellitur infamis, Rui. consi. 147. nu. 4. & consi. 158. nu. 4. lib. 5.

b VIN. GOD. Nota ꝙ varietas circa qualitates, quæ negocium principale non tangunt nō repellit testes, Rui. consi. 36. nu. 2. lib. 4.

esse, vt l. 3. C. de ædil. acti. & tenet Bar. & clarius Bal. ibidem in l. in bonæfidei. C. de pact. in simili quæstione. & bene facit tex. in l. si rem. §. fi. ff. de pig. act. ad l. iubemus. dicēdum est, quia illa lex loquitur in illo falso improprie, & inregulari inducto ex quadam præsumptione, in quo non habet locum doctrina Doctorum, immo testis falsus nullo modo in vno capitulo non erit in reliquis, vt est tex. no. in l. filius. §. sequens, ff. de falsis. per quē ita tradit no. Bal. in l. 2. C. de fideicom. liber. sed quia ille tex. in §. sequens quæstio. loquitur de falso instrumento præsumptiue, in quo etiam si verè falsum committeretur in vno capitulo, instrumentum non esset falsum in alio capitulo separato, vt plene traditur in locis s̄. allegatis. ideo melius probatur ista conclusio in
13 d. l. iubemus. quam Bar. non allegat. † Circa tertium & vltimū videtur dicendum, ꝙ quando singuli testes approbantur in alibus a pluribus, propter paritatem reprobationis neuter censetur esse reprobatus de falso. licet in illo articulo in quo testis reprobatur credatur pluribus & melius deponentibus, sicut dicimus, ꝙ quando probationes sunt pares, conflictus probationū impedit se adinuicem & reddit rem obscuram, vt in in cap. licet causam. in vltima gl. s̄. titu. proxim. & in glo. nostra. In eadē gl. ibi, si vero testes ex vtraque parte, &c. quærendum est pro declara-
14 tione eorum, quæ tangunt hic Doct. † nunquid si vnus testis actoris est melior teste rei, sibi contradicente, stetur meliori testi quo ad semiplenā probationem. super quo dixit hic simpliciter Vincentius, & sequitur do. Anto. & Abb. Mod. ꝙ testis melius probans, semiplene probat, itaque actor poterit petere deferri sibi iuramentum in defectum probationis, quia sicut plures testes præferuntur pluribus quo ad plenam probationem, ita vnus testis debet præferri vni, quo ad semiplenam probationem, & sic potest deferri iuramentum. sed istud dictum non videtur procedere, quia fatendum est ꝙ resultat sempleno probatio quo ad effectum, qui resultaret ex semiplena probatione de iure communi, & secundum regulas iuris, sed quo ad faciendū deferri iuramentum in defectum probationis, quæ est probatio irregularis, vz. ꝙ quis sit testis in causa propria, contra. l. nullus. ff. de testi. hoc non videtur posse procedere, quia licet testis actoris sit melior teste rei, non tamen potest negari quin testis rei faciat aliquam præsumptionem pro ipso reo, sicut diximus in teste infame infamia iuris, contra quem est maior præsumptio q̄ in casu nostro, quia examinatus facit indicium, vt l. qui vltimo. & ibi per Bar. ff. de pœnis & per eundem in l. maritus. ff. de quæstio. fortior enim videtur esse præsumptio iuris & de iure, quæ resultat contra testem infamem, quam præsumptio resultans contra testem ex facto dignioris testis, quæ videtur esse præsumptio iuris duntaxat, sed quælibet præsumptio, quæ est contra testem semiplene probantem, facta vt non deferatur iuramentū in defectū probationis, vt l. j. & ibi per Bar. C. q & aduer. quos. & plene per Bal. in c. j. §. sacramentum. de consue. recti feudi. ideo non esset iuramentum ferendum. forte tamen in practica propter auctoritatem tantorum Doctorum, seruaretur eorum opinio. Et quia gl tua dicit hic notabiliter, ꝙ quando probationes sunt pares in causis quatuor hic expressis in gl. non fertur sentētia pro eo, sed in fauorem illarum causarum. dic magis generaliter, ꝙ data paritate testium in omni causa illi testes præferuntur, quia deponunt in fauorem causæ, pro qua iudicibus discordantibus in prolatione sententiæ præualeret sententia. ita probat tex. valde notabilis in l. lex Petronia. ff. de manumissio. quē tex. adducit Bal ad hoc in c. j. §. promptiores. hic finitur lex, in l. magistratus. in fine. C. quando prouocare nō est necesse. & hoc tenet hic in effectu gl. nostra. & vide quod ibi p intellectu materiæ eleganter ponit Bal. in l. fi. C. comminationes vel epistolas. in quibus locis videtur dicere, ꝙ quando probationes sunt
a omnino pares, in potestate iudicis[a] est, quibus adhęreat: debet tamen causam adhæsionis eius exprimere, alias retractar et̄ sententia, quia in dubio debet sentētiare pro reo, vt hic vides in gl. & in c. ex his. s̄. titu. proximo, & in c. inter dilectos. in fine. j. de fide instru. & idem dicit, si causa adhæsionis expressa nō esset sufficiens. †
15 Illud etiam scias, ꝙ si ex forma statuti permittitur priuilegiata probatio actori contra reum, verbi gratia per publicā vocem & famā, probando contrariam vocem & famam per testes æquales testibus actoris, vincet, vt seruetur ęqualitas in iudicijs, iuxta. l. fi. C. de fructi. & li. expen. & regulam, non licet. de regu. iur. ita tradit notabiliter Bal. in fi. ff de ferijs. & ad materiam istam vide tex. & no. etiam ibi per Doc. in c. ad nostram. s̄. titu.
16 proximo. † vbi probatur, ꝙ non valet consuetudo vel statutum, quod testes viliores præferantur melioribus in probando, vel ꝙ iuramentum partis præualeat probationi legitimæ. Et pro cōplemento materiæ huius decretalis quæritur, vtrum testes probantes affirmatiuam præferantur testibus probantibus negatiuam. de qua materia sparsim ponitur in diuersis locis j̄. allegandis. & inter alios casus, quos tangit Bart. in l. diem proferre. §. si plures. ff. de arbit. est vnus, quando plures testes sunt omnino æquales, & in hoc est maior dubitatio, nec tangitur specifice per Bar. sed sentit tantum aliquid de secundo. Super primo autem concludit ibi & in l. hęredes palam. in princi. ff. de testamē.
17 † ꝙ si testis deponit negatiuam, remouēdo affirmatiuam a sensu, verbi gratia, dico ꝙ hoc non fuit in tali loco & tali tempore factum, statur testibus pluribus, vel melioribus negantibus, ęa
b æque bene videtur probari negatiua, sicut affirmatiua, vel saltem ita bene, ꝙ standum est pluribus, argu. l. j. §. si omnes. ff. de vent. inspi. quod dictū debet limitari, nisi testis deponat negatiuam non stricte coartatam, sed large. exemplum in teste, qui dicit non extare memoriam, vel nunquam se hoc audiuisse. & idē in teste, qui deponeret negatiuam de vno mense, vel de vno anno, qui videtur esse suspectus propter lapsitatē tēporis, de quo deponit, secundū Dy. & Bar. l. j. §. hoc interdicto. ff. de itine. actuque priuato. & Bal. in l. actor. C. de probatio. & bene facit text. in c. cum ecclesia. de causa pos. & proprie. & tunc etiam videtur magis credendum paucioribus affirmantibus. sic intellego gl. in c. quid per nouale. de verbo. signifi. & Bal. qui eam refert in l.
18 hæredes palam. ff. de testa. Super secundo articulo, quo quæritur data paritate testium in hunc modum, vtrum præferantur testes deponentes negatiuam. dicendum est ꝙ aliquando testes sibi contradicentes non reddunt causam sui dicti, & tunc semp præfertur testis asserens affirmatiuam, quia non creditur testi deponenti negatiuam sine redditione causæ. ita determinat elegenter Bal. in l. cum hi. §. si integra. ff. de transac. vbi omnino videas ꝙ dictum sine dubio esset verum, quando testis non interrogatus teneretur reddere causam sui dicti, deponendo negatiuam, quod est regulare, vt plene scripsi in c. cum causam. j. eo. & ibi videbis. sed quando propter indubitatam assertionem negatiuam & facilem, quæ bene præsumeretur credere negatiuā saltem per indirectum in sensum testis, sicut affirmatiua. & vt exemplificant hoc Doc. in c. bonæ. s̄. de electio. tunc hoc dictū forte procederet, ꝙ credatur paribus testibus affirmantibus & negantibus, vt ibi videbis. & dixi in d. ca. cum causa. Aliquando testes, qui probant negatiuam, probant eam de aliqua qualitate inuisibili per medium alicuius sensati & signi affirmatiui. & tunc si per eadem media habeat probari etiam affirmatiua. exemplum ꝙ res sit vitiosa vel non sit vitiosa, ꝙ aliquis sit furiosu vel ꝙ sanę mentis sit, alias ꝙ sit mortuus vel viuat, ꝙ ęgrotet vel non. & tunc dicendum est absolute, ꝙ inter testes negantes vel affirmantes non est differentia, ęa vtraque probatio dicitur directa, licet mediata. iste est casus & vnicus, quem ibi ponderat Bar ad hoc, in l. j. C. de canon. frumen. vrbis Ro. lib. 12. p
19 quem dixit Bal notabiliter in l. j. C. de testa. in pe. char. † ꝙ si testes ex vna parte probant famam affirmatiuam, ꝙ maleficium sit commissum, & ex illa parte probetur fama negatiua, ꝙ non fit commissum. ꝙ probatio negatiua non succumbet affirmatiuæ, quia probatio vtriusque famæ potest habere fundamentū & originem a sensatis. i. coniecturis & verisimilibus, a quibus oritur fama. vnde quia medium probādi est par, erit similis effectus. secus esset si testes probantes negatiuā super aliqua qualitate inuisibili probarent eam per medium signi visibilis, vt dixi. & ad tollendam aliam qualitatem deponentes affirmatiuam tanquam fortiorem. exemplum, aliqui testes probant ꝙ contractus fuit factus sponte. i. sine metu. & hoc deponunt per aliqua signa, ex quibus mediate probatur contrahentem spōte cō traxisse, tunc enim credetur magis testibus deponentibus de metu, qui potest compræhendi per sensum, secundum Bald. q̄ deponentibus de spontanea voluntate, quæ immediate nō potest compræhendi per sensum, sed mediantibus signis. ita tradit no. Bal. in l. obseruare. §. proficisci. versi. 13. quæro. ff. de offi. pro con. & le. allegat Inno. in c. super hoc. s̄. de renun. quod dictum prædicta ratione non placet, quia metus non potest comprāhē di immediate per sensum, cum sit passio animi, sicut spotanea voluntas Potest enim fieri vt quis immineat terror armorum, tamen aliquis non timeat. fatendum tamen est, ꝙ si testis, qui deponit de metu, allegat causam extrinsecam sufficientem ad præsumendum metum, quod quia magis est verisimile stante causa metus aliquem timere quam non timere sponte facere actum, in dubio testes melius probabunt metum, nisi signa adducta ex alia parte sint multum euidentia, ꝙ quis non timuit, vel ꝙ omnino sine metu idem erat facturus. vnde hoc nō erat arbitrarium. Aliquando testes deponunt negatiuam non p modum sensati & signi affirmatiui, sed remouentes actum a sensu, & tunc data paritate in cęteris succedunt opi. quia Bart. sentit, ꝙ nulla sit differentia tunc inter testes affirmantes & negantes, dum dicit in locis allegatis, ꝙ recurrendum est ad l. ob carmē. §. testes.

ADDITIONES.

a VIN. GOD. Adde quo casu reo non ualente iudex supplere possit, Ruin. consi. 158. num 2. lib. 5.

b VIN. GOD. Negatiua loco & tempore coartata æque probari potest atque affirmatiua, Rui. consi. 145. nu. 2. lib. 5. & debet probari per allegantem eā ad fundamētū intētionis eius, cōs. 89. uiso, litera. n. & cōs. 87. uisis. lra. b. li. 2.

testes.ff.eodem.si testes sunt pares, vt dixi sed Bald.affirmat expresse in d.§.si integra.& etiam in d.§.si plures.& dom.Ant.de Butr.in c.bonæ.supra de elect.Videntur tamen omnes prædicti hoc intelligere,quando negatiua est bene coarctata,idest ad certam diem & locum vel per limitationem subiecti, vt cum testis deponat ꝙ vidit Titium non habentem biretum in capite, & similia,quæ prosequere,vt per Doct.in d.c.bonæ,& per Bald.in l.actor.C.de probatio. & credo istud dictum esse verum per ea, quæ supra dixi,in princ.huius quæstionis. Sed Bal.in l.2. ad fin.
21 C.de rescin.vendi.firmum & clarum tenet, † ꝙ data paritate in cæteris,in dubio præferuntur asserentes affirmatiuam,quia ens melius imprimitur in intellectu, quam non ens, quantumcunque circunscriptum . & hoc idem sentit in l. testium,in vltima col.C.de testi.& in l.actor.de probatio.& idem sub dubio,forte tenet Ioan.de Imo. in l.inter pares. in prima char.ff.de re iudic. prima opinio tenetur communiter & forte obtineretur in practica. sed tamen pro nunc possunt concordari istæ opiniones hoc modo,ꝙ aliquando testis deponit negatiuam per medium affirmatiuæ,idest quia deponit affirmatiuam,quæ est incompatibilis cum eo,ꝙ testis negat interueniſſe,& tunc vera sit opinio domi.Anto.& Bal.in d.§.si integra.ꝙ non sit differentia inter testes negantes & affirmantes. vnde dixit Bald. signanter in c.j.§.si quis per triginta. cum prin.si de feudo fuerit controuer.inter do
22 mi. & agna. † ꝙ licet testis deponens negatiuam valde coarctatam,verbi gratia deponens ꝙ aliquis non possedit per vnum annum,est suspectus de falsitate,secundum Dyn.& Barto.in l.j.§. hoc interdicto.de itinere actuque priua. hoc est verum, nisi deponat hanc negatiuam & affirmatiuam simul, ex qua hæc negatiua infertur:quia id,quod negat, non potest simul cum affirmato esse verum, verbi gratia si testis dicat ꝙ Titius non possedit per annum,& Seius possedit: ex hac enim affirmatiua cõcluditur probatio negatiuę de necessitate,quia duo nõ possunt possidere insolidum. vnde probatio ista negatiuæ, quæ fit per affirmatiuam,ex qua de necessitate negatiua resultat, videtur æque bene posse fieri a teste,sicut affirmatiua, quod prosequitur per exempla,vt ponit Ioan. And.in c.bonæ.supra de elect.aliquando probatio negatiuæ fit per simplicem remotionem actus cõsenſu:verbi gratia,testis dicit ꝙ tali die, tali loco non fuerunt dicta talia verba,nec potuissent dici quin audiuisset,vel similia:& tunc verior videtur opin. Bal.& Ioan. de Imo. quia non potest negari vt dictum est,quia melius ens comprehenditur a teste & imprimitur in eius intellectu,quam non ens.glo.tamen simpliciter in Authen.de hære.& falci. §.si vero absint, expresse videtur sentire contrarium, quãdo testis deponit modo supradicto, videlicet ꝙ non potuisset fieri quin vidisset.dicit enim quod negatiua isto modo probata æquipollet affirmatiuæ. & hoc videtur sentire Bal.in c.j.de conten.inter me & dominum,licet verba eius possent deponi, secundum distinctionem meam, quæ videtur vera de subtilitate iuris.sed forte prima obseruaretur in practica,quia communior,& quia diximus in cap. ex literis. su-
23 pra de probatio.† ꝙ quando probationes rei & actoris sunt pares,reus absoluitur,etiam si actor possideat absoluitur si agatur rei vendicatione non solum quia actor non probauit, sed quia ipse videtur probasse se dominum, vnde considerando diligentius dico, ꝙ illa dicta non placent, quia data paritate in cæteris nõ posset negari quod actor esset superior ratione possessionis, quæ facit aliquam præsumptionem pro proprietate, ꝙ patet, quia quando dominium deducitur incidenter,sola possessio ꝓbat præsumptiue dominium,vt l.quidam in suo.& ibi no. ff.de condit. institu.& plene in ca.cum ad sedem. supra de restitutio. spolia. Nec obstat inductio, quam ibi feci, dum dixit in absolutione,ꝙ ibi non consideratur possessio ipsius rei,quinimmo ille tex.videtur sentire ꝙ data dicta paritate in testibus illa paritas non inducatur ad imparitatem propter possessionem rei. tunc enim absolueretur ibi reus,quia melius probaret ꝙ non est verum,quia immo absoluitur vt dicit tex.quia promptiores sum⁹ ad liberandum,&c.&in veritate est colorata inductio.sed tamẽ potest responderi,quia licet summus Pontifex assumat vnã cautam sufficientem ad absoluendum reum, non tamen videtur reprobare aliam,ꝙ ex possessione inducatur imparitas.vel possumus dicere,ꝙ ibi paritas resultabat ex testibus rei & expositione simul,quod dictum non videtur verum,videlicet ꝙ reus debeat declarari dominus,quia tex.in verbo,ꝙ si amborum, simpliciter dicit ꝙ præferuntur testes possessoris testibus actoris.postea tamen videtur illud restringere quoad effectum absolutionis ex regula. l.fauorabiliores.de regu. iur. per quam regulam data paritate probationum reus debet simpliciter absolui,quia non est probatum contra eum, vt in c. inter dilectos. in fi. infra
24 de fide instrumen.† Quod autem dictum est,ꝙ data paritate te
a stium negantium [a] & affirmantium in dubio præferuntur affirmantes,limitatur simpliciter per Bald.in l.data opera. C.qui accusa, non poss. quod verum est in ciuilibus, secus in criminalibus.allegat glo.81.distinctio.in c.clerici.quæ dicit, ꝙ testes laici probantes negatiuam in fauorem clerici, præferuntur clericis probantibus affirmatiuam. Ex qua glo.habes notare tria,& ele-
25 ganter.† Primo,ꝙ laici admittuntur in causa criminali in fauorem clericorum.& ad hoc allegat eam domi.Abb. in c. cum P.
26 Manconella.infra de accusatio.† Secundo,ꝙ quando est modica disparitas inter testes actoris & rei,adhuc debet vincere reus. & ad hoc allegat eam domi. Anto. hic,& in cap. ex literis. supra
27 titu. proxi. † Tertio, ꝙ quandoque plus creditur testibus affirmantibus in causa criminali quam negantibus, immo eliguntur probationes actoris in fauorem rei. sed hoc dictum restringit domi. Abb. in d.cap. cum P.in accusatione clerici. & placet mihi ista restrictio, quia propter dignitatem præsumitur magis pro persona, vt traditur 11. quæstio.3. c.absit. & ideo forte posset dici, quòd in casu illius gl. probationes non essent pares,quia dignitas clerici accusati iuncta cum testibus pro eo facit imparitatem,& secundum hoc non probaretur, ꝙ secundo loco fuit dictum in illa glo. videlicet,quod vbi est modica disparitas, vincantur testes rei: quia immo videtur dicendum, ꝙ licet testes rei,quia erant laici,essent ex ista qualitate inferiores clericis, præsumptio tamen quæ est pro dignitate clericali, faciebat ꝙ probatio eorum erat melior. non est enim inconueniens ꝙ authoritas vnius suppleat defectum auctoritatis alterius, vt l.si quis ex argentariis.§.j.ff.de eden.

ADDITIO.

a VIN. GOD. Nota,ꝙ testes negantes præferuntur affirmantibus,quãdo deponunt etiam super affirmatiua.Rui.cons 9.nu.12.lib.2.

SVMMARIVM.

1 *Testes laici & mulieres contra clericum testificari possunt,quando agitur ciuiliter de crimine.*
2 *Delegatorum literis de gestis coram se,an plene credatur.*
3 *Famæ probatio,an sit sufficiens etiam concurrente testimonio de auditu.*
4 *Testes, an non solum post publicationem ipsorum,sed etiam post relationem superiori factam,vel post conclusum in causa,produci possint,quando non stetit per eum,qui noluit eos inducere.*
5 *Transmissio actorum & relatio facta superiori, vim conclusionis in causa habet.*
6 *Delegatus iurisdictionem exercet in impedientes suam iurisdictionem.*
7 *Deputatus ad testes recipiendos, impedientes excommunicare potest.*
8 *Purgatio indicitur infamato de delicto, & super irregularitate ex eo procedente.*
9 *Electus & confirmatus in episcopum,prælatus appellatur.*
10 *Principales de capitulo scribentes literas nomine totius capituli, inscio capitulo,an tanquam falsarij puniri possint.Et an sint suspensi ipso iure. & num. sequen.*
12 *Testificans coram iudice falsum, an sicut potest absque nouo processu extra ordinem puniri,ita attestans per falsas literas, etiam si non attestetur in forma testis.*
13 *Suspensio quando fertur per hominem in aliquem inferior a suspendente absoluere suspensum non potest.*
14 *Excommunicatus a canone,nunquid ab inferiore absolui possit.*
15 *Suspensionis pœna, an possit imponi pro delicto, non solum a canone, sed ab homine.*
16 *Probatio per auditum auditus,vel per auditum visus alterius,nunquid in factis antiquissimis, memoriam hominum excedentibus sufficiat. & nume. seq.& 19.*
18 *Præscriptionem centenariam ad probandam contra ecclesiam Romanam, an probatio per auditum sufficiat.*
20 *Probari quid per scripturam lege disponente, non extenditur ad alium casũ, vbi forte eadem ratio possit esse.*
21 *Testes deponentes se audiuisse ab vno,an & quando sufficiant. & nu.seq.*

CAP. XXXIII.

1 IAm literis. † Testes laici & mulieres possunt testificari cõtra clericum, quando agitur ciuiliter de crimine,& testimonium de auditu & fama non est sufficiẽs ꝓbatio. secunda est ibi,quia vero.tertia ibi,nos vt.quarta ibi,archipresbyterum.
2 † Primo nota ibi,tam literis,ꝙ literis delegatorum,de gestis corã se creditur,vel plene, vel saltẽ ad coadiuuandum alias probationes,& quando credatur plene & quando non. dic vt scripsimus in c.cum a nobis.supra eod.†Secundo nota,ꝙ probatio famæ non est sufficiens, etiam si concurrat cum ea testimonium
4 de auditu, de quo in c.veniens.supra eodem.† Tertio no.ꝙ non solum post publicationem testium, sed etiam post relationem superiori factam, vel etiam post conclusum in causa,secundum domi.Anto.possunt produci testes,quando non stetit per eum, qui noluit eos inducere,vt quia fuit iniuste expulsus, vt dicim⁹, ꝙ coactus litem contestari potest opponere exceptionem declinatoriam post litem contestatam secundum glo. no.in c.ex conquestione.supra de restitu.spolia.quam allegat hic dom.Anto

Tu autem aduerte, quia domi. Anto. hic clare ſentit in duobus
5 locis, † ꝙ tranſmiſſio actorum & relatio facta ſuperiori, habet
a vim concluſionis in cauſa, a quod eſt ſemper menti tenendum,
& videtur probari in l. cum a nobis. & quod ibi per Bald. C. de
dilat. Secundo debes aduertere, ꝙ dictum domi. Anto. poteſt
procedere duobus concurrentibus, ſicut etiam inferius ipſe vi-
detur intelligere, quo ad vnam ex iſtis qualitatibus. Primum
eſt, ꝙ concluſio in cauſa non ſit facta de voluntate partium: qa
ſi partes ſponte renunciaſſent iuribus & proteſtationibus, vide-
retur eſſe eis imputandum, & ꝙ non poſſent redire finita appel
latione ad producendum teſtes ſuper illo articulo, de quo in
tex. Secũdum, quod videtur requiri eſt, ꝙ pars fuit impedita im
pedimento iuris, ꝙ ſaltem prima facie creditur eſſe iuſtum, ſicut
hic erat impedita per appellationem aduerſarii. & idem ſi fuiſ-
ſet impedita, quia iudex detulit appellationem fruſtratorie, ad-
huc enim reſultaret impedimentum iuris, quia ſunt ligatę ma
nus iudicis poſt dilationem. ſecus ſi pars non potuit probare, qa
iudex ſimpliciter repulit eam: tunc enim cum potuerit appella-
re & non appellauit, eſt quid imputetur ſibi, vt in cap. cum dile
cti. ſupra de electio. & in l. ab eo. C. quomodo & quando iudex.
6 † Quarto no. ibi, excommunicantes, &c. † ꝙ iudex delegatus nõ
ſolum poteſt exercere iuriſdictionem in partes impedientes iu
riſdictionem ſuam, ſed etiam in terminos excommunicando ip
ſos, vt hic patet, de quo per Innocen. in cap. j. ſupra de offic. dele-
7 ga. ex quo arguit domi. Anto. † ꝙ deputatus ad recipiendos te-
ſtes duntaxat, poteſt excommunicare impedientes, de quo in
cap. ex literis. ſupra de offic. delega. & quam iuriſdictionem ha-
bet iſte talis, dic vt in c. ſuper quæſtionum. §. primo. eodem tit.
& in clemen. vnica, eodem titu. & in iſto caſu, quando turbatur
iuriſdictio iudicis eccleſiaſtici eſt vnus caſus, in quo talis iudex
exercet iuriſdictionem etiam contra laicos, licet econuerſo ca-
ſu iudex ſecularis non poſſet eã exercere in clericũ, vt traditur.
14. quæſtio. j. c. quanquam. & 11. quæſt. j. c. teſtimonium, ſecun-
dum Abb. Moder. hic. Et aduerte, quia illa duo iura non dicunt
ꝙ iudex laicus non poſſit punire clericum impedientem teſtes
produci coram ſe, ſed inducuntur in ſimili hoc modo, quia ſi-
cut iudex ſecularis non poteſt cogere clericum teſtificari corã
ſe, ita non poteſt punire clericum impedientem teſtes produci.
minus enim de directo impedit cognitionem iudicis clericus,
qui non vult teſtificari. pro hoc facit, quia etiam incidenter non
permittitur iudici laico iuriſdictio in clerico, vnde non poteſt
eum punire, ſi dicit falſum coram eo, vt plene traditur in capit.
8 verum. ſupra de foro competen. † Quinto notabis ibi, indicatis,
purgationem indici poſſe infamato non ſolum de delicto, ſed
etiam ſuper irregularitate perueniente ex defectu, ſiue delicto.
Ad idem tex. in cap. accedens. de purga. cano. nec requiritur in
tali purgatione ꝙ purget ſe per homines ſimilis dignitatis, ſed
ſufficit ꝙ purget ſe per homines bonæ famæ, vt probatur hic &
in cap. conſtitutus. & c. cum in iuuentute. de purga. cano. Sexto
9 nota ibi, a præſumptione, † ꝙ electus & confirmatus in epiſco-
pum, poteſt appellari prælatus, licet nondum ſit confirmatus
& conſecratus. ad idem tex. in cap. tua. infra de his, quæ fiunt a
prælato. quamuis ante conſecrationem non dicatur epiſcopus
vt traditur in cap. niſi. ſupra de auctoritate & vſu pallij. & no. in
ca. cum ex eo. de electio. lib. 6. Septimo nota ibi, ab officio, &c.
10 † ꝙ ſi principales perſonæ de capitulo ſcribunt literas ſub nomi
ne totius capituli, in ſcio capitulo, punientur tanquam falſarij.
11 † Sed quæritur, vtrum ſint ſuſpenſi ipſo iure, an vero ſint ſuſpen
dendi, & poſtea denunciandi? ſed contra hos multum facit tex.
ibi, denuncietis eſſe ſuſpenſos. per quem mandatur fieri denun
ciatio, præſupponendo ꝙ ſit iam facta, non quaſi ſit facienda, &
ſuppletur ad text. denuncietis eos eſſe ſuſpenſos, & poſtea ſu-
ſpendendos, eſt diuinare. vnde Ioan. de Imo. hic videtur hoc te-
nere, ꝙ hic infligatur pœna extraordinaria pro delicto, ſicut
imponitur teſti dicenti falſum coram iudice, vt traditur in l. nul
lum. C. de teſti. & declarabitur inferius in explanatione materię
ſummi Pontificis, mandando ꝙ ſuſpenſio denuncietur, & ſic
quodammodo committendo executionem ſententiæ ſuſpen-
ſionis, tacite videtur ſuſpendere per iſta verba. cum enim proce
datur imponendo hanc pœnam ſine proceſſu & figura iudicij,
poteſt iudex incipere ab executione, & committendo executio-
nem videtur pronunciare. nec habet locum tunc lex prima, C.
de execu. rei iudica. quæ dicit, quod iudex non poteſt incipere ab
executione. ita tradit Barto. in extrauaganti, ad reprimen. ſuper
12 ver. figura. † Vlterius nota ſuper eodem ver. ab officio, &c. ꝙ ſi-
cut ille, qui teſtificando coram iudice dicit falſum, poteſt ſine
nouo proceſſu puniri extra ordinem, vt l. nullum, præallega. &
plene in cap. primo, infra de crimine fal. & not. in l. 3. §. præte-
rea. ff. de ſuſpect. tuto. ita ille, qui per falſas literas atteſtatur fal-
ſum coram iudice, etiam ſi non atteſtetur in forma teſtis, ſed in
forma inſtructoris, ꝙ ſemper tene menti. & ſecundum hunc in-
tellectum non eſt neceſſe dicere, vt dicunt hic Docto. ꝙ hanc
pœnam potuit imponere Papa, qui non ligatur ad obſeruan-
tiam ordinis iuris, ſed alius iudex non poſſet, quia immo quili-
bet iudex poterit ratione præmiſſa, & hunc intellectum ſentiũt
hic Hoſtien. & Ioan. And. dum remittunt ſe ad not. in cap. 2. ſu-
13 pra de confeſſ. Vltimo nota ibi, donec noſtram, &c. † ꝙ quando
b ſuſpenſio b in aliquem fertur per hominem, nõ poteſt inferior
a ſuſpendente ſuſpenſum abſoluere, & idem in excommunica-
to, vt eſt caſus in cap. paſtoralis. §. primo, ſupra de offic. ordin. &
ita no. Ioan. And. in cap. ex frequentibus. infra de inſtitu. & Ar-
14 chidia. 17. diſtinctio. in ſumma, & dom. Abb. hic. † Sed relinqui
tur dubium, nunquid ſicut excommunicatus a canone poteſt
abſolui ab inferiore, niſi abſolutio ſit ſpecialiter prohibita, vt
in cap. nuper. infra de ſenten. excommunica. ita ſit ſuſpenſus a
canone, ſuper quo dixit glo. no. in clemen. j. de hæreti. in ver. ex-
communicationis. ꝙ aut aliquis ſuſpenditur ad certum tem-
pus, & tunc non poteſt inferior abſoluere ante illud tempus, qa
lex abſoluendo poſt certum tempus alio tempore videtur id
prohibere, vt in c. nonne. infra de præſumpt. & l. ſtatuliberum.
§. j. de lega. ſecundo. Aut canon imponit pœnam ſuſpenſionis
ſimpliciter, & tunc quilibet inferior poterit abſoluere, quia ex-
communicatio & ſuſpenſio æquiparantur, vt patet in capit. re-
prehenſibilis, & in cap. ad hæc quoniam. de appellatio. & c. ſta-
tutum. de ſenten. excommunic. in ſexto. niſi ſuſpendens reſer-
uauerit ſibi abſolutionem. ſed dom. Abb. Moder. hic referendo
rationes glo. in cap. cupientes §. cæterum. de elect. lib. 6. qui vi-
detur ſimpliciter tenere vt colligitur ex rationibus ſuis, ꝙ infe-
rior a ſuſpenſione canonis non poſſit abſoluere, videtur diſtin-
guere & melius iudicio meo, quod aut ſuſpenſio imponitur p
pœna delicti a canone, aut imponitur pro pœna contumaciæ.
ſi imponitur pro pœna delicti, non poſſit inferior iudex hanc
pœnam tollere, niſi ex cauſa, & prout traditur in c. at ſi clerici.
§. j. ſupra de iudic. & bene facit tex. in l. j. §. calumniatoribus. ff.
15 ad Turpillia. † & ꝙ poſſit imponi pœna ſuſpẽſionis pro delicto
non ſolum a canone, ſed ab homine, habes tex. ibi & in ca. cum
ſit. de exceſ. prælato. quæ iura non allegat domi. Abb in c. repre
henſibilis. infra de appellatio. vbi hoc tenet. Nec obſtat tex. in c.
nuper. quia ad illud reſponde, vt reſpondet glo in d. §. cęterum.
quam refert domi. Abb. hic. ſuſpenſio enim facta ſimpliciter,
videtur facta in perpetuum, ſecũdum eum, vt l. ſeruus. & quod
ibi no. C. de pœnis. Super quo vide quod traditur in l. fin. ff. eo.
& l. j. C. de poſtulan. aut ſuſpenſio fertur a canone propter con-
tumaciam: & tunc inferior poſſit abſoluere, vt eſt caſus in c. ex
literis. ſupra de conſtitu. & quod ibi no. In glo. poſita ſuper ver-
bo, auditu. ibi, ſit ergo teſtimonium de auditu ſuo, vel de audi-
tu auditus. Et quia cætera ſcripſimus plene in ca. cum cauſam.
infra eodem, ad quæ erat addendum: nunc ſolum tractandum
16 eſt, † nunquid in factis antiquiſſimis, excedentibus memoriam
hominum, ſufficiat probatio per auditum auditus, vel per au-
ditum viſus alterius? ſuper quo do. Anto. hic, & in c. licet ex qua
dam. infra eod. & per Inno. in c. quid per nouale. infra de verbo.
ſignific. tenent ꝙ ſic, quia eadem ratio eſt in omnibus caſibus,
in quibus agitur de probando rem antiquiſſimam, vt dictum
eſt, quæ eſt in probando memoriam extare vel gradus conſan-
guinitatis, vel affinitatis, qui poterant probari per auditum audi
tus, vt l. ſi arbiter. ff. de probatio. & l. 2. §. idem Labeo. ff. de aqua
plu. arcen. & 35. q. 6. c. de parentela, & in c. licet. infra eodem. &
cum ratio ſit ſcripta in l. quare admittitur iſta probatio in caſu
conſanguinitatis, vt patet in d. c. licet. in prin. videtur, cum mate
ria probationis ſit fauorabilis & non coaguſtanda, quod fieri
poſſit extenſio ad omnes alios caſus, in quibus eſt eadem ratio,
vt in c. cum dilecta. de confirmatione vtili vel inuti. & quod ple
ne traditur in clemen. j. de elect. & in l. ſi vero. §. de viro. ſolu. ma
trimo. per Moder. non enim ſumus in materia correctoria, ſed
exorbitanti, in qua fit facilius extenſio, vt patet ex his, quæ ſcri-
bit plene Bar. in l. ſi conſtante. in princ. ff. ſolu. matrimo. vbi re-
curras. ſed Hoſtien. & Ioan. Andr. in c. licet. & declarat ibi Abb.
17 Moder. idem tenens, qui videntur velle, † ꝙ teſtimonium de au
ditu non ſufficiat, niſi concurrant fama & alia adminicula. alle
gat tex. in c. præterea. ſupra eod. & in c. cauſam, quæ. ſupra titu.
proxi. & idem tenet ibi Io. de Imo. dicens, ꝙ cum illa probatio
ſit contra regulas iuris, non debet extendi extra caſus in iure ex-
preſſos per regulam, quæ a iure. de reg. iu. Confirmatur illa opi.
18 per glo. in c. cum a nobis. in fi. infra de præſcrip. quæ vult, † ꝙ ad
probandum

ADDITIONES.

a VIN. GOD. Nota, ꝙ concluſio quælibet potius attendenda eſt, quam ipſa narratio. Ruin. conſil. 127. nume. 4. lib. quinto. Et concluſum in cauſa dicitur per actum, ꝙ poſt concluſionem ſequi ſolet. Corne. conſil. 235. uidetur, litera S. lib. quarto.

b VIN. GOD. Suſpenſio quid ſit de eius effectu, & qualiter differat a depoſitione. Dec. in c. at ſi clerici. colum. 4. quinto notabili. de iudi. Et ſuſpenſio temporis de medio tollitur, ſi conditio eſt omnino extitura in hæredis inſtitutione. Rui. conſ. 17. nu. 17. lib. 2.

probandum præscriptionem centenariam contra ecclesiã Romanam non sufficit probatio per auditum, quæ glo. videtur ꝓbari in c. si diligenti. in fi. eo. tit. vbi summus Pontifex dicit, ꝙ sit difficilis probatio, ꝙ non esset si posset fieri per auditum. Posset tamen exponi aliter ille tex. ꝙ ideo non credit eum posse probari non quia probatio esset difficilis, sed quia credebat vere tantum temporis non esse lapsum. Secundo pro illa conclusione facit optime tex. quem reputo valde no. in ista materia in c. tua
19 nos. infra de consangui. & affini. vbi text. dicit not. † ꝙ quia testimonium de auditu auditus minus est validum, facultas probandi totaliter non est in vnum relaxãda, & sic videtur ꝙ in tali modo probandi facienda sit stricta interpretatio. Tertio hoc confirmatur per tex. no. & quod ibi per Bald. in l. fi. C. de fide instru. &
20 iure hastæ fiscal. lib. 10. † vbi probatur, ꝙ dispositio. l. quæ vult aliquo casu probari per scripturam, non extenditur ad alium casum, in quo forte possit esse eadem ratio. ideo dixit Bald. in l. testium. in 2. col. C. de testi. ꝙ licet solutio debeat probari per scripturam, quando debitum fuit contractum in scriptis de voluntate partium, non tamen debet probari per scripturam, quãdo debitum requirit scripturam ex dispositione legis, vt est in multis casibus, de quibus in c. j. de censi. lib. 6. in glo. & licet Ricard. de Sali. & Saly. ibi defendentes eum, teneant oppositum, prima tamen opin. Bal. videtur verior per rationes & iura supra allegata. & licet ista prima facie satis vrgeant pro opin. Moder. in d. c. licet. alia tamen opi. videtur communiter approbata, prout traditur in d. §. idem Labeo. per Barto. & per Cy. in l. testium. C. de testi. Præterea si admittebatur illa probatio in dissoluendo matrimonium ratione supradicta, ꝙ est res fauorabilis & magni præiudicij, vt in c. tua. infra de consangui. & affini. absurdum videtur esse, ꝙ non admittatur eadem probatio in causis minus fauorabilibus & minoris præiudicij. vnde ex regula supra posita in l. videlicet. in d. c. licet ex quadã. magis videtur esse de mente iurium, ꝙ admittatur illa probatio. Non obstat tex. in c. præterea. supra eodem, quia ibi non loquitur de probatione facti antiquissimi, quod no. nec de proba. de auditu auditus, sed de probatione auditus proprij, quæ fit non de facto principali, de quo agitur: sed de aliquo facto ei cohærẽti, & minus in illo casu cessat ratio, vel saltem non est eadem ratio, quæ est in his, quæ excedunt memoriam hominum, videlicet impossibilitas, vel maxima difficultas aliter probandi. Non obstat text. in c. cum causam. quia illa, quæ ponuntur ibi copulatiue, nõ requiruntur simul: immo aliqua ipsorum sufficerent de per se, vt ibi fuit de-
a claratum. Præterea ibi non fit mentio de testimonio auditus a specialiter. Non obstat glo. in d. c. cum nobis. quia vel potest dici, ꝙ est falsa, vel ꝙ est speciale priuilegium ecclesiæ Romanæ. Ad tex. in cap. tua. qui magis vrget, potest dici, ꝙ licet illa probatio de sui natura non sit nimis relaxanda, non tamen prohibetur quin fiat extensio, vbi esset maior ratio & scripta in l. vel saltem omnimoda ratio, vt in glo. dicti c. primi, de tempo. ordin. lib. 6. Ad tex. in l. 3. præallegata, potest dici, vel ꝙ ibi non est eadem ratio in probando contractus initos cum fisco, quæ in probando solutionem factam fisco per debitorem suum redactũ in numero debitorum fisci, quia quanto certius ius ex illa relatione erat quæsitum fisco, tanto maior cautela in solutione de-
21 buit adhiberi. vel dic, ꝙ ibi ratio non erat expressa in l. † Sed quæritur pro intellectu huius articuli, nunquid si testes deponunt se audiuisse ab vno sufficiat. super quo glo. not. in l. si arbiter. ff. de probatio. videtur dixisse, ꝙ sic, contra quam videtur casus in c. licet ex quadam. infra eodem. vbi contrarium tenent Docto. & contrarium sentit Ioan. de Imo. in l. 2. §. idem Labeo. ff. de aqua plu. arcen. licet non bene se firmet, quia remittit se ad alibi no. Potest tamen saluari prædicta gl. in casu illius l. si arbiter. ipse testis habet probare solum memoriam operis extare: quia licet duo testes audierint ab vno opus fuisse factum, est tamen verum, quia memoria extat apud ipsos. vnde videtur satisfactum iuri. propterea dicit no. in l. 2. C. quæ sit lon. consuet.
22 & refert Anto. & sequitur in d. c. licet ex quadam. † ꝙ quando testes habent probare memoriam extare, sufficit ꝙ ex duobus testibus vnus dicat se audiuisse ab vno, & alter ab altero: & tamen per istos duos non probatur plene nedum ꝙ audiuerũt a duobus, sed nec ab vno. secus est, dicunt ipsi, quando alius ex istis certificaret de auditu, quia tunc duo testes debent deponere se audiuisse a duobus & ab eisdem, de quo dic vt ibi plene per eos. & an testis possit testificari de visu, vel auditu alterius, idest ꝙ talis vidit, vel audiuit fieri, & similia, vide Bal. eleganter in c. j. in fi. de contentione inter domi. & vasal. de inuesti. &c. dic vt dicemus in c. cum causam.

ADDITIO.

a VIN. GOD. Nota, ꝙ testimonium nullum dicitur, quando de auditu auditus fertur. Rui. cons. 141. nu. 1. li 4. licet testes de auditu in antiquis plene probent dominium. Rui. cons. 14. nu. 8. lib. 4. alias non probant. idem cons. 173. nu. 8, co. lib.

SVMMARIVM.

1 *Testes lite contestata recipiuntur contra contumacem in causa status.*
2 *Ecclesiæ persona particularis, an pro pluribus ecclesiis, & nomine proprio, vel ecclesiæ, agere possit.*
3 *Locus tutus sufficit, quòd sit procuratori, licet non domino, vt dominus principaliter citetur ad comparendum per procuratorem.*
4 *Comparere per procuratorem in arduis causis, an quis comparere vel agere compellatur.*
5 *Lis an contestanda sit in præsentia vtriusque partis, cum de ecclesiæ statu agitur.*
6 *Testes regulariter de necessitate extra prouinciam, de qua sunt, non coguntur ire.*
7 *Iudex, cui instructio processus, & non diffinitio committitur, an cum remittit processum ad superiorem, ad sententiam audiendam coram superiore, possit partes citare.*
8 *Citata pars ad procedendum, licet fuerit contumax, an denuo citanda sit ad sententiam audiendam.*
9 *Citatio ad sententiam audiendam, an censeatur peremptoria, si non dicatur.*
10 *Ecclesiæ rerum male alienatarum reuocatio, an indistincte fieri possit per quẽlibet de ecclesia, ac si res ecclesiæ vi occupatæ sint.*
11 *Ecclesiæ aliquis si agit nomine ecclesiæ ea sciente & patiente, an videatur ex hoc sibi mandatum dari.*
12 *Prælatus & capitulum, an non data negligentia eorum quilibet de ecclesia agere possit. Et quid de alienatione existente negligente in re recuperanda. & nu. 13.*
14 *Episcopus si quid in iuris ecclesiæ detrimentum faciat, capitulum incontinenti illud reuocare potest, & corrigere. nu. 21.*
15 *Præscriptio contra ecclesiam, non currit durante prælato, qui nulliter rem ecclesiæ alienauit.*
16 *Canonum dispositio, an contra inuasorem rei ecclesiasticæ locum habeat.*
17 *Ecclesiæ rerum male alienatarum si cui committitur reuocatio, an possit ponere manum ad alienata per ecclesiam, in quibus ipsa non habet ius possessionis.*
18 *Absente spoliato sua possessione quilibet admittitur ad agendum sine mandato.*
19 *Ecclesiasticus quilibet, an ad agendum admittatur sine mandato pro iuribus ecclesiæ, volens pro ea agere.*
20 *Episcopi & capituli data negligentia, an quilibet de ecclesia sine mandato agere possit.*
22 *Eleemosina pauperum relicta, videtur ad honorem ciuitatis, & fauorem publicum relicta.*
23 *Episcopus & capitulum, quando dicantur negligentes.*
24 *Puniatur si quis propter non factum, in pœnam incidit, si non facit quam primum potest.*
25 *Iudex, quòd ex officio lege præcipiente inquirere teneatur, quomodo intelligatur.*
26 *Negligentiam superioris ad conuincendam, quot monitiones requirantur.*
27 *Monitio trina requiritur ad hoc, vt vassallus adire possit superiorem domini sui, propter iustitiam denegatam.*
28 *Agitur cum contra subditum, æque principaliter interest in casu subditi, sicut domini.*
29 *Ecclesiasticus quilibet agens pro ecclesia, an nomine ecclesiæ, an proprio agere debeat.*
30 *Ecclesiæ rem male alienatam reuocans, procuratorem ante lit. contest. constituere potest.*
31 *Pater agens pro rebus aduentitijs filij, nomine cuius agere debeat.*

CAP. XXXIIII.

1 Vm olim. † In causa liberali, siue in causa
2 status ecclesiæ contra contumacem recipiuntur testes lite contestata, & fertur diffinitiua. secunda est ibi, mandamus, &c. † No. primo ibi Archid. &c. ꝙ vna persona particularis de ecclesia potest agere pro pluribus ecclesiis. Vtrum autem possit agere nomine proprio, vel nomine ecclesiæ, dicetur tibi plene in glo. quia est
3 solennis articulus. † Secundo no. simpliciter, secundum Docto. ꝙ sufficit ꝙ locus sit tutus procuratori, licet non sit tutus domino, vt ipse dominus principaliter citatus citetur ad comparendum per procuratorem. & sic pondera text. dum dicit, partibus si poterit fieri vel procuratoribus earum, &c. quia iste tex. videt velle ꝙ tunc sufficiat locum esse tutum procuratori, quando principalis locus tutus commode dari non potest, alias videtur quod debeat locus esse tutus respectu partis. & isto modo possunt concordari opin. Hostien. & Inn. in c. ex parte. j. de appella.
4 vt ibi diximus. & erit hic casus scilicet secundum Hostien. † ꝙ licet in causis arduis quis non compellatur comparere per procuratorem, vel agere, vt traditur in c. querelam. supra de procura. hoc est verum, nisi ipse qui agit, vel qui se defendit, nõ possit comparere in loco, quia locus non sit tutus, posset tamen saluari notabile collectum per Docto. quia tex. iste videtur ponere ista duo alternatiue, quòd partes ipsæ compareant per se, vel per procuratorem, & quod sufficit locum esse tutũ procurato-

ri:ſed hoc non videtur de mente literæ propter verbum, ſi potest fieri, poſitum in principio. ex quo videtur innui, quod partes debeant habere locum tutum ad tempus ſi eis dari poteſt.

a Nec eſt nouum, ꝙ alternatiua [a] poſita inter duo aliquando intelligatur ſecundum ordinem, vt ſi primum fieri nō poteſt, fiat ſecundum, vt traditur in c.cum plures.de offi.deleg.lib.6. & in

5 l.hæredes mei.§.peto.ff.ad Trebel.per Bar.† Tertio no.ibi,& lite,&c.ſecundum Doctores, quod cum agitur de ſtatu eccleſię, conteſtanda eſt lis data in præſentia vtriuſque partis, ſecus altera parte abſente, vt patet in text.ſecundum eos. ſed hoc videtur expreſſe contra tex.in ver.verum. vbi iſta ponuntur paria, nolle comparere,& ſic non eſſe præſentem, aut nolle litem conteſtari, etiam ſi ſit præſens. ex quo verbo, vltra Docto.colligo tibi duo ſingularia & pulchra.primum ꝙ quando reus eſt præſens, & non vult litem conteſtari, poteſt procedi contra ipſum, tanq̃ contra contumacem, ſicut ſi eſſet citatus & non comparuiſſet. Vnde hic probatur concluſio, quæ ponitur per Bar.& Doct.in l.conſentaneum.C.quomodo & quando iudex. vbi videas plene.Secundum eſt, ꝙ iudex non poteſt cogere partem litem conteſtari, vel ſaltem hoc probatur ꝙ non poteſt habere litem pro conteſtata,quia iſta duo æquiparantur hic, non comparere, & nolle litem conteſtari. & de materia. vide ꝙ traditur in c. quo-

6 niam frequenter.§.porro.ſupra vt li.non conte. † Quarto nota ibi in Anglia, &c. ꝙ teſtes de neceſſitate non coguntur venire extra prouinciam,de qua ſunt.de quo vide in c.cum cauſa.j.eo. & in c.ſtatutum.§.fi.de reſcrip.lib.6.& in authen.apud eloquētiſſimum,de fide inſtru.& in Spec.de teſte.§.nunc tractādum,

7 poſt principium.† Quinto no.ibi,ſtatuentes,ſecundum d.Ant. ꝙ iudex, cui committitur inſtructio proceſſus & non diffinitio, poteſt cum remittit proceſſum ad ſuperiorem citare partes ad audiendum ſententiam coram ſuperiore. ſed d.Abb. dicit hic, ꝙ hoc non probatur in iſto tex. quia iſtud fuit hic commiſſum expreſſe iudicibus,& verum dicit.& allegat ad hoc Inn.in c.fi.j. de accu. Tu vide tex.not.cum glo.ſuper verbo,remiſiſſent.in c. cum Bertoldus.in prin.vbi hæc probātur, ſecundum induc-

8 nem glo.de ſententia & re iudicata.† Sexto no.ꝙ licet pars fuerit citata ad procedendum & fuerit contumax,debet tamen de nouo citari ad ſententiam diffinitiuam, quod procedit ſine dubio, quando pars fuiſſet citata ſimpliciter ad procedendum in cauſa, vel ad omnes & ſingulos actus proceſſus, & maxime ſi diceretur vſque ad ſententiam incluſiue. & tunc eſſet dubitatio, vtrum iſta citatio valeret,de qua vide pleniſſime per Doct.in c. conſuluit.s.de offi.deleg.& quod no.Spec.in tit.de citatione.§.

9 viſo.ver. item licet ſententia. † Vltimo no.ꝙ citatio, quæ fit ad ſententiam audiendam,non cenſetur eſſe peremptoria,niſi hoc dicatur.ad idem tex.24.q.4.c.de illicita.& plene in d.c.cōſuluit. s.allega.in glo.2.poſita ſuper verbo, per exceptionem. ibi, ſed non eſt verum in hoc caſu.pro declaratione huius elegantis ſolutionis & eorum, quæ perfecte & ſubtiliter ſcribit hic do. Ant. videnda ſunt pro nunc tria.Primum eſt,nunquid reuocatio rerum eccleſiæ male alienatarum poſſit fieri indiſtincte p quemlibet de eccleſia ac ſi res eccleſiæ ſit occupata violenter. Secundo,vtrum pro iuribus eccleſiæ indiſtincte admittatur quilibet de eccleſia ad agendum ſine mandato extra primum caſum. s. poſitum. Tertio, quia Doct. concedunt in hoc ſecundo caſu, ꝙ quilibet de eccleſia poteſt agere data negligentia epiſcopi & capituli,quando dicatur epiſcopus & capitulum eſſe negligēs, &

10 eſt quæſtio cæteris elegantior.† Super primo articulo Doct. hic ſimpliciter dicunt,ꝙ quilibet de eccleſia admittitur ad reuocādum rem eccleſiæ male alienatam,etiam ſi non detur negligentia epiſcopi & capituli,vt tenet hic expreſſe do.Abb.Moder. qa cum tex.12.q.2.c.non liceat.& in c.ſi quis presbyterorum. j. de re.eccle.non alie.ſimpliciter hoc permittant indiſtincte permittetur.quinimmo, vt tenet ibi Philippus & communiter Doct. non ſolum quilibet de eccleſia admittitur, ſed quælibet eccleſiaſtica perſona.iſta concluſio probatur no.de iure ciuili,in Authen.de non alie.§.hæc nobis.quem tex.adducit glo.in c.venerabili.s.de offi.deleg. vbi omnino videas.ſed dom.Ant.& Doc. in d.c.ſi quis presbyterorum,licet non ita clare,in effectu videntur diſtinguere,quod aut res eccleſiæ alienata non fuit alienata in damnum eccleſiæ, ſed forte non ſeruata ſolēnitate legitima. quo caſu etiam alienatio eſt nulla,vt plene traditur in c.1. ſupra de reſti.in integ.& per Moder.in c.fraternitatem.infra de dona. & in c.2.infra de rebus eccle.non alie.in 6. & tunc contradicente prælato.& ſi eccleſia non contradicat,dummodo non cōſentiat, adhuc non poſſit fieri iſta vendicatio, quia contractus iſto

b caſu non eſt nullus,niſi eccleſia [b] velit eum improbare. vel ſaltem ſi eſt nullus,poteſt ratificari ab eccleſia ad vtilitatem ipſius, ſecundum gl.no.quam ibi approbant Docto.in c.j. j.ne ſede vacante.allegat tex.12. q.2. ſi qua de rebus. vnde ne auferatur illa facultas eligendi eccleſiæ ex facto tertij, non debet admitti tertius iſto caſu ad agendum,quia eccleſia nondum declarauit velle vti nullitate contractus.pro his facit optime text.cum gloſ.in l.his conſequenter.§.j.ff.fami.er.& quod no.Bart.in l.2.in fi.ff.

11 de excep.rei iudi.† Vtrum autem hoc caſu, ſi vnus de eccleſia ageret nomine eccleſiæ, ipſa ſciente & patiente, ex hoc videretur dari ſibi mandatum.hoc pendet a quæſtione,quam ponit Innocen.& Doct.in c.ex parte decani.s.de reſcript.& in c.cum in iure.de offi.deleg.& in c.quamuis.s.de re iudi. aut res fuit alienata in damnum eccleſiæ,& tunc dom.Ant.hic dicit,ꝙ ſiue eccleſia non contradicat,ſed taceat, ſiue etiam expreſſe contradicat, quia non poteſt eccleſiaſticus prælatus ratificare contractum factum in damnum eccleſiæ,poterit agere quilibet de eccleſia, arg.c.j.de his quæ fiunt a maio.parte cap. quod dictum intelligit do.Abb.ibi,quando prælatus cum cap.cōtradiceret,nec vellet ipſe agere, nam ſi vellet agere, videtur eſſe præferendus per ea,quæ habentur in c.cum deputati.s.de iud.& inferius hic plene tangunt Docto.Tu autem aduerte,quia tex. in d.cap. ſi quis presbyterorum. prima facie multum repugnat huic opinioni, licet eam videatur approbare glo.no.16.q.3.c.ſi ſacerdotes.quę ſentit,ꝙ quilibet de eccleſia poſſit reuocare rem alienatam etiā

12 contradicente prælato,& in hoc reprehendendo Doct.† Sed relinquitur dubium,quid ſi prælatus & capitulum non contradicit, vtrum non data negligentia prelati & capituli poſſit agere quilibet de eccleſia.& tenent communiter Docto. quod ſic, vt dixi.contra quos videtur tex. in d.c.ſiquis presbyterorū. in verbo,ꝙ ſi minores.dum dicit, remedium ablatum, ꝙ ſi neglexerint,&c.iuncto ver.ſed etiam liceat.ex quibus videtur inferri, ꝙ

13 † ſi alienator eſt negligens in recuperādo rem, euacuatur inſtrumentum factum ſuper alienatione, & etiam permittitur cuicūque perſonæ vendicare,&c.& ſic cum ibi ponatur dictio implicatiua etiam, [c] ſi illa dictio implicatiua implicat ad proxima,id. eſt ad cautelam annullationis actus, tantum eſt dicere ac ſi diceret,& vltra dictam pœnam quilibet poſſit vēdicare. vnde ſi nō videretur loqui, niſi in caſu, in quo pœna illa imponitur, ideſt poſt negligentiam alienationis.ſed tamen poteſt ſuſtineri communis ſententia, vt illa dictio, etiam, & ille verſiculus non referatur ad proxima,ſed ad verſiculum præcedētem, niſi forte alienatio, &c. quaſi dicat, non ſolum qui alienauit poteſt reuocare,ſed etiam quilibet & alius.pro hoc facit optime tex.in c.dilecti.ſupra de maio.& obed. † vbi patet,ꝙ ſi epiſcopus facit aliqd

14 in detrimentum iuris eccleſiæ, capitulum incontinenti poteſt illud reuocare ſine epiſcopo,quia licet epiſcopus poſſit ipſe cōtrauenire,non tamen eſt veriſimile quod veniat contra factum ſuum.& ex iſta vehementi præſumptione inducitur canon. 16.

15 q.3.c.ſi ſacerdotes.& no.gl.& Doct.in c.2.j.de præſcrip.† ꝙ durante prelato,qui nulliter alienauit rem eccleſiæ non currit preſcriptio contra eccleſiam, quia lex præſumit ꝙ ſit negligens in recuperando, ne veniat contra factum ſuum. vnde quia prelatus eſt in negligentia præſumpta, poterit incontinenti quilibet agere de eccleſia. Pro illa concluſione facit optime text. in Authen.de non alien.§.hęc verbis. vbi ſimpliciter permittitur poſt alienationem reuocatio a quocunque,nec ibi fit mentio de ne

16 gligentia alienantis.† Sed quæritur,nunquid diſpoſitio canonū habeat locum contra inuaſorem rei eccleſiaſticæ. ſuper quo dixit ſimpliciter Spec.in titu.de reſcript.præſentatione. §. ratione formæ. ver. item ꝙ in reſcripto. ꝙ habet locum, quia ſatis dicit alienatum, ꝙ eſt inuaſum. hanc ſententiam ſecutus eſt Lapus concluſione ſua 52.& do.Anto.hic communiter,& Moder.per ea,quę tradunt no.Innocen.& Doct.poſt eum in c.epiſcopi.de

17 rebus eccle.non alie.infra. vbi dixit Innoc.notanter,† ꝙ ſi committitur alicui ꝙ debeat reuocare male alienata in preiudiciū eccleſiæ, poteſt talis delegatus ponere manum ad alienata per eccleſiam, in quibus eccleſia non habet ius poſſeſſionis, & etiā ad ea, quæ fuerunt violenter ablata ab eccleſia, quia largo modo hoc poteſt dici alienatum. Primum dictum approbat Bald. no.in l.iubemus.in princip.in vlt.q. C. de ſacroſanct.eccle. pro quo allegat text.in l.magis puto.§.j.ff.de rebus eorum.pro quo eſt caſus,ſecundum Bar.ibi,in l.ſi minoris. C.de iure fiſci.lib.10. Secundum dictum, licet poſſit ſuſtineri in commiſſioue & delegatione,quia agitur in ea de modico preiudicio, in caſu tamē noſtro nō videtur verum, quia qñ res eccleſię fuit occupata de facto, ceſſat rō in eo propter q̃ permittitur in rem male alienatam

ADDITIONES.

a VIN. GOD. Conſiderandum eſt, ꝙ quando alternatiua eſt poſita inter genus & ſpecies,reſoluitur in coniunctam.Rui.conſ.110.num.j.lib.4. Quando autem eſt poſita inter filios & filias,non reſoluitur in coniunctam.conſ.158. num.1.lib.2.

[b VIN. GOD. Adde,ꝙ eccleſia de iure ſpeciali contra præſumptionem reſtituitur ſaltem ex iure ſpeciali,& capite ignorantiæ. Ruin. conſil.103.nu.18. lib.5. Et poteſt agere contra prælatum præſcriptionem patientem ex negligentia,Rui.conſ.27.nu.5.lib.2.

c VIN. GOD. De iſta dictione,etiam,quod poſſit ſtare augumentatiue,dicit Rui.conſ.53.nu.19.lib.2.& inducit repetitionem præcedētis qualitatis.Rui. conſ.84.nu.4.lib.1.

tam cuicunque agere. videtur enim esse ratio, quia non est verisimile vt dixi, ꝙ ille qui alienauit, velit ipse contra factum suũ venire, vt colligitur in c. si sacerdotes. supra allega. in text. & per glo. in c. is qui. infra de præscrip. quæ non cessat, quando sine voluntate rectoris res esset inuasa, tamen ad maius non est eadem ratio, ergo in materia exorbitanti & contra regulas iuris, non debet fieri extensio, vt l. lege Iulia. §. hoc caput. ff. de ritu nup cum multis aliis. & maxime, quia in materia exorbitanti verbũ alienatio, non solet capi ita large, vt traditur in l. fin. C. de rebus alie. non alienan. videretur autem posse sustineri illa opinio potius per text. not. secundum lecturam communiter approbatam in
18 l. j. C. si per vim, vel alio modo. vbi probatur, † ꝙ quando absens fuit spoliatus possessione sua, quilibet admittitur ad agendum pro ipso sine mandato. ergo idem videtur dicẽdum in ecclesia, quia cum ecclesia æquiparetur minori & pupillo, vt in c. auditis, & in c. j. supra de restitu. in integr. non videtur deberi minor fauor minori, & ecclesiæ, quam absẽti, cuius possessio aufertur. vnde dixit glo. quam reputo singularem, in l. necnon. §. primo. ff. ex quibus cau. maio. ꝙ ista regula negatiua est vera, in quibus casibus denegatur restitutio minori, multo fortius absenti: & sic patet, ꝙ fauorabilior est persona minoris quam absentis regula riter. & credo communem sententiam hac ratione, posse defendi, nisi dicam ꝙ illa æquiparatio minoris & ecclesiæ ad absentem procederet, quando ecclesia non haberet rectorẽ, sicut absens ibi carebat legitimo defensore, & hoc casu posset esse vera opinio communis. sed quando ecclesia & pupillus habent rectorem, non videtur esse eadem ratio. & ideo de subtilitate iu-
19 ris non tenerem illam sententiam. † Circa secundum articulum principale, quo quæritur, vtrum in aliis casibus ad casum præmissum admittatur quilibet de ecclesia, volens agere pro ecclesia. ponenda est regula negatiua, ꝙ regulariter non admittitur sine mandato, vt in c. coram dilecto. supra de offic. delega. & in c. causam, quæ. supra de iudic. & est casus optimus de iure ciuili in l. sicut. in fi. per locum a speciali. ff. ꝙ cuiusque vniuersi. nomine. Defendere autem potest quilibet extraneus vel vniuersitatem seu ecclesiam ad instar priuati de vniuersitate, est casus not. & ibi per Docto. in l. j. in fi. in verbo, extraneus. ff. ꝙ cuiusq; vniuersi. nomine. De ecclesia est tex. & ibi per glo. in ca ex parte Astensis. infra de concess. præben. & traditur in glo. in c. j. supra
20 de procur. † Sed reuocatur in dubium, nunquid data negligentia episcopi & capituli, quilibet de ecclesia possit agere sine mãdato pro ecclesia. super quo communis est opinio, quam approbant communiter Doct. Moder. ꝙ possit data negligentia, vt supra. primo per istum tex. secundo per tex. no. quem allegat do. Abb. ad hoc, in c. dilecti. supra de maiorit. & obed. vbi text. dicit,
21 † ꝙ si episcopus fecit aliquid in damnum ecclesiæ, capitulum appellando potest corrigere factum episcopi & agere solum. &
a idem dicit ibi Innoc. si episcopus sit negligens a in aliquo. & licet ille tex. non loquatur de singulis de capitulo, sed de ipsa vniuersitate: eadem tamen ratio videtur esse, si totum capitulũ sit negligens vna cum prælato. Sed hoc non videtur bene dictum, cum reuerentia, quia secũdum hoc sequeretur, ꝙ in casibus in quibus ex negligentia prælati trãsferret potestas a cap. iuxta c. 2. infra de concess. præben. tunc si omnes de capitulo essent negligentes præter vnum, ad illum solum pertineret prouisio, ꝙ nõ admitteretur in casu illius capituli. non est enim tanta coniunctio inter prælatum & vnum de vniuersitate, sicut inter prælatum, &c. ꝙ æquiparatur corpori respectu capitis, vt traditur in c. nouit, infra de his, quæ fiunt a prælato. Tertio allegat Abbas, quia prosecutio iuris ecclesiarum videtur respicere vtilitatem publicam, quia ius publicum. & sic videtur ꝙ quilibet possit agere. Præterea dicit ipse, ex negligentia episcopi & capituli ius vniuersitatis videtur remanere penes vnum, qui non fuit negligens, iuxta no. in c. bonæ. & in c. quia propter, de electio. de quo vide melius in c. gratum. de postula. prælato. sed illa iura non loquuntur in negligente, sed in cap. aliter delinquẽte, vel priuato potestate faciendi sibi conuenientia. ꝙ autem ex sua negligentia priuetur episcopus, & capitulum, ita ꝙ eorum potestas trãsferatur ad vnum, licet non est adhuc probatum. Sed pro ista cõclusione videtur casus in Authentico de ecclesiasticis titu. §. fin autem hæres. vbi probatur eleganter, ꝙ si episcopus est negligens petere relicta pauperibus vel captiuis, quilibet absolute potest agere in fauorem pauperum & piæ causæ, & illum tex. ita intelligit Bar. notanter in l. ne quicquam. §. fin. ff. de offic. procon. & lega. Pro ista conclusione facit optime tex. & quod ibi ponit
22 Bal. in l. ciuitatibus. in prin. ff. de leg. j. vbi probatur, † ꝙ elemosina pauperum relicta, videtur relicta ad honorem ciuitatis, & fauorem publicum. vnde infert ibi Bal. ꝙ sindicus reipublicæ potest illã petere. Nec dicas ꝙ text. in corpore loquatur de relicto facto pauperibus & captiuis: quia ratio scripta in corpore, est generalior, scilicet respectu piæ causæ. & quicquid statuitur in ea pia causa, vbi est eadem ratio, extenditur ad aliam, secũdum glo. in l. fin. C. de sacrosanc. eccl. & ibi per Doct. & no. in l. illud. C. eod. tit. videtur autem probari ex prædicto tex. quod non solum aliquis de ecclesia admittitur sine mandato, sed etiam quilibet, licet ius canonicum primo casu præmisso videatur se restringere ad personam ecclesiasticam. Sed non obstat, quia ibi loquitur quod conceditur potestas ante negligentiam prælati & capituli. & licet text. allegatus in corpore videatur loqui de relicto facto pauperibus, vel pro captiuis, ratio tamen assignata in tex. est generalis fauor, scilicet piæ causæ. ideo ratio magis, quam dictum debet attẽdi. Præterea de vna pia causa ad aliam fit extensio, vbi subest eadem ratio, secundum glo. in l. fin. C. de sacrosanc. eccle. posset tamen dici, secundum communem opinionem, ꝙ quamuis ille text. in corpore permittat agere omnibus indistincte, debeant tamen restringi ad illos, qui sunt de ecclesia in casu, in quo ageretur, non pro pauperibus, sed pro ecclesia, quia licet hoc sit statutum in fauorem ecclesiæ, quia tamen non est merum priuilegium, sed aliqualiter obligat ecclesiam, videlicet inquantum factum istius agentis præiudicaret ecclesiæ. vnde non videtur talis dispositio seruanda in foro canonico, nisi quatenus reperitur de iure canonico approbata per ea, quę habentur in cap. quod clericis. supra de foro competen.
23 & in cap. ecclesia sanctæ Mariæ, de constitutio. † Sed quæritur incontinenti pro declaratione præmissorum, quando dicatur episcopus & capitulum esse negligens. super quo dixit hic Innocen. quòd in hoc videndo, quando isti dicantur negligentes, erit adhibenda per superiorem summaria cognitio. & videtur sentire, quod non requiratur monitio ad inducendum negligẽtiam. & hoc tenet Lapus clarius allega. 52. & dominus Anto. & Moder. hic dicentes, quòd episcopus & capitulum dicuntur in negligentia, si quam primum potuerunt, non sunt prosecuti iura ecclesiæ. Nec possunt allegare ignorantiam, secundum Lapum, quia cum episcopus & capitulum tenentur scire iura ecclesiæ, non præsumitur ignorantia in talibus, vel si est ignorantia, est culpabilis, vt in cap. innotuit. supra de electio. & traditur in regula, ignorantia. de regu. iur. lib. sexto. sed contra istos multum facit, quia delictum negligentiæ regulariter non incurritur, nisi monitione præmissa, vt tradit Innocen. in cap. extirpandæ. de præb. nisi forte esset apposita dies ad aliquid faciendum, tunc enim dies interpellat pro homine. ita distinguit not. Ioan. And. in cap. licet canon. de elect. lib. 6. in nouella. & sequuntur ibi Moder. vnde videtur ꝙ illa dicta, hic non procedunt. sed potest responderi, vt respondet domi. Abb. in d. c. extirpandæ. ꝙ illa dicta Innoc. non sunt vera, & contra glo. ordi. in l. j. C. de his, quibus vt indi. quæ videtur probari in l. 2. §. confestim. ff. ad Tertul. & eam ibi sequit Bal. reprehendendo illa dicta Inno. in d. c extirpãdæ. idem videtur sensisse Bar. in l. in cognitione. in prin.
24 ff. ad Sylle. † vbi vult, ꝙ ille qui punitur propter non factum, incidit in pœnam, si non facit quam primum potest, per quæ dicta domi. Abb. repræhendit Inno. in d. c. licet canon. Sed pro doctrina Inno multa faciunt iura, videlicet tex. in c. extirpandæ. de cleri. non resi. & in c. cum in cunctis. § inferiora. s̃ de elec. & in l. i. §. magistratibus. de magi. cõue. ff. quæ est no. ad hoc. & quod
25 ibi per Bal. per quem tex. dicit Bal. solẽniter, † ꝙ licet iudex ex officio teneatur inquirere lege præcipiente & sub pœna, nihilominus intelligitur si sibi delictum sit denunciatũ, alias possit ignorare. Nec est verum ꝙ semper prælatus & capitulum præsumãtur scire iura ecclesiæ ex hoc solo, quia tenentur illa scire & in-
b uestigare, quia secundum hoc sequeretur, ꝙ prælatus b qui successit prelato habenti malam fidem, & similiter illi de capitulo, q̃ successerunt prioribus de capitulo illis remotis nunquã haberent bonam fidem in præscribendo, sicut dicimus de illo, q̃ erat in iure communi. l. si fur. §. j. ff. de vsucapio. quæ iura nõ sunt vera, vt patet in c. cura. de iure patro. & per Bar. in l. potest quis. in fi. ff. de vsucapio. Præterea, secundum hoc non excusaretur iudex, qui deberet inquirere super certo genere maleficiorum, contra tex. in d. §. magistratibus. Non obst. tex. in d. c. innotuit. quia fateor ꝙ ille, qui gerit actum cum aliquo, præsumitur scire qualitatem & conditionem illius, vt est casus no. quem ibi ponderat Bar. in l. si patroni. ff. de confir. tuto. vel saltem debet scire ita, quòd est in lata culpa, si se non informat, per l. qui cum alio. ff. de regu. iur. Sed non est ita in eo, qui nullum gerit actũ, sed ex hoc solo obligatur, quia sibi committitur administratio, vel officium inquirendi super certo genere rerum, vel sup certo patrimonio. hoc enim casu excusatur ignorantia, si procedat a facto alieno. & licet non possit negari ꝙ administrator est in aliqua culpa, non tũ erit in culpa lata, vel in tali q̃ ꝓsideratur ad propositum. i. quo ad transferendũ pr̃ãtem agendi in alium, vt

patet

ADDITIONES.

a VIN. GOD. Nota ꝙ episcopus q̃ i per l.am negligentiam fuit in mora petendi consecrationem possit fructus aliorum beneficiorum suorum facere, Rui. consi. 153. nu. 12. lib. 4

b VIN. GOD. Adde ꝙ prælatus in quærendis ecclesiæ præiudicare põt non tamen immodice, Rui. consi. 164. nu. 22. lib. 5.

patet ex præmiſſis.eſt enim illa translatio quædam pęna,inquã tum, ſcilicet per negligentiam adminiſtratio mihi ſoli competens committatur alteri, vnde in iſta materia pro concordantia opinionum videtur poſſe diſtingui, q̃ aut ius eccleſiæ erat notorium,& tunc non requiratur monitio ad conuincendam negligentiam,vt eſt text.nota.in c.j.§.notoria.de cenſibus.lib.6. facit optime,quod tradunt Docto.in c.j. ſupra de offic. ordi. aut non erat notorium, & tunc quia ſaltem non datur tanta negligẽtia, ſicut in iure notorio,dicam q̃ requiritur monitio ad conuincẽdum iſtam negligentiam,& ſic loquuntur iura allegata pro iſta parte,pro quibus facit tex.in Authen.de eccle.titu.in §.ſinautẽ. vbi patet,q̃ hæres antequam perdat lucrum, debet moneri.& in corpore,de hære.& fal. §.ſi quis autem non implẽs. & quod traditur in c.tua nobis.infra de teſtam. & eſt iſtud conforme regulis iuris, quia ex quo obligat lex epiſcopum & capitulum ad procurandum iura eccleſiæ,& ſi ſint negligentes transferũt hãc poteſtatem in alium, videtur q̃ requiratur interpellatio, ſicut quando ſtipulatio pœnalis incipit a præcedenti conuentione, ſecundum Bar.& communiter Docto.in l.ita ſtipulatus. in vlt. char.ff.de verbo.oblig.& in iſto caſu poteſt eſſe vera opin. Inn. in d.c.extirpandæ. ſed ſi lex imponens pœnam inciperet a præcedenti conditione duntaxat, verbi gratia ſtatutum dicit ſi ſindicus non denunciauerit maleficium,puniatur tanta pœna, vel ſi condemnatus pœna pecuniaria non ſoluerit, puniatur pœna corporali, tamen quia illud quod eſt in conditione, non eſt in obligatione & petitione,ſecundum Bar.in l.2.ff.de publi. iudic. qui proprie format iſtam diſtinctionem in diſpoſitione legali, non caderet hic interpellatio vel monitio, & ideo tunc vera eſſet opin.Bal.& domi.Abb.q̃ nulla interpellatio vel monitio requireretur.ſed in caſu noſtro verior videtur opin. q̃ requiratur
26 monitio.† Vtrum ſufficiat vnica monitio, [a] an requiratur trina
a monitio ad conuincendam negligentiam ſuperioris, per tex.in c.j.de ſupplen.negli.præla.ſupra.de hoc tenet domi. Anto. in c. ex literis. de conſ.per text. in dict.cap. j. pro illa concluſione eſt caſus ſecundum Bald.in cap.j. de milite vaſallo, qui contumax
27 eſt.in vſibus feu.vbi patet,† q̃ ad hoc vt vaſallus adire poſſit ſuperiorem domini ſui propter iuſtitiam ſibi denegatam a domino requiratur trina monitio. quid autem iuris ſit in requiſitione,quæ non ſit ſuperiori,ſed pari,vel inferiori,non eſt nunc noſtra materia,ſed debes videre glo.in cle.j.de hæreti. & do. Ant. plene in c.ex literis.allegata,& in c.cum cauſam. de offic. deleg. & pleniſſime per Moder.in ca.ſi contra vnum. de offic. delega. lib.6.& vide per eundem domi.Anto.in c.tua nobis.infra de teſtamen.& in l.nam ita diuus.ff.de adop.per Bal.& licet do.Bar. expreſſe teneat q̃ etiam,quando requiritur ſuperior ad conuincendam eius negligentiam,ſufficiat vnica requiſitio,prout ipſe no.in l.de pupillo.§.ſi quis ipſi.ff.de no.ope.nunc. in tertia oppoſitione,& in l.Titia.§.vſuras.ff.de lega.ſecundo.opin. tamen Hoſtien.in negociis & iuribus eccleſiaſticis videtur melius probari iure & etiam in aliis videtur verior, per tex.in d.c.j.de milite vaſallo,&c.& in authen.ſtatuimus.C.de epiſc.& cleri. vbi ad perdendum iuriſdictionem ex negligentia,ſiue ex iuſtitia denegata,requiritur triplex interpellatio.forte tamen poſſent ſaluari dicta Bart. in caſu ſuo & poſſet diſtingui, q̃ aut ex negligentia iudicis quis intendit conſeruare ius de nouo vel trãsferre ius ſuperioris in alterum : & tunc habet locum, quod dicit Hoſtien. cuius opin.ex præmiſſis videtur eſſe vera in terminis concluſionis noſtræ.& quamuis Docto.communiter decretalem noſtrã intelligant,q̃ Archid.hic egit data negligentia prælati & capituli,poteſt tamen procedere ſimpliciter hæc glo.q̃ etiam non data negligentia admittatur iſte Archid. ad agendum de ſtatu eccleſiæ, ſicut admittitur patronus ad agendum pro eo, qui eſt in ſeruitute ſua,quia ſua intereſt,vt dicit tex.in l.3.& l.ſequenti.ff. de libera.cau. vnde non puto Archid.hic admitti,tanquam cõiuncta perſona, quia hoc non probatur iure cautum, ſed q̃ pro ſuo intereſſe.Oſtendebat enim Archid.eccleſiam ſuam eſſe metropolitanam nec eſſe ſubiectam alteri. vnde intererat ſua,tanquam ſubditi interſit non mutare dominum. prius enim erat ſubiectus epiſcopo tanquam metropolitano : nũc autem eſſet ſubiectus alteri.intereſt autem ſubditi,non mutare dominum. vnde vaſallus non poteſt ſubiici altero inuito,vt dicit tex.in cap. imperialem.el ſecondo.§.præterea.de prohi. feu.alie. per Fed. vnde dicit Innocen.in c.auditis.infra de prę ſcrip.& ſequitur do
28 mi.Abb.in c.cum ſuper.de re iudica.† q̃ cum agitur cõtra ſubditum æque principaliter intereſt in caſu ſubditi, ſicut domini:vnde non poteſt conueniri pro ſuo intereſſe tanquam ſubditus,vt eſt dictum & ſententia lata ɔtra ipſum non prę iudicat eccleſiæ,vt in c.cum ſuper.de re iudica.& ibi plene no.vbi autem ageret data lata negligentia epiſcopi & capituli,vtrum tunc præiudicetur eccleſiæ,dic vt hic pleniſſime per Docto.Ex his infer-
29 tur ad deciſionem alterius quæſtionis,† nunquid Arch.iſte, hic, vel quilibet alius eccleſiaſticus,qui agit pro eccleſia, debeat agere nomine proprio, alias vero nomine eccleſiæ. nam ſi agit pro intereſſe proprio, poteſt agere nomine ſuæ dignitatis, pro qua habet intereſſe, vt dicit hic dom.Ant. & bene. ſi autem nõ agit pro intereſſe proprio,ſed tanquam quilibet:tunc Innocen. variat, quia in eo, qui reuocat rem eccleſiæ male alienatã, vult q̃ debeat agere nomine proprio : quia cum permittatur cuilibet indiſtincte agere,iſta actio videtur eſſe popularis, & ſic poſſe intentari nomine proprio a quocunque, iuxta notata in l.eũ qui.§.qui in popularibus.ff.de iureiuran.& in titu. de popularibus acti. ſi vero aliquis agat pro iure eccleſiæ in negligentiam
b prælati [b] ſeu capituli:tunc enim videtur velle,quod debeat agere nomine eccleſiæ.& potuit eſſe mens eius in effectu, quia primo caſu agens non ſubrogatur loco prælati & capituli, ſed potius admittitur,vt quilibet ex perſona ſua & caſu illo,qui admittitur per negligentiam prælati, videtur ſubrogari loco prælati: ergo eodem iure fungi debet, vt in cap.eccleſia. vt lite pendente. ſicut ergo prælatus debet agere nomine eccleſiæ, vt in c.literæ.ſupra de dila.& ibi no.& no.in c.cum ſuper,de cauſa poſſ.& proprie.per Innocen.& per eundem in c.literis.de reſtitu. ſpol. & in multis aliis caſibus,quos proſequitur hic domi. Anto.pro lege ergo idem videtur dicendum in ſubrogato loco ipſius. ſed Lapus in ſuis allegationibus, quem refert & ſequitur do.Anto. hic,dicit q̃ in vtroque caſu agens ſubrogatur loco prælati, & in primo caſu,in quo poteſt eſſe maius dubium,alleg. Specu. hoc tenentem in titu.de procuratore.§.ratione quoque conſtituen
30 tis.verſicu.q̃ ſi aliquis.† vbi dicit q̃ reuocans rem eccleſiæ male alienatam, poteſt conſtituere procuratorem ante lit. conteſta. quia ſuccedat loco capituli,qui hoc poteſt.& ita refert Io. And. ibi fuiſſe determinatum Bononiæ. Vnde concludit iſte in effectu,quod poteſt agi in vtroque iſtorum caſuum nomine eccleſiæ,& videtur ſentire q̃ etiam poſſit agere nomine proprio. & vt ſentit etiam domi.Abb.dum dicit, quod tutius eſt agere nomine eccleſiæ. tu vero potes dicere ſimpliciter, vt paucis expediam,q̃ tam in primo caſu, quam in ſecundo, debet agi, vt dixi in ſecunda glo.cum enim agatur principaliter ad vtilitatem eccleſiæ,ſequitur q̃ nomine ipſius agi debet.vnde dicit Barto.no-
31 tanter in l.j.C.de bonis mater.† q̃ ſi pater agit pro rebus aduentitiis filij,quarum eſt adminiſtrator legitimus,& habet mandatum a l.ſimiliter, vt traditur in cap. nonnulli. ſupra de reſcript. tamen debet agere nomine eius, ad cuius vtilitatem agit, vt eſt caſus in l.Pomponius.§.fin. ff.de procura.vbi dicitur,q̃ coniuncta perſona non debet admitti contra voluntatem eorum, pro quibus agit.non autem ſignificat agere pro aliquo, quantum nomine proprio,vt eſt tex.no. quem Bart.ponderat ibi ad hoc, in l.fideicommiſſa.§.interdum.ff.de lega.3.& tradit idem Bart. in l.j.§.nunciatio.ff.de no.oper.nun. Præterea in caſu, quo vnus de eccleſia in negligentiam epiſcopi & prælati agit, adhuc eſt fortius dicẽdum hoc, quia ſubrogatus loco alterius per eius negligentiam, ideo eodem modo debet expĺicare actum, ſicut ille, vt eſt caſus nota.in clemen.j.circa princip. de ſupplen. negli. præla.Nec obſtat de populari actione,in qua quis agit nomine proprio:quia in illa actione pœna & vtilitas pecuniaria applicatur parti,vt l.ſi qua.in fi.ff.de verbo.ſignific.& per Bar.in l.agraria.ff.de termino amo. & ideo non eſt mirum, ſi ibi aget nomine proprio. ſed hic vtilitas pecuniaria applicatur eccleſiæ ſimpliciter tantum, vnde non eſt caſus ſimilis. vbi autem vnus de eccleſia ageret pro intereſſe proprio, tũc bene procedit dictum Docto.q̃ poſſit agere nomine propriæ dignitatis,pro quibus videtur bonus tex.in ſimili,in l.licet.in princip.ff.de procu. Et aduerte,quia ſicut quilibet de eccleſia poteſt agere pro eccleſia negligente cap. & prælato, ita ſuperior ex officio poteſt deputare æconomum pro eccleſia, qui agit,vt eſt caſus in c.cum cauſam. & in cap. imperatorum. in fi. ſupra de iuramen. calum. ſecundum vnum intellectum. vbi hoc tenet domi. Anto. cætera dic, vt hic per Docto.

ADDITIONES.

a VIN. GOD. Adde,q̃ monitio conſtituit in malam fidem, quando eſt certa ratione rei & perſonæ,alias ſecus.Rui.conſ.37.nu.18 lib.4.

b VIN. GOD. Adde,q̃ eccleſia priuatur relicto ex facto vel delicto,etiam ſolius prælati,etiam in iure quæſito, quando legans uel donans expreſſe, ſic voluit,Rui.conſil.27.num.3.lib.ſecundo.

SVMMARIVM.

1 *Falſitas priorum teſtium publicatis teſtibus veridice probari poteſt.*
2 *Iurans aliquam in vxorem ducere,an videatur contrahere matrimonium per verba de præſenti.*
3 *Contrahere matrimonium aliud eſt,& aliud ad domum tranſducere.*
4 *Litis conteſtationem,etiam per ſimplicem narrationem, & reſponſionem inducitur.*
5 *Excipiendi cauta forma,qualis.*
6 *Negatiua probatio,loco & tempore coarctata,an directo probari poſſit.*
7 *Accuſatus de homicidio, ſi dicat quòd tali die talem occidit, & teſtes deponant,*

nunt, semper ea die fuisse cum eo non videntem homicidium committi, an absoluendus sit.

8 *Dies commissi criminis, quando poni & specificari debeat.*

9 *Testis de loco & tempore, an deponere teneatur.*

10 *Testes omnes si dicunt, se non recordari, an sint suspecti. & quid si vnus varie ab altero deponens, respondeat se non recordari. nu. 13.*

11 *Testis non reddens causam dicti sui non interrogatus, an reprobet notarij instrumentum.*

12 *Testes volentes probare negatiuam, si dicant se non recordari, quæ verba in cõtractu interuenerint, an probent.*

14 *Testibus per verba vniuersalia deponentibus, quam per indefinita magis creditur.*

15 *Testes vnius partis, si probant aliquem possidere pro sua & tanquam suam, & alij probant, quòd viderunt hunc tenere rem hanc, vt colonum alterius, & alteri de fructibus respondere, quæ probatio præualeat.*

CAP. XXXV.

1 EX tenore. †Publicatis testibus potest falsitas priorum testium iuridice probari. vel sic, secundum dom. Abb. si pars aduersa ante testes publicatos non esset instructa in reprobatione dictorum testium, possunt testes recipi non obstante publicatione. secunda ibi, cunque. tertia ibi, prædictas. quarta ibi, nos.

2 No. primo ex isto tex. ibi, ꝙ ipsam duceret in vxorem, &c. ꝙ ille, qui iurat aliquam ducere in vxorem, non per hoc videtur contrahere matrimonium per verba de præsenti, quia verba referuntur ad initium matrimonij, secus si referuntur ad executionem matrimonij, vt est casus in ca. ex parte. infra de spon. & ibi plene. & pro primo dicto vide tex. in c. ex literis. el secondo. eo. tit. †Secundo no. secundum doct. Moder. ꝙ aliud est contrahere matrimonium, & aliud transducere ad domum. primum. n.

3 est iuris, secundum facti. & vide tex. in l. mulieri. ff. de ritu nupt.

4 †Tertio no. simpliciter, iuncta glo. super verbo inficiatur, &c. ꝙ litis contestatio inducitur non solum per petitionem in iure ꝓpositam & negationem secutam, sed etiam per simplicẽ narrationem & responsionem ad eam, de quo in c. vnico. s. de lit. con

5 testa. †Quarto nota cautam formam excipiendi, secundũ Docto. non enim debet reus simpliciter excipere, ne sic videretur fateri intentionem aduersarij, sed debet prius negare, & inquantum constet crimen, proponere exceptionem, de quo aliquid dicetur in glo. & traditur plene in c. cum venerabilis, infra de ex-

6 cep. †Quinto nota secundum Docto. ꝙ negatiua [a] coarctata loco & tempore, potest probari per indirectum. concordat text.

a cum glo. in l. Pantonius. §. rei perduellionis. ff. de acquiren. hæred. & inducitur iste tex. per Docto. hic, †ad quæstionem de accusato de homicidio, qui dicit ꝙ tali die occidit talem. nam si testes deponant, ꝙ semper illa die fuerunt cum eo, nec viderunt committi homicidium, vel non viderũt eum fuisse in illo loco,

7 vbi dicitur commisisse homicidium, videtur ꝙ debeat absolui accusatus. Dicit tamen hic Ioan. And. ꝙ testes debent deponere ita se continue fuisse cum accusato, vt extra illud tempus impossibile sit commissum a se maleficium, alias non probarent, argum. c. in nostra. & quod ibi notatur supra titu. proxi. & quod traditur in l. non ob hoc. C. vnde cognati. Et aduerte, quia dom. Anto. referens Ioan. And. videtur velle, ꝙ testes isti deponentes hanc negatiuam, debeant deponere ꝙ non potuisset committi homicidium, vel testis fuisse in loco commissi homicidij, quin ipsi vidissent. allegant glo. no. 81. distinct. c. clerici. & in Authen. de hære. & fal. §. si vero absunt. sed tex. ibi facit in contrariũ. Vnde de isto articulo dic, vt scripsi in c. cum causam. infra eodem. vbi videbis, ꝙ propter huiusmodi reprobationes faciendas, di-

8 xit Bart. no. in l. j. §. qui reus. ff. de publi. iudi. † ꝙ quamuis in accusatione non debeat poni dies commissi criminis, si tamẽ reꝰ vult reprobare testes actoris, vel probare de sua innocentia, potest petere vt specificetur dies commissi criminis, ne inferatur sibi defensio, de quo vide per eundem in l. 2. vel 3. in princ. & fi. ff. de eo ꝙ certo loco. vbi idem dixit. & per Bal. in l. j. C. qui accu-

9 sa. non pos. †Sexto nota ibi, determinantes tempus & locũ, &c. ꝙ testis debet deponere de loco & tempore, maxime si interrogatur, vt in c. cum causam. infra eodem. & hoc est verum, quod de tempore debet deponere necessario etiam non interrogatꝰ, quando tempus est de substantia probationis, vt erat hic, quia maritus producebat testes hic, vt probaret se prius contraxisse cum alio, ꝙ non poterit probari, nisi sui testes probarent de tẽpore. vnde de tempore hic necessario deposuerunt testes, sed nõ

10 de loco. Dixit tamen no. hic Hostien. † ꝙ si omnes testes [b] inter-

b rogati de tempore dicunt se non recordari, testimonium eorũ est suspectum, nec eis videtur credendum. dicunt enim eundẽ sermonem, vt l. 3. §. tu magis. ff. de testi. postea mutat sententiã, & dicit, hoc esse arbitrarium. & hoc est verum, secundum Moder. & videtur velle tex. in c. cum Ioannes. infra de fide instrum. ꝙ in dubio talibus testibus credatur, de quo vide in Spec. & in addi. per Ioan. And. in titu. de teste. §. nunc de interrogationib ver. & no. per Innocen. in c. qualiter. el secondo. infra de accusa & quia iste articulus est quotidianus, declaranda est nunc veritas ipsius. & in primis aduerte, quia Hostien. hic & Ioan. And-

5 qui videtur probare dictum suum in additione Spec. in loco p̃. allegato, dum dicunt, ꝙ testes sunt suspecti, loquuntur quando omnes testes hoc modo deponunt: sunt enim suspecti tunc, secundum eos, quia deponunt vnum & eũdem præmeditatumque sermonem, vt dixi. & quando vnus ex testibus deponeret de loco & tempore, alter diceret de loco & tempore non se recordari, hoc non attingunt ipsi hic, sed ponit Innocen. in d. cap. qualiter & quando. Specu. in titu. de inquisitione. §. nunc tractemus. ver. nunc. & videtur concludere, quod tunc talis testis probet, quia præsumitur deponere de eodem actu, de quo deposuit ille, qui se restrinxit ad locum & tempus, quoniam pluralitas non præsumitur, vt in c. in præsentia. supra titu. proxi. & Innoc. in c. cum Ioan. supra de fide instrum. & cessat ratio supra assignata per Hostien. isto casu, quia testes non loquuntur eundem præmeditatumque sermonem. sed do. Ant. in c. cum oportea. de accus. etiam isto casu videtur tenere, ꝙ testis sit suspectꝰ. & sic videtur sentire, ꝙ duo testes non plene probarent. mouetur primo auctoritate Hosti. hic, postea quæ est in parte sui iudicij. Secundo, quia suspitio est contra testem, qui deponit de contractu. & dicit se non recordari de tempore & multo fortius si dicit se non recordari de loco, quia facilius obliuiscitur tempꝰ, quam locus, secundum Inno. in d. c. qualiter. alij videntur indistincte dicere tam in primo quam in secundo casu, quod testes probent. & hoc tenet expresse Petr. etiam in primo casu in d. §. iam de interrogatoriis. vbi etiam mouetur per text. in d. c. cum Ioannes. quem induco sic, vltra Doct. hic. tex. enim qui dicit, ꝙ testes, qui dicunt se non recordari de loco & tempore, præualent instrumento notarij, etiam ipso notario pro suo instrumento attestante, & vno ex testibus subscriptis in instrumento. ergo datur intelligi, ꝙ probatio non est suspecta, immo ꝙ est omni exceptione maior & perfectissima, quia si esset aliqua suspitio probabilis contra ipsum, non deberet præiudicare probationi instrumentali sic corroboratæ. Vnde dixit Bal. no. post Iac. But.

11 in l. presbyteri. in vlt. col. C. de epis. & cler. † ꝙ testes, qui nõ reddunt causam dicti sui, non interrogati, non reprobant instrumẽtum notarij, quia illa probatio non est omninò perfecta, licet crederetur istis testibus, si non deponerent contra instrumentum. Pro his facit optime, quod posuit no. Cy. & Bal. post eum

12 in l. si præsidi. in fi. C. de dona. ante nupt. vbi dicunt, † ꝙ si testes volentes probare negatiuam, dicunt se non recordari, quæ verba interuenerint in contractu. & tamen dicunt ꝙ verba, de quibus in capitulo sciunt, non interuenisse sufficienter, probant hanc negatiuam, quia satis est ꝙ testis recordetur de eo, quod est de substantia probationis. & tamen non potest negari quod etiam potest esse suspitio contra testem, qui recordatur de negatiua & non de affirmatiua, quæ facilius imprimitur in animo, vt scripsi in c. tam ex. supra eodem. & hanc eandem sentẽtiam confirmat Bal. in l. 3. in 2. col. C. de sen. quæ sine cer. quanti. Pro his etiam facit, quod posuit Nico. Matar. & Bald. post eum in l.

13 testium. C. de testib. vbi dicunt, † ꝙ si vnus ex testibus probat de percussione in certo loco, & alter probat de percussione & de loco, interrogatus dicit se non recordari, satis est probata percussio. Nec obst. argum. Hostien. hic, quia iura quæ dicunt testes, qui deponunt eundem præmeditatumque sermonem esse suspectos, debent intelligi, cum dispositio vertitur sup actu, vel super re, quæ in eodem effectu multis modis præferri potest. sed quod quis non recordetur de loco & tempore, hoc nõ potest significari, nisi per diuersa verba, vt de se patet. fateor tamen, quod si aliqui testes super eodem facto deponerent diuersa vel contraria, & ex his aliqui specificarent locum & tempus, aliqui vero dicerent se non recordari de loco & tempore vel de altero ipsorum, crederetur magis testibus specifice de loco, & tempore deponentibus per ea, quæ dicit super hoc Innocen. & Moder. post eum in capitu. auditis. infra de præscriptio. vbi vo-

14 luit, † quod magis creditur testibus deponentibus per verba vniuersalia, quam deponentibus per verba indefinita, quia illa est magis specifica probatio. Vnde dicit ibi notanter Ioan. de

15 Imo. † quod si testes vnius partis probant, quod viderunt aliquem possidere rem pro sua & tanquam suam, & alii probant, quod viderunt istum tenere istam rem vt colonum alterius, & respondere de fructibus alteri, præualebit ista probatio vltra tanquam magis specifica.

ADDITIONES.

a VIN. GOD. Adde, ꝙ negatiua non coarctata, non cadit in notitiam hominis. Cor. cons. 299. uidetur, litera K. lib. 2.

b VIN. GOD. Vide, quæ probationes sufficiant in causa matrimoniali. Alexan. cons. 153. in princip. lib. 5. & cons. 152. eodem lib. per totum. & latius per Fer. cons. 196. num. 20.

SVMMARIVM.

1 Productio quarta, si denegatur sine causa cum solennitate legali petita, an appellari possit.
2 Causa ad instantiam actoris commissa, quando tam super possessorio, quam petitorio, potest actor super alterutro inchoare iudicium.
3 Abbas, agens, & conuentus, in causa sui monasterij, an solus agere dicatur, an uero vna cum capitulo.
4 Successor vniuersalis possessorio recuperandæ pro violentia illata prædecessori, agere potest.
5 Actus gesti in iudicio pro solennitate extrinseca, a parte non præsumitur.
6 Appellans ab interlocutoria, an infra decem dies probare debeat se appellasse.
7 Appellans ab interlocutoria, an teneatur probare causam appellationis.
8 Appellari potest ab interlocutoria lata in possessorio de iure canonico.
9 Testium ob sufficientem productionem excluditur quis a producendo nouos testes.
10 Petitorij suspensio, quando duret donec sit finitum possessorium.
11 Appellans, an sicut procedendo coram iudice a quo videtur renunciare appellationi, ita qui est intra tempus appellandi.
12 Iudex nullam habet potestatem in dilatione legali.
13 Terminum capiens ad purgandum se, non excluditur a facultate purgandi se non esse appellan. per lapsum temporis.
14 Appellationi renunciatum, an videatur per actum executiuum sententiæ, si terminus a iudice recipitur.
15 Exceptio contra sententiam, si ex forma statuti nulla potest opponi, soluens uir tute guarentigiati repetere potest.
16 Dilationem quartam si quis cum solennitate debita petat, & iudex simpliciter pronunciet, cognito prius de causa productionem non esse concedẽdam, an appellatio sit iusta.
17 Iudex si interloquendo causam exprimit, de qua non cognouit, an esset vera, an ex hoc iustificetur appellatio.
18 Causa in sententia exprimi non debet.
19 Victus in expensis condemnari debet.
20 Citatus an comparere teneatur, quando notorium est ipsum prima facie non debere comparere.
21 Exceptionem notoriam, si quis opponit, quam iudex reijcit, quomodo appellatio a reiectione iudicis iustificetur.
22 Appellari an possit a futuro grauamine, sub hac forma, peto mihi assignari quartam dilationem, & si non fuerit assignata, appello.
23 Iudex si quartam productionem deroget propter testium multitudinem refrenandam, & coram iudice appellationis liqueat de non refrenata, an appellari possit.
24 Voluntati iudicis, cum quid committitur, intelligitur i. arbitrio.
25 Iudici liquere de causa non dicitur vsque ad conclusionem exclusiue.
26 Probationes in iudicio productæ, an ante conclusionem non faciant notorium.
27 Confessio rei euidentiæ & probatio per testes facta æquiparantur.
28 Reus si ante lit. contest. producit instrumentum, repellit a limine iudicij actorem.
29 Probatio, quæ fit per instrumentum, dicitur euidentissima.
30 Debitorem confiteri debitum, vel esse conuictum per instrumentum publicũ, paria sunt.
31 Instrumentum & sententia ad faciendum aliquid euidens, æquiparantur.
32 Litem si quis tanquam actor contestetur super dominio, & pendente lite efficiatur reus, durat virtus contest. litis, quo ad faciendum eum malæ fidei possessorem.
33 Instantia perempta per expressam partis renunciationem, an perimatur effectus inductus malæfidei per litis contestationem. & nu. seq.
36 Mala fides præsumpta per litis contestationem causata, an habeat locum in alia causa, vel quo ad aliam personam.
37 Fauore alicuius inductum, non debet ad odium conuerti.
38 Emptor ad precium conuentum, si opponat quòd res erat vitiosa, & lis sit contestata, licet ius per viam exceptionis deduxerit, illud per litis contestationem perpetuatur.

CAP. XXXVI.

1 SIgnificauerunt. † Si quarta productio denegatur sine causa
2 petita cum solennitate legali potent appellari. secũda est ibi, moniales, &c. † No. ꝙ causa commissa ad instantiam actoris, tam super possessorio, quam super petitorio, potest actor super alterutro inchoare iudicium, prout sibi videtur, quinimmo & potest sulpendere petitorium prius intẽtatum, etiam post receptionem testium super eo factum, & in iudice ordinario hoc est expeditum in c. pastoralis. in fi. s̃. de cã. pos. & proprie, & no. in cle. vnica. eo. tit. sed in iudice delegato, cui committitur causa possessionis & proprietatis, in eodem rescripto, videbatur dicendum contrarium ꝙ intentio rescribentis esset, vt simul procederetur super vtraque, cuius contrarium determinatur hic, quia rescriptũ interpretatur secundum formam iuris, vt in cap. causam, quæ. s̃. de rescrip. † Secundo nota,
3 ꝙ Abbas agens & conuentus non agit solus in causa sui monasterij, sed vna cum cap. de quo in c. causam, quæ. s̃. de iudi. & in
4 c. edoceri. s̃. de rescrip. Nota tertio ibi, solenniter, &c. ꝙ successor vniuersalis potest agere possessorio recuperandæ pro violẽtia illata prædecessori, facit optime quod habetur in c. quia Gu. s̃. de iudi. & in c. sæpe. de restit. spol. pondera semper istum text. quia per istum tex. videtur posse dici ad intellectum d. c. quia sicut succedens in beneficij titulo, dum esset vniuersalis successor, quo ad effectum illius decretalis, vt rescriptum transeat cõtra eum, ita & succedens in proprietate reali beneficij parificantur: moniales enim illæ non habebant tunc prioratum in titulum, sed erat eis concessa ista ecclesia, iuxta formam, de qua hic
5 no. & in c. de monachis. j. de præben. † Quarto no. semper tex. vltra Doct. ibi, si vobis constiterit, &c. ꝙ pro solennitate extrinseca actus gesti in iudicio a parte, non præsumitur nisi probetur. patet enim hic, ꝙ monachi debẽt probare, ꝙ quarta productio fuerit petita, & cum solennitate debita, quod perpetuo tenemẽ ti ad c. sicut. j. de re iudi. & d. l. sciendum. de verb. oblig. & ad ea, quæ ponit gl. no. in c. vt circa. de elec. lib. 6. & Bal. in l. gesta. in fi. C. de re iudic. videlicet an si reperitur in actis, ꝙ aliquis iurauit,
6 vtrum, præsumatur tetigisse scripturas. † Item inquantum Doc. quærũt, an ille qui appellat pro interlocutoria, debeat probare se appellasse infra decem dies. quam dubitationem succedit regula, ꝙ fundanti se in tempore incumbit probatio temporis, nec præsumeretur quis appellasse infra decem dies hoc ipso ꝙ ostenderet se appellasse. & hoc tenet Bald. notanter in authen. hodie. circa prin. C. de appel. & tenet Specu. in tit. de instru. edi. §. j. ver. sed pone. & est bonus tex. in c. Romana. §. si vero. de appel. lib. 6. † Sexto no. ꝙ licet appellãs ab interlocutoria teneatur
7 probare causam appellationis, tamen si causa illa est approbata a iure, nec cõsistit in facto extrinseco, puta cum aliquid petitur, ꝙ de iure regulariter debet concedi, tunc non est opus alia probatione, sed solum sufficit probare illud esse petitum, tunc eñ
8 sine facto hominis probat iustitiam esse. † Septimo no. ꝙ de iure canonico potest appellari ab interlocutoria [a] lata in possessorio, nec est mirum, quia de iure canonico a diffinitiua potest appellari, vt communiter tenent Canonistæ in c. cum ad sedem. s̃. de restit. spol. vbi est casus. sed de iure ciuili esset ista maior dubitatio, quia non potest appellari a diffinitiua. super quo articulo vide quod ponit Guil. de Cu. & Bal. post eum, in l. si ex causa. §. nunc videndum. ff. de mino. & in l. post sententiam. C. de sen. & in l. j. C. si de momen. poss. vbi glo. ordin. tenet ꝙ sic. & videtur
9 casus in l. j. C. de appel. † Octauo no. ꝙ propter sufficientẽ productionem testium excluditur quis a facultate producendi nouos testes, etiam si velit seruare solennitatem legalem quæ alias requiritur in quarta, productione facta. tex. est in c. de testib⁹. s̃. e.
10 † Nono no. & vltimo, ꝙ suspensio petitorij [b] durat donec sit finib tum possessorium, & hoc si nõ liqueat de petitorio, alias durat, donec durat examinatio possessorij, cum vtrunq; simul terminentur. quod intellige, prout habetur in c. pastoralis, & in c. cũ dilectus. supra de causa poss. & proprie. in glo. posita super ver. decem dies. & vbi alias transit in rem iudicatam, intellige quo ad ipsam partem, vt quo ad iudicem interlocutoria non transit in rem iudicatam, vt in c. cum cessante. infra de appell. sed reuocatur hoc in dubium, & valde eleganter, quia sententia confirmatur per renunciationem factam appellationi, vt in c. cum ve
11 nissent. s̃. eo. & in c. gratum. s̃. de offi. deleg. † nunquid, sicut appellans, qui procedit coram iudice a quo videtur renunciare appellationi, vt videtur in prædictis iuribus, ita ille qui est infra tẽpus appellandi, si procedit coram iudice, videatur renunciare facultati appellationis. super quo articulo ipse distinguit in effectu, & sequitur domi. Ant. ꝙ aut ille, qui potest appellare ab interlocutoria, vel grauamine, paret iudici in eo, ꝙ ptinet ad executionem sententiæ, a qua potest appellari, aut non paret iudici in illo, sed forte recipit terminum, vel facit aliquid aliud in alio articulo. Primo casu videtur renunciare facultati appellandi, quia ante interpositam appellationem tenetur respondere coram iudice & iudicium redditur in inuitum, vt l. inter stipulãtem. §. j. de verb. oblig. & ideo non videtur renunciare voluntarie facultati appellandi. est enim cautela, secundum eum, ꝙ ille qui procedit coram iudice, protestetur quod saluum sit sibi ius appellandi, sicut dicit text. in simili, in c. præsentium, s̃. eod. Tu adde ꝙ Io. An. in c. fi. de app. lib. 6. & Moder. post Inn. in c. solici tudinem. j. de re iudi. sequendo quædam dicta Dom. de Rota, de quibus ille per eum latius distinguit, ꝙ aut pars acceptat terminum ad finem reuocandi grauamẽ, & tunc nunq̃ videtur renunciare facultati appellandi, qnimmo nec appellationi, vt plene traditur

ADDITIONES.

a VIN. GOD. Interlocutoria mera, quæ dicatur, Areti. cons. 106. In præsenti, nu 2. & quid debeat facere appellare uolens ab interlocutoria, idem Areti. cons. 107. clarissime, per totum.

b VIN. GOD. Nota, ꝙ petitorium suspenditur etiam publicatis attestationibus, plurieſque suspendi potest ante conclusionem in causa. Gozad. cons. 20. nu. 2. & nu. 21.

ne traditur in gl.in c.si a i
minum sibi datum ad lil
pali,& adhuc idem,quia
a quo,vt l. non videtur. ff
ptat terminū ad faciēdur
Hostien.nec videtur iura
indice,vt dixit Ioan. And
ista materia, quia arti.ist
chro, videlicet vtrum sic
interlocutoria veniunt
viam attentati tanquam
dato ad appellandum.su
cupientes.de elec.lib.6.&
eodem lib.quod non ad
tatem Spe.in in titu.de a
iudex qui tulit interlocu
pore dato ad appellandu
tradicit nec auferatur sib
non admittitur contra d
tiam executioni quasi a
per illas auctoritates aug
tronibus. §.fi.ff.de testa.
allegatam.tu dic, ꝙ ista
iudex possit procedere
hoc potest etiam interp
bitio & sic fugietur incc
rum sit ꝙ iustificata app
tum.Pro opi.ista quæ vi
d.c.non solum.nam in p
parat attentata tēpore a
medio aut cum facit m
disponit de attentatis p
innuere, ꝙ de tempore
iuris.Sed contra istam
dine iudex non potest
modo præiudicium his
ue pars.C.de dilatio.&
de re iudi.& plene in c.
di, quia appellatio post
effectum quo ad suspe
pastoralis.in fi.de appe
fuit attentatum illa per
tire Bal.in l.fi.in prin.ff
12 get manus iudicis, vt q
a in dilatione a legali, in qua iudex nullam habet potestatem, vt
in ista. videtur satis conueniens idē dicere.& etiā, quia istud idē
inuenitur in appellatione a diffinitiua.est enim tempus appellā
di præambulum quo ad ipsam appellationem & preparatoriū,
quia in illo tempore quis deliberat & consultat,an velit appella
re,ergo idem dicendum in eo, ꝙ in tempore appellationis, sicut
dicimus in l.quemadmodū.ff.de inoffi. testa. in querela præpa-
rata.& illa ratio multum vrget, sed tamen in practica seruanda
est illa opi.quia est communis, qua supposita pro vera, sequeretur ad casum nostrum id, quod dixit Hostien. ꝙ attentās ī. ter
minum datum sibi a iudice non videretur renunciare facultati
appellādi, quia cogitur inuitus litigare, vt dictum est. Sed si alia
opi. esset vera, dicendum esset totum oppositum, quia si attenta
ta pendente tempore ad appellandum appellatione postea secu
ta essent nulla, pars non cogeretur litigare inuita, sciens ꝙ nō cō
parendo non fieret præiudicium appellatione postea interposi
ta. Retenta tamen illa opinione pro vera, ꝙ attentata pendente
tempore ad appellandum non sint nulla, adhuc dicta Hostien.
hic non videntur esse perfecta, quia inquantū vult, quod si fit
actus ad mandatum iudicis qui respexit executionem interlo-
cutorię videatur semper renunciatum appellationi. hoc vide-
tur contra tex.in c.ꝙ ad consultationem. ī. de re iudic. vbi clare
13 innuitur,† ꝙ q accipit terminum ad purgandum se, nū excludi-
tur a facultate purgandi se non esse appellan.per lapsum tempo
ris.& sic videtur omnino ꝙ videatur renūciatum appellationi.
vnde dicunt ibi Inno.& Io.And. ꝙ aliud est suscipere terminū,
& aliud sponte postulare.& ita respondent ad l. ad solutionem.
14 C.de re iud.vnde clare sentiunt, † ꝙ etiam per actum executiuū
sententiæ non videatur renunciatum appellationi, si terminus
recipitur a iudice & non sponte petitur. & hanc opinionem seq
tur ibi tandem Ioan.de Imo. contra do. Anto. quæ videtur esse
verissima per illum tex.& etiam per rationem,quia sicut ille, q
iudicat inter duos super re pertinente ad ipsum ferendo senten
tiam pro vno præiudicat sibi, qa hoc facit ex necessitate officij,
vt est casus in c. suborta. ī. de re iudica. & ibi per Doc.& notatur
in c. inter dilectos. ī. de fide instru. ita iste qui cogitur litigare ex
necessitate non videbitur renunciasse iuri suo.Pro his facit optime, qđ tradit Bar. nota.in l.j.§.hoc interdicto.ff. qđ vi aut clam.

udice.de appel.lib. 6.aut acceptat ter-
erandum etiam super negocio princi
per hoc nihil videtur agi coram iudice
, de iudi. 3. q. 3. in c. offeratur. aut acce-
n aliquid, & tunc distinguitur vt hic ꝙ
re sponte, vt faciat actum si sit iussus a
,in loco allegato. Tu autem aduerte in
e videtur pēdere ab alio nō minus pul-
ut attentata pendente appellatione ab
euocanda, iustificata interlocutoria p
nulla,ita attentata pendente tempore
per quo dixit nota. Io. Monachus in c.
& Ioan. And.in c.non solum. de appel.
ducit gl. Io. An.in c.fi.eo.titu.& auctori
ppel.§.restat,in fi. qui concludunt ꝙ si
toriam vult procedere pendente tem-
m ad executionem sententiæ & pars ꝙ-
i effectus & beneficium appellationis
ictio,quia immo potest mandare sentē
dhuc non sit suspensa eius iurisdictio &
ere.& Io.de Imo. post ipsum in l.q à la
tenent opi.Ioā. And. & Ioan. de Imo.ſ.
possunt stare simul & esse simul vera, ꝙ
non obstante contradictione partis,quia
posita appellatione antequam fiat inhi-
mueniens,de quo ibi per gl. & tamē ve
pellatione etiam ista retractātur in inui-
detur communis, facit multum tex. in
rin. cum loquitur de diffinitiua æqui-
ppellandi & post ipsam appellationē in
entionem de interlocutoria simpliciter
ost appellationem, vnde tacite videtur
appellandi ab interlocutoria non sit idē
opi. multum facit, quia pendente dila-
procedere ad illa, per quæ fieret aliquo
,quæ debent geri in illa dilatione, vt l. fi-
ibi per Bar.& per eundem in l. 2. in fi.ff.
præterea.ſ. de dilationib. Sed iudex exe-
atoriam præiudicaret beneficio appellā
ea interposita non possit operari eundē
ndendam iurisdictionem iudicis, vt in c.
l.& in c.cōstitutus.eo.tit.ergo quicquid
idente,debet retractari,& sic videtur sen
de ferijs. ꝙ pendentia dilationis adeo li-
12 quicquid agit interea sit nullum. † Sed qd

15 vbi dicit † ꝙ si ex forma statuti contra sententiam nulla potest opponi exceptio,soluens virtute guarentigiati,potest illud repe tere per condictionē indebiti,quia non videtur renunciasse iuri suo nec est quod sibi imputetur,ex quo præcise cogebatur solvere,vt probatur in c.debitores.ī.de iureiuran. Nec obstat tex. in c.ꝙ ad consultationem.in fi.in verbo,sponte.per quem videtur probari, ꝙ ibi acceptatio termini dicitur casus spontaneus: quia,vt alias dixi legendo illam decretalem, in illa attentatione duo sunt consideranda.vnum est ipsa acceptatio termini, aliud acceptatio tanti termini.primum fuit necessarium, ex quo erat lata sententia.secundum non erat necessarium, quia poterit dicere pars, terminus est minus breuis, & illo respectu terminus dicitur sponte acceptus. vel dic, ꝙ & si dicatur acceptare sponte aliquo respectu, puta quia pars appellando poterat euitare hanc assignationem termini,tū non dicitur ita spontaneus actꝰ, sicut pars peteret vltra terminum a iudice, quia in hoc vltimo casu actus est spontaneus absolute,in primo est necessarius, tamen inspecto statu presenti antequam quis appellet. sed spontaneus propter facultatem appellandi quam habuit iste cui terminus fuit assignatus. & priusquam assignaretur & priusquam acceptaret.ex his relinquitur conclusio in articulo nostro ꝙ nō est distinguendum inter actum executiuum sentētiæ & alium, vt facit Hostiē.sed vtrum quis faciat actum ad mandatum iudicis, vel sponte, vt s. In gl. posita super verbo, effrenatam. pro declaratione huius glo.& eorum quæ tradit hic Inn. omissis aliis,
16 quæ non indigent additione, vidēdum est, † vtrum si quis petijt quartam dilationem cum solennitate debita,& iudex simpliciter pronunciauit, cognito tamen prius de causa productionem non concedendam,non tamen expressit causam,propter quam ita pronunciabatur, ex hoc sola interlocutoria sit iniusta, & appellatio iusta,etiam si probaretur coram iudice, ad quē, ꝙ nec
17 ex causa legitima productio non fuit extendenda.† Secundo,qd
b si iudex b interloquendo, vt ī. exprimit causam, sed non cognouit de ista causa,an esset vera,vtrum ex hoc solo iustificetur appellatio.& idem potest quæri, si iudex causam non exprimat,& non cognoscat, vtrum saltem ex hoc secundo capite interlocutoria reddatur iniusta,posito ꝙ causa non deberet exprimi. Super primo articulo refert hic Inno.duas opiniones. vna fuit dicentium,ꝙ iudex debet exprimere causam, alias ex hoc solo interlocutoria erit iniusta. Vnde si pars appellata sit parata probare postea coram iudice appellationis ꝙ iusta causa suberat, quinimo & si constet ex actis ꝙ iudex de causa cognouit, nihilominus reuocabitur interlocutoria, vt male lata,quia est fundata intentio petentis quartam productionem de iure communi, & iudex qui pronunciat causa non expressa, videtur pronunciare contra iustitiam,& sic ius partis, vt ī. dicam,& reum grauat partem. Alij dicūt dummodo causa vere subsit & sit cognitum de ipsa, valebit interlocutoria, & erit iniusta appellatio. hanc opinionem Hosti. dicit esse veriorem,& de iure, licet prima sit subtilior.& hanc approbant in effectu omnes Doct.& adducunt Moder.istum tex.pro illa parte ibi,pro eo, ꝙ nouerint effrenatā multitudinem, vbi ponderant, dicunt ipsi, ꝙ satis est in secreto habere voluntatem iustam absque eo ꝙ eam exprimat. Præter-
18 ea, secundum Hostien.† causa non debet exprimi regulariter in sententia, vt in c.sicut nobis.ī.de re iudi.quinimmo secundum eum,in casu nostro non posset iudex exprimere causam aperte, quin faceret contra regulas iuris, nisi forte essent producti. 11. testes,quia iste est numerus præfinitus a canone, vltra quem testes dicuntur superflui, vt in c.cum causam.eo.titu.In alio autē inferiori numero nunquam dicetur testium multitudo effrenata,nisi quis vult producere testes, postquam plene probauit, secundum eum. vnde iudex non poterit exprimere causam, nisi exprimat motum animi sui in sententia ferenda dicendo, quia plene probasti,superflua est ista. Quarta productio & effrenatus est numerus testium. sed hoc iudex facere non debet, vt l. vbi est,de falsis.ergo non cogetur ad exprimēdam causam. Sed Doc.Moder.hic sequendo do.Anto. consulunt iudici ꝙ exprimat causam,sic tamen vt non producat motum animi sui.& sic sentiunt,ꝙ ista ratio Hostien.non est vera ea ratione, quia sicut dicit gl. in c.cum causa.ī. eo. numerus quadragenarius non ibi est ita præcisus vt sit seruandus in omnibus casibus.Sed aliquando poterit iudex arbitrari plus,aliquando minus, pro qualitate personarū & causarum.vnde tam in minori quā in maiori numero poterit iudex exprimere hanc causam, non exprimendo motum animi sui. potest enim esse quod iudex attēta qualitate personarum vel causæ ex verisimilibus cōiecturis arbitraretur,

ꝙ

ADDITIONES.

a VIN. GOD. Nota delegationē legalem potest iudex breuiare & prorogare Mara.in trac.iud.in 6.parte.versi.dilatio.nu.16.

b VIN. GOD. Adde ꝙ iudex in dubio fert sententiam inhærendo regulis Albe.consi.25.num.18.

q̄ quis poteſt probare in illo negocio,& probatum ſatis eſt per teſtes productos. poteſt etiam arbitrari q̄ non ſit veriſimile teſtes producendos aliquid collaturos producendi vltra eos, q̄ producti ſunt. & ſic non exprimit iudex motum animi ſui, de quo dic, vt in d.c.cum cauſa. Tu tamen aduerte in iſto articulo, quia videtur q̄ ſententia iſta, qua iudex pronunciat non eſſe concedendum quartam productionem teſtiū, ſit nulla ipſo iure, niſi exprimat in ea, per tex.in Auth.de iudi.§ oportet. vbi videt probari ſingulariter, q̄ quādo iudex abſoluit ab expēſis nō valeat sē tentia niſi exprimat cām, quare abſonit. & ita no. Bal.in auth. nouo iure.C.de iudi. per illum tex.idem dicit do.Anto.in abſolutione ab obſeruatiōe iudicii,in c.examinata. ꝛ̄.de iudicijs. vbi plene ſcripſi de hoc.nec poteſt ſubeſſe alia ratio in dictis caſib⁹,
19 † niſi quia regulariter victus debet condemnari in expenſis, & ſententia diffinitiua ferri ſuper negocio nō ab obſeruatione iudicij.ita ergo dicam in propoſito, q̄ ex quo de iure debet concedi quarta productio, niſi in caſibus exceptis, iſta interlocutoria ſit contra iuris præſumptionem & præceptum niſi ſit in ea cauſa expreſſa, ſicut videmus citatione, quæ eſt interlocutoria, vt l.
20 omnes. & in l.cum clericus.C.de epiſ.& cleri.† q̄ citatus non tenetur comparere, quando notorium eſt ipſum prima facie non debere comparere, & dicitur eſſe notorium, ſecundum Bar.in l. 2.ff.ſi quis in ius vocatus non ierit.quando prima facie quis nō eſt de iuriſdictione iudicis citantis, licet poſſit eſſe caſus, in quo ſit de eius iuriſdictione.facit optime, quod ipſe idem ponit in l. quotiens.ff.ſi quis cau.& q̄ tradunt Inno.& Moder.in c.fi.ꝛ̄. de libel.oblatione. Sed tamen ſequendo communem ſententiam dici poteſt, q̄ ſententia eſt nulla, nec erit irritāda, licet iudex nō expreſſerit cauſam. & ad tex.in § oportet.ꝛ̄.allegato, dic vt reſpōdet plene do.Abb.in d.c. examinata quia ſecundum eum, ibi ille tex.non dicit q̄ debeat exprimi cauſa, ſed q̄ ſi iudex vult abſoluere ab expenſis, debet hoc exprimere. Ad l.2. cum materia, quæ fortius vrget.ff.ſi quis in ius vocatus, dicimus q̄ eſt ſpeciale in illa interlocutoria, quæ profertur ſine cauſæ cognitione. vnde non tantum præſumitur pro ſententia iudicis, ſed in caſu noſtro loquimur in alia interlocutoria, de cui⁹ natura eſt cauſæ cognitio.immo ſupponitur in iſta quæſtione, q̄ etiam cauſa conſtet in actis, & ideo non eſt ſimile. potuit enim moueri iudex ex iuſta cauſa, licet non expreſſit. vnde non dicitur ſententia lata p̄tra notorium, licet regula iuris ſit in contrarium & pręſumptio, vt eſt tex.no.& ibi vide per Bar.in l.relegatorum. §. ad tempus. ff.de interdi.& relega.& notat gl.in l.quod ad ſtatum. ff.de pœnis. & hæc procedunt clarius, quando iudex non expreſſit cauſam in denegatore quartæ productionis. & tamen conſtat q̄ cognouit de cauſa ex actis. Sed quando nō cognouit de negatore tempore interlocutoriæ ferendæ & pars poſtea appellat & appellatus eſt paratus probare, quod vere iuſta cauſa ſuberat denegandi productionem, tunc eſt maius dubium, vtrum interlocutoria poſſit iuſtificari aduerſus appellationem. & eſt in effectu ſecūdus articulus, quem habemus expedire, in quo dixit Hoſti. & ſequuntur communiter Doc. quod ſi nunc probatur iudicē habuiſſe iuſtam cauſam denegandi productionem, licet iudex de ea non cognouerit quandoque interlocutorie poteſt iuſtificari interlocutoria, quamuis a principio cauſa non fuerit exp̄ſſa, ſed de ea cognitum. Sed illa dicta videntur dubia. & videtur primo dicendum, q̄ quando non fuit cognitum de cauſa, iſta interlocutoria ſit nulla, ſi cauſa non fuit in ea expreſſa, quia remanet lata contra notorium, & non habet pręſumptionem pro ſe, quæ reſultat ex cauſæ cognitione, vt dixi in primo articulo. ergo idem vr̄ dicendum, q̄ in citatione, quæ fit de illo, qui prima
a facie non eſt ſubiectus. Præterea poſito q̄ iſta interlocutoria[a] valeret, adhuc vr̄ q̄ nō poſſit iuſtificari ex nouis actis, vt cle. appellanti.de appella.ita econtrario non poteſt iuſtificari, quia eſt eadem ratio. quomodo poteſt ergo probari iuſtam cauſam fuiſſe tempore interlocutoriæ. Præterea tex. ſecundum vnum intellectum,
21 in c.cum cauſa.ꝛ̄ de offi.deleg. videtur probare, †q̄ ſi aliquis opponit exceptionem notoriam, quā iudex reijcit, appellatio a reiectione iudicis iuſtificat̄ ex hoc ſolo, q̄ iudex de exceptione notoria.i. quæ allegabatur notoria, noluit cognoſcere eum, tunc non eſt opus q̄ pars offerat ſe paratam probare exceptionem, vt dicitur in c.interpoſita.in princi. ꝯ. eo.ergo cum hac obſeruata ſolennitate legali notorium eſſet productionem debere concedi, videtur q̄ hoc ipſo quod iudex reiecit hāc exceptionē notoriam, ex ſola reiectione iuſtificetur appellatio, etiam ſi vere ex aliqua cauſa productio concedi non debuiſſet. Sed ad primam rationem poteſt dici, q̄ illa non procederet, vbi iudex expreſſiſſet cauſam, & de eo non cognouiſſet, quia etiam nec expreſſa cā valet, vt ꝛ̄.dictum eſt Item vere procederet ſi cā iuſtificans interlocutoriam appareret ex actis, quia tunc non eſt opus cognitione, vt dicit domi.Anto. & bene poſſet habere locum iſta ratio, quando cauſa p̄ quā iuſtificatur interlocutoria, non cōſtaret ex actis, ſed eſſet probanda. & tunc adhuc iſto caſu credo q̄ illa ratio non obſtat, quia non eſt ratio in iſta interlocutoria, quæ in citatione, quoniam citatio nullam habet formam cauſæ cognitionis, quia committitur parte abſente & nō citata. ſed iſta interlocutoria ferē parte p̄ſente vel citata, vnde videt valere ex quo habet formam cauſæ cognitionis, vt l.in cauſæ.§.cauſa cognita.ff.de minorib. ſicut dicimus in ſimili, de ſententia diffiniti ua, in l.prolatam. C.de ſen. & probatur in cap.interpoſita. infra de appel.& ibi dicetur. Ad ſecundam tationem dico breuiter, q̄ etiam ſi cauſa iuſtificat interlocutoriam ſit probanda nunc coram iudice ad quem, ſatis etiam dicetur iuſtificari interlocutoria ex primis actis, ex quo iſta cauſa fuit allegata vel conſiderata a iudice vel a parte in primo proceſſu, vt declarant gl. & Docto.in clem.appellanti.in glo.pen. & probatur in d.c.interpoſita.& ibi no.& colligitur ex his, quæ tradit Bart. in l.a proceden te.C.de dilationib. Ad tertium potes dicere, ſicut diximus ſuperius allegando Bar.in ſupra allegatis locis, ex quo potuit ſubeſſe aliqua cauſa iuſta excludens notorium iuris, non dicetur iudex ita grauaſſe partem, vt ex hoc ſolo q̄ non admiſit petitionē partis, ſententia dicatur lata contra notorium. Et ad text.in d.c. cum cauſam.poteſt dici, q̄ ibi vel veritas cauſę fuit probata, vel q̄ ex alio reſpectu non requiritur ibi probatio veritatis cauſæ, q̄ q̄ exceptio allegata eſſet notoria prima facie. nam in tex. nō fit mentio ibi de notorietate. & ſic relinquitur communis opinio
22 vera. †Quærit etiam hic Inno.& notabiliter, vtrum poteſt appel
b lari a grauamine[b] futuro ſub iſta forma, pero mihi aſſignari quartam dilationem, & ſi non fuerit aſſignata, appello, concludit valde notabiliter q̄ non, quia appellare a futuro grauamini non licet, ſed a præſenti, vel a comminato duntaxat, vt in c.dilecto, & c.cum ceſſante.ꝯ.de appella.& hanc ſententiam ſentiunt communiter Doct. ſed do.Abb. Moder. credit contrarium eſſe verius de iure. mouetur, quia ille qui appellat ſub conditione, ſi grauaueris me, &c. videtur referre appellationem ad tempus conditionis completæ. vnde videtur appellare tunc magis quā nunc, etiam ſi diceret, ex nunc appello, nec trahetur retro iſta ꝯditio in ſententia iudicis, vt probatur ex his, quæ habētur in c.p̄terea.infra de appella.& in clem.ꝯ.de conceſ. præb. ergo nec eadem ratione in actu appellantis. & hoc credo eſſe veriſſimum, ſcilicet q̄ appellatio non trahetur retro, quia non inueniret extremum habile, ad quod. ſi enim traheretur, videretur appellatum ante grauamen, q̄ non poteſt. & in effectu concludit, q̄ quamuis propter honorem iudicum non ſit conueniens ita appellare, ramen ſi appelletur, valet appellatio, ſicut dicimus in ſententia.2.q.6.in §.biduum. quia licet non debeat ferri ſub cōditione, lata tamen tenet. Pro opinione ſua multum facit, quia etiam ille qui non poteſt de præſenti validum facere actum ipſo iure, illum actum validum facit ſi confert in tempus p̄miſſum, vt l.ſi eū.§. fi.cum l.ꝯ.ff.de dona.inter vi.& vxo. Sed contra ſuam opinionem videtur quaſi caſus not.in ca. Romana.§.ꝯ.de offic.ordi.lib.6. vbi tex.dicit, q̄ archiepiſcopus in diœceſi ſui ſuffraganei non poteſt committere cauſam appellationis, vel aliquem actum ipſius ſub conditione, cum contigerit ad eum appellari.nec eſt differentia inter ſe, & eum, quantum ad propoſitum, quia vtraque dictio facit conditionem, vt traditur in rubr. de condi & demonſtra.ſicut ergo ibi, ne aliquo modo lædatur iuriſdictio ſuffraganei, nō poteſt committi cauſa appellationis ſub conditione, ita ne lædatur honor iudicis, de cuius perſona appellans videtur diffidere, non permittetur appellatio cōditionalis. Non obſtant iura adducta in contrarium per domi. Abb. quia in prædictis iuribus prohibitio fit habenti poteſtatem faciendi actum. vnde nō eſt mirum, ſi nō annullat actum ipſo iure. ſicut in caſu noſtro, in quo appellans ipſo iure non habet poteſtatem appellandi, niſi poſt grauamē, quia appellatio nō conceditur niſi a grauamine. Cum autem diſpoſitio, quæ fit tempore prohibito, confertur in tempus permiſſum, ex hac collatione purgat cauſam prohibitionis, & tunc valet diſpoſitio. verum quia aliquando non purgat, & tunc non valet, vt probat text. in l.ſi minor in fi.de ſeruis expor. & talis eſt caſus noſter. quia licet ego appellem, ſi grauaueris, & ſic conferatur appellatio in caſu permiſſo, non tamen ceſſat cauſa prohibitionis, ſcilicet honor adhibitus iudicibus. Præterea adhuc ſubeſt alia ratio, quia poteſt eſſe q̄ iudex antequam interloqueretur, ita iuſtificaret interlocutoriam ſuam, q̄ traheret partem ab appellando. quid.n. ſi probetur id, quod pars credit non poſſe probari, vel ignorat. certe poſſet pars mutare propoſitum & nō appellare. vnde ne pars vtatur ſuperflua appellatione & fruſtratoria, ſatis ſubeſt cauſa, & cur poſſit appellari iſto modo. & iſta ratio multū plꝫ,

per

ADDITIONES.

a VIN. GOD. Interlocutoria, an & quando tranſeat in rem iudicatam. Cor. conſ.62. Quanquam, litera B.lib.4 & conſ.42. In cauſa, litera A.lib.4, & conſi. 274.inſurgit, litera A.eo.lib.& conſ.69. Viſis, litera Z.lib.2.

b a VIN. GOD. Adde, q̄ appellatio ueritate grauaminis non probata coram iudice a quo poteſt probari coram iudice ad quem, ſi in appellatione fuit expreſſa cauſa. Goz.conſ.22.nu.15.

per quam sequor sententiam communem cum alijs prædictis.
23 † Quærit etiam hic Hosti. quid si iudex deroget productionem quartam propter refrenandam multitudinem testium, & corã iudice appellationis postea liqueat, ꝙ multitudo testiũ non erat refrenata, vtrum possit prouocari ab ista interlocutoria. & videtur dicendum, secundum eum, ꝙ sic, quia hoc vr̃ poni in voluntate ipsius iudicis, vt patet in verbo, voluerit. & sic videtur ꝙ voluntas eius sit probanda, siue iusta, siue iniusta, vt l. cum quidã. ff. de leg. 2. & l. fidei commis. §. quamquam. & ibi no. ff. de leg. 3. contrarium determinat dicens, ꝙ istud intelligitur de voluntate rationabili. vnde si male arbitretur, poterit corrigi per iudicẽ appellationis, iuxta ea. quæ tradit gl. & Doc. in c. super his. j. de accu. †No. istud dictum perpetuo, ꝙ sequuntur hic Doc. ꝙ quando aliquid committitur voluntati iudicis, intelligitur. i. arbitrio. super quo vide, quod notanter ponit Bar. in extrauagã. ad reprimen. in gl. verbo, videbitur. vbi dixit, ꝙ tunc debebit sequi æquitatem, & ius gentium, non tamen tenebitur sequi rigorem iuris ciuilis in his, quæ habet facere ipse vel concedere, non tamẽ poterit auferre exceptionem quæsitam parti, etiam de rigore iuris. & hanc sententiam approbat gl. singularis, quam ipse nõ vidit, in l. penul. ff. de arbit. & Cy. qui prius dixit hoc, & Bald. post eum, & l. si cum ea. C. de dotis promiss. & idem dicit Bald. in l. & si post tres. ff. si quis cau. de quo etiam vide per Bar. in l. filij familias. in prin. ff. de dona. vbi videtur sentire, ꝙ per ista verba iudex potest procedere prout vult, dummodo excludatur dolus. sed prima opinio est magis communis, quam approbat Anto. diffuse in c. j. s̃. de consti. in casu tamen decretalis nostræ nõ videtur committi hoc in voluntate iudicis, vt ait Hosti. sed fit mẽtio de voluntate iudicis ad ostendendum, quid iudex voluerit, id est ex qua causa sit motus ad ferendum sententiam. vnde ad aliũ finẽ proferuntur hic ista verba, quã ad ponendum hoc voluntatem iudicis. nec est inconueniens, ꝙ arbitrium appelletur voluntas, quia est voluntas regulata ratione, vt declarat Bart. in dicto verbo, videtur. Circa principium in gl. posita super verbo,
25 liqueat. ibi, & conclusum, &c. †Nota hanc gl. quam sequuntur expresse Domini de Rota conclusione sua 383. & do. Anto. hic, & do. Abb. Moder. ꝙ non dicitur iudici liquere de causa vsque
26 ad conclusionem in causa exclusiue. †Ex quo sequitur, ꝙ probationes productæ in iudicio non faciunt notorium ante conclusionem in causa. super quo articulo videtur fuisse aliqua varietas inter Doctores, nam in c. pastoralis. s̃. de cau. pos. videtur sentire in vna additione, seu gl. ꝙ satis dicatur liquere de causa, si publicati sunt testes, & nihil opponitur contra testes. sed contrarium sentit hic in quadam alia gl. prout eum refert ibi dom. Anto. in 4. char. & hanc opinionem sequitur do. Anto. in principio decretalis nostræ in dictis locis, & in fine eiusdem capituli. vbi Ioan. And. videtur sensisse oppositum, licet dicta sua possint reduci ad defensum do. Anto. & ibi allegantur decisiones Rotæ, quæ allegantur hic. sed in principio decretalis nostre fundamentum gl. & Doc. tenẽtiũ hanc patem, est, quia ante cõclusionem in causa possunt adhuc produci instrumenta. Item noui articuli & testes super eis, vt in c. fraternitatis. s̃. eo. & in c. cũ dilectus. j. de fide instru. possunt etiam aliquando testes reprobari per indirectum, vt in c. ex tenore. & quod ibi diximus. s̃. eo. vnde licet nihil sit oppositum contra testem, licet etiam sit disputatum super testibus & dictis eorum, & sit finita disputatio, quia tamẽ adhuc testes & instrumenta possunt impugnari, nõ dicetur iudici liquere de causa. & hanc conclusionẽ secutus est Ang. & Ioan. de Imo. post eum, in l. Pomponius. alias incipit, si vni. ff. de re iudi. & do. Anto. de Bu. in c. in literis. s̃. de resti. spo. videtur dicere, ꝙ quantum ad hoc ꝙ si liquet pro actore de possessorio, & pro reo in petitorio simul debeat pronunciari super vtroque, & sic impediatur restitutio in possessorio, iuxta notata in c. cum ecclesia. & in c. cum dilectus. de causa pos. & proprie, & non dicetur liquere de causa in petitorio, nisi post conclusionem in causa. sed quo ad repellendum agentem interdicto recuperandæ possessio. per exceptionem notorij dominij sufficit secundum eum, ꝙ testes sint publicati, & nihil opponatur contra eos. allegat notata per Hostien. in c. cum speciali. j. de appel.
27 & vide tex. in c. cum olim. in fi. de ver. sig. † vbi æquiparatur cõfessio tei euidentiæ & probatio facta per testes. sicut ergo aliqd diceretur notorium ex sola confessione etiam ante conclusionẽ
a in causa, & omnes fatentur, & tamen confessio [a] potest aliquando remoueri vsque ad sententiam sic impugnari. ita dicamus in probatione testis vel instrumenti. & pro hac conclusione facit multum iste text. hic enim fuit suspensum petitorium, vt dicitur in præsenti litera, nec apparet ꝙ in ea postea fuerit processum, vnde dicere ꝙ hic fuerit conclusum in causa, est diuina re. Sed aduerte, quia sicut prædicta videntur probare, quod dr̃ liquere de causa, & probatio esse notoria, etiam ante cõclusum in causa, ita non placet illa differentia do. Anto. de qua. s̃. quia cum idem sit effectus in illis duobus casibus, videtur sufficere eadem qualitas probationis, ex quo est eadem ratio, vt in ca. cũ dilecta. de confir. vtili vel inutili. sicut enim ille, qui obijcit exceptionem dominij, & per hanc exceptionem dñij notoriã intendit excludere restõnem possessionis petitæ, ita reus qui petit pronunciari simul super petitorio, & intendit ideo pronunciari, vt sententia lata contra eum in possessorio non habent effectum, vt patet in d. c. cum ecclesia. vnde non videtur esse facienda ista differentia. Pro opinione ista, quæ habet ꝙ ad hoc vt dicatur liquere de causa, non requiratur conclusio vel renunciatio, facit quod s̃. dixit Ioan. And. in addi. Specu. in titu. de excep. §. dicto.
28 ver. an reus. tene menti. vbi voluit, †ꝙ si reus ante litem contestatam producit instrumentum, repellit actorem a limine iudicij, quia dicitur esse in euidenti. & sic manifeste tenet ꝙ sola productio instrumenti faciat notorium. & hanc opi. sequitur do. Anto. in c. fi. s̃. de lib. obla. & in c. super literis. de rescrip. & in c. pastoralis. j. de excep. Pro ista conclusione facit tex. in c. licet causam. s̃. titu. proxi. in ver. maxime. ibi, euidẽtissime colligatur, &c.
29 vbi patet, †ꝙ probatio, quæ fit per instrumentum, dicitur euidẽtissima, sed potest restringi post conclusum in causa, vt dicunt alij. Pro illa etiam opi. facit, quod tradit notabiliter Cyn. & alij Doct. in l. 2. C. quando fiscus vel priuat. vbi concludunt contra
30 gl. ibi, †ꝙ paria sunt debitorem confiteri debitum, vel esse conuictum per instrumentum publicum. & hoc est, quod sentit notabiliter Bar. in l. j. in prin. ff. de no. ope. nun. tene mẽti, †quia iura ibi æquiparant quo ad faciendum aliquid euidens instrumẽtum & sententiam & similia. sed dominus Bal. multum notabiliter in l. etiam. C. de execu. rei iudi. videtur dicere, ꝙ instrumentum non facit rẽ notoriã & liquidam, nisi quando habet executionem, siue ex forma statuti ratione s̃. allegata, per tenẽtes hãc partem. & idem sentit in d. l. 2. C. quando fiscus vel priua. dum
8 tatur. † Secundo no. ℭ notitia exceptionis declaratoria superueniens post litem contestatem, potest opponi, ℭ intellige, si verisimiliter ante litem contesta. non potuit sciri. alias si posset impurari parti culpa, non admitteretur. primum probatur in cap. nulli, de elec. lib. 6. secundum in c. innotuit. s. de elec. & sic concordantur opiniones contrariæ per Doc. Moder. in d. c. pastoralis, vlti. gl. sic intellige dicta Doc. hic. pro qua distinctione bene facit tex. in l. vtilitatem, & in l. in confirmando. ff. de confi. tu. & quod no. Barto. in simili quæstione in auth. minoris debitor. C. qui dari tuto. pos. Et ad materiam vide tex. cum glo. in l. non distinguemus. §. cum quidam. ff. de arbi. Et aduerte, quia licet cō munis opi. hic, & in d. c. pastoralis. teneat id, quod s. dixi. s. ℭ notitia exceptionis superueniens post litem contestatam, facit vt exceptio possit opponi, si pars prius probabiliter ignorauit, tamen contra istam opinionem videtur casus, secundum glos. & Ang. ibi, in l. de die. §. si seruus. ff. qui satisda. cog. vbi petitio fideiussoris, quæ debet fieri ante litem contestatam, non pōt fieri post iudicium cęptum. & intelligit Ang. etiam si sit error probabilis. & videtur esse de mente literæ. tamen quia alias contineret non dubium, cum ex ver. sequenti in quo est dictio implicatiua. sed vnde, datur intelligi ℭ in eodem casu intelligitur ver. præcedens. i. vbi quis probabilitet ignorasset. sed tu tene sententiam communem, quia pro ea est casus in d. §. si seruus. cū ver. sequenti. propter prædictam dictionem implicatiuam quæ implicat idem esse in casu præcedenti. vnde sicut in versic. mulieri succurritur dictis duabus personis etiam post litem contestatā & in verbo præcedenti. & hoc probant verba tex. etiam in principio non transponendo tex. vt facit glos. quæ transpositio fieri non debet, cum non sit necessaria, vt patet ex præmissis. Et pro ista conclusione vide tex. no. in l. non distinguemus. §. cum quidam. ff. de arbi. in ver. repertus fuerit. vbi videtur probari ℭ satis est inimicitias detegi nunc, licet gl. ibi illum tex. destruat. Ad materiam ēt vide bonum tex. in c. vt circa, in fi. de elec. lib. 6. In glos. posita super ver. adhuc credo &c. Adde ad declarationem istius glos. ℭ etiam si plures quam duos testes haberet qui peterent iudicem remoueri vt possit testificari, adhuc posset dari casus, in quo obtineret. quid enim si reus produxisset vel cōstaret ℭ esset producturus plures testes super eisdem articulis vel directo contrarijs, ita ℭ probatio sua perfecta possit confundi, iuxta notata in c. in nostra. s. eo. Item quid si esset probabilis suspitio ℭ testes illi quos pars vult producere possent reprobari. puta quia laboraret infamia de crimine ꝯ eos, vel saltem aliqua probabilis coniectura. certe eadem ratio videretur esse quā in casu posito per gl. & militaret ratio assignata per text. In dubio tñ ille, qui habet tres testes per se, præsumitur posse sufficienter probare quo ad hoc, vt non sit opus assumere plures. casus est, quem ibi ponderat Bart. in l. quotiens. C. de naufra. lib. 11. non tamen propter hoc dicerem, sicut ipse ibi sentit, ℭ si quis in vno articulo produceret vltra tres, possit repelli, quasi esset effrenata multitudo testium, quia istud est arbitrarium, & aliqñ admittitur longe maior numerus, vt in c. cum causa. s. eo. potest enim fieri vt lex præsumat probationem esse sufficientem, & tamen ℭ probatio adiecta vltra illam non sit effrenata, dummodo nō procedat in magno numero. quod potest esse vtile, saltem quia numerus confirmat fidem, vt in c. nostra. §. eo. addit etiam hic no. Inno. ℭ non statim cum petitur iudicem, vt testis sit, remoueri a iudicando, &c. hoc debebit concedi, sed debet interuenire summaria cognitio, in qua iudex informabit se de duobus, videlicet vtrum iste testis sit necessarius, deinde vtrum verisimiliter præsumatur aliquid scire de his, super quibus petitur in testem. si enim in concedenda prima dilatione requiritur aliqua lis causæ cognitio. 3. q. 3. §. spatiū. & traditur in c. præterea. s. de dilatio. multo fortius in hoc casu ista cognitio requirēda est. dupliciter enim videtur præiudicari parti. primo, quia remouetur iudex sibi gratus, & de quo multum cōfidit, ℭ interesse videtur esse aliqualiter considerandum. quod patet, quia propter hoc pars appellata non potest præuenire appellanti in impetratione nimium substituendo, vt patet in c. oblatæ. §. j. j. de appel. secundo pp expensas, quas fecit pars impetrando. & hanc conclusionē approbant hic Moderni. pro qua dom. Abb. dicit esse casum hic in si. in ver. mandamus. vbi iniungitur onus probandi allegationē factā huic proposito. & sic videt ℭ debeat ꝓbare, ℭ ille testis sit sibi necessarius, &c. tu dic ℭ iste tex. facit fortiter in oppositum: quia, vt patet in ver. ne igitur. antequam iustificetur ipsa

ADDITIO.

a VIN. GOD. Adde quòd ius patronatus absque traditione transferri potest in alium per donationem, Rui. consi. 108. nume. 1. lib. 5. & quot possit modis acquiri per laicum. Alexan. consi. 74. num. 21. lib. 4. & donatio iuris patronatus non ualet nisi interueniat in ea consensus episcopi, Ruin. consi. 108. nu. 2. lib. 5. & competit fęminæ sicut masculo. Roc. de Cur. in trac. de iu. patr. in uerbo competens. num. 1. 2. & in lib. 9. trac. fol. 60. & idem Roc. in eodē trac. in 7. parte, nu. 22. fol. 106. ciusdem libri, dicit quod competit uxori.

Ipſa appellatio,& ſic antequam veritas iſtius allegationis ſurrogatur alius teſtis loco ipſius. ergo datur intelligi, q̃ abſque aliqua probatione iudex, qui petitur in teſtem, eſt remouendus. Nec ob. tex. in ver. mandamus. quia luce clarius patet ex p̃miſſis, q̃ illa verba, ſi eſt ita, non referuntur ad probationẽ neceſſitatis, de qua ſ̃. i. q̃ iſte teſtis eſſet neceſſarius, quia cũ iam iudex eſſet remotus per ſummum Põtificem, ex hac cauſa fruſtra ad finem obtinendi, hæc fieret probatio, q̃ iam eſt obtentum. illa ergo eſt cauſa ad hoc, videlicet vt debeat probari p̃poſitũ fuiſſe ſuſpenſum ex hac cauſa & appellatione iam interpoſita. ſi enim ex alia cauſa fuiſſet ſuſpenſus, non eſſet relinquenda ſuſpenſio. Item ſi appellatio non fuit interpoſita ante ſuſpenſionem, non eſſet relaxanda tanquam nulla. Vnde ſuper vtraque neceſſario erat probatio. opinio tamen Inno. placet mihi per iſtum tex. in ver. ne igitur. vbi ſummus Pontifex in remouendo iudicem fundat ſe ſuper hoc, ne iuſtitia valeat reperire. & ſic patet q̃ remotio non eſt facienda niſi ſubſiſtente neceſſitate, ſaltem veriſimili. & cum iſta neceſſitas ſit fundamentum remouẽdi iudicem, videtur q̃ qui eam allegat ad ſui fundamentum, debet probare, vt in regula, ei qui dicit. ff. de proba. & in c. in præſentia. ſ̃. tit. proxi. vnde dixit Anto. de Bu. valde ſingulariter, in c. ſuper eo. q̃ ille, qui vult teſtem cogi ad teſtificandum in ſubſidium, qa non habet alias probationes, debet hoc probare, quia eſt fundamentum ſuæ intentionis, ſi hoc petat in cauſa criminali, vt ibi latius per eum, qñ habet ius commune contra ſe. & ita videtur eſſe in propoſito. nam regulariter iudex non eſt remouendus a iudicãdo ſine cauſa, vt in c. cum ſpeciali. & in c. 2. requiris. j̃. de appell. contra ipſum tamen multum facit tex. vt ſ̃. dixi, vbi nõ patet aliquid fuiſſe probatum contra ſummum Pontificem, & tamẽ iudex remouetur. vnde oportet dicere alterum de duobus, vel q̃ hic probatio fuerat facta coram primis iudicibus, de qua conſtitit Pontifici, vel q̃ hic ſit caſus contra dominum Anto. in loco p̃allegato, videlicet q̃ ille qui dicit ſe non poſſe aliter probare, habeat fundatam intentionem ſuam, ita q̃ non teneatur ipſe p̃ bare hoc, quod allegat. & tunc vera erit doc. Inno. ſ̃. dicta, q̃ debebit adhiberi ſummaria cognitio, quia forte pars aduerſa præparabit oppoſitum. ſed primum magis placet, quia magis innititur regulis iuris, licet aliqualiter diuinet ad iſtum tex. Sed contra rationes Inno. poteſt argui, & primo contra primam, inquãtum conſiderat intereſſe expenſarum, quia ad iſtud poteſt dici q̃ intereſſe expenſarum non aufert beneficium conceſſum parti de iure communi, ſed inducit vt pars non poſſit vti beneficio, niſi refundat expenſas, vt eſt caſus in c. interpoſita. §. ille deniq;. j̃. de appella. & in l. edita. iuncta gl. ſua. C. de eden. Præterea hoc intereſſe expenſarum non eſt conſiderabile, niſi vno caſu, videlicet q̃ ſi impetrans non potuiſſet impetrare hunc iudicem non fuiſſet veriſimile alium impetraturus tunc cum præcederet intereſſe expenſarum, quia pars non feciſſet iſtas expenſas, qa pars quæ petit nouum iudicem ſurrogari, cum hoc fiat eius cauſa & contemplatione, tenebitur ſubire expenſas noui iudicis in impetrando, vt l. ſi poſtulauerit. in prin. ff. de adul. nihil ergo poterit intereſſe prioris impetrantis, quaſi habeat facere nouas expẽſas in impetrando nouum iudicem, quia illa ſubit pars aduerſa. Nec ẽt poteſt dicere q̃ priores expenſas debeat repetere, ex quo iudex impetratus remouetur, quia ex quo alium omnino erat impetraturus, etiam iſto remoto non dicitur affici damno quo ad expenſas, vt poſſit eas repetere ab aduerſario, vt l. ſed ſi hæreditas. § j. ff. ad exhibe. facit optime quod no. Bart. in ſimili quæſtione, in l. edita, in vltima quæſtione præallegata. vbi vult, q̃ qñ actor mutat libellum, vel emendat, reus non poteſt petere expẽſas ab eo, quando eaſdem expenſas eſſet facturus in libello emẽdato quas in primo. hæc tamen ſecunda ratio non infligeret dictum Inno. quin poſſit euadi, quia pur remaneret aliqua recognitio. ſed prima ratio concludit & bene q̃ cauſæ cognitio vertitur ſuper refectione expenſarum non ſuper ratione iudicis. contra ſecundam rationem Inno. facit tex. in l. pe. §. j. ff. de vaca. mune. in ver. tollerabilius. vbi tex. videtur velle q̃ in remouendo. iudicem quem pars petit remoueri ex aliqua iuſta cauſa non attendatur intereſſe partis aduerſæ, niſi vno reſpectu duntaxat, in quantum. ſ. per dationem noui iudicis prolongaretur cauſa, quia iam prius iudex cognouiſſet de cauſa. ſed tamen hoc non obſtante, placet opinio Inno. & ratio ſua per tex. in d. l. penul. §. j. vbi probatur, q̃ ex leui præiudicio quod infertur parti: verbi gratia ex inſpectione modici temporis non remouetur iudex cum captione alteri⁹ partis. & licet poſtea in ver. tolerabilius. loquatur de vno intereſſe partis dũtaxat, non tamen reſtringit p̃cedens dictum, ſed videtur poſitum cum exemplo. pro quo bene facit tex. in l. ſi longius. in prin. ff. de iudic. vbi ſimpliciter dicitur à contrario ſenſu, quod propter modicam dilationem nõ
a remouetur iudex, [a] & ſic patet, q̃ ratione leuis præiudicij pars non poteſt petere remoueri, vt inquit idemmet. In eadem ibi, ſed ſi omnino nollet, &c. do. Abb. Moder. hic repræhendit iſtud dictum gl. quia eum. ſ̃. concluſum ſit, q̃ iudex non eſt remouendus, niſi in ſubſidium. i. vbi aliter veritas probari non poſſet, in iſto caſu etiam in criminalibus teſtis poteſt cogi teſtificari, ergo licet proteſtetur ſe nolle, nihilominus poteſt. quod autem poſſit cogi, notatur plene in c. dilectorum. j̃. titu. proxi. Sed poteſt ſaluari gl. in vno caſu, videlicet qñ ille qui petit remoueri iudicem, habet duos alios teſtes, per quos poſſit probare, quo caſu licet æquum ſit remoueri iudicẽ teſtificari, vt dixit gl. ſ̃. in prin. non tamen videtur æquum ſi cogatur teſtificari in criminalib⁹, quia non conſtat ſufficienter q̃ probatio non poſſit fieri p̃ alios quo ad effectum tollẽdi priuilegium teſtis. In gl. poſita ſup ver. recuſaſtis. ibi, ſed quid erit ſi iudex iſte, de quo quæritur, &c. De materia huius quæſtionis & ſequentium vſque ad finem, dic vt traditur in Spec. in tit. de teſte. §. j. ver. quid ſi impetrans. & verſ. ſequentibus. Et circa hanc quæſtionem primam tranſeunt aliq Doctores antiqui cum gl. & Hoſt. & Ioan. And. alij tenent opinionem Io. vt hic in gl. & Inno. quia delegatus repræſentat perſonam delegantis, vt l. j. §. qui mandatam. ff. de officio eius, cui man. eſt iuriſdi. & in c. paſtoralis. §. j. ſ̃. de offi. ordi. Sed hoc dictũ negant Moder. quia ſi delegatus in totum commiſit vices ſuas, ſubdelegatus non repræſentabit amplius, quia ipſe remanet priuatus, & deſinit eſſe iudex. hinc eſt, q̃ ad eum non appellat̃, ſed ad primum delegantem, vt in c. ſuper quæſtionum. §. porro. ſ̃. de offi. dele. & in c. delegatus. in fi. eo. titu. in 6. vnde quando delegatus in totum commiſit vices ſuas, nec proceſſit ad pronunciandum aliquid in cauſa, tunc ſi poſtea in totum committit vices ſuas q̃ non poſſit teſtificari ſecundum do. Abb. Moder. per ea, quæ habentur. 2. q. 6. c. ſtatuendum. qui enim aliquid pronũciauit in cauſa videtur eſſe affectus ad cauſam, intellige in fauorem eius pro quo pronũciauit, ergo repelletur à teſtimonio, qđ non eſt verum aliquo modo, quia etiam iudex qui proceſſit in cauſa, quinimmo & qui tulit ſententiam poteſt atteſtari de geſtis coram ſe, vel pro ſe, dummodo ex tali atteſtatione non conſequatur laudem, vel fugiat vituperium, vt plene ſcripſi in c. cũ a nobis. ſ̃. eo. & probatur in c. cũ dilecti. j̃. de acc. & in c. cũ inter dilectos. § præterea. de exceſ. præla. vnde iſtud dictum non habet ſaporem iuris, niſi reſtringatur eo modo, quo. ſ̃. dixi, niſi qñ teſtificatnr ad releuandum ſe. ſed eſt magis dubium, quid ſi delegatus reſeruat ſibi aliquid de iuriſdictione, vel quid ſi ordinarius deleget ipſe cauſam, vtrum poterunt eſſe teſtes. ſuper quo hic dom. Abb. in effectu concludit, q̃ poſſunt. de quo dic vt hic plenius per eum. cui adde caſum valde bonum in ſimili in ca. in ſup. ſ̃. & qđ ibi no. vbi p̃z q̃ q̃uis prælatus nõ poſſit teſtificari in cã eccleſiæ ſuæ, ſi ipſe agat in iudicio p̃ ſe, põt ſit teſtificari, ſi cõ
9 ſtituat p̃curatorẽ ſuo noĩe ad agẽdũ. †Ex quo p̃z, q̃ iura dicentia q̃ nõ põt eſſe iudex & teſtis, neq; actor & teſtis, intelligunt̃ de his, q iudicãt vel agũt actũ. ĩtellige, qñ repellunt̃ pp hoc ſolũ, qa agũt vel iudicãt, ſecus ſi cã eſſet propria, vt patet de ſe. Quærit etiam hic do. Anto. quia gl. dicit q̃ epiſcopus poteſt teſtificari
10 coram ſuo vicario. †Quid ſi maior, qui teſtificatur coram inferiori, dicat falſum coram ipſo, vtrum poterit ab eo puniri. & remittit ad no. in Specu. in titu. de teſte. §. j. verſi. quid ſi is. vbi Spe. refert quatuor opiniones. & videtur inclinare in vltimã q̃ poſſit puniri per l. nullum. C. de teſti. do. Abb. diſtinguit, q̃ aut ſuperior, qui dicit falſum coram inferiore, habet iuriſditionem in ipſo, vt archiepiſcopus in epiſcopum, epiſcopus in vicariũ ſuũ, & in Archidiaconum, & ſimiles, & tunc videtur q̃ puniri non poſſit, per c. cum inferior. de ma. & obe. & per ea, quæ habẽtur in c. j. j̃. de rapto. & in c. 2. de conſti. Si vero non habet iuriſdictionem in ipſum, & tunc licet ſit maior poteſt puniri, quia quo ad iſtum habetur loco priuati, vt l. apud eum. ff. de manumiſ. vin.
11 & l. 3. ff. de offi. præſi. †Sed quæritur in primo caſu, quid ſi eſſet maior, vel par habitu, ſed non actu, vtrum poterit puniri. ſuper hoc dicit Bar. notabiliter in l. inter tutores. ff. de admi. tu. q̃ ſimiliter non poterit puniri. & ponit quæſtionem de duobus dominis, qui ſunt pares in iuriſdictione & diuiſerũt territorium inter ſe. dicit enim, q̃ ſi vnus delinquat in territorio alterius, non poterit puniri, quia habet iuriſdictionem in illo territorio habitu, & ſic eſt par punienti, & de ſuperiore qui habet iuriſdictionem habitu & non actu, poteſt poni exemplum in c. irrefragabili. §. j. de offi. ordi. & illam concluſionem Bar. ſequitur Bal. in c. imperialem. §. præterea. de prohi. feu. alie. per Fede. licet aliter ſentiat in fi. qualiter debeat iurare vaſallus fidelitatem. ſed primum dictum eſt cõmunius, & videtur eſſe ſatis conueniens & æquũ, q̃ propter habitum iuriſdictionis, qui remanſit, iſte dicatur vel par, vel ſuperior, vt in vniuerſali poteſtate conceſſa inferioti vel pari non compræhendatur iſta perſona, argu. eorum, quæ habẽtur in l. ſi pluribus. ff. de aucto. tu. In gl. poſita ſuper ver. defectu.

ibi,

A D D I T I O.

a VIN. GOD. Adde an iudex poſſit remoueri vel recuſari quando pater eſt aduocatus in cauſa in qua filius eſt iudex & econtra, Albe conſi. 92. nu. 1. & ibidem ſub pluribus nominis. quando poſſit recuſari & ex quibus cauſis & recuſatus per ſententiam, an poſſit appellare, ibi. nu. 4. & 7.

ibi,sed nunquid aduersarius obijcere poterat, &c. Innocē. in c. cum olim. de excep. limitat istam gl. & dicit eam esse intelligendam, quando exceptio, propter quam repellitur testis, pariter & eodem modo potuisset repellere iudicem, verbi gratia exceptio excommunicationis, infamiæ & similium, de quibus in c. sciscitatus. s̄. de rescrip. sed vbi exceptio, quæ nunc opponitur cōtra testes, non potuisset repellere iudicem, tunc licet aliquis approbasset aliquem in iudicem, nō tamen videretur eum approbasse in testem. exemplum in exceptione criminis, vt refert hic do. Anto. & in c. 2. s̄. eo. Sed etiam in primo casu hoc dictum gl. nō videtur verum, quia maius præiudicium potest afferre testis testificando quam iudex iudicando, quoniam error iudicis & iniustitia potest corrigi per appellationem, sed non dictum testis nisi reprobetur alia reprobatione. † & ideo non valet illa cō
12 sequentia, pars approbauit aliquem in iudicem, ergo ipsum ꝑbauit in testem, quia quo ad partem maius videtur esse officiū testis quam iudicis. vnde approbatus ad vnum officiū, non videtur approbatus ad maius, vt in ca. cum illis. de præben. lib. 6. & est tex. de iure ciuili, & quod ibi per Bar. in l. tutor. §. curator. ff. de adm. tut. ꝑer quem dicit ibi no. Bar. q̄ si pater deputat aliquē tutorem testamento, qui non potest esse tutor propter eum cui datur, & est approbatus ad officium tutelæ ex mente testatoris videtur esse datus curator, vt l. pater Seuerinam. §. j. de condi. & demon. quia maius est officium tutoris vel curatoris. secus ecōtra, si deputatur aliquis curator in testamento illi, cui debebat dari tutor, quia approbatus ad officium minus, non videtur approbatus ad maius. & idem dicimus econtra in reprobatione,
13 † q̄ reprobatus in vno officio, non potest amplius assumi ad illud idem officium, vel simile. De eodem officio ponit Bal. notabiliter in c. j. §. si duo. iuxta fi. de pace tenen. De simili tenet Bar. in l. Cassius. in fi. ff. de Senato. secus si sit dissimile, vt ibi per eū, quia hic in fi. literæ causa remittitur ad priores iudices, a quib⁹ fuit appellatum. videtur contradicere tex. in c. vt debitus. & in c. cum speciali. §. porro. j̄. de appella. Doc. soluunt tripliciter, vel q̄ hoc processit de communi consensu partium, & ista solutio diuinat ad tex. vel secundo dicit do. Anto. q̄ ex quo nouus iudex adiungitur prioribus, non dicūtur ratione adiuncti esse ijdem iudices ꝓꝓ mixturam huius noui, argumento eorū quæ habentur in c. quia circa, de consangui. & affinita. & in l. 2. in princ. ff. de verbo. oblig. sed cum non redeatur ad primos iudices ex eo, quia præsumuntur suspecti, vt j̄. dicemus, adhuc videtur durare causa cur ad eos non debeat fieri remissio. pro hoc facit optime, quod tradunt Docto. reprehendendo gl. in c. dilecti. j̄. de ap
14 pel. vbi voluit, † q̄ non possit appellari ab aliquo, qui iudicauit solus ad eundem, si habet iudicare cum alijs tāquam caput, sed omnes tanquam collegæ. hæc tamen solutio non placet, ratione prædicta, quia sub eadem ratione ab ipsis fuit appellatū, sub qua nunc iudicant, licet vt collega. non tamen firmo nunc, an vera sit decisio præallegata, in qua adde etiam quod traditur in c. a collatione. de appella. lib. 6. Tertiam solutionem posuit Ab. antiquus, quæ est. s̄. & pulchra, & eam approbant hic Ioan. An. & Moder. q̄ ideo causa remittitur ad priores iudices, quia & si errauerint, fuit tamen ante decisionem huius decretalis iste probabilis error. vnde nō possunt dici priores iudices suspecti quasi dolose, vel per ignorantiam iuris grauauerint partem. vnde cū cessat causa, propter quam causæ cognitio deuoluitur ad iudicem, ad quem. s. suspitio priorum iudicum, cessabit etiam iuris dispositio. & hæc opi. multum placet, maxime quia Barto. in l. eius, in vlt. q. ff. de appel. reci. declarans intellectum c. vt debitus. expresse vult q̄ dispositio illius c. surgat ob iniuriam, qu infert iudex parti grauando ipsam. allegat. l. si quis prouocatione. C. de appel. quæ sine dubio cessat, vbi datur probabile dubium iuris. Et aduerte, quia in illa q̄stione in finalibus verbis ampliat dispositionem c. j. §. j. de appel. lib. 6. dicit enim ille tex. q̄ si pars appellans antequam appellatio super interlocutoria finiat̄, &c. vult causam principalem expediri per iudicem ad quem finito appellationis articulo cognoscetur causa coram iudice ad quē, etiam si pronunciaretur bene appellatum & male interlocutum, vt ibi exponit quædam glo. parua, & est communis sensus. Bar. autem in loco præallegato vult, q̄ idem sit etiam si postquā
a pronunciat male esse appellatum, [a] pars appellata vellet causā cognosci per iudicem ad quem. & credo esse verum, quia ratio propter quam pars appellata hoc potest petere prius, est quia appellans non potest contradicere, quoniam appellando tacite videtur dixisse appellando appellationem suam iustam, & sententiam iniustam. & q̄ causa principalis erat deuoluenda ad iudicem ad quem, secundum Io. An. in d. c. j. & sic videtur approbasse iudicem ad quem, quo ad cognitionem principalis, quātū est in se, vnde nō pōt eū amplius reprobare. q̄ rō habet locū, siue appel. hoc petat añ articulum diffinitum, siue post, vt vides.

ADDITIO.

a VIN. GOD. Adde q̄ quis dicitur appellatione abstinuisse iusto metu quā do iudex solet male tractare appellantis cōsanguineos, Rui. consi. 8. nu. 2. li. 5.

SVMMARIVM.

1 *Probationis copia ne pereat ex parte rei produci possunt testes aduersario citato.*
2 *Fundans ecclesiam ab initio ipso iure habet intentionem fundatam etiam pro hæredibus.*
3 *Ius patronatus ecclesiasticum, ad hæredes extraneos, an transeat.*
4 *Fundator ecclesiæ, an possit iuri patronatus renunciare, & quid operetur renunciatio.*
5 *Episcopus, si concedit ecclesiam monasterio patrono consentiente, ius patronatus acquiritur monasterio.*
6 *Episcopus, licet exemerit aliquem a sua iurisdictione, tamen tenetur sibi præstare reuerentiam.*
7 *Ingratitudinis causa vna ex tot, propter quas libertus in seruitutem reuocatur, qualis sit.*
8 *Patroni ius in liberto, an fortius sit, quam patroni in ecclesia.*
9 *Testes non solum, quando recipiuntur ordinariè, post lit contest. pars est citanda, sed etiam cum extra ordinem ad æternam rei memoriam.*
10 *Citatio peremptoria, ad videndum testes iurare, ibi requiritur vbi lite non cōtestata procedi potest ad diffinitiuam.*
11 *Receptio & examinatio testium qualiter differant.*
12 *Citatio, quæ fit cum testes recipiuntur ad æternam rei memoriam, sit sub condi tione. si pars interesse velit.*
13 *Citatio non præsumitur, nisi probetur.*
14 *Examinatio testium ad æternam memoriam, quæ fit ex parte rei, an coram eo dem iudice, coram quo idem reus reconueniendus est, fieri debeat.*
15 *Testes recepti ad æternam rei memoriam, citato venditore siue auctore, vtrū probent contra singularem successorem.*
16 *Publicatio testium fit, si ex eius parte examinantur.*
17 *Testes quando examinantur, & non publicantur, an acta non publicata per notarium tamen scripta faciant fidem in alio iudicio.*
18 *Publicatio testium, qui a reo ante lit. contest. producuntur, an ipso inuito fieri debeat.*
19 *Citatus aduersarius, si fuerit tantæ proteruiæ, vt audire nollet testes alterius partis, valet citatio, ac si præsens esset.*
20 *Testes ad æternam memoriam ex parte rei parte contumace recepti, an possint in personis reprobari.*
21 *Testes ex parte actoris, quando ius suum in diem est suspensum, an possint ad æternam rei memoriam examinari.*
22 *Ius petendi bonorum possessionem, quòd vere non competat, cum testimonium sit falsum, sed non obtineam bonorum possessionem mihi decerni a iudice, nisi probem illud esse factum. stant simul.*
23 *Publicatio testium testamenti, quare fit.*
24 *Chirographo deleto, conditionale debitum, quod testibus probari poterat, con ninente, an pars possit illud delentem condemnari facere.*
25 *Reus & actor, quando quis esse potest, si faciat examinari testes ad æternam memoriam, an prosint sibi contra aduersarium citatum, si per reum conue niatur.*
26 *Actor in causis non requirentibus lit. contest. an semper possit testes ad memoriam ęternam examinare.*

CAP. XLI.

1 Significauit. †Ne copia probationis depereat ex parte rei produci possunt testes & examinari ad æternam rei memoriā, aduersario prius legitime citato. secunda est ibi, quo circa. tertia ibi, denæciando. Pimo no. ex isto tex. in ver. fundato
2 res, &c. secundum Moder. † q̄ ille, qui fundat ecclesiam ab initio, ipso iure habet intentionem fundatam, non solum pro se, sed etiam pro hæredibus, vt intelligatur esse patronus, nisi aliud protestetur. concor. tex. in c. quoniam. j̄. de iurepa. & ibi gl. & in c. nobis. eo. titu. 16. q. j. c. filijs. & in c. decernimus. cum si. & quia tex. hic facit simpliciter mentionem de hæredibus, videtur hic
3 probari, sicut in c. quoniam, † q̄ iuspatronatus ecclesiasticū trā-
a sit ad hæredes extraneos, [a] de quo fuit aliqualiter dubium. quia gl. videtur de hoc dubitasse in c. filijs, prę allegato, & in c. considerandum. s̄. allegato, & ēt in c. constitutum, ea. causa, q. j. Quibus adde gl. no. quę idē tz q̄ p̄dicti Doctores in cle. de iurepatro. in ver. libere. Ratio ipsorum in hoc secundo dicto est, quia si iuspatronatus transit ad hæredes ēt extraneos, prout dictum est, & tenuit gl. in d. cle. 2. iuxta finē gl. magnæ, sequitur q̄ si filius non est hæres, non pōt succe

dere

ADDITIO.

a VIN. GOD. Quando iuspatronatus ecclesiasticum transeat ad hæredes extraneos & quando per episcopum immutari possit voluntas testatoris Alexā. consi. 72. in causa & lite, lib. 7.

dere in iure, quod est vniforme quo ad omnes. Si primum dictum redditur magis dubium,& secundum est aliter declarandum,quia si iuspatronatus transiret ēt ad hæredes extraneos,,put ipsi dicunt,sequeretur q̄ ēt commoda iuris patronatus.Item prout est præsentatio & pceptio alimentorum in casu egestatis, vt in c. nobis.j. de iurepat.& enumerat plenius gl.in ca.quia piæ mētis. 16.q. 7.transirēt ēt ad hæredes extraneos. sed hoc est falsum,quia ius alimētandi debetur solum patrono & liberis,vt dicit tex. no.in c.quicunque.in fine,ea. causa, & q.ergo hoc dictū nō videtur verum,præsertim quia tex.in c. filijs. circa medium, in ver.ipsis hæredibus,iūcto prin.ipsius, videtur restringere hāc qualitatē hæredum,ad hæredes sanguinis.Scis enim q̄ dictio relatiua refert substantiam & qualitatē de subtilitate iuris, maxime p̄ tex.in c.quicunq;.forte verior esset opinio contraria, quā videtur sequi Bal.in l.j. C.de bo.liber. & est de mēte Bar.in l.qa, alias si patroni.§ j.ff.ad Trebel.saluando tamē communē sentē tiam,potes dicere q̄ tex. qui vult prēstari alimēta patrono & liberis,non intelligitur taxatiue,ita q̄ ēt alijs præstari non debeāt. & quamuis de suo proprio significatu ita deberēt intelligi,vt in ca. nonne,& quod ibi not.de præsump.quia tamen communiter canones simpliciter dicunt, quod iuspatronatus transit ad hæredes,vt in iuribus s̄.allegatis.q̄ nomen de suo proprio significatu complectitur hæredem extraneum,vbi materia subiecta non repugnat,vt traditur in l.in annalibus.C.de leg.& in l.in cō uentionalibus.ff.de verbo.signi.dicemus,q̄ illa tacita exclusio, quæ fit in iuribus præallegatis hoc casu non habebit locum per ea,quæ habentur in fi.q.in c.ab apostolica.de his, quæ fiunt a p̄ la.sine consensu cap.& in c.cum generali.de elec.lib.6.& l.omnes populi.de iusti.& iu. per Bart. in quibus locis concluditur, q̄ argumentum a contrario sensu, non colligitur vt corrigat. l. expressam.licet autem iuspatronatus transeat ad hæredē extraneum,non tamen venit in restitutionem vniuersalis fideicommissi, vt tradit singu Bar.in d.l quia patroni.§.j. ad Trebel. cuius dicta approbat Ioan.de Imo.noua ratione,in l. si patroni. in prin.ff.eo.titu.quia posito q̄ iuspatronatus trensеat ad hæredē extraneum,vt est communis opi.quia tamen principaliter non consistit in commodo pecuniario,sed est ius annexum spiritualitati,vt in c. quanto.s̄.de iudi.non veniet in resti. fideicommissi.sicut dicimus de iure monumentorum,q̄ licet transeat ad hę redes extraneos, non tamē venit in restitutione fideicōmissi ratione prædicta.primum probatur in l. familiaria.cum.l.sequen. ff.de reli.& sump.fu.Secundum in l.quia proinde,allegata Sed posito sine præiudicio veritatis,q̄ tale ius transiret ad solos hæredes sanguinis,adhuc falsa est gl.in d.c.considerandum,& d.c. constitutum,ea. causa, q.j.quia hoc ius non defertur simpliciter filijs,vt propinquis,sed defertur ipsis vt hæredibus, vt clare probat tex. in d.l. filijs. circa medium. quem tenebis menti.Modo stat regula,q̄ illud ius quod non defertur nisi hæredibus sanguinis,non transit ad eos,si non sint hæredes, quando defertur eis, vt hæredibus sanguinis,secundum glos. no. quam ibi approbat Bar.in l.ex facto.§.fi.ad Treb.& est bonus tex.& ibi no.Bar.in l. tale pactum.§.fi.ff.de pac. vtrum autem iuspatronatus ecclesiæ transeat in fiscum,vide gl.no.ibi in d.c.filius.& glo. contrariam in clemē.pastoralis,in verbo,subiecte. de re iudi. & Abb. Mod. in c.cum laicis.j.de iurepatro.& in c.quanto.de re iudi. vbi plenius.sed melius & plenius omnibus ponit Ioan.de Imo. referēs
4 dicta do.sui Anto.de Bu.in l.insulam,in prin.ff.solu.mat.†Secū do nota perpetuo ex isto tex.ibi,liberam esse voluntatem,&c.q̄
a ab ipso principio fundator a ecclesiæ potest renūciare iuripatronatus. Sed quæritur pro declaratione literæ hic, per Ioan. And. & alios scribentes,quid operetur ista renunciatio.& breuiter refert do.Anto.duas opiniones.prima opinio fuit quorundam,q̄ dixerunt per istam renunciationem patronus non deperdit aliquid iurispatronatus,sed hoc solum cōsequitur ecclesia, q̄ nullum onus poterit apponi post ipsam renunciationē præstandū ab ipsa ecclesia.quæ opinio reprehenditur & merito ab omnibus,quia parum vel nihil operaretur ista renunciatio.vnde Ioā. And.& do.Anto.hic concludens, q̄ per hanc renunciationem pdetur iuspatronatus quantum ad respiciendū commodū ipsius patroni vel honorē,per hoc tamē non releuabitur patron⁹ quin possit & teneatur denunciare clericum institutum in beneficio dilapidantem bona ecclesiæ iuxta tex.in c.filijs. 16. q. 7. & in c.constitutū.ea.cau.q.j. præterea hoc probant ipsi per tex.
5 in c.pastoralis.j.de donatio.vbi dicitur,†q̄ si episcopus concedit ecclesiā monasterio cōsentiente patrono,ex isto cōsensu acquiritur monasterio iuspatronatus siue transfertur. & sic datur intelligi q̄ patronus amisit. Secundum dictum probant duabus rationibus.prima ratio est,quia quilibet alius non solum patronus,potest taliter dilapidantem denūciare in fauorem ecclesię, vt in c.si quis presbyterorum.de reb.eccle.non alienan. & not. gl.in d.c,constitutum,& in c. venerabili,de offi.deleg.ergo & patronus eodem modo poterit. Secundo,quia in generali renuncia.non venit dolus futurus,qui non potest remitti ēt specifice, vt l. Aurelius.§. Caio. ff.de lib.lega.& in c. quemadmodum, in fi.& ibi per gl.j. de iureiuran. Tertia fuit opinio Lauren. qui dixit in c.considerandum.16.q.7.approbans ibi glo. q̄ renunciatio,quæ fit iuripatronatus,operatur quo ad præiudicium hæredum legitimorum,si tales hæredes patronus habet.quantum autem ad hoc vt patronus non possit tanquam patronus denūciare clericum vel accusare,non operatur ista renunciatio, ēt si expresse super hoc iure fiat. & in hoc approbatur gl. singularis, quæ hoc ibi dixit,quam etiam sequitur do. Anto.de Bu.in d. ca. cum seculum.j.de iurepat. Mouetur gl. tali ratione, quia q̄ patronus teneatur defendere ecclesiam,hoc est inductum in fauorem ecclesiæ,non suo iuri autem inducto in fauorem tertij, nullus renūciat,vt l.iubemus.§.sane, & ibi gl.in verbo, consentiāt. C.de sacrosan.eccle. & est casus clarus in l. fi. ff. de pac. Confirmatur ista ratio, quia q̄ patronus teneatur ēt defendere ecclesiam,erat etiam illo tempore, quo nullum aliud ius habet patronus in ecclesia,secundum gl.no. 10.q.j.c.nouerint.ergo videtur,q̄ quamuis patronus simpliciter renunciat iuripatronatus, nihilominus hoc possit remanere,quasi non sit connexum, & onus impositum patrono propter emolumentum, quod hēt. Sed contra primum dictum facit,quia nos videmus in simili,q̄ si patronus remittit liberto totum iuspatronatus,non videtur remittere ius reuerentiale.Item nec ius reuocandi libertum in seruitutem propter ingratitudinem,vt dicit tex.in l.fi. C.de bon. li-
6 ber.per quē tex.refert ibi Bal.dixisse Oldra. ad q.†q̄ licet episcopus eximat aliquem a sua iurisdictione,tenetur tamen sibi præstare reuerentiam,& exire obuiam,cum alijs clericis, cum epi-
7 scopus intrat ciuitatem.†Item vna ex causis ingratitudinis, propter quas libertus reuocatur in seruitutem, est quando dominum infirmum,vel senem egentem non curauit.i. non aluit, vt l.alimenta.§.fi.de lib agno.si ergo non videtur remissa necessitas alimentandi liberto,nec ius reuerentiæ.idem videtur posse dici in patrono ecclesiæ,vt debeatur sibi honor tanquam patrono,sicut ponit gl. & Archi.in c.piæ mentis. 6. q. 7. quia in processione debet ire iuxta presbyterum. Item videtur q̄ possit pe-
8 tere aliquādo si est senex,vel infirmus,sicut dicit in liberto.†Sed ad istud respondetur tenendo sententiam communem, q̄ ius quod competit patrono in liberto, est fortius quam iuspatroni in ecclesia,vt inquit gl.no.in cle.2.de iurepatro. in ver. liber. & probatur ratione,quia iuspatronatus competit in liberto de iure communi.sed patrono in ecclesia ex priuilegio de iure speciali,vt in c.quoniam, de iurepat. Facilius autem tollitur priuilegium quam ius commune,vt l. eius militis.§. militia. de testamen. mili.ergo non potest inferri de vno ad aliud. vnde non reperitur iure cautum, q̄ propter ingratitudinē commissam ab ecclesia,reuocetur dos data ecclesiæ.Sed circa dictum glo. in c. considerandum est maius dubium,quia sicut ego fateor, q̄ patronus qui renunciat iuripatronatus potest non tanquam patronus,sed tanquam quilibet de parrochia vel de populo denūciare rectorem dilapidantem,vt in c.si quis presbyterorum,præallega. & ita credo hoc intellexisse Doct. per iura, quæ allegant. Item dubium videtur, q̄ patronus, qui denunciat tanquam patronus,vel accusat,admittitur,sicut ille qui prosequitur iniuriam propriam,vt dicit gl.in c.constitutum,sæpe allegato.vnde primo cum ista facultas concedatur sibi tanquam patrono, videtur q̄ ex quo desinit esse patronus,vt talis non possit amplius accusare vel denunciare, vt dicit tex.in simili,in l.cui eorum.§. affinitatis.de postula.Et posito q̄ patronus existēte patrono nō possit specifice renunciare huic iuri,vt glo.extincto tamen iure patronatus in consequentiam etiam hoc toleratur.multa enim permittuntur in consequentiam, quæ non principaliter, vt in c.super eo.de præben. lib.6.& in c.ex literis. j. de iurepa. & in l. si quis seruo.ff.de ac.emp. cū multis alijs. Præterea sicut in casibus,in quibus non licet transigere vel pacisci,non potest renunciare iuri accusandi simpliciter,potest tū denunciare iuri accusandi priuilegio,quo præfertur alijs puta iure mariti, vt est casus in l.si maritus.§.si negauerit.ff.de adul.iuncta.l.3.§.is. qui.ff. de sepul. vio.secundū vnam so.Bart. in d.§.si negauerit.ita videtur posse dici q̄ patronus non possit renunciare iuri denunciādi tanquam quilibet,sed bene tanquam patronus,qui prosequitur iniuriam propriam. Nec dicas,q̄ isti casus sint dissimiles, qa sunt,quia omnis accusatio,quæ instituitur a quocunque principaliter tendit ad vindictam publicam,vt traditur in ca. 2.j. de collu.detegenda.& probatur in l.licitatio.§.q̄ illicite. ff.de pub. & in l.ne quicquam.ff.pro socio.sic ergo etiam ibi accusatio ad vindictam propriam quam etiam alterius.s.publicum.& tamē lex tolerat. q̄ ex quo non tollitur omnino ius accusandi valeat

quo

ADDITIO.

a VIN. GOD. Adde q̄ fundatores ecclesiarum curam in presentatione qualem habere debeāt quia ponitur per Vgon.in trac.de officio quatuor prælatorum.vers. sunt autem,nu.3.& quando filij fundatorum ab ecclesia fundata alij debeant.ibi.nu.4.in lib.8,trac.fol.96.

quo ad aliquid ista renunciatio. Fateor tamen, ꝙ potest esse aliqua differentia, per quam forte posset euitari ista ratio, a qua tamē non recedo pro nunc, nec etiam a reproba. gl. in d. c. considerandum. maxime ex prima ratione. s̄. posita. Dictum autem Lau. dum dicit, ꝙ renunciatio patroni non præiudicat hæredibus sanguinis, nullo modo posset esse verum, si iuspatronatus transit ēt ad hæredes extraneos, quia in iure quando transeunt vniuersaliter ad omnes hæredes, sine dubio factum defuncti p̄iudicat hæredi, vt l. cum a matre. C. de rei ven. & l. j. C. vt ac. ab hære. & bene declarat Bar. in ſ. q. ad propositum in d. l. si patroni. in prin. ad Treb. Si vero transit solum ad hæredes sanguinis, tunc posset dicere verum aliquo casu, super quo distingue, vt p̄fecte distinguit Bal. in l. qui se patris. C. vnde lib. in 3. char. in q. de patre renunciante feudum in manibus domini, quæ est omnino eadem quæstio, quando iuspatronatus ecclesiæ non transiret ad hæredem extraneum. Tertio no. ibi, denunciando, &c.

9 † ꝙ non solum quando testes recipiuntur ordinarie post li. contesta. pars est citanda, sed etiam cum recipiūtur extra ordinem ad æternam rei memoriam. immo in casu istius decre. cum recipiuntnr ex parte rei & publicantur, requiritur citatio personalis, vt plene declarant hic Doc. & Bar. & plenissime in l. 4. §. prætor ait. ff. de dā. infe. & Bal. in auth. sed & si quis. C. de testi. Quinimo in isto casu testes recipiuntur lite non conte. videtur ꝙ deberet esse citatio peremptoria. casus est sing. & vnicus in c. quoniam frequenter. §. porro. in ver. peremptoria citatio. s̄. vt li. nō contesta. per quem tex. dicunt ibi Io. And. & do. Anto. ꝙ semp

a citatio[a] ad videndum iurare testes debet esse peremptoria, qa agitur de magno præiudicio. sed illud dictum non est commune, & contrarium tenet Bar. expresse in l. consentaneum. C. quomodo & quando iudex. & in l. si finita. §. Iulianus. ff. de dam. infec. & Moder. in c. 2. s̄. eo. & colligitur ex dictis Ioan. And. in c. cō

10 soluit. s̄ de offi. de leg. vnde nos dicamus melius, prout loquitur litera, † ꝙ vbi potest procedi ad diffinitiuam lite non contest. ibi requiritur citatio peremptoria ad videndum iurare testes, & similiter cum testes examinantur ad æternam rei memoriā, qa nec tunc lis contestatur, & istos duos casus parificat Bart. in ista materia in d. §. prætor ait. & isto modo potest saluari opi. Bal. in l. si quando. C. de testi. qui dixit, ꝙ ad videndum iurare testes requiritur citatio peremptoria. Reperitur tamē casus sing. in quo propter distantiā loci & periculum moræ testes recipiuntur ad æternam rei memoriam parte non citata, videlicet in l. 2. & ibi hoc ponit Bart. C. de naufra. lib. 11. de cuius intellectu plenius scripsi in c. 2. s̄. eo. & vide omnino quæ ibi dixi. Quarto no. ibi, vt receptioni testium, &c. secundum Abb. Moder. ꝙ cum testis iurat testificari, videtur virtualiter tunc deponere dictum suū. vides enim hic ꝙ pars citatur ad receptionem testium. i. ad iuramenta. quia examen fit in secreto sine partibus, vt in c. venerabili. j. eo. & in l. nullum. C. de testi. & sic datur intelligi, cū pars quæ citatur ad iurandum, dicatur citari ad receptionem, ꝙ ipsa receptio. i. examinatio testis iuest virtualiter iuramento. & hoc est, quod dicunt Doc. in c. licet causam. j. titu. proxi. ꝙ dictum te

11 stis trahitur ad diem iuramenti. † Tu vero dicas, ꝙ & si verbum receptio, aliquando ponatur pro ipsa examinatione, vt patet in c. quoniam frequenter, in fi. prin. s̄. vt lite non contesta. proprie tamen receptio & examinatio differūt, quia receptio est admissio testium ad testificandum, quod fit tempore iuramenti, examinatio autem est cum testis deponit dictum suum. ista dicta probātur in multis locis, sed maxime in c. cum causam. s̄. eo. ibi, recipias & examines. & in c. licet causam. s̄. titu. proxi. vbi est similis locutio. vnde hic non probatur hoc, quod dicit do. Abb. vnde receptio de se nō dicit examinatio proprie sumpta. Quin

12 to no. ibi, si velint, interſint, &c. † ꝙ citatio, quæ sit cum testes recipiuntur ad æternam rei momoriam, fit sub conditione, si pars velit interesse. ex quo datur intelligi & singulariter, ꝙ iudex partem non comparentem non posset aliter mulctare propter suā contumaciam. vnde ex isto tex. no. potest poni talis conclusio, ꝙ vbicunque actor nihil petit a parte, sed solū petit aliquid fieri a iudice, pars citata, si sit contumax, & non compareat, non pōt mulctari. pone exemplum in l. de ætate. ff. de mino. & in l. ne qc quam. §. vbi decretum & quod ibi no. ff. de offi. procon. & leg. nec mireris, quia vt tangit gl. & ibi ponit Bar. in l. de ætate. ff. de mino. in illo casu non requiritur libellus neque litis contestatio. secus esset vbi aliquid peteretur a parte, qa tunc ēt si ꝓtumacia ꝓmittēt in receptione testiū, iudex poterit ꝓtumacē mulctare, vt est casus no. in c. accedēs. el primo. s̄. vt li. nō cōtesta. Sexto

13 no. fm Doc. ibi, cōfici facias publicū instrm, &c. † ꝙ in dubio citatio nō p̄sumit. nisi probet. ꝓcordat tex. quē ibi pōderat Bal. ad hoc, in c. j. circa medium, de allodijs. vnde attende diligenter, ꝙ quamuis citatio præsumatur præcessisse postquam sententia fuit lata, & transiuit in rem iudicatam, vt in c. bonæ. s̄. de elec. secundum vnum intellectum, qui approbatur communiter a Modernis in c. quoniam. s̄. titu. proxi. tamen ista solennitas tā quam extrinseca non præsumitur ad validandos alios actus factos per iudicem, licet illi actus non expectent post se aliam sententiam ex illo processu. vnde dixit Fede. de Se. solenniter consilio suo 165. quem allegat & sequitur do. Abb. in c. tenor. j. de rei iudi. ꝙ si sit interpositum primum vel secundum decretum a iudice, non præsumetur citatio nisi probetur. & ista sunt vera, qū pars quæ citatur, non comparuit. nam si comparuisset, vtrum præsumeretur fuisse citata, est alia quæstio, de qua vide qđ pulchre ponit Archi. 82. distin. c. proposuisti. & Bal. in l. 2. C. quomodo & quando iudex. & in l. j. ff. de in ius vocan. & plene dom. Anto. & ibi plenius scripsi in c. j. s̄. de iudi. Et aduerte, quia nisi dicas hoc vltimum verbum intelligi de consilio & cautela, hic videtur casus ꝙ super citatione cum testes examinantur ad ęternam rei memoriam, non credatur nuncio iudicis delegati, & esset magna limitatio ad ea, quæ dicemus post Doc. in c. cum parati. j. de appel. & quæ ponit Bar. in l. j. §. quies. ff. de offi. præfec. vigi. quod tamen non firmo pro nunc. & quia gl. hic & Doc. plene attingunt materiam, quādo testes possint examinari ad ęternam rei memoriam, quæ dicenda sunt in gl. dicentur in sequēti lectione. nunc breuiter attingemus duo dicta Doctorum hic, quæ ponuntur extra gl. scias ergo, secundum Abb. Moder. hic,

14 † ꝙ ista examinatio testium, quæ fit ex parte rei, vt diximus, debet fieri coram eodem iudice, coram quo esset idem reus cōueniendus. ita tradit Bar. quem allegant hic Moderni in l. si societatem. §. arbitrorum. ff. pro socio. ita etiam ponit Bar. per illū tex. in l. cum hi. §. transactionem. ff. de transac. sed Ang. ibi hoc limitat nota. nisi iusta causa aliud suadeat, puta quia periculum est in mora, & aliquis est valde remotus a iudice ordinario. allegat tex. in l. 2. C. de naufra. lib. 11. Tu vero vide tex. singu. in l. ne quid. in fi. ff. de incen. rui. & naufrag. vbi patet in ver. testari, secūdum vnam expositionem Bar. ibi, ꝙ si reperiūtur testes ad ęternam rei memoriam ex parte actoris, & examinātur coram præfectis, & cum rei remittuntur postea ad præsidem prouinciæ, q habet officium iudicandi. & sic patet ꝙ nihilominus iudex competens examinat, vt ibi in tex. & est tex. sing. secundum Bart. ibi in quo examinātur testes ex parte actoris ad ęternam rei memoriam. Et ad quæstionem vide etiam do. Anto. in c. fi. j. de fide instru. Secundo tetigit hic do. Anto. illam notabilem quæstionē, quam posuit Io. And. in titu. de teste. §. nunc tractemus. ver. 32.

15 vbi quærit, † vtrum testes recepti ad æternam rei memoriam, citato venditore siue actore probent successorem singularem, verbi gratia contra emptorem, super quo refert ibi Dy. consuluisse ꝙ aut testes fuerunt recepti ante venditionem factam, aut post. Primo casu probent contra emptorem, qui postea emit, quia ex sententia lata contra emptorem priusquam transferat ius in singularem successorem, ei nocet, in l. si mater. §. fi. de excep rei iudic. & in l. si superatus. in fi. prin. ff. de pigno. Secundo casu cōsuluit, ꝙ non noceat successori nō citato per ea, quæ habentur in c. quamuis. j. de re iudi. & l. sed & si possessori §. fi. ff. de iure iur. cum multis alijs. Et de primo membro non est quæstio, qa est verissimum. sed in secundo membro dom. Anto. considerat duos casus. nam aliquando emptor nesciuit causam agi cū suo venditore, & tunc planum est ꝙ isti testes non probabunt p̄ iura s̄ allegata. aliquando emptor sciuit, & sumus in casu, in quo sententia lata contra vnditorem noceret ipsi, verbi gratia, quia venditor citatus comparuit & fuit præsens examinationi testiū. Et tunc videtur dicendum, ꝙ cui noceret sententia, noceāt acta, secundum Inno. in c. causam quæ. s̄. eo. & Bar. in l. 2. ff. iudi. sol. contrarium determinat ipse dominus Anto. multum singulariter dicens, ꝙ quia ista probatio non est omnino ita perfecta, eo quia fit lite non contesta. neque instructa tela iudicij, videtur ꝙ hac ratione debeat esse speciale, vt alteri nō noceat. pro ista opinione facit opime gl. singu. in l. 2. §. diuus. ff. de iure fis. & quod ponit Bar. in l. eius, qui delatorem. in fi. eo. tit. & Bal. in l. 2. C. de eden. in quibus dicitur, ꝙ etiam si alias probatio facta in vno iudicio valeret, in alio non, tamen valet si sit probatio priuilegiata, puta ficta confessio. vnde alibi dicitur in l. si quando. C. vnde vi. per Bart. & in l. j. in fi. fur. aduer. nau. ꝙ probatio priuilegiata, q̄ potest fieri contra dolosum per iuramentum non præiudicat tertio, qui tenetur pro facto suo. Tu autem aduerte in isto articulo, quia primo Bar. in d. l. si mater. in fi. & darius in d. l. si superatus. in vltimis verbis, referens consilium Dyn. expresse sentit contrarium, & vult ꝙ probatio non noceat emptori isto casu, quia sibi non noceret sententia. & sic clare sentit, ꝙ vbi sententia noceret, similiter & ista probatio noceret pro qua conclusione est casus cum glos. & ibi per Bart. in l. de ætate. ff. de mino. vbi patet ꝙ sicut sententia lata super ætate præiudicat omnibus, ita & probationes receptę super ætate, licet nihil pronuncietur, & hoc credo verius. & sic debes intelligere Io. And. non ob. ratio.

do. Ant.

ADDITIO.

a VIN. GOD. Citatio ad uidendum iurare testes est nulla si in processu non cōstat de iudicis commissione ad instantiam partis quæ non p̄sumitur, Rui. consi. 32. num. 1. lib. 4.

do.Ant.confirmata per me,quia dico ꝙ iſta probatio nō eſt imperfecta imperfectione eſſentiali,cum pars poſſit dare interrogatoria ſua,vt dicit hic Ioan. An.& teſtes publicentur, & ſuper eis poſſit diſputari,ſicut cum producuntur ordinarie. vnde dicetur receptio teſtium ſummaria reſpectu ordinis,magis quam reſpectu modi ꝓbationis.& ſic videbitur eſſe perfecta,ſicut ſi fuiſſet facta in iudicio.ergo eundem oportet habere effectum. pro his facit optime,quod tradit do.Anto.& Moder.in c.cauſam,q̄. ſ.eo.in illa quæſtione,quando teſtes in iudicio ſummario ſunt plene examinati vltra naturam iudicij, vtrum faciant fidem in plenario,de qua vide,quod ibi ſcripſi.In gl. poſita ſuper verbo, idoneus,&c.Item hic ſtatim publicantur ad memoriam perpetuam.In hac ſecunda differentia, in qua concluditur in effectu,
16 †ꝙ ſi teſtes examinantur ex parte rei,fit publicatio teſtium, ſed ſi examinantur ex parte actoris, non fit publicatio. adde breuiter tria.Et primo ex parte actoris,ꝙ quando actor non poſſet ſtatim agere, puta quia ius ſuum eſſet ſub conditione vel in diē, tunc ſi timetur de morte,vel diuturna abſentia teſtium &c. teſtes non ſolum examinantur ad æternā rei memoriam,ſed etiā publicantur,vt tradit ſingulariter Bar. in hoc puncto, in l. in lege Aquilia, ſi deletum. ff.ad l.Aquil. & nota illud dictum, qa in auth.ſed & ſi quis. C. de teſti. vt j.dicetur, ſimpliciter dicit ꝙ recipiuntur vel examinantur. & ſicut communiter intelligunt hic Doc intentionem Bar.ibi eſſe,ꝙ in huiuſmodi examine ſeruetur forma c.quoniam frequenter,in prin. ſ.vt lite non conte. & ſic ꝙ teſtes non publicētur.& hoc credo verius per ea, quæ j.
17 dicam de intellectu illius.l.Secundo adde,†ꝙ in caſu,quo teſtes examinantur & non publicantur,ſpeciale eſt contra regulas iuris, vt acta non publicata, dum tamen ſint ſcripta per manum publicam, faciunt fidem in alio iudicio.Ita declarat ſolenniter Bar.in fi.in dicta auth.ſed & ſi quis.Tertio debes ſcire, ꝙ Spec. in titu.de teſte. §.nunc tractemus.prælegato.& in verbo, iam dicto.tenuit contra gl. noſtram hic.Dixit enim, vt refert hic do-
18 mi. Anto.& Moder.†ꝙ cum publicatio teſtium,qui producuntur a reo ante litis conte. ſit inducta in fauorem rei inuito ipſo, non debebit fieri, ne inductum in fauorem ꝙuertatur ad odiū, contra regulam,quod ob gratiā,eum ſi.de reg.iur.Quid enim ſi vellet poſtea producere alios teſtes,certe excluderetur a facultate producendi propter publicationem.Sed Ioan.And. ibi in addi.& do.Anto.hic tenent oppoſitum.& ad inconueniens allegatum per Spec.dicunt,ꝙ duplex erit remedium, vel ꝙ reus omnes teſtes illo tempore producat, vel ꝙ ſi vult inquirere diligentius, vtrum alios habeat,differat productionem.do. Abb. Mod. hic primo videtur conſentire communi ſentētiæ, dum inclinat in opinionem Specu. videlicet ꝙ ſi reus contradicat publicationi,actor non poſſit petere illam fieri.& ſi dicatur, ex hoc auferē defenſio actori,ſi velit impugnare fieri poteſt, vt in c. ex tenore. ſ.eo.& l.optimam.C. de contrahen. & commit.ſtip. vel etiā directo in caſibus, in ꝙbus licet.& forte ſi differaē reprobatio, morerentur interim teſtes.reſpondendum eſt actori, ideo &c. ꝙ actor debet ſibi hoc imputare, qui potuit agere, & non egit.
a tor[a] non est tutus.fecit enim contra charitatem,qua debuit diligere proximum,sicut seipsum.de pẽni. dist.2.c.proximus.Aliquando venditor sciens vendit emptori scienti, & tũc similiter nullum erit peccatum, quia emptor scienter emens rem plus debito.videtur donare,vt l.cuius per errorem.ff.de reg.iur.& l.
25 quisquis.& ibi no.C.de rescin.ven. † Super ista quæstione, quæ est de materia periculosa,attendendum est diligẽtius, & est sciẽdum,ꝙ Inn.multum sing.in c.quia plerique.ĩ.de immu. eccle. videtur tenere,ꝙ etiam si venditor sciens rem valere minus, vẽdat eam plus, vel econtra emptor emat eã minus q̃ valet scienter,non tenetur ad restitutionem in foro conscięti̇æ. Mouetur, quia ex quo dominium pecuniæ est translatum in venditorem de consensu partis, venditor non tenetur ad restitutionẽ de eo, quod immoderate accepit, etiam si ꝯctus possit expugnari per restitutionem in integrum ante ipsam ꝯctus rescissionem.alle. tex.valde no.14.q.5.c.non sane.circa medium. quem ꝯ ipsum
26 induco clarius,& sic.†Dicitur ibi,ꝙ si officialis, qui nõ habet salarium,permittente consuetudine exigit pro ministerio suo, siue extorquet immoderate.i.vltra debitum,magis reprehendendus est,qui repetit,q̃ qui accepit,& sic concluditur, ꝙ non tenet̃ ad restitutionem, vt etiam patet ex verbis sequentibus. Modo arguo sic, in ista materia deceptionis locatio & emptio procedunt a pari,vt l.item si precio.§.fin.ff.loca.Sed ille,qui præstans operas suas vt officialis publicus, recepit mercedem in recompensatione operarum,quodammodo locat operam suam,licet non semper agatur actione locati.vnde sequeretur,ꝙ si plus reciperet de opera sua q̃ præstaret de opera, ꝙ quia minus dat de opera,& sic de re & plus recipit quod non liceret, quod tamen negatur: ergo idem eadem ratione in ꝓtractu emptionis & venditionis vel locationis factæ de aliqua re & de locatione operarum, vide in l.si vno.§.item cum quidam.ff.loca.& in l.j.§.diu⁹. ff.de var.& extraord.cogni. vbi agitur de operis istorum officialium. Præterea pondero rationem tex. in d.c.non sane. dicit.n. Augu.ibi,ꝙ ista tolerantur, quia per tales personas subuenitur multis necessitatibus actuum humanorum,quam si ꝯ obserua
27 retur. q.d.quamuis lucrum sui ratione sit turpe,†quia lucrum, quod plus iusto appetitur,turpe est, vt in c.j.ĩ. ne clerici vel mona.tamen propter bonum commune fit, vt turpiter agens non arctetur adrestitutionem sicut propter bonum religionis,aliq̃ permittitur præscriptio rei alienæ ꝯ conscientiam ad modum, vt in c.j.s̃.de præscrip.& ibi no. & hoc est quod arbitror sensisse Iurisconsultos in d.l.idem si procon.in fi.& in l.in causæ.§.fi.ff. de mino.dum dicunt,ꝙ naturali ratione permittitur ꝯhentibus se decipere,non quia hoc sit iustum in se, sed de iure gentiũ tolerabitur hoc,ne impedirentur commercia,& sic exponendo illa iura,quæ hoc dicunt,patet ꝙ lex positiua concordat cũ æquitate naturali,quæ præfert maius bonum minus bono: ergo videtur, ꝙ ista lex sit attendenda in foro conscientiæ,vt tradunt ꝯmuniter Doct.in c.j.s̃.de consti.& etiam Moder.in d.c.quia plerique.& hanc sententiam secutus est Bald.in auth.ad hæc. C.de vsur.in pe.char.& ideo est de iure multum probabilis. & ad iura quæ dicunt ꝙ turpiter facit qui emit rem vilem,vt vendat carius,vt dicitur 14.q.4.c.quicunque.& est tex.multo clarior. 77. dist.c.eiiciens.circa medium.potest dici, fatendo quod turpiter agit,qui sic agit.vnde debet moneri,ne sic agat, & potest impediri ante factum,vt est casus in c.j.ĩ.de emp.& ven.qui tex.in clericis hoc dicit expresse,sed tamen in laicis innuit in prin.hoc esse illicitum:vnde vult,ꝙ debeant moneri per clericos,vt non vẽdant rem vltra iustum precium,ita ꝙ & ex illo tex.& aliis iurib. s̃.adductis,fatendum est ꝙ laicus illicite agit: sed non valet ista consequentia, ergo tenetur ad restitutionem propter rationem supradictam,quæ fundatur non dico in bono publico simpliciter,sed in conseruatione societatis totius generis humani, quæ fit propter commercia & ꝯctus.Potest.n.lex ad vtilitatem publicam auferre ius tuum,& transferre in alterum sine tuo ꝓsensu, vt l.Lucius.de euic.& plene in c.quæ in ecclesiarum. s̃.de cõsti. & in prima consti.fforum per Bart.communiter tamen tenetur snĩa lo.Cal.in c.nauiganti.ĩ.de vsur.item Inn. & do:Ant. in c.in ciuitate.eo.ti.quam etiam approbat do.Ant.& Abb.Mod.in d. c.quia pleriq;.ꝙ si venditor & emptor a principio errabãt in iusto pretio rei,& postea superuenit scientia vẽditori,quod accepit plus iusto pretio,tenebitur restituere illud pretium,nisi forte a prin.pro tali precio rem non fuisset empturus, tunc enim potest restituere rem,si vult,arg.l.quod si vno. ff.de in diem addic. & l.tutor.§.j. ff.de mino. Si vero non vult, tunc debet supplere iustum pretium , & sic expresse contradicit his, quæ hic posuit in hoc membro.sed plus placet dictum hic positum, & suppositacommuni opin.pro vera in casu præcedenti,quia ex quo tẽpore contractus fuit quæsitum sibi pecunię dominium sine peccato,licet postea superueniat scientia, non debet irritari acquisi tio semel iuste facta.Sicut dicimus in eo, qui præscripsit cũ bona fide,ꝙ scientia postea superueniens non obligat eum in foro
b conscientiæ, [b] secundum communem sententiam, de qua in c. vigilanti.ĩ.de præscrip.Pet.autem de Anch. in isto articulo multa prolixe prosequitur in regula,peccatum.de regu.iur.in char. 16.cuius dicta omnia referre longum esset,sed referendo melio ra & magis dubia, erimus contenti tribus conclusionibus suis. Prima conclusio,sequendo in hoc Ioan.Cald.est talis in eo, qui frequenter emit rem vilius & vendit carius quam communiter valeat,vendere carius iusto pretio est illicitum,& tenetur ad restitutionem,vt probatur in d.c.quicunque. & melius in d.ca. eijciens, in fi.punit enim canon cupiditatem frequentius exercentium se in huiusmodi lucris illicitis,secundum eum. Et aduerte,vt intelligas,quia,vt dicit Ioan.Calde.in d.c.nauiganti.& bene,ille qui emit rem vilius & vendit carius,aut peccat in emẽdo,aut in vendendo,quia si emit vilius iusto pretio, peccauit vt emptor,si vendit carius iusto pretio, peccauit vt vẽditor, potuit etiam peccasse vtroque modo,& emisse vilius iusto pretio,& vẽdidisse carius.Super qua conclusione tu potes dicere, ꝙ quamuis illa iura vocant hoc turpe lucrum,nõ sequitur, ergo hoc est restituendum,ergo actus,qui geritur,est de se licitus,sed peccatum est in solo excessu,vt s̃. diximus . Secunda conclusio sua est talis,etiam in his,qui non sunt negociatores, sed forte vendunt res suas vel suos redditus carius , tamen a principio non emerunt, vt venderent, vel saltem non exercent se frequẽter in istis. carius vendens alicui, qui propter magnam necessitatem , vel propter vitandum magnum scandalum carius emit, tenetur ad restitutionem & illicite facit.Et idem econtra,si aliquis vendit rem suam vilius, vel vt redimat se & suos ex captiuitate , vel vt sustentet se & familiam in magna penuria emens vilius,tenetur in foro conscientiæ, quia emens carius vel vilius vendens in casibus prædictis non consentit simpliciter, quasi videatur donare illud , quod plus est, sed quodammodo extorquetur sibi propter necessitatem.Tertia conclusio sua est ista,si vendens rẽ plus iusto pretio,respectu precij communis habet illam rem cariorem pretio communi , pro aliquo particulari interesse , potest vendere rem licite vltra precium commune,vsque ad illud suum singulare interesse.& in hoc casu habeant locum leges, q̃ dicunt,ꝙ res tantum valet,quantum vendi potest. & hanc sententiam sequitur Tho.secunda secundæ,in tractatu de iustitia, quę vertitur circa commutationes voluntarias,articulo primo. Forte tamen posset dici,ꝙ si emptor sciens illud nõ esse iustum pretium commune,non fuisset empturus, daretur facultas sibi restituendi rem , vt diximus s̃. in simili casu referendo dicta do. Abb.Si vero aliquis vendat carius non propter interesse suũ particulare,sed propter interesse ementis , verbi gratia , quia ꝓpter aliquam qualitatem emptoris res ipsa plus valet, quam sit communis ęstimatio.& tunc ista auctio pretij esset illicita , secundũ beatum Tho.in loco præalleg. quia venditor debet habere pretium rei suæ & eius, quod suum est . nam pretium datur ꝓpter rem vendentis,sed vtilitas, quæ ꝓuenit emptori ex persona sua, non potest dici res venditoris, neque tradita a venditore, q̃ non erat penes eum,ergo non debetur pretium . Et per eandem rationem, quam diximus in primo dicto huius conclusionis, potest dici ꝙ si venditori ob aliquam causam id , quod venditur, valet minus : emptori autem valet plus , licet possit emi res illa pro minori pretio,quam sit pretium commune , & similiter ẽt potest dici , ꝙ econtra si venditori res valeret plus emptori , aut minus,possit etiam emi viliori pretio:quamuis,vt supra dixim⁹, econtra venditor possit eam vẽdere minori pretio propter suũ interesse.pone exemplum in vtroque in nomine debitoris vendito,quod mihi vendenti valet minus, quia forte sum recessur⁹ ad loca remota,vel sũm in remotis,vel forte sum homo talis cõditionis , ꝙ non æque bene & faciliter potero exigere sicut cessionarius, quod exemplum potes conuertere pro vltimo casu, videlicet ꝙ cedens facilius & commodius possit ipse plus exigere quam cessionarius.& ita determinat Bal.no. in l.per diuersa. ver.12.quęro.C.mandati.& sequitur ibi Saly.Quarta & vltima
c conclusio sua est ista,ille qui est negociator, si vendit rem suam scienter plus debito,quia hoc facit de lege permittente,nõ peccat, & consequenter nihil tenetur restituere.23.q.3.c.qui peccat.& l.Gracchus.C.de adul.lex.n.ꝑsumitur in dubio iusta. 4.dist.erit aũt lex. vnde in dubio possumus ei adhærere in foro conscięti̇æ, ſm eum:maxime,quia si aliter dicamus,intrincarẽtur multi &

valde

ADDITIONES.

a VIN. GOD. Nota,ꝙ uenditor non præstans rem bonam , tenetur emptori ad interesse.Afflic.decis.399.post nu.2.

b VIN. GOD. Conscientia uera ex fonte rerum scaturit.Afflic.in decis.331. post nu.1.Et in dubiis, quis non dicitur contra conscientiam facere.Idem decis.384 nu.15.

c VIN. GOD. Nota, ꝙ ut quis dicatur negociator uel mercator, requiritur pluralitas actuum,Cor.cons.33.Quoniam,per totum.lib.4.

valde impedirẽtur commercia. Super hac quarta concluſione conſiderandi ſunt duo caſus, nam aliquando ille, qui vendit rẽ plus iuſto precio, mentitur affirmando illud eſſe iuſtum pretiũ, propter quod emens ita perſuaſus emit tali pretio, & tunc ſine dubio iſtud ẽſt illicitum non ſolum in foro animæ, & tenet decipiens ad reſtitutionem, vt clare colligitur ex verbis Tho. in loco præallegato, circa prin. ſolutionis, ſed etiam in foro contentioſo per actionem de dolo, vel ex ipſo contractu. ita dicit glo. no. in l. item ſi pretio. §. fi. in vltimis verbis. ff. loca. cuius cõcluſio probatur no. vt ibi per Bar. in l. eleganter. §. fin. ff. de dolo. cũ l. ſeq. vbi patet ꝙ ſemper ille, qui mentitur ad lucrum ſuum, in damnum alterius committit dolum & tenetur propter dolum ipſum. aliquando vendens rem non affirmat illud eſſe iuſtum precium, vel ſi affirmat emptor non credit ſibi, ſed alia ratione mouetur ad emendum plus iuſto pretio, & tunc quæſtio relinquitur dubia, quia Thomas in loco præallega. tenet expreſſe, ꝙ iſtud ſit illicitum. dicit tamen, ꝙ ſi deceptio ſit notabilis, tenetur venditor ad reſtitutionem, ſecus ſi ſit modica quantitas, quia cũ æſtimatio rei quandoque non ſit certa, ſed pendeat ab æſtimatione, ſupple communi, modicus exceſſus non inducit inæqualitatem iuſtitiæ commutatiuæ, quaſi ſentiat ꝙ quia æſtimatio per communem opin. non eſt omnino certa permittatur. poſſet enim communis opinio errare. Iccirco in modico exceſſu non detur indubitata inæqualitas & deceptio videtur, ꝙ iſtud ſit illicitum in ſe. Probat ipſe, quia cum contractus emptionis & permutationis ſit inuentus propter vtilitatem communem cõtrahentium, ſicut probat philoſophus in primo Politicorum, & etiam Legiſtæ noſtri dicunt, vt traditur in l. ſi vt certo. §. nunc videndum. ff. commoda. & per Bar. plene in l. quod Nerua. ff. depoſi. ſi vnus plus recipit quam alter, iam reſultat inæqualitas ꝫ naturam contractus, & contra finem ipſius. vnde leges ciuiles non dicuntur approbare iſtum ꝫctum, ſecundum eum, ſed potius improbare, inquantum nullam imponunt pœnam, niſi ſit exceſſus vltra dimidiam. & per hoc vr̃ tollii argumentum Petri, cum dicit ꝙ lex approbat ꝫctum iſtum. & ſic non committitur peccatum legis auctoritate. Sed iſta doctrina, cum reuerentia ſemper tanti Doctoris, de iure noſtro videtur eſſe dubia, quia ſi lex ciuilis & canonica non improbarent iſtum ꝫctum, non aſſiſterent, neq; reſiſterent huic ꝫctui: ergo ex iſto ꝫctu nulla orietur actio, iuxta regulam, quæ traditur in l. ſtipulatio iſta, §. alteri. de verb. obl. & in l. cum lex. ff. de fideiuſſo. ſed hoc eſt falſum, quia dummodo non ſit exceſſus vltra dimidiam, vtiq; datur actio ex tali ꝫctu: ergo datur intelligi ꝙ lex expreſſe approbat talem contractum, & reuera ita eſt, quia hoc dicit tex. & no. in l. ſi voluntate. C. de reſcinden. vendit. vbi Imperator dicit, ꝙ nec bona fides, nec aliqua ratio patitur, ꝙ contractus iſto caſu non ſit ratus, in qua lege ego pondero duo no. ad propoſitum. primo, inquantum dicit ꝙ nulla ratione hoc permittitur, ex quo datur intelligi, ꝙ neq; ſecundum iuris rigorem, neq; ſecundum æquitatem naturalem hoc debet permitti modo, vt ſ. diximus, quando lex poſitiua concordat cum æquitate naturali eſt ſeruanda, etiã in
a foro conſcientiæ, a vt etiam tradit Bal. elegãter in l. j. §. fi. ff. quod quiſque iuris. Et ſi dicatur, quomodo concordat lex cũ æquitate naturali, ꝙ quis locupletetur cum aliena iactura. l. nam hoc natura. ff. de condi. indebi. reſponde, ꝙ hoc ſurgit duplici ex cauſa. primo quidem, quia etiam naturalis æquitas habet, ꝙ cõſeruatio vniuerſalis boni, & maxime omnium gẽtium præferatur bono particulari. & iſto modo reſpondet lo. An. in ſimili quæſtione de præſcri. in regula, peccatum, de reg. iur. Vel potes dicere & ſubtilius, ꝙ quando ꝫhentes ꝫhunt, volũtas eorum poteſt conſiderari dupliciter. vno modo ante ꝫctum in ipſo actu ꝫhendi, vt æſtimemus quid velint: tunc alio modo poſt ꝫctum perfectum, vt conſideremus poſito ꝙ vna partium ſit decepta, quid præſumatur voluiſſe deceptus ante ꝫctum, & in ipſo ꝫctu præſumptio eſt, ꝙ nemo velit rem carius emere, quia nemo præſumitur iactare ſuum, vt l. cum de indebito. ff. de proba. & tamen partes ꝫhendo videntur cogitare in genere, ꝙ ſi aliqua earum decipiatur in ipſo ꝫctu, poſt contractum, acquieſcat conuentis, & hoc eſt quod dicit tex. ſi bene ponderes, in d. l. ſi voluntate. dicit enim, ꝙ partes ad contractum ipſum ineundum accedunt diuerſo animo, vnus vt vilius emat, alter vt carius vendat. & hoc dicit Tho. accidere non ex ratione naturali, ſed ex vitio communi vitioſis. quod tamen frequenter contingit, & vt in pluribus, vt patet ex d. l. dum dicit, ꝙ vnus, ſcilicet venditor diminuit de pretio pluſquam poſſit, & alter ſcilicet emptor auget pretium, quod obtulit quouſque conueniant in certam ſummam, propter quam causam ſubiungit iniquum eſſe recedi a contractu, quæ verba non poſſunt aliter exponi, vt concludant, niſi vt per hanc altercationem partes tandem conuenientes videantur cõſentire, vt qui decipitur, æquo animo ferat & ſic lucrum acquiritur ex voluntate ipſius decepti. & hoc ſoluit omnia argumẽta ſ̃dicta, ſicut dicimus, qñ vtraq; partium ſcit pretium non eſſe iuſtum, quo caſu oẽs tenent, ꝙ quis non obligetur in foro ꝓſcíæ.

ADDITIO.

a VIN. GOD. Conſcientia quæ ſit, & ad quid referatur & regulet ur. Io. Bapt. de Peru. gener Bar. ponit in tract. de arbit. c. 15. lib. 10. habetur in 1. lib. tract. fol. 127. & nota ꝙ conſcientia non ligat quos natura non obligat. Io. Leicio in trac. de primogenit. q. 15. 2. lib. habetur in li. 12. trac. fol. 152. Et nemo dẽt habere conſcientiam ſcrupuloſam ex opinione ſui capitis. Io. Bap. Caccialup. in trac. de penſion. 19. num. 73. habetur in lib. 11. trac. fol. 188. ubi ego addidi. Cor. in conſ. 201. nu. 2 lib. 1.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes qui interfuerunt ſententiæ, recipiuntur & publicantur, quando per ſcripturam non apparet de ſententia.*
2 *Capitulum eccleſiæ cathedralis de cauſa matrimonij, an cognoſcere poſſit.*
3 *Capitulum ſede vacante non ſolum ſuccedit in his, quæ ſunt ſimplicis iuriſdictionis, ſed etiam in his, quæ ſunt dignitatis epiſcopalis.*
4 *Sententia. ſi non poſſet probari per publicam ſcripturam, an per teſtes probari poſſit, qui ſententiæ interfuerunt.*
5 *Sententia lata inter virum & vxorem, ius facit, & prodeſt filijs ex alio matrimonio natis.*
6 *Teſtes examinati ad æternam rei memoriam ad hoc, vt fidem faciant, ſatis eſt, quod extendantur in publicam ſcripturam.*
7 *Sententia in cauſis, in quibus ſine figura iudicij proceditur, in ſcriptis eſt ferenda.*
8 *Sententiæ ad eſſe ſufficit. quòd proferatur in ſcriptura priuata, quam poſtea notarius authenticat, & an ſi reperiatur in archiuo publico, & non ſit per notarium in fine appoſitum, lecta, lata, &c. nu. ſeq.*
10 *Princeps, ſi ſententiam ſine ſcriptura profert, diſpenſaſſe videtur ex certa ſcientia.*
11 *Subſtitutum non eſt neceſſe citare, ſi contra hæredem agitur.*
12 *Citatio teſtium cum requiritur, vtrum ſufficiat citatio ad domum, ſi aliquis non ſit preſens in ciuitate, an vero requiratur citatio perſonalis.*
13 *Citatio perſonalis requiritur, quando ad receptionem teſtium procedi poteſt.*
14 *Inſinuatio donationis parte non citata a donatario, an teneat.*
15 *Tenorem inſtrumenti ad probandum, amiſſio & tenor eius per teſtes peritos probari debet.*
16 *Inſtrumenti amiſſio, qualiter probetur.*
17 *Citatio, an preſumatur in dubio ob auctoritatem iudicis mandantis exemplari inſtrumentum.*
18 *Acta authenticata manu notarij, non tamen manifeſta per iudicem inter alias perſonas in alia inſtantia, an fidem faciant coram alio iudice.*

CAP. XLIII.

1 ALbericus. † Recipiuntur & publicantur teſtes, qui interfuerunt ſentẽtię, vbi per ſcripturam de ſententia non apparet. ſecunda ibi, ideoque. Nota primo ibi, coram cap. Rauenna-
2 te, &c. † ꝙ capitulum eccleſiæ cathedralis poteſt cognoſcere de cauſa matrimoniali, quod potuit contingere hic dupliciter, ſecundum Docto. vel quia vacabat eccleſia archiepiſcopalis, vel quia competebat cap. etiam non vacante ſede ex reſcripto, vel
3 priuilegio. Ex primo dicto habes notare, † ꝙ capitulum ſede vacante non ſolum ſuccedit in his, quæ ſunt ſimplicis iuriſdictionis epiſcopi, vt in c. 5. de maio. & obe. & ibi no. & in c. fi. ne ſede vacan. in antiquis, ſed etiam in his, quæ ſunt dignitatis epiſcopalis. nam cauſæ matrimoniales de iure poſſunt cognoſci per ſolos epiſcopos, vt in c. accedentibus. j. de exceſ. præl. & traditur in c. j. j. de conſangui. & affini. concor. tex. optimus & ibi vide in c. præterea. j. ti. proxi. Ex ſecundo modo intelligendi habes notare, ꝙ iſta quæ competunt ſolis epiſcopis de iure, dummodo ſint iuriſdictionis & non ordinis, poſſunt præſcribi per inferiorẽ ab epiſcopo, ſuper quo vide gl. no. in c. literas. in prin. ſ̃. de reſtit. ſpol. & quod traditur in c. auditis. j. de præſcrip. Secundo no. ſo-
4 lemniter ex iſto tex. † ꝙ quando ſententia non poteſt probari ꝑ ſcripturam publicam, probatur per teſtes, qui interfuerunt ſententiæ. ſi. in c. ſicut nobis. infra de re iudica. & videtur requirere Innocen. in d. c. ſicut nobis, cuius dicta refert & ſequitur Bal. in l. geſta. in vlt. colum. C. de re iudic. ꝙ teſtis deponens audiuiſſe legi ſententiam a notario deponit ſufficienter, licet non dicat ſe legiſſe dictam ſcripturam, quia propter auctoritatem notarij legentis, præſumitur ꝙ id quod legebat eſſet ſcriptum in illa ſcripta: teſtis autẽ in illo capitulo ſicut videtur præſupponere hoc eo ipſo ꝙ teſtis notariũ legiſſe in ſcriptis, quòd etiam ſit lata in ſcriptis, licet expreſſe de ſcriptura non teſtificentur. & hoc ſequuntur ibi multi Docto. licet Bald. in l. j. C. de ſent. ex peri. reci. ſentiat oppoſitum dicens, ꝙ iſtæ ſolennitates regulariter non præſumuntur. alleg. gl. in ſi. in c. vt circa. de elect. lib. 6. & iſta dubitatio procedit quando teſtes ipſi deponunt de ſententia, quæ non apparet, ſed quando de ſententia appareret per ſcripturam authenticam, tunc dixit no. Spec. in tit. de ſen. prola. §. iuſta. ver. non valet ſentẽtia. ꝙ aut verba ſcripturæ ſunt formata in prima perſona, aut in tertia. primo caſu preſumitur recitata deſcriptio & lata in ſcriptis. ſecundo non præſumitur lata in ſcriptis, qa niſi aliter probetur deſcripta per id non patet quod debes intellige-re niſi notarius dixerit, ꝙ fuit ſententialiter promulgatum, ſicu

tradit

tradit Bal. in l. sciendum. in vltimis verbis. de verb. ob. & per istū tex. potest argui, ꝙ acta iudicij possunt probari per testes, nā sententia dicitur esse de actis, secundum Bar. in l. in fraudem. §. neque. ff. de iure fis. & Io. An. in addi. Spec. super rubr. de re iud. de qua quæstione dic vt plene scribitur in c. quoniam contra. in fi. s̄. tit. proxi. & l. ne in arbitris. C. de arbi. per Bar. & Bal. in l. emancipatione. C. de fi. instru. & per Bal. in l. gesta. C. de re iudi. Tertio nota perpetuo ibi, ex filiis, quos de legitima vxore, &c. † ꝙ sēntentia lata inter vir. & vxo. facit ius, & prodest etiam filiis natis ex alio matrimonio. de quo dic, vt plene scribitur in c. quāuis. j̄. de re iudi. & in c. causam. j̄. qui fil. sint legit. Quarto & vltimo vi
6 detur casus hic, † ꝙ ad hoc vt testes examinati ad æternā rei memoriam ex parte rei faciant perpetuam fidem, satis est ꝙ extendantur in scripturam publicam, & sic videtur, ꝙ nō requiratur publicatio, quam facit iudex, & multominus declaratio, siue ꝓnunciatio: sed ꝙ talibus testib. sit fides plena adhibenda, de quo aliquid dicitur in materia huius decretalis. & potest induci hoc ad quæstionem quam posuit plene Bart. & Moder. in l. stipulatio. §. habet autem. ff. de no. ope. nunc. & in authen. hoc si debitor. C. de pigno. In glo. j. posita super ver. in scriptis. ibi, hoc speciale fauore filiorum. dicas ꝙ idem tenent hic Hosti. Vinc. Gof. & Innoc. Sed glo. de hoc dubitat in c. fi. de re iudi. lib. 6. & Hosti. hic Io. An. & do. Abb. Moder. tenent contrarium. mouētur per tex. in clem. dispendiosam de iudi. iuncta cle. sæpe. de verb. sign.
7 † Ex quibus patet, ꝙ in causis, in quibus proceditur sine figura iudicij, inter quas est causa matrimonialis, sententia est ferēda in scriptis. & hanc opinio. secutus est Spec. expresse in tit. de sen. prola. §. iusta. ver. supra allegato. vbi etiam Io. An. in addi. refert rationem supradictam. Et ad istum tex. respondet Hosti. dicēs, ꝙ hic non interuenerat scriptura, scilicet publica vel authentica. interuenerat tamen scriptura priuata iudicis, quæ non face-
8 ret fidem, nisi comprobaretur per testes. † Ex cuius dicto nota perpetuo, ꝙ ad esse sententiæ sufficit ꝙ proferatur in scriptura priuata, quam notarius postea authenticat, faciendo de ea instrumentum publicum. & ita tenet Bald. expresse in l. cum sententiam. C. de senten. & glo. in d. c. fi. s̄. allegato. super quo vide quod in simili no. glo. & Hosti. ibi, & Io. in c. j. in ver. in scriptis. de appell. lib. 6. vnde dicit Bal. multum singulariter & pulchre,
9 † ꝙ si reperiatur scriptura sententiæ in archiuo publico, nec sit appositio in fine per notarium sicut consueuit, lecta lata & in scriptis promulgata fuit hęc sentētia sub annis Domini, &c. Ista scriptura non probabit sententiam, vt ipse ponit secundum laco. de Are. in l. si is qui. ff. de testa. quod videtur mirum, quia scriptura etiam priuata, quæ reperitur in archiuo publico, ratione loci in quo reperitur, facit fidem & dicitur scriptura authētica, licet non publica, vt in auth. ad hæc. C. de fide instru. facit tex. in c. ad audientiam. j̄. de præscrip. Sed intentio Bal. videtur esse, ꝙ quia deficiunt illa verba, de quibus dixi, præsumatur sententia ista fuisse scripta, sed non lecta & esse actus imperfectus, & illam sententiam sequitur ibi Ioan. de Imo. Sed ista præsumptio videtur tolli propter locum, si scripturæ authenticæ duntaxat, solebant poni in archiuo, sicut plene declarat Bal. in rubrica de fide instrum. versus finem. vnde hoc dictum est valde dubium. In quæstione autem hic posita Ant. de But. hic, & Ioan. de Imo. & aliqui Moder. in c. fi. de re iudic. in 6. tenent se cum glo. & vtuntur tali ratione, quia cum clemen. sæpe, fuerit inducta ad inueniendum solennitates iudiciales, non debet operari contrarium effectum suum, vt in c. maiores. de baptis. & l. falsa. §. fi. de condit. & demonst. cum multis aliis. Si ergo de iure antiquo priuilegium idem, quod nunc competebat causæ matrimoniali, non videtur sublatum in clem. sæpe. & ista opi. videtur multum colorata, maxime quia tex. hic simpliciter dicit, ꝙ sententia non fuit redacta in scriptis, & sic videtur negare, ꝙ ītereuenerit aliqua scriptura. & hoc dicit do. Anto. prouenire, quia causa matrimonialis debet terminari & decidi inspecta naturali ætate, omisso omni rigore iuris, sicut dicit Bal. in simili, in l. prolatam. C. de sen. ꝙ quando statutum dicit procedi omni iuris solennitate omissa, non seruabuntur solennitates de quibus ibi in glo. inter quas est vt sententia feratur in scriptis. Sed cum multæ sint causæ, quæ fauorabiles sicut causa matrimonialis, quæ enumerātur in cle. dispendiosam. durum est dicere ꝙ in illis sententia feratur in scriptis, & ista no. & quamuis verba literæ huius multū faciant pro ista prima lectu. de mente tamen literæ maxime in ver. postea vero. & etiam in fi. in verbo, publicam. ſſatis apparet, ꝙ cum dicebatur scripturam interuenisse, hoc erat intelligendū per scripturam, scilicet authenticam, per quam ius partiū posset probari. vnde verior videtur opin. Hosti. & Io. And. & aliorū supra relata, vt in dubio fiat interpretatio, per quam minus deuietur a iure, iuxta c. cum sis. supra de aucto. & vsu pal. & in c. cū dilectus. supra de consue. Vnum tamen non est omittendum in hac glo. licet alia omittam, quæ scribuntur in cap. fin. sæpe allegato, videlicet ꝙ quando Princeps ipse fert sententiam, non requiritur in ipsius sententia solennitas scripturæ. ita dixit glo. no.
25. quæstio. 2. c. institutionis. quam allegat Ioan. And. in prooemio sexti. Tu autem aduerte, quia contra illam glo. & contra gl. in d. cap. fi. q̄ idem dicit, videtur esse casus satis clarus in Authē. in medio litis non fieri sacras iussiones. §. 2. ibi, diffinitione nostra ex scriptis præcedente, per quam l. Specu. inclinat in hanc partem in titu. de sent. prola. §. iuxta. ver. non valet etiam. & bene facit tex. in cap. in causis. infra de re iudica. nisi dicamus, † ꝙ
10 quamuis a Principe debeat ferri in scriptis, si tamen Princeps eā sine scriptura profert, cum scientia iuris præsumatur in Principe, vt in cap. j. de consti. lib. 6. videtur dispensasse ex certa scientia contra hanc solennitatem iuxta no. in c. 2. infra de scismati. & in c. j. de excess. præla. in nouella. In glo. posita super ver. publicam. ibi, vocandi sunt, quos negocium tangit, &c. gl. tamen ista communiter approbatur ab omnibus & est verissima in casu suo, scilicet cum recipiuntur testes ad æternam rei memoriam, super eo, de quo non erat scriptura, vel si erat, erat priuata, quia casus est in cap. significauit. supra eodem. & in corpore, de testi. §. penult. prout ille tex. intelligitur de testib. qui recipiuntur ad æternam rei memoriam, sicut habet communis opin. generaliter tamen in ista materia, siue in istis casibus, siue cum petitur innouari priuilegium, vel instrumentum, de quo est periculum ratione vetustatis, siue cum petitur instrumentum exemplari non ab illo, qui confecit instrumentum, sed ab alio, siue cum testes producuntur ad probandum tenorem instrumenti deperditi. Docto. communiter tenent hic, & in capit. fin. infra de fide instrumen. & in auth. si quis in aliquo. C. de eden. vbi per Bart. & Bal. & per Barto. satis plene in l. nam ita diuus. ff. de adopt. ꝙ pars debet citari, alias innonatio vel exemplatio erit nulla, seu publicatio, & quando innouaretur seu publicaretur scriptura, quæ non respiceret præiudicium certę personæ, puta priuilegiū indulgentiæ & si. tunc sufficeret proclama generale, quicunque vult se opponere. & secundum Innocen. hic si. dixit in cap. humilis. supra de maio. & obedien. allegat tex. in c. cum inhibitio. de clandesti. despon. & in cap. cum in tua, qui matrimo. accusa. pos. facit text. & quod ibi per Barto. in l. si eo tempore. C. de remis. pign. & quod ipse no. in l. si quis hæres instituatur in princ. vel §. primo, per Imo. ff. de hæred. instit. & per Bal. in l. fin. C. de edic. diui. dixit autem Bald. no. in ista materia in l. nec quicquā. §. vbi decretum. in penul. char. ff. de offic. procon. & lega. quòd licet debeat citari aduersarius specialis in exemplatione instrumenti vel priuilegij. non tamen debet citari aduersarius specialis, qui non prætendit ius in re, sed in spe, per l. j. §. denunciari. de ven. inspic. per quam l. Bart. dixit no. in l. is, cum quo. ff. de aqua
11 plu. arcen. † ꝙ si agitur contra hæredem, non est necesse citare substitutum, quia ille habet ius in spe, vnde sententia lata contra hæredem nocebit sibi. & licet alibi sentiat oppositum in l. filiusfamilias. §. diui. de lega. primo. Ange. tamen & Moder. sequuntur primum dictum, quod est verius. quod etiam approbat Bal. in casu nostro vt dixi. & quia communiter Docto. concludunt vt dictum est, ꝙ in exemplatione instrumenti, quod fit per alium requiritur citatio partis & auctoritas iudicis, vt in c. fin. infra de fide instrum. immo infert Bal. no. in authen. si quis in aliquo. C. de eden. quamuis insinuatio donationis vel alia, quæ debet fieri de contractu de forma statuti possit fieri parte non citata, hoc est verum, quantum ad validandum ipsum contractum, sed quantum ad fidem probationis, vt supra instrumētum donationis exemplatum probet, non potest fieri parte absente. & ita dicit esse intelligenda dicta Cy. in l. fi. C. qui admitti. qui voluit, ꝙ insinuatio non requireret citationem partis. Pro ista distinctione, quam reputo verissimam, allego tibi duo iura singularia & multum pulchra. & pro primo membro videtur esse tex. in authen. eo decursum. C. de donatio. ante nup. vbi pa-
a tet, ꝙ insinuatio a potest fieri ab vna ex partibus. & per illū text. ita eleganter determinat ibi Bal. ponderatum vt supra. pro secū do membro vide text. solennem in Authen. de instrum. fide & cau. ver. de quibus. vbi text. solenniter dicit, ꝙ ad hoc vt instrumentum insinuatum probet, requiritur consensus ambarū partium. intellige si vna ex partibus aliter non vult probare ius suū. Sed si vna ex partibus faciens insinuari instrumentum, vellet probare ius suum, vel per testes, vel per scripturam authēticam, tunc credo ꝙ sufficeret citatio vel præsentia. similiter videmus, ꝙ productio instrumenti vt satisfiat termino, potest fieri parte non citata, sed non vt fiat probatio ex productione secūdū Bal. in l. fi. C. qui admit. & in l. si ea. vbi no C. qui accus. non pos. Pro prædicta distinctione multum facit, quod eleganter tradit Bar. in l. si consul. ff. de adopt. vbi concludit, ꝙ quamuis insinuatio

requirat

ADDITIO.

a VIN. GOD. Insinuationis actus est uoluntariæ iurisdictionis, unde in donatione habentis merum & mixtum imperium, non est necessarius. Rui consil. 23. num. 12. lib. 2. Ideo insinuatio non requiritur in donatione regis. Old. consil. 230. Vide Felin. in cap. cum non licear. in princip. colum. 4. uersic. De istis dicit.

requirat cauſæ cognitionem, eſt tamen actus voluntariæ iuriſdi
ctionis. vnde poteſt donans inſinuare donationem apud ſeip-
ſum, & ex hoc datur intelligi ꝙ non requiritur citatio partis. di-
xit tamen Bal. no. in d. §. vbi decretum. in prima char. ꝙ conſan-
guinei & cognati donatoris poſſunt voluntarie ſe opponere, &
contradicere inſinuationi donationis, & tunc iudex debet pro-
nunciare inſinuando vel confirmando donationem, ſicut dici-
mus in ſimili in l. 5. §. ſi cauſa cognita. ff. de bo. poſ. & in l. 2. C.
12 de bo. poſ ſecundum tab. † & quia gl. tua dicit & bene, ꝙ in rece
ptione iſtorum teſtium requiritur citatio, dubium eſt qualis ci-
tatio requiratur, vtrum ſufficiat citatio, ad domum, ſi aliqs non
ſit præſens in ciuitate, an vero requiratur citatio perſonalis, vbi
alias latitatio non præſumeretur. Super quo communis opi. ha
bet, ꝙ non ſufficit citatio ad domum, cum teſtes recipiuntur ex
parte rei ad æternam rei memoriam & publicantur, quam po-
ſuit Bar. referens dicta Dy. in l. 4. §. prætor ait ff. de dam. infe. cū
quibuſdam limitationibus, de quibus ibi per eum referens etiā
dicta Io. An. in regula, præſumitur. de regu. iur. qui idem tenuit
in effectu, quam ſententiam approbat Bal. & Salyc. in auth. ſed
ſi quis. C. de teſti. & Anto. de But. plene in c. fin. ſupra de eo qui
mitt. in poſ. cau. rei ſeruan. verſus finem commenti. & tenuit ēt
Inn. in c. ſignificauit. ſupra eod. vbi dixit no. ꝙ iura quæ permit-
tunt citationem ad domum, ponunt caſus ſpeciales contra regu
las iuris. Hoſti. ibi & do. Abb. Moder. videntur tenere ꝙ ſi citan-
dus non reperiatur in ciuitate, poſſit citari ad domum. & hoc
ideo dicit do. Abb. quia agitur de modico præiudicio, quod nō
eſt verum, cum probationes iſtæ ſint facturæ, plenam fidem ad
decus cauſæ principalis. vnde hoc negat Barto. & communiter
omnes. Pro hac tamen parte multum facit text. in corpore quē
ipſi Doct. adducunt pro ſe in Auth. de teſti. §. pe. in ver. oportet.
dixit enim tex. oportet enim exiſtētem in ciuitate moneri, &c.
& ſic ſatis innuit, ꝙ ſi aliquis non erit in ciuitate non erit neceſ-
ſaria monitio perſonalis. Prēterea eſt tex. in c. quoniam frequē-
ter. §. porro. quem etiam adducunt pro iſta parte. ſ. vt lit. non
13 conte. vbi videtur probari, † ꝙ quando poteſt procedi ad rece-
ptionem teſtium & diffinitiue lit. non conteſt. requiritur cita-
tio perſonalis vel latitatio, nec aliter poteſt euitari, quia ſi reſpi
cias in ſequentibus in vno de duobus caſibus ibi poſitis, ſcilicet
vbi agatur de matrimonio ſpirituali contrahendo permittitur
ſic, vt in ver. quod ſi forſan poſt certum ſpatium, de quo ibi in
tex. & ꝙ talia fiant etiam contra non latitantem. in alio autem
caſu nō permittitur, ſcilicet in matrimonio carnali in quo mul
ta ſunt ſpecialia propter periculum animæ. vnde iura quæ ſim-
pliciter dicunt aliquem poſſe citari ad domum. vbi non eſt præ
ſens, videntur etiam poſſe intelligi in iſto caſu, ꝙ ſit valde impu
tandum illi, qui ſine cauſa neceſſaria, vel probabili abſentat ſe,
& non dimittit procuratorem. & hoc tenuit Nico. de Matta. in
d. authen. ſed & ſi quis. ſed quia minime ſunt mutanda, &c. &
Moder. omnes in c. fi. præalleg. conſentiunt huic opin. Reſpon-
deamus ad prædicta iura, videlicet ad quintum oppoſitum, ꝙ
ille tex. non innuit ꝙ poſſit fieri citatio ad domum, ſed potius
ꝙ ſi citandus non ſit in ciuitate, nec poſſint teſtes recipi. ſic ad
tex. in ver. quod ſi forſan, dicamus ꝙ ſpeciale eſt ne eccleſiæ vi-
duatæ patiantur detrimentum, ſicut dicimus in d. §. porro. dixit
tamen no. Archi. 3. q. 9. c. caueant. & in c. Romana, §. contrahē-
tes. de foro compe. lib. 6. & referunt ibi Moder. ꝙ vbi alias requi
reretur citatio perſonalis. hoc tamen fallit, niſi quis eſſet abſens
extra prouinciam capiendo prouinciam vulgari modo, ideſt
prout capitur in communi vſu loquendi adducunt text. & ꝙ
ibi not. Gof. in c. cum olim. in fi. ſ. de dolo & contu. ſed ille text.
parum vrget, quia ſi bene reſpicias ad text. in illa cauſa ille prius
fuerat ter perſonaliter citatus, quanquam tamen de iuris rigore
ſententia tranſiuiſſet in rem iudi. diſpenſatiue ibi fuit admiſſus
ad dicendum ꝯ ſententiam, ſecūdum verum intellectum. vnde
non eſt mirum, ſi vno introducto pro ipſo aliud fuerit ꝯ ipſum
inductum, iuxta l. eum qui. ff. de iureiur. oportet ergo intelligere
illa dicta in caſu, in quo poteſt fieri citatio ad domum, vel dice-
re ꝙ non ſint vera, per ea quæ ſ. diximus. Aduerte tamen, quia
in vno caſu poſſet ſufficere citatio ad domum. ſ. qñ vel eſſet ti-
mor ꝙ teſtes eſſent perituri vel inſtra & priuilegia quę petūtur
innouari. tunc tñ reciperentur teſtes iuxta formam c. quoniam
frequenter. in prin. ſ. vt lit. non conteſt. & de teſti. hoc dicūt Bar.
& Doct. in locis ſ. alleg. & do. Abb. hic. de inſtrumentis vī idem
dicendum per tex. in c. cum dilecta. de conſir. vtili vel inuti. vbi
inſtra, quæ de proximo præſumuntur peritura, comparantur
teſtibus eiuſdem qualitatis. dixit ēt Inn. hic valde ſing. & ſequit
do. Ant. & do. Abb. ꝙ qñ priuilegia innouantur ab eo, qui poſ-
ſet ea de nouo concedere, puta a ſummo Pontifice, tūc poſſunt
innouari etiam parte non citata, qñ non ſunt ſuſpecta vel ꝯ ipsā
non mouetur quæſtio, alias deberet citari pars per ea, quæ ha-
bentur in d. c. cum dilecta. nam primum dictum videtur ſatis
dubium, licet enim in conceſſione priuilegij non requiratur
partis citatio, ſecundum Inn. in c. niſi cum pridem. ſupra de re-
nun. & eſt caſus & ibi per Moder. in c. cum olim. de re iudic. ꝙa
tamen innouatio priuilegij eſt potius actus iuſtitiæ quam gra-
tiæ: fit enim ad inſtar teſtium, de quorum morte vel abſentia
diuturna timetur, vt dicitur in d. c. cum dilecta. & per eam in du
bio non videtur concedi nouum ius, ſed conſeruari iam conceſ
ſum, videtur ꝙ princeps non debeat procedere parte non cita-
ta, vt in c. j. ſ. de cau. poſ. & proprie. 3. q. 9. c. caueant. 2. q. j. nos in
quemquam. cum multis aliis. & l. fi. & ibi per Bal. C. de legi. ma
xime, quia illa ratio, quam ipſi aſſignāt in exemplatione inſtru-
mentorum, videlicet, quia non poteſt fieri parte nō citata, quæ
eſt, quoniam iudex & notarius facile poſſunt decipi, ſi non audi
rent partem, habet locum etiam in priuilegiis iſtis, maxime qñ
ſuperior innouaret priuilegia conceſſa a ſuo prædeceſſore, quo
caſu facilius decipi poſſet, ſed etiam in teſtibus & ſimilibus poſ-
ſet cadere iſta deceptio propter nimias occupationes aliquan-
do, ſicut dicitur in ſimili in c. porrecta j. de confir. vtili vel inuti.
vnde articulus remanet ſatis dubius. Et quia ſuperius in iſta gl.
14 diximus ſecundum Bal. in locis ſ. alleg. † ꝙ inſinuatio donatio
nis parte non citata ab ipſo donatario tenet, &c. debes ſcire, ꝙ
Ang. tenuit oppoſitum in cōſilio ſuo 108. quod incipit, In Chri
ſti nomine, &c. viſis inſtrumentis. mouetur per regulam com-
munem, quæ eſt in l. nam ita diuus. de adop. & in l. de vnoquo-
que. ff. de re iudi. 3. q. 7. c. omnia, cum aliis. & tamen ibi fatetur,
ꝙ donans vel hæres eius citatus non poterit ex hoc ſolo contra-
dicere donationi, quia non fuerit inſinuata, ne ſit in poteſtate
eius reuocare donationem contra l. perfecta. C. de donat. q̄ ſub
modo. intentio ergo eius eſt, ꝙ citatio fiat, vt ſi forte donans vel
hæres eius, velit dicere inſinuationem falſam, vel infirmandā,
quia extorta per dolum vel metum hoc poſſit allegare, ne dona
tio inſinuetur. Tu vero aduerte in iſta materia, quia inſinuatio
etiam ſi fieret parte non citata, non auferret iſtas deceptiones
donatori, vel eius hæredi, quin poſtea ſi ageretur ꝯ ipſos, poſſet
allegare iſtas exceptiones, quia hoc nullo iure cauetur. & ideo
propter hoc non viderentur eſſe citandi. ſicut dī in ſimili in l. 3.
§. ſi cauſa cognita. ff. de bo. poſ. Sed maius dubium eſt apud me
contra dicta Bal. ſuperius allegata, quia quamuis ego inueniā,
a ꝙ donatio[a] ex interuallo poteſt inſinuari ad petitionem donā-
tis, vt eſt caſus in l. in hac ſacratiſſima. C. de donatio. & in authē.
eo decurſum, præallegata: non tamen inuenio quod ad petitio
nem donatarij ex interuallo donatio poſſit inſinuari, licet Ang.
hoc teneat expreſſe in d. conſi. nam tex. in l. fin. §. ſimilique mo-
do. C. de dona. ante nup. qui dicit, ꝙ donatio facta ante nuptias
poteſt inſinuari conſtante matrimonio, & ſic ex interuallo, non
aperit ad cuius petitionem illud fiat. tex. autem in l. fi. in princ.
& §. j. C. de iure do. ſimiliter loquitur, quando inſinuatio fit ad
petitionem donatoris, & hoc eſt ſatis conueniens, quia cum aga
tur de præiudicio ſuo & fauore alterius, ipſe ſolus poſſit facere
comprobari ꝯctum ad obligandum ſe, ſicut dicit Bar. in ſimili,
in auth. ſi quis in aliquo. in materia noſtra, ꝙ ſine auctoritate iu
dicis pars poteſt facere inſtrumentum exemplari, vt credatur il-
li exemplo ꝯ ſe, donatarius autem per inſinuationem firmat ꝯ-
ctum in ſui fauorem, quod non videtur poſſe facere iure & ra-
tione. & primo per tex. quem reputo ſingularem ad hoc, in Au-
then. vt fratrum fil j. §. j. in vltimis verbis. dicitur enim in præce-
dentibus, ꝙ ſi maritus prætermittit inſinuare donationē factā
vxori, valet donatio ꝑꝑ nuptias in fauorē vxoris, ſed nō valet ad
fauorem ſuū, vt propter hoc poſſit lucrari dotem ex pactis do-
talib. poſtea admittit rōnē in fi. ꝙ cū ſit in mariti poteſtate inſi-
nuare donationē, ineptum eſt factum mariti vel negligentia no
cere vxori, q̄ ratio niſi intelligeretur qđ hoc eſt in ptāte mariti, &
non vxoris, eſſet falſa & impertinens, quia poſſet rñderi, ꝙ non
imputatur vxori culpa mariti, ſed ſua, cum ēt potuerit facere in
ſinuari. vt ergo rō ſit ſufficiens, dz intelligi ꝙ ea citata id fiat, vt
dixi: ſed ne ſit in ptāte donantis & nō donatarij. & ꝑꝑ hoc bene
facit tex. in d. §. oportet. in prin. qōnis allegatæ. Confirmatur di-
cta ꝯcluſio, quia rō propter q̄ eſt inducta inſinuatio eſt, ne poſſit
committi falſitas per donatarium addendo vel detrahendo, vel
ēt in totum fingēdo, vt dicit tex. in l. data. C. de dona. Sed aduer-
ſus hanc abſurditatem nō præuideretur, ſi ſolus donatarius poſ
ſet inſinuare donationem, quia prius ex interuallo potuit decī-
pere & inſtruere fraudem clandeſtinam, ꝯ quam donator cita-
tus nihil poſſet probare: ergo, vt ſp maneat ratio illius legis, dica
mus ꝙ ſolus donatarius non cōfirmat donationem per inſinua
tionem ſine conſenſu donantis. & hoc eſt ſecundum regulas iu-
ris, quia ſi donatio fuit nulla ante inſinuationē, ꝯctus nullus nō

potuit

ADDITIO.

a VIN. GOD. Adde, ꝙ donatio ultra quingentos aureos, ſine inſinuatione
valet propter iuramentum. Ruin. conſil. 172. nume. 23. lib 1. & conſil. 180.
num. 4. & 14. eo. lib. 1. Et donatio inter uirum & uxorem, ex defectu inſinua-
tionis nulla redditur. Rui. conſ. 132. nu. 18. lib. 4. & an in totum ſit nulla. Rui.
conſ. 44. nu. 8. & 20. lib. 2.

potuit ratificari sine consensu eius, cui prę iudicatur: vnde si am bobus præiudicaretur. v.g. propter aliquod onus impositũ donatario in ipsa donatione crederem requiri vtriusque consensũ supposito, ꝙ talis donatio deberet insinuari, de quo est dubium cum sit donatio ob causam. de quo dic plene vt tradit in l. illud. C. de sacrosan. eccl. per Bal. & alios, & per Ang. in prædicto consilio. & aliquid tangit Bal. in auth. eo decursum, præalle. Ista est regula, quæ ponitur per Bar. in l. ab emptione. in fi. ff. de pact. & per Io. An. in addi. Spec. in ti. de loca. §. postq̃. & Bal. in l. quæcũque. C. de bo. quæ libe. bene facit text. & quod ibi per Bart. in l. j. C. de ritu nup. per quam dicit ibi, ꝙ solennitas quę requiritur in confectione instr̃i, requiritur etiam in refectione, per tex. in l. in donationibus. C. de dona. vbi dr̃ simpliciter, ꝙ donatio insinuata non requirit testes. sed ista rō non esset vera, si donatarius solus posset insinuare, quia quo ad probationem requiritur ꝯsensus vtriusq;, vt s̃. diximus in prin. fm Bal. & probatur in corpore de fi. instr. s̃. alle. ergo vt simpliciter illa lex intelligatur, quæ sic loquitur intelligamus, ꝙ insinuatio semper aut fiat in ipso contractu, vt dicit text. in l. data. & in l. donatio. C. de donat. aut si fit ex interuallo, requiratur consensus donatarij. & hoc multum placet, quicquid superius dixerim, sequendo dicta Bald. Et quia hic Doct. prolixe post Inn. tractant materiam innouatę refectionis & exemplationis instrumentorum, ideo addo breuiter pauca. & primo, quod tradit singu. & pulchre Bal. in ista materia, in auth. si quas ruinas. C. de sacrosan. ecc. in 2. col. vbi dixit inter alia, ꝙ renouatio instrumentorum veterum nō solum fit si timetur consumptio propter vetustatem vel aliam causam, vt in c. fi. j̃. de fi. instr. & in c. cum dilecta. j̃. de confir. vti. vel inut. sed etiã si propter antiquitatem instrumenti, & ꝯctus non possunt amplius cognosci confines vel termini agrorum, de quib. in instrumento. Secundo adde dictis Mod. hic, inquantum concludunt,
15 secundum Bar. in auth. si quis in aliquo. C. de eden. † ꝙ ad probandum plene tenorẽ instr̃i, debet probari amissio & tenor instrumenti per testes peritos, puta aduocatos vel magnos notarios, & sic intelligit tex. in c. cum olim. j̃. de priuile. ꝙ si probatio fiat per testes non ita peritos, faciet talis probatio semiplenã ꝓbationem, per quam poterit deferri iuramentum, secundũ qualitatem causarum. gl. est fin. & pulchra, quam ibi approbat Bar. ad hoc, in l. sicut iniquum C. de fi. instr. & ibi videtur probari ꝯclusio Bar. ꝙ regulariter non creditur testibus deponentibus de tenore instrumenti. vnde licet text. in c. cum olim. non dicat, ꝙ testes illi non fuerint periti, videtur tamen sic intelligendus, qa in his quæ non cadunt nisi in sensum peritorum, testis non peritus non probat, vt plene declarat Bar. in l. de ætate. ff. de mino. & satis probatur in l. j. ff. de ven. inspi. cum multis aliis si. pro qua conclusione vide quod posuit idem Bar. in l. 2. §. diuus. ff. de iure fisci. & adducitur optima ratio, quia videmus ꝙ regulariter testibus, qui deponunt se vidisse aliquem scribere hanc scriptam, non creditur simpliciter sine comparatione literarum, vt in Authen. de fi. instr. & cau. §. j. & tamen posset esse tanta peritia & auctoritas testis, ꝙ quia non esset verisimile eum decipi, solis testibus crederetur, vt probatur in eo. tit. §. si vero aliquid tale. &
16 tradit Bar. in l. admonendi. ff. de iureiur. † Qualiter autem ꝓbetur amissio instrumenti, dicit Bar. in l. emancipati. in fi. C. de fi. instru. ꝙ probabitur per iuramentum, de quo etiam ponit in l. nam ita diuus. iuxta fi. ff. de adopt. Sed ego istud intelligo cõcurrentibus coniecturis & verisimilibus, sicut dicitur in l. si quis ex argentariis. §. fi. ff. de eden. & per Bal. in rub. C. de fi. instr. qui allegat tex. in l. nediu. C. de discussorib. li. 11. Potest tamen saluando dictum Bar. distingui, vt ipse distinguit in d. §. fi. Super quo etiam vide, quod ipse ponit in l. fi. ff. de bo. pos. & tex. in l. fin. C. de fi. instr. & vt compleamus istam materiã scias, ꝙ q̃is instrumentum exemplatum auctoritate iudicis faciat fidem sicut originale, vt in c. cum P. & in c. fi. j̃. de fi. instr. si tamen statutum dicat, ꝙ instrumentum authenticatum manu notarij habeat executionem paratam, sicut sententia, istud priuilegium non competet instrō exemplato per alium auctoritate iudicis, vt est glo. no. & sing. quam ibi Bart. inducit ad hoc in l. probatorias. C. de
17 diuer. offic. lib. 12. Tangunt ẽt hic plene Inno. & Docto. † vtrum si non apparet partem esse citatam, citatio in dubio præsumatur propter auctoritatem iudicis mandantis exemplari instrumentum, vel innouari vel reijci. de quo pleniſſime scripsi, & ibi videas, in c. quoniam contra falsam. s̃. de probat. & ad materiã vide quod ponit do. Abb Moder. in c. tenor. j̃. de re iudi. & Bal.
18 in l. iurisgentium. §. quod fere. ff de pact. † Tangunt etiam Inn.
a & Moder. vtrum acta [a] authenticata manu notarij, non tamen authenticata, idest manifestata per iudicem, faciant fidem inter alias personas in alia instantia & coram alio iudice. & tenet ꝙ sic, etiam cum testes sint examinati solum ad perpetuam memoriam.

ADDITIO.

a VIN. GOD. Acta enim faciunt notorium post conclusionem in causa. Socci. iun. cons. 144, nu. 60 lib. 3.

SVMMARIVM.

1 *Publicatis attestationibus in causa matrimoniali, super eisdem articulis, vt directo contrarijs, testes recipi an possint.*
2 *Ille cuius non interest propter periculum animæ, & bonum publicum, matrimonium iam contractum accusare an possit.*
3 *Coniuncti alicuius siue vt agnati siue vt cognati, dicuntur esse in parentela.*
4 *Testes consanguinei in causa matrimoniali, an admittantur.*
5 *Publicatio testium facta in iudicio summario, an noceat in plenario, quin noui testes possint recipi.*
6 *Testes super negatiua coarctata, quando præualeant affirmatiuam deponentibus.*
7 *Negatiua, quando per medium affirmatiuæ probari habet, affirmatiua dicitur.*
8 *Testis examinatus denuo super eodem articulo dicens, dico prout alias testificatus sum, an valeat.*
9 *Testes examinati in iudicio summario, si sint mortui, vel absentes in remotis, nunquid eorum dicta probent in iudicio ordinario.*
10 *Testis si contradicit sibi extra, vel in iudicio, nunquid stabitur primo dicto. & num. 12.*
11 *Testis dicto cum tortura, quando plus creditur, quam sine.*
13 *Testis quid si in eodem iudicio, vel in diuersis inter easdem personas, vel alias dixit vnum, & postea dixit contrarium. & quid si vnum extra iudicium, & aliud in iudicio. nu. 16.*
14 *Testimonia contraria diuersis personis dicens imprudenter, an in falsi pœnam incidat.*
15 *Testis in articulo mortis si dicat se dixisse falsum ad præiudicium primi dicti, an sibi credatur.*

CAP. XLIIII.

1 CVm in tua. † In causa matrimoniali publicatis attestationibus super eisdẽ articulis, vt directo contrariis, testes recipi possunt. secunda est ibi, quanquam. tertia est ibi, nec eo. No.
2 primo ibi, accusatore idoneo, &c. secundum Moder. † ꝙ etiam ille, cuius non interest, propter periculum animæ & bonum publicum potest accusare matrimonium iam contractum. cõcor. tex. in c. cum in tua. in fi. j̃. qui matrim. accus. poss. & in c. literas. infra de præsumpt. Et vt inquit hic Ioan. And. verbum, accusatio, ponitur improprie, quoniam non agitur nisi ad separationẽ thori, non autem ad pœnam imponendam, sicut dicimus in c. tuæ. supra de procur. & hoc dicunt Moder. esse no. propter statuta, quæ faciunt mentionem de accusatione, vel accusatore. intelliguntur improprie de agente criminaliter, & hoc est quod dicit Bar. in l. agraria. ff. de termi. amo. ꝙ quando lex introducit accusationem, pœna applicatur fisco, quia agitur criminaliter, vt in l. 3. & ibi no. & in l. qui destitit. ff. ad Turpill. licet iura aliquando vtantur isto ver. accusat. improprie, vt hic. & 2. q. 7. in diuersis capitulis illius quæstionis, & in l. posthumus. §. fin. ff. de inoffi. testamen. & l. non solum §. fi ff. de procura. si tamen ageretur hic simul & semel ad separationem matrimonij, & ad pęnam imponendam pro incestu, posito quod posset agi & ad separationem matrimonij istud iudicium posset dici proprie criminale, secundum ea quæ tradit eleganter Barto. in l. j. §. sciendum. ff. de suspec. tut. vbi vult, ꝙ quando agitur contra tutorem suspectum ad puniendum eum, & ad remotionem ab officio propter pœnæ admixtionem, iudicium est criminale. Secundo
3 colligo in ver. parentela probaretur, &c. † ꝙ illi, qui sunt coniuncti alicui, siue vt agnati, siue vt cognati, dicuntur esse de parente-
a la & parentes. [a] & est verbum repertum de consuetudine. nam de iure significat ascendentes, vt l. Iurisconsultus. §. parentes. ff. de gradi. per quod significatur, secundum vulgares, affinitas nõ consanguinitas. ita dicit glo. tua in cle. ne Romani. in ver. parentelam. de iureiur. nam si restringeres istum tex. vt verbum, parẽtela, significet agnatos duntaxat, inepta fuisset locutio quærẽtis, quare magis quæsiuisset de agnatis q̃ cognatis, tamen pariformiter prohibeantur contrahere matrimonium, vt in c. non debet. j̃. de consang. & affi. vt ergo mõ quærat quo debet, dicimus per nomen parentelæ importari cognatos, sicut agnatos, & cõsequenter parentes dici vtrunq; ipsorum, quod probat text. clarius in c. cum in tua. infra de sponsa. iuncto cap. quotiens. supra eodem tit. nam in c. cum in tua. apparet quod parentela & propinquitas ponitur pro eodem. propinqui autem dicuntur etiã cognati vt patet in dic. cap. quotiens. iuncta glo. & istud est verius, quia nomen parentelæ, est nomen significans naturaliter & ciuiliter, secundum Barto. in l. pronunciatio. §. familiæ. ff. de verb. sign. & similiter nomen cognatis, est nomen naturale, vt l.
Iurisconsultus.

ADDITIO.

a VIN. GOD. Parentum appellatione ueniunt pater & mater. Afflic. decis. 178. num. 2. Et statutum excludens matrem stantibus parentibus masculis ex parte patris & aui, an excludat parentes ex parte aui ex altera linea. Rui. cons. 23. Visis, in prin. & per totum. lib. 3.

Iuriſconſultus,circa prin.ff.de gradi,vnum ergo nomen naturale comprehendetur in alio: vnde ſi ſtatutum facit mentionem de parentibus in materia ſucceſſionis, niſi ratio & mens ſtatuti reſtringat ſignificatum,comprehendentur cognati,maxime qñ naſcuntur ex ſororibus,qui habent originem ab eodem ſanguine,quicquid dixerit Bal.qui dixit contrarium in c.j.quemadmodum feudum ad filiam fœminam pertineat. cuius dictū debet
4 intelligi, vt dixi. Tertio no. † ꝙ ad probandum conſanguinitatē in cauſa matrimonij admittuntur teſtes conſanguinei contra regulas iuris,quinimmo præferuntur aliis,quia melius præſumū tur ſcire veritatem, vt in c.videtur.j.qui matri.accuſ.poſ. & in c. quotiens.s̃.eod.& ibi no. Hoc tamen eſt limitandum,niſi vltro ſe offerant ad teſtimonium,quia tunc eis minus creditur,nō ſolum contra alios teſtes,ſed contra famam, vt eſt caſus ſingu. in c.cum in tua.j.de ſpon.licet alij dicant, quod iſti teſtes parentes repelluntur propter intereſſe quod forte habebant ꝙ matrimonium contraheretur,iuxta,no.in c.ſuper eo.s̃.eo.ſed tex. in d.c. cum in tua. videtur ſe fundare ſuper ſpontanea oblatione ibi, ſponte oblata,&c.potes tamen intelligere,ꝙ vtraque ſuſpitio facit ibi teſtimonium nullum ſimul iuncta,vnde ſi eſſet aliquis cōſanguineus,qui non eſſet ſuſpectus de aliquo intereſſe,ſicut aliquando ſunt parentes,non repelleretur in totum. & pro iſta diſtinctione facit optime tex.no. quem ibi ponderat do. Anto.ad hoc,in c.in literis.s̃.de reſti.in integ.per quem tex.ibi dicit,ꝙ teſtis conſanguineus ſponte ſe offerens a teſtificatu repellitur omnino.intellige in cauſa, in qua alias propter conſanguinitatem eſſet ſuſpectus. vnde ex his dictis ſic declaratis ſingulariter tenementi,ꝙ teſtis qui alias eſſet ſuſpectus, non tamen repelleretur omnino,totaliter repellitur ſi ſponte ſe offert. & hanc doctr.poſuit ſingu.Bar.in l.ex libero. ff.de quæſtio.pro cuius dicto eſt gl. ſingularis quam ipſe non allegat in Auth. de teſti.§.ſi vero dicatur,in exemplo quod ponit de proxeneta. & hæc tenementi ad limitationem eorum,quæ tradūtur in l.poſt legatum. §.2. ff. de his,qui.vt indi.& in c.2.vel j.s̃.eo.nec mireris,ꝙ teſtis cōſanguineus præferatur alij, vt dixi, in probanda conſanguinitate tanq̃ melius informatus, quia idem dicimus de teſte domeſtico de his, quæ fiūt in domo,vel in naui, vt eſt tex.no.quem ibi ponderat Bar.in l.quotiens.C.de naufrag. lib.11, & in c. cum l. & A.j. de re iudi.ſecundum intellectum Gof. vnde etiam ſi teſtes conſanguinei eſſent pares aliis teſtibus,deberēt præferri in caſu huius decretalis, non ſolum quia ſtarent pro matrimonio, quod eſt fauorabile,vt inquit hic Inn. per ea, quæ habentur in c.ex literis,s̃.de proba.ſed etiam quia in dubio videntur meliores te-
5 ſtes per rationem poſitam in d.c.videtur.†Quarto no.ꝙ publicatio teſtium facta in iudicio ſummario non nocet in plenario, quin teſtes noui non poſſint recipi, ſicut neque probatio facta in illo iudicio facit fidem in iſto, vt in c. veniens.s̃.eo.& hic.vnde pondera tex.noſtrum,ſecundum do.Ant.& bene,ꝙ etiam ſi teſtes examinati in iudicio ſummario ſint longe plures numero & meliores, non tamen confundant probationem factā per pauciores in iudicio plenario. Fatetur tamen d.Ant.in c.fraternitatis.s̃.eo.ꝙ teſtes examinati in iudicio ſummario, faciunt ſemiplenam probationem in ordinario, quod non examinio pro
6 nunc, vtrum ſit verum.Quinto no.ſecūdum Doc.hic,† ꝙ teſtes deponentes ſuper negatiua, quæ eſt coarctata, præualent deponentibus affirmatiuam,quando ſunt plures numero vel meliores.vides enim,ꝙ hic illi qui probant non ſubeſſe impedimentum conſanguinitatis inter coniunctos deponunt negatiuam, & tamen præualent deponentibus affirmatiuam.ſ.impedimētum ſubeſſe,qñ ſunt plures numero, vel meliores.quod ergo dicit Inn.in c.ſuper hoc.s̃.de renun.& glo.in l.diem proferre. §.ſi plures.ff.de arbi.ꝙ plus creditur duobus teſtibus affirmantibꝰ, q̃ mille negantibus,debet intelligi niſi negatiua ſit coarctata, vt etiam dicit Io.An.in c.bonæ.s̃.de elec.Tu dicas ad intellectum
7 literæ noſtræ,† ꝙ qñ negatiua habet probari per medium affirmatiuæ,tunc iſta non dr̄ negatiua,ſed affirmatiua,ſecundū glo. in l.fi.in prin.ff.de doli excep.& eſt tex. in l.inter ſtipulantem.in prin.de ver.ob.s̃.& egregie declarat Bar.in l.de ætate.in fi.repeti.ff.de mino.& alij ſcribentes in l.actor.C.de prob. Teſtes ergo in caſu noſtro,qui deponunt coniunctos non eſſe in gradu prohibito,hoc deponunt per mediam affirmatiuam,ponendo ſingulas perſonas in ſuis gradibus,vt dr̄ in tex. vnde potius hic probatur,ꝙ qñ negatiua probatur per affirmatiuam, quod non hz locum regula Inn s̃.dicta,q̃ de negatiua coarctata, vt Doct.dūt. De illo tamen artic.vide Bald.no.in l.cum hi.§. vult igitur.ff.de tranſac.& in l.2.C.de bo.poſ.fm tabu.& ſuper iſto artic. multū
8 plene ſcripſi in c.cum cauſam.el primo,s̃.eo.vbi videas.†Sexto no.& ſingulariter,fm Moder.ibi,illa eadēq; primo dixerūt,&c. nam hic vr̄ probari multum ſing.ꝙ ſi teſtis examinatus in vno iudicio dicat iterum examinatus ſuper eodem articulo, dico,ꝙ ut alias teſtificatus ſum, valet dictum teſtis. ſi tamen iudex velit ipſum audire explicantem teſtimonium ſuū perfecte, vt videat qua conſtantia & quo vultu loquat̄,poteſt non admittere hanc depoſitionem,arg.l.de min ore.§.tormenta.ff.de quæſtio. tunc tamen teſtis poteſt petere a iudice, vt oſtendatur ſibi prius teſtificatum per ſe,& inquantum non poſſet aliud videre,& etiam ſi illud videat,ſed forte dubitet labi in aliquo,cautela eſt ꝙ proteſtetur,ꝙ ſi aliquis plus vel minus vel aliterdixerit in ipſo teſtificatu quam in primo,vult ſtari primo, quia tunc melius recordabatur.& iſta ſunt dicta Bart.quæ refert hic do.Abb.in l.eos.in princ.ff.de fal. Tu adde primo,ꝙ Io.And.in nouella, in c. de teſtibus.s̃.eo.videtur firmare hanc doctrinam, dum dicit,ꝙ ſi teſtis primo depoſuit & poſtea iurat vera eſſe,quę teſtificatus eſt, valet dictum teſtis, quia in iuramēto breuiter videtur repetere, quod prius dixerit,& ſic repetitur dictum iuratum, vel cautela eſt,ſecundum eum,ꝙ poſt iuramentum breuiter repetat quod dixerat.& ſic ſentit in hoc ſecūdo dicto.ſed expreſſius in primo, quod ſufficiat deponere per relationem ad primum dictum.ſed Bal.in hoc articulo videtur variaſſe,nam in l.geſta.C.de re iudi. videtur ſequi dicta Bart.qui etiam mouit iſtam quæſtionem in l.legata inutiliter.ff.de leg.primo.& ibi arguit per illum tex.pro opinione ſua,quam poſuit in l.eos.dicit tamen, ſe non firmare aliter.ſed idem Bal.in l.fin. C.de teſtibus. & in l.iuriſiurandi. in prin.eod.tit.determinat contrarium. Primo,quia ſi teſtis repetitus poſſet ſic deponere ſuperfluum,eſſet remedium illius l. & c.præſentata.j.eo. videlicet,ꝙ cum teſtes ſunt examinati coram arbitro, pars poſſit petere iterum eos examinari, ſi vult coram ordinario iudice, vt prius nullus nouus effectus reſultaret. ſed huic rationi poteſt dici,ꝙ reſultabit hic effectus,quia iudex poterit eum examinare extenſe,ſi vult, & facere ſibi noua interrogatoria ad arbitrium ſuum,ſicut dicitur in c.cum cauſam.s̃.eo. Secundo dicit ipſe in d.l.iuriſiurandi.ꝙ ſicut teſtis debet interrogari clare & certe,ita debet reſpondere clare & explicite, vt l.3.
a §.idem diuus.ff.de teſti. Generalitas a enim ſolet parere obſcuritatem, vt l.ita fidei.ff.de iure fiſ. & in c. 2. de dolo & contu. Sed ad iſta dicta reſpondet Salic.egregie in d. l.iuriſiurādi. quia non dicitur teſtis generaliter & obſcure deponere, quando refert ſe ad certam ſcripturam, vt l.certum,cum multis aliis.ff.ſi certum petatur.Tu ergo pro concordia iſtorum dictorum potes diſtinguere,ꝙ aut primus teſtificatus,ad quem ſe refert teſtis, fuit factus in iudicio plenario, in quo fit plena diſcuſſio perſonarum & dictorum, & debet fieri diligens examinatio, & tunc vera ſit opinio Barto.ꝙ iudex poſſit admittere talem teſtificatum, quia cum præſumptio ſit pro diligentia officialis publici, vt l.j. C. de offi.ciui.iudi.& l.j.C.de ponderato.auri. lib.10. & tradit ſolenniter Bar.in l.damni.§.Sabini.ff.de dam.infec.& poteſt iudex eſſe contentus primo examine,& induſtria primi iudicis. Sed qñ primus teſtificatus fuit coram arbitro, pro cuius diligentia minus præſumitur,& quem teſtis minus timet quam iudicem, & quem iudex poteſt punire ſi offendat aures eius, vt l.nullum.C. de teſti. vel quando teſtis eſſet examinatus in iudicio ſummario, in quo nec præſumitur adhibita tanta diligentia in examine, nec admittuntur tot exceptiones in perſonas teſtium, ſicut in iudicio plenario,vt eleganter declarant Doct. in c. veniens.s̃. eo.tunc videtur,ꝙ talis teſtificatus non valeat. moueor per rationem text.in l.3.§.Sabini.ff.de teſtib.& in §.item diuus. Dicit enim ibi Imperator,ꝙ immo non vult credere teſtimoniis ſine præſentia teſtium,quia cum teſtes ſunt præſentes,ſolent eos interrogare.quaſi dicat,deficit induſtria iudicis, per quā teſtis abſens non poteſt teſtificari per ſcripturam. 3.q.9. c. teſtes. licet ſi ſit præſens, ſit dubium vtrum poſſit teſtificari per ſcripturā, de quo dic, vt diximus in c.de teſtibus.s̃.e.poſt Doct. ſed iſta ratio, ſi bene conſideres,habet locum proprie,quādo teſtis preſumitur minus perfecte examinatus prius,deficit enim ex parte diligentia examinis,vel præſumitur deficere.ergo idem videtur eſſe dicendum.& iſta diſtinctio eſt ex mente Sali.in d.l.iuriſiurandi.& in d.l.fi.vbi diſtinguit inter priorem teſtificatum factū coram iudice,& factum coram arbitro, ratione ſupradicta. Non obſtat iſte tex.quia ſunt verba legis hic,ꝙ ſi teſtes dicant illa eadem,&c.& quamuis iſta locutio ſufficiat ad exprimendum ſenſum legis, videlicet ꝙ ſi ſecundum dictum concordat cum primo,bene probabit, non tamen ſufficiunt ad exprimendum ſenſum teſtis ratione prædicta. pro qua differentia vide quod not. Bar.& Bal.poſt glo.in l.ſi quis filiabus.ff.de teſta.tut.& in l.j. C.
9 de vſur.Quærunt etiam hic Inn.Io.An.& alij Docto.†nunquid ſi teſtes examinati in iudicio ſummario ſint mortui,vel abſentes in remotis probent eorum dicta in iudicio ordinario,ex quo repeti non poſſunt,iuxta diſtinctionem, quæ fit in teſtibus examinatis coram arbitro in c.pūtata.j.e.& in l.fi.C.de teſti. & breuiter oēs concludunt ꝙ nō,quia ibi iudex ſuccedit loco arbitri,cū teſtes fuerint exaīati ad eundem finē & ad eandē cām, vñ nihil dficit ibi,niſi auctoritas officialis.& īmo fit p̄dicta diſtīctio vtrū

teſtes

A D D I T I O.

a VIN. GO D. Nota,ꝙ generalitas reſtringitur ne ſequatur abſurdū,ꝙ minus dilectus præferatur magis dilecto.Rul.conſ.39.nu.10.lib.1.

testes viuãt, vel sint mortui. Sed in casu nostro iudex, qui cognoscit in iudicio ordinario, non succedit loco iudicis, qui cognouit in summario, quia sunt diuersa iudicia, & ad diuersum finẽ, vt hic dicitur. In glos. vltima posita super verbo, in hoc casu. ibi, sed Ioan. dicit &c. licet glos. secundum Ioã. videatur requirere ista duo copulatiue, videlicet ꝙ simus in causa matrimoniali, & pars protestetur ante publicationẽ, quod intẽdit postea producere testes. glo. tñ in decre. 4. q. 3. c. si quis testibus, simpliciter in omni causa vĩ velle, ꝙ protestatio ista operetur hunc effectum, ꝙ licet producere testes post didicita testificata super eisdem articulis, vel directo contrarijs, quam approbat Io. An. hic, & do. Anto. in c. fraternitatis. s̃. eo. quando pars aduersa consensisset protestationi. Sed vbi non consentiret, tenet contrarium, & hic
a omnes Moderni, quia protestatio [a] facta contra ius, nihil releuat, vt l. alimẽta. & ibi no. C. de neg. gest. & plene in c. cum M. s̃. de consti. Tu vide tex. cum gl. in c. inter dilectos. j̃. de fi. instrum. & quod ponit Bar. in l. non solum. §. morte. de no. ope. nunc. de illa clausula, saluo iure addendi, &c. & hoc est verum, maxime in hoc casu, quia non cessat causa subornationis propter protestationem partis, ergo debet stare legis dispositio. vnde reiecta ista lectura, & alijs, de quibus hic per Doc. post gl. do. Anto. vltimo loco posuit aliam lecturam, multum singularem, quam ẽt tenuit ad istum tex. in c. fraternitatis. s̃. eo. videlicet ꝙ ideo publicatis testibus admittantur ijdem testes, vel alij super articulis directo contrarijs, quia isti testes directo producebantur ad confirmationẽ priorum testium, qui videbantur reprobati per testes partis aduersæ. vnde secundum eum, siue primi testes fuerint recepti in eo. iudicio, siue in alio iudicio, etiã summario, vt hic, ad confirmationẽ ipsorum poterunt isti noui produci. allegat Inno. in c. cum clamor. j̃. eo. & quæ no. in c. ex tenore s̃. eo. Et ratio est secundum eum, quia pars priusquam videret suos testes reprobatos, non produxit illos, quos nũc vult producere, quia cõfidebat forte de prioribus probationibus. vnde nihil est sibi imputandum. & istud dictum satis procederet, quando testes fuissent recepti in eo iudicio vel in alio, & facerent plenam fidem in isto. Sed in casu decretalis nostræ ista ratio nõ videt habere locum, secundum Moder. quia cum testes recepti in summario non probarent, vt hic dicitur, & clarius in prima glo. ideo non potes dicere, ꝙ pars fuerit confisa de prioribus probationibus, cum non probarent plene, vt dictum est. vnde do. Abb. Moder. hic, dicit ꝙ si alij testes producerẽtur nũc, quam primo examinati. istud dictum non videtur verum in casu huius decreta. Sed si iidem testes reputantur, qui fuerunt examinati in iudicio summario, tunc dicit posset sustineri dictum do. Anto. quia ex quo testes semel deposuerunt, cessat in eis timor subornationis. Sed hoc cum reuerentia, non videtur bene dictum, quia isti testes non coguntur formaliter dicere idem, sed possent addere prius dictis. vnde videntur posse repelli, quasi hic possit ẽt esse timor subornationis. Sed saluando illa dicta, dicas ꝙ ex quo deponunt idem, quod primo, istud sufficeret, non præsumitur ꝙ frustra pars subornet eos ad dicendum plus. pro his facit, quod traditur in c. series. s̃. eo. in illa quæstione, quomodo publicatis testibus testes possint produci ad comprobandam scripturam ẽt priuatam. In eadem gl. ibi, tamen si testes dicant cõtrarium, &c.
10 diffuse tractant hic do. Anto. & do. Abb. & alij Moder. † nunqd si testis cõtradicit sibi extra, vel in iudicio, est diuersus, stetur primo dicto, vel secundo, vel nullum sit vtrunque. Et est vtilis materia, in qua Moderni ẽt referendo dicta do. Anto. & aliqua mutando, vel addendo, dicunt ꝙ aliquando testis dixit vnum sine tortura & simplĩciter, & allegat. l. si postulaue. §. quæstioni. ff. de adult. & Bar. in l. eos. ff. de fal. in quibus dicitur totum oppositũ,
11 videlicet † ꝙ plus creditur dicto testis cum tortura, quã sine tortura. & hoc est verum, quia quando quis interrogatur de se tantum, creditur plus cum tortura quam sine. secus si aliquis interrog. de se & de alio, vt est tex. singu. quem ibi ponderat Bart. ad hoc in l. j. § quæstioni. ff. de quæstio. & credo ꝙ sit error, qa do. Ab. in c. per tuas. s̃. de proba. bene refert Bar. sicut dicit in l. eos.
12 † Secundo dicunt Moder. ꝙ si primum dictum testis fuit dictũ ex calore iracundiæ, statur potius secundo dicto quam primo, argu. c. ex literis. j̃. de diuor. & l. ꝙ calore. de reg. iur. sed ꝙ ipsi in hoc præsupponant ꝙ primum dictum si fuisset iuratum, & per consequens si secundum idctum esset verum, detegerentur testes tempore secundi dictiperiurij, non video quomodo credatur secundo dicto, quia etiam de iure ciuili testi periuro non creditur, vt plene declarauimus in c. licet causam. de proba. & hoc modo arguendi vtitur Pontifex in c. sicut. in fi. s̃. eo. vnde hoc dictum non placet, sed potius esset dicendum in hoc casu, ꝙ vtrũ
13 que dictum destruatur, vt j̃. dicetur. † Est & tertius casus magis dubitabilis. s. quando testis vel in eodem iudicio, vel etiam in diuersis inter easdem personas, vel alias dixit vnum, & postea dixit cõtrarium, in quo subdistinguitur, quia si testis in eodem iudicio incontinenti correxit se, allegans causam correctionis iustam, tunc omnes tenent ꝙ stetur secundo dicto, secundum gl. in §. quia vero. in Auth. de testi. & est casus in c. præterea. j̃. titu. proxi. Si autem variet non animo corrigendi, vel non afferat iustam causam correctionis, & tunc secundum omnes vtrunque dictum destruitur, vt est casus in c. licet causam. j̃. titu. proxi. & in l. qui falsa vel varia. ff. de testi. Si vero testis, vel in eodem iudicio, vel in diuersis, vt s̃. ex interuallo contradicat sibi. & hoc est dubium, quia Bar. in l. eos, non aperit, cui dicto stetur, sed simpliciter dicit ꝙ testis punitur pœna falsi. Moderni tamen interpretantur, ꝙ sentiant neutri dicto stari. & hoc tenet ibi aperte do. Anto. per l. eos. in prin. præallegata. Hanc sententiam videtur sequi Bal. in l. gesta. C. de re iudi. in 2. col. Contrarium tenet Inno. in c. præterea. j̃. titu. proxi. dicens, ꝙ per secundum dictum debilitatur primum, non tamen in totum tollitur. & hoc credit do. Abb. Moder. esse verius. nihil tñ adducit, nisi tex. in c. præterea. qui prima facie multum facit in cõtrarium. nam in ver. quorum testimonia, dicitur ꝙ testimonia testium nõ debent reprobari, si incontinenti se corrigant. secus est si correctioni suæ interponant interuallum. & sic in casu contrario expresse videtur velle, ꝙ totum instrumentum ruat. Pro ista conclusione multũ fa
14 cit tex. in l. eos. in 3. responso. ff. de fal. vbi dicitur, † quod imprudentia eius, qui diuersis personis contraria testimonia dixit, & cuius fides ita anceps vacillat, non potest dubitari quin puniatur pœna falsi. vnde pondero illum tex. quod loquitur in contradictione facta ex interuallo propter diuersitatem personarum in ea. instantia, vel diuersa, ꝑm diuersas lecturas. Et considero ꝙ
b Iurisconsultus dicit, ꝙ valde dubia est fides testis & vacillat, [b] ergo neutri dicto est stãdum. probatur ꝓñtia, quia si probatio nõ est verisimilis, facit ꝙ testi non creditur non verisimilia deponẽti, vt l. 3. §. fi. ff. de testi. & tradit Bal. in l. j. C. de ser. multo fortius probata varietate videtur ꝙ eius fides dicitur dubia. Præterea sicut per contradictionem aliorum testium probatio actoris quę redditur dubia, non fundat intentionem ipsius, vt in c. inter dilectos. in fi. de fi. instr. & in c. in nostra. s̃. eo. & ibi no. ita probatio, quæ efficitur dubia alia ratione. & hoc satis patet de se, quia per dubium naturaliter non fit aliquod certum. Sed pro sententia do. Abb. multum facit tex. in c. sicut nobis, in fi. s̃. eo. vbi videtur probari secundum verum intellectum, ꝙ si testis deposuit primo contra matrimonium, non potest neque debet admitti secundo in iudicium contra primum dictum. & dato ꝙ ille ver. haberet alium intellectum, quem tradunt ibi Doc. videlicet ꝙ sententia lata in causa matrimonij per testes corruptos, de quorum corruptione per alios est probatum sit retractanda, nihilominus ista conclusio satis videtur reprobari in præcedenti ver. si vero. vbi patet in ver. & si tales. ꝙ ad probandum corruptionem ipsorum testium alij testes debent produci. & sic videtur ꝙ ipsi non sufficiant. Nec obst. si tu dicas, ꝙ statur primo dicto, & nõ secundo, ergo testes non conuincuntur de periurio ꝑ ꝑm dictum, quo ad præiudiciũ ipsius testis, vt repellat̃ tanq̃ periurus, non quo ad præiudicium partis cui sit ius quæsitũ ex proprio testificatu, & in veritate ille tex. multum vrget. forte possemus dicere, vt dicit Bal. in auth. at q semel. C. de proba. ꝙ si pars, q̃ quam testis iterũ producitur, dicat eum non debere admitti, quia q̃ dicendo sibi esset periurus. nã aut deieraret in secundo dicto, aut in primo, vt in c. literas. j̃. de præsump. tũc debeat audiri, vt testis non admittatur, q semel testificatus est. Si vero parte nõ opponẽte fuit admissus in eodẽ iudicio, vel forte deposuit prius in alia instantia, vel inter alias personas, & tunc repetitur ad alĩ finẽ. & videtur verius, quod s̃. dictum est, ꝙ vtrunque dictũ destruatur. Aliquando testis vnum dixit in iudicio & aliud postea dicit extra iudicium, & tunc concludit do. Anto. & do. Abb. ꝙ tunc non tollitur primum dictum ꝑ ꝑm aliquo modo si est lata snĩa, vt in d. c. sicut. Si autem non sit lata sentẽtia, tunc similiter non tollitur primum, ꝑm eos, sed debilitatur dictum primũ, ita vt iudex ex prioribus non possit ferre sentẽtiã. Et ex isto secundo dicto extraiudiciali poterit formari inquisitio contra testẽ, & ipse testis ponit ad torturam, iuxta gl. in l. capite quinto. in prin. ff. de adult. & quod no. in c. at si clerici. s̃. de iudi. Sed contra illud primum dictum multum facit, quia si testis plene reprobat̃ de falso iudicio criminali intentato contra se, non destruit dictum suum in fauorem partis, vt probationes non probent sicut priꝰ. oriat̃ aliqualis suspicio, vt est casus & ibi ꝑ Bar. in l Lucius. ff. de his qui no. infa. & per Bal. in l. si veteris & in l. fi. C. de fide instru. & communis sententia, de qua traditur in l. j. C. qui accus. non
c pos. ergo multo fortius videtur ꝙ sola confessio [c] testis extraiudicialis

ADDITIONES.

a VIN. GOD. Sic nota ꝙ protestatio ad impediendũ iuris effectũ nihil operatur nisi hæres interesse expresse consentiat, Ruin. co si. 31. num. 15. lib. 5.

b VIN. GOD. Adde quod variare non dicuntur testes nec reprobantur, dũ modo concordent in eo quo consistit substantia negotii. Thom. Gram. Decis. 43. num. 1. cum seq.

c VIN. GOD. Confessio extraiudicialis licet non præiudicet confitẽti quo ad personam si interuenit iuramẽtũ erit valida & p. ꝙiudicabit. Thom. Gram Decis. 34. nume. 59.

dicialis non tollat probationem prius perfectam,maxime quia testis facilius mentitur extra iudicium quam in iudicio.vñ Ioã. de Imo,hic ſimpliciter tenet,ꝙ ſtatur primo dicto, licet non per rationem præallegatam,& hoc videtur ſenſiſſe Bart. ſatis clare in l.ſi quis in graui. §.ſi quis moriens ff.ad Sille.& Bald. in auth.
15 ſi dicatur.C.de teſti.dum dicunt,†ꝙ ẽt ſi teſtis in articulo mortis dicat ſe dixiſſe falſum, non creditur ſibi ad præiudicium pri-
16 mi dicti. † Aliquando teſtis dixit vnum in iudicio nulliter examinatus vel extra iudicium,& poſtea dixit aliud in iudicio legitime examinatus, & tunc vtrum ſtetur ſecundo dicto, non obſtante primo, dic per Anto.de But.& Mod. ſuper quo pleniſſime ſcripſi,multa addendo poſt do.Abb.in c.per tuas.x̃.ti.prox.

SVMMARIVM.

1 *Impediens actorem in teſtibus producendis,an excommunicari poſſit.*
2 *Canonicus prælatum ſuum,an denunciare poſſit.*
3 *Iudex in criminalibus cauſis,an teſtes coram ſe examinare debeat, etiam extra prouinciam exiſtentes.*
4 *Teſtis per partem productus,an ſponte teſtificari dicatur.*
5 *Teſtis promittens parti extra iudicium teſtificari in cauſa ſua, an & quando vt ſuſpectus repellatur.*
6 *Iudex ex officio,an poſſit prouidere,vt accuſatori non deſit probandi facultas etiam accuſatore non petente.*
7 *Iudex, accuſatore & reo præſentibus ex officio pro vtraque parte producere poteſt.*
8 *Excommunicatio generalis pro futura culpa,an poſſit inferri.*
9 *Iudex eccleſiaſticus in laicos impedientes ſuæ iuriſdictionis exercitium in cauſis ad ſe pertinentibus,iuriſdictionem habet.*
10 *Iuramentum præſtitum de non teſtificando contra aliquem in cauſa criminali, an ſit nullum.*
11 *Delictum vbi ab amico vel conſanguineo committitur,meam vtilitatem reſpiciens,an de voluntate mea in dubio factum præſumatur.*
12 *Epiſcopi nuncius,quamuis ſpoliauerit hoſpitalarios rei, cuius epiſcopus eſt poſſeſſor,an probetur per hoc mandatum de ſpoliando.*
13 *Pœna criminalis,quando ex præſumptionibus,& argumentis imponatur.*
14 *Suſpenſionis ab officio pœna,an poſſit immediate imponi pro delicto abſque monitione præcedente.*
15 *Impediens teſtes produci contra ſe,an pro conuicto habeatur.*
16 *Fraus vel corruptio circa teſtes commiſſa, an faciat aliquem puniri in cauſæ amiſſione.*
17 *Iuramentum iurantis non teſtificari,an ſit ipſo iure nullum.*
18 *Teſtis iurans non reuelare ſecretum,an admitti debeat ad teſtificandum.*

CAP. XLV.

1 ONſtitutis. j. †Excommunicari poſſunt impedientes actorem in teſtibus producendis. hoc primo. & pronunciari debet teſtis non teneri iuramento de veritate tacẽda. hoc ſecundo.Item punitur reus,cuius conſanguinei teſtes actorem impediunt, quia præſumitur factum eius voluntate. Nota
2 ex tex.primo, †ꝙ canonicus poteſt denũciare prælatum ſuum, quinimmo & accuſare,&c.de quibus in c.licet.& in c. veniens. j.de accuſa.& de materia vide.2. q. 7. in ſumma.Secundo nota
3 ibi, in noſtra præſentia &c. † ꝙ in cauſis criminalibus iudex debet examinare teſtes coram ſe, etiam ſi teſtes ſint extra prouinciam.Contrarium ſentiunt Io.Mo.& Ioan.And.in c. Romana. §. contrahentes,de foro compe. lib. 6. de quo dic, vt plene ſcribunt Moder.in c. cum cauſam. x̃.eo.in fi.commẽ. & Cy. & alij in authẽ.apud eloquentiſſimum. C.de fide inſtru. Tertio nota
4 ibi,ſecum haberet,&c.†ꝙ quando teſtis producitur per partem non dicitur ſponte teſtificari,ſed præſumitur veniſſe,qui eſt ſtimulatus a parte.& hoc tenent Moder.in c.j.& 2.x̃.eo.vbi plene ſcripſi.& dicit Bal.no.in l presbyteri.C.de epi.& cle. ꝙ quando teſtis producitur a parte hoc ipſo,ꝙ iudex defert ei iuramentum, videtur eum monere,& ſic non ſponte deponere.Aliter ẽt
5 dixit,†ꝙ etiam ſi teſtis promittat parti extra iudicium teſtificari in cauſa ſua,propter hoc non repellitur tanquam ſuſpectus,dũ modo non promittat præciſe teſtificari certum quid,vt ipſe po
6 nit no.in l.data opera,C.qui accuſa.non poſ.in ſua repe.Quarto nota ibi,nos ex officio,&c †ꝙ in cauſis criminalibus iudex ex officio poteſt prouidere, vt accuſatori non deſit facultas probandi,etiam ſi accuſator hoc non poſtulat. & facit optime iſte tex. ad deciſionem primi membri queſtionis,quam diſputauit Bar,
7 quæ incipit,iudex maleficiorum,&c. vbi dixit no.†ꝙ quando accuſator & reus ſunt preſentes,iudex poteſt producere ex officio pro vtraque parte.quæ dicta refert ipſe idem Bart. in l.4. § hoc autem.in pe.col.ff.de dam.infe.& Bal.in l. presbyteri.C.de epiſ. & cle.Quinto nota ſingulariter iſtum tex.in ver.mandamus. p-
8 bantem.†ꝙ tunc excõmunicatio generalis pro culpa futura poteſt ferri,quando præcedit culpa vel offenſa, quæ & ſi aliter non probetur,eſt tamen veriſimilis,attẽta qualitate perſonarum, & aſſeritur a parte cuius intereſt,hoc probat iſte tex.ſignanter iuncto ver.cæterum,præcedenti. Ex quibus iunctis apparet ꝙ ſummus Pontifex fundat ſe in proteſtatione partis, & ſic ampliatur tex.& declaratur in c.Romana,in §.caueant.de ſent.excommu. in 6.lib.in quo dicitur ꝙ excommunicatio in genere, nõ debet ferri pro culpa futura, niſi præcedat culpa vel offenſa.Sexto no-
9 ta ex eo,ver.†ꝙ iudex eccleſiaſticus habet iuriſdictionem in laicos,qui impediunt exercitium iuriſdictionis ſuæ in cauſis ad ſe pertinẽtibus.de quo in c.j.x̃.de offi.deleg. Septimo nota in ver.
10 illos autem,† ꝙ iuramentum præſtitum de teſtificando contra
a aliquem in cauſa criminali,eſt nullum a ipſo iure.quod eſt intelligendum ſimpliciter & indiſtincte,ſecundum do.Anto. & Moder.quia licet in cauſis criminalibus teſtis non poſſit cogi teſtificari, vt in c.dilectorum.j.titu.proxi poterat tamen ex prioribus induci ad teſtificandum, vt dixit Hoſtien.in c.j.x̃.eo. vnde per iuramentum de non teſtificando aufertur libera poteſtas teſtificandi teſti.& hoc videtur eſſet contra bonos mores, ſicut cũ aufertur libera teſtamenti factio,vt l.ſtipulatio hoc modo concepta.de verbo.oblig.ſecundum do.Anto.hic.ſed in c. intimauit. x̃.eo.do. Anto. videtur diſtinguere, vtrum veritas poſſit erui per alios, vel non.de quo diximus plene in d.c.intimauit. poſt Modernos. vnde dic vt ibi. Octauo nota ibi, quia veriſimile non vi-
11 detur,&c.†ꝙ vbicunque committitur delictum b ab amico, vel
b conſanguineo,quod reſpicit vtilitatem meam,in dubio præſumetur factum de voluntate mea.quod eſt valde no.& menti tenendum.& ita no.in ſimili in c.Petrus.j.de homi.& j. q.4. quia præſulatus.vbi etiam videtur probari in ver.ſi ita eſt. & ita ſentit gl. idem eſt ſi delictum committatur ab aliquibus de familia,ſecundum Bar.no.in l.de pupillo.§.ſi qui ipſi.ver. decimo q̃ro ff.de no.ope.nun.Sed contra hanc doctrinam multum fortiter facit tex.valde no.in c.cum ad ſedẽ.x̃.de reſti.ſpol. vbi dici-
12 tur,† ꝙ quamuis nuncius epiſcopi ſpoliauerit hoſpitalarios, & epiſcopus reperiatur in poſſeſſione illius rei,quam prætẽdit ad ſe pertinere de iure,nihilominus per iſta non probatur mandatum de ſpoliando, neque ratificatio.& hunc tex. allegat Bald. no.ad hoc in l.j.C.de epiſ.& cle.vbi omnino videas.vnde difficile redditur iſtud contrarium.& forte poſſumus dicere, ꝙ ad inferendum pœnam leuem vt ſuſpenſionis vel excommunicationis ſufficiat iſta coniectura propter difficultatem probationis, quia iſta ſolent fieri occulte,ſicut dicit tex.in c.præterea.x̃.eo. ti. Sed vbicunque ageretur de maiori præiudicio, puta ad imprimendam pœnam ordinariam ex crimine graui,vel ad auferendum alicui poſſeſſionem rei ſuæ,iſta non videtur eſſe ſufficiens probatio.hoc colligitur ex mente huius literæ ibi,dum dicit, & ob hoc non caret ſcrupulo ſocietatis occultæ.i.ſuſpitione & dubitatione,ſicut dicitur in ſimili,in c.quanto.j.de ſen. excommu. & in c.dilecto.eo.titu.lib 6.& in c.ſicut dignum.in prin.j. de homi.& tamen in dictis iuribus ex illo ſcrupulo non probatur mãdatum.vnde gl.tua no.quam ibi approbat Bar.in l.j.in prin. ff.ſi famil.fur.fe.di.expreſſe vult ꝙ ſcientia & præſentia domini non inducat mandatum, licet potuerit prohibere delictum cõmiſſum a familiari.pro his facit optime tex.ſing. quem ibi ponderat Bar.ad hoc in l.j.§.ſi quid tamen.ff.quod vi,aut clam. vbi dixit,ꝙ quamuis conſuetudo inferendi iniurias,probet contra aliquem delictum præſumptum,ſi agatur ciuiliter, vt in §. ſi quis ipſi,præallegato.& in c.fi.j.de appel.non tamen erit iſta ſufficiẽs probatio ſi agatur criminaliter & iſtud credo veriſſimum. nec diſtinguo,prout diſtinguit hic do.Abb.inter factum ſucceſſiuũ & momentaneum,per tex.in c.quia præſulatus.j.q.4.quia vt x̃.diximus,ille tex.in ver.ſi ita eſt,potius innuit, ꝙ ibi præſumatur in dubio delictum factum de conſcientia illius clerici. & ita videtur intelligere glo.ibi, quæ dicit,ꝙ clericus ille tenetur purgare voluntatem deductam in actum.Preterea licet hic impedire teſtem teſtificari habeat cauſam ſucceſſiuam,factum tamẽ cur impeditur teſtificari.ſ.minæ & terrores, potuit habere cauſam momentaneam,quia potuit ſemel eſſe factum inſcio epiſcopo. Sed potes dicere reſpondendo ad hoc, ꝙ ex quo effectus habet cauſam ſucceſſiuam,quam epiſcopus poſſet tollere,ſi non tollitur,ex hoc præſumitur retro mala voluntas.tex. tamẽ iſte magis ſe videtur fundare in hoc ibi,talia fierent &c.ꝙ propter conIunctionem perſonarum & cauſam ad ſe pertinentem inducatur
13 ſuſpitio voluntatis ab ipſo principio.Nono nota, †ꝙ aliquãdo imponitur pœna criminalis ex præſumptionibus & argumentis abſque alia probatione.& hoc etiam reperitur in pœna mediocri de iure ciuili in l.j.circa mediũ. ff. de offi. præfec. vig. de quo diximus multum extenſe in c.tertio loco.x̃. tit.proxi. De
14 cimo habes notare iſtum tex. † ꝙ pœna ſuſpenſionis ab officio poteſt immediate imponi pro delicto abſque alia monitione p̃cedente,de quo diximus in voce plene in c. reprehenſibilis. de appel.

ADDITIONES.

a VIN. GOD. Nota quod iuramentum contra publicam vtilitatem nõ tenet, Thom.Gram.Deciſ.12.num.17.

b VIN. GOD. Nota ꝙ delictum commiſſum pp aliquã cãm affectionis,pœna eſt committenti minoranda.Thom.Gram,Deciſ.5.nu.30.

appel. vbi per Modernos, qui etiam tangunt istam quæstionem in c. tam literis. s. eo. Et forte loco monitionis hic sufficit protestatio facta per partem coram iudice quæ conquesta est, ꝙ a cõ-
15 sanguineis episcopi sui testes prohibebantur. † Vndecimo & vl-
a timo videtur probari in ista litera, ꝙ impediens [a] testes cõtra se produci non habetur pro conuicto ab ipsis testibus. verum, cũ quæritur an testes habeãtur pro productis contra ipsum, dic, vt j. statim. de qua quæstione plene scribit do. Abb. Moder. post gl. in c. cum causam. s. eo. & ibi in effectu concludit referendo dicta Hostien. & aliorum, ꝙ si pars impedit produci testes contra se, aut hoc facit in causa ciuili, aut in criminali: si hoc facit in causa ciuili, siue impediat manifeste, siue sit præsumptio ꝙ impediat, vt in decreta. nostra. testis habebitur pro producto secundũ gl. & Hostien. in loco præallegato. Quinimmo secundum Cyn. in l. prouidendum. C. de postu. impediens produci testes cadit a causa, quod non placet do. Abb. per ea, quæ habentur in c. peruenit, & in c. fi. j. titu. proxi. vnde ipse simpliciter sequitur dicta gl. & Hostien. cum aliqua modificatione, videlicet ꝙ quãdo qs impedit producere testes, tale impedimentum non facit, vt omnino testes habeãtur pro productis. Sed si aliquis produxit vnũ testem, & in producẽdo alium fuit impeditus, defertur iuramẽtum producenti in defectum probationis isto casu, vbi alias nõ deferretur, secundum Vin. in d. c. peruenit. cuius dicta ipse videtur sequi. Si vero loquimur in criminalibus, tunc subdistinguit ꝙ aut plene est probatum de impedimẽto facto per partem in productione testium, & tunc idem quod s. in ciuilibus, vt in d. c. peruenit, & in c. fi. j. titu. proxi. Si vero probatio impedimẽti est facta præsumptiue, vt in tex. nostro, tunc imponitur pena extra ordinaria leuior, non tamen testes habentur pro productis. & ita intelligatur decre. nostra. Tu autem in ista materia adde, & primo, qualiter succurratur contra impedimentum testes produci, si est tertius, & non pars litigans. vide tex. solennem, quem ibi põderat Bar. in l. fi. in fi. ff. de dolo Secundo scias, ꝙ Ang. in l. j. §. si reus. ff. de eo per quem factum erit. expresse tenet doctrinam Cy. in l. prouidendum, C. de postu. videlicet ꝙ impediens produci testem, cadat a causa. quod dictum ego reputo esse falsum, quia ista est regula, quam ponit no. Bar. per illum tex. in l.
16 3. in fi. C. si ex fal. instru. † ꝙ fraus vel corruptio commissa circa testes, non facit aliquem puniri in amissione causæ. & idem dixit in l. j. §. sed constitutio. ff. de calum. & sequitur Ioan. de Imo. in l. diuus. de re iudi. Si ergo corruptio testis, per quã mutatur veritas causæ, nõ operatur hoc, multo minus corruptio, vel alia fraus, per quam testis impeditur testificari. Tertio adde declarãdo dicta Doctorum, ꝙ tunc habet locum illa pœna, ꝙ testis habeatur pro corrupto, quando aliter non potest succurri illi, in cuius præiudicium committitur dicta fraus. & ita intellexit gl. in d. c. cum causam. & probatur satis clare in tex. nostro, & in d. c. fi. de testi. cogen. & etiam in d. c. causam. in quibus patet, ꝙ debet adiri superior, vt faciat remoueri impedimentum, si remoueri potest, & testis admitti ad testificandum. amplius dico & notabilius, ꝙ quamuis in iure intentato in illo iudicio nullũ haberet remedium ille, qui sic opprimit, si tamen intẽtato ꝑ aliud remedium posset esse sibi prouisum, illo debet esse contentus. casus est valde no. in ista materia in c. pastoralis. in fi. s. de causa pos. & proprie. nec placet mihi illa modificatio Vin. ꝙ testes nõ habeantur omnino pro productis, quia pone ꝙ omnes testes impediuntur testificari, & sic non potest suppleri probatio imperfecta per iuramentum, quod faciet tunc ille, qui est impeditus, succumbet ne in causa? certe hoc est ęquum. vnde dicamus simpliciter, ꝙ testes habentur pro productis, vt ꝙ operatur subtractio instrumenti vna cum probatione tenoris ipsius instrumenti facta ab hominibus non peritis, vt l. si de possessione. C. de proba. videlicet vt instrumentum habeatur pro producto. idem operetur in testibus fraus partis aduersæ, & instantia partis, quæ volebat testes producere, licet aliter non constet quid testes essent dicturi. Illud etiam, quod dixit do. Ab. ad intellectum istius literæ, videlicet ꝙ quando probatur impedimentum præsumptiue in criminalibus, tunc testes non habeantur pro receptis, potest etiam admitti in ciuilibus, ne propter præsumptionem quis afficiatur graui pœna. & pro ista cõclusione vide tex. singu. & quod ibi ponit Bar. in l. 2. §. diuus. in vltimis verbis. ff. de iure fis. vbi dicit per illum tex. speciale esse in fisco, vt propter præsumptam subtractionem instrumenti instrumẽtum habeatur pro producto, & sic patet, ꝙ quo ad alios ista ꝑsumptio hoc non operaretur. Sed quia superius diximus ꝙ præterquam quo ad imponendam leuem pœnam, vt in ista decre. non præsumeretur mandatum, seu voluntas illius, qui scit amicum vel consanguineum delinquere ad vtilitatem suam, cuius contrarium volunt hic Doc. & Bar. in § si quis ipsi. Adde ꝙ ad istum tex. possumus addere alium intellectum, videlicet ꝙ intentio literæ sit ex delicto commisso ab amico in vtilitatem meam in dubio præsumitur scientia. i. quod fuerit factum me sciente. alias si non præsumeretur scientia, in dubio falsum esset, quod hic dicitur in tex. in ver. eo. ꝙ prælatus ipse, si voluit, potuit prouidere. Item præsumitur data scientia, ꝙ si ille ad cuius emolumentũ fit delictum contradixisset, delictum non fuisset secutum, quia non est verisimile, ꝙ tui causa te inuito delinquam. & ex hoc sequitur, ꝙ etiam si ex ista scientia & pacifica non resultet, vel nõ probetur plene mandatum, & si oriatur aliqua suspitio, vt dicitur in tex. nihilominus prælatus iste potuit affici pœna spirituali suspensionis, quia per hoc impedimentum testium iniuria inferebatur clerico, qui volebat eos producere. quinimmo Archiepiscopus erat in dolo præsumptiue, maxime propter commodũ, quod redundabat in eum. vnde poterat puniri, vt est casus, secundum lectu. Inno. & Hostien. quæ communiter approbatur in c. quanto. j. de senten. excommuni. & licet ibi loquatur de iniuria, quæ afferret magnum præiudicium, & ad hoc singulariter adduco istum tex. & est nouus intellectus ad hanc decre. licet enim in actu licito oriatur præsumptio mandati ex scientia & participatione commodi, siue lucri, vt singulariter tradit Cy. in addi. & Bal. post eum in l prætor. §. sed si quæstus ff. de eden. in delictis tamen secus est, vt s. diximus. pro qua conclusione vide, quod no. ponit Bal. in l. 2. in prin. ff. de eo, per quem fac. erit.
17 In gl. quæ incipit, & ita iuramentum, &c. patet ex ista gl. † quòd iuramentũ eius, qui iurat non testificari, indistincte est nullũ ipso iure, de quo plene scripsimus in c. intimauit. s. eo. & aliquid fuit dictum in notabilibus. & per istum tex. & gl. & per ea, quæ diximus post Inno. in c. intimauit. videtur falsa esse quædã pulchra doctrina Bal. quã ipse posuit in l. nullum. C. de testi. vbi di
18 xit, † ꝙ testis qui iurauit non reuelare [b] secretum, non debet ad-
b mitti ad testificandum, quia cum incideret in periurium reuelãdo secretum, tanquam periurus repellitur. nam primo potest dici ꝙ aliquis iurans non reuelare secretum, non videtur se referre ad casum, quo interrogetur tanquam testis per superiorem, sicut dicunt Moder. in d. c. intimauit. allegantes dicta Innocen. in c. qualiter. j. de accusa. Secundo potest dici, quòd si expresse & intentionaliter retulisset se ad actum testificatus, non ligaretur iuramento, vt hic, & in c. fi. j. titu. proxi. & sic non esset periurus. cætera dic vt dixi in d. c. intimauit.

ADDITIONES.

a VIN. GOD. Adde quod impeditus opera aduersarii facere id quod teneba tur non excusatur nisi congruo tempore protestetur. Ruin. consi. 74. nume. 1. lib. 5.

b VIN. GOD. Adde quomodo sit puniendus reuelans secretum alterius, Iac. de Belui. in sua prat. iud. in prima q. nu. 41.

SVMMARIVM.

1 *Testificata, qui non didicit, nec testium productioni renunciauit, an adhuc super antiquo capitulo producere possit.*
2 *Sententia condemnatoria, vel absolutoria in personam nuncij, an ferri possit.*
3 *Nuncius generalis ad totam causam in genere, an sufficiat.*
4 *Regis ad esse, quid requiratur.*
5 *Prouinciæ de esse quid sit.*
6 *Iudicis copiam, vbi quis habere prohibetur, an ab illius processu appellare possit, ne perdat suis defensionibus non admissis.*
7 *Appellatione actionis, largo modo exceptio & defensio continetur.*
8 *Appellatione interposita a diffinitiua, an appellans ab appellatione interposita ab interlocutoria recessisse videatur.*
9 *Testificata didicisse sufficere an videatur, testibus etiam non publicatis, ad quẽ excludendum a facultate probandi.*
10 *Renunciatio sola testibus facta, an impediat illos produci. & nu. 15.*
11 *Priuilegium causæ matrimoniali concessum, vt post didicita testificata, testes produci possint, an habeat locum in processu causæ factæ super ipso matrimonio, si processus veritas habeat per testes probari.*
12 *Priuilegium certæ causæ concessum, quando omnibus antecedentibus, uel consequentibus ad ipsum principale, non videatur concessum.*
13 *Testes producere post didicita testificata aliquem prohiberi, est de rigore iuris.*
14 *Testis semel examinatus, an repeti possit.*

CAP. XLVI.

1 Constitutis. ij. † Qui testificata non didicit, nec renunciauit productioni testium, adhuc super antiquo capitulo põt testes producere. secũda est ibi, Pragensis. tertia est ibi, mandamus. Pone, colligitur ex hoc tex. ibi, & nuncia &c. ꝙ sicut iudicium potest agitari per procuratorem, ita potest agitari per nuncium. sed Ioan. And. hic dicit contrarium per ea, quæ habẽtur in c. cum dilecti. s. de dolo & contu. & in c. bonæ. s. de elec. vnde exponit istum tex. nuncium. i. procuratorem, quia dũ modo constet de forma contractus, non est facienda vis in nomine, vt l. si vno. ff. loca. & in l. si insulam. ff. de præscrip. ver. & in c. intelligentia. & in c. his. de verbo. signifi. & est bonus casus in c. petitio. s. de procu. pro cuius intellectu vide, quod no. tradit Bar. in l. j. in §. quibus. in fi. ff. quod cuiusque vniuer. no. & text. quem ibi ponderat Bar. ad hoc in l. j. C. de neg. gest. Mod. dicũt

fatendo

fatendo dictum Ioan. And. ꝙ iste tex. potest stare proprie, quia potest esse ꝙ iste Princeps misit nuncium propter itinerationis destinatum ad notificandum certum quid, non agendum in iudicio. Tu autẽ aduerte, quia iura allegata per Ioã. An. facile possunt euitari. nam loquuntur non de nuncio misso ad litigandũ, sed ad excusandum impedimentum, vel forte ad notificandũ aliud. Præterea dato ꝙ in c. bonæ. fuerit missus ad faciendũ actũ iudicij, non sequitur, ergo erat idoneus procurator, quia oportebat ꝙ haberet mandatum, etiam ad alia, ad que non habebat, ideo ibi fuerunt reputati contumaces. Et scias, ꝙ istam doctrinã posuit no. Guil. in Specu. in titu. de procura. §. vt auth. ver. & no. & ibi hoc tenet, ꝙ iudicium non possit agitari per nuncium. Cy. qui egregie declarat hanc materiam in addi. secundum ꝙ refert Bal. in l. j. §. j. ff. de procur. videtur etiam hoc tenere. & sequitur ibi Bal. tali ratione, quia quod fit per nuncium vel epistolam, videtur fieri inter absentes, vt l. j. in fi. in tex. & gl. ff. de procu. & in l. j. in fi. de contrahen. emp. sed litis contestatio non potest fieri inter absentes, sed inter præsen. vt l. j. C. de li. conte. ergo videtur ꝙ talis actus non poterit fieri per nuncium. Ang. ibi dicit meli⁹, referendo eadem dicta, videlicet ꝙ illa, in quibus substantialiter iudicium non potest fieri per nuncium, sicut est litis contestatio, sed illa videntur posse fieri per nuncium. Ex ista doctrina seque
2 retur etiam, † ꝙ sententia condemnatoria vel absolutoria non posset ferri in personam nuncij. & credo ꝙ istud sit verum, maxime quia etiam in sententia quasi contrahitur, secundum glo. in l. 2. in fi. & ibi per Bar. ff. de præto. stip. & ista opinio placet, ex qua forte posset inferri, ꝙ in casibus, in quibus non requiritur litis contestatio formalis, sed primus actus attingens merita causæ, habetur pro contestata, iuxta gl. in l. 2. C. de consor. eius-
a dem litis. & in c. j. in ver. absentia. de elec. lib. 6. forte iudiciũa pos-
3 set agitari per nuncium vsque ad sententiam exclusiue. † Vtrum autem oporteret constituere nuncium sigillatim & particulariter ad omnes actus, an vero sufficeret nuncius generalis ad totã litem in genere. ista quæstio incidit in illam, qua quæritur vtrũ possit constitui nuncius generalis. de qua vide per Bar. no. in l. si pupilli. §. item si procur. vel seq. ff. de neg. gest. & in l. qui autẽ. §. fi. ff. de consti. pecu. per Bal. plenius in l. multum. C. si quis alte-
4 ri vel sibi. † Secũdo collige ex tex. ibi, illustris Princeps Bohemorum, &c. ꝙ tempore istius decre. Rex Bohemiæ nõ erat Rex, sed Dux Bohemiæ merito, quia cum hic habeat nisi vnam ciuitatẽ, & vnum episcopum, licet hodie sit Rex. dicit Hostien. ꝙ non
b est Rex[b] perfectus, quoniam ad esse regni & regis requiritur ꝙ habeat sub se prouinciam, que constat ex. 10. vel 12. ciuitatibus
5 & metropolitano. 6. q. 3. scitote. † Tu autem aduerte, quia licet de esse prouinciæ sit ꝙ habeat. 10. vel 12. ciuitates sub se, & ciuitatem matricem, quæ dicitur metropolis, vt dicit tex. in d. c. scitotæ. & multa ponit Bar. in l. j. C. de metropoli. Berito. lib. 10. & in extrauagã. qm̃ nuper. in ver. prouincia. nõ tñ de esse regni vr̃ esse vt habeat sub se prouinciã. quinimmo hoc videt p̃ tex. in l. 2. §. post originem. ff. de orig. iur. vbi patet, ꝙ in initio creationis Vrbis populus Romanus creauit sibi Regem, cui tamen non erat subiecta alia ciuitas præter Romam. vnde gl. in l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iure. super ver. regna distincta, dicit ꝙ illi erãt Reges de iuregentium, quos aliquæ gentes sibi proponebant non distinguendo quot ciuitates essent illius gentes. Tertio nota ele-
6 ganter ex isto tex. † ꝙ vbicunque aliquis prohibetur habere copiam iudicis, vel propter potentiam aduersarij, vel propter potentiam iudicis, vel etiam tertij, intelligendo hic ꝙ isti satellites non fecerint hoc de voluntate domini sui, ex hoc sola potest appellare a processu iudicis, ne procedat nõ admissis suis defensionibus, secundum do. Anto. hic. quod nota singulariter ad ea, q̃ ponit Bal. no. in l. cum solitum. C. de sen. & in l. sed & si per prætorem. §. 2. ex qui. cau. ma. vbi quæritur vtrum a negligentia iudicis possit appellari, si requisitus nõ facit iustitiam. de qua quę-
stione traditur aliquid in c. dilecto. j. de appel. & ibi dicemus. nã posito ꝙ ex simplici negligentia iudicis, cum datur aditus ad ipsum, non possit appellari, vt quidã tenent, posset tamen appella-
ri hoc casu, quando quis prohibetur adire iudicem. Quarto no.
7 iuncta prima gl. in ver. actiones. † ꝙ appellatione actionis, largo modo continetur exceptio & defensio rei, de quo articulo dic vt solenniter tradit Bar. in l. j. circa princi. commenti. ff. de excep. Quinto no. ibi, post appellationem ad nos interpositam, &c. &
8 ibi, a qua ipse fecit &c. † ꝙ per appellationem interpositã a diffinitiua, non videt appellans recessisse ab appellatione interposita interlocutoria. & hoc est quod dixit gl. no. in cle. j. de dolo & contu. quam allegat Bal. ad hoc in l. generaliter. §. iuramẽto. C. de reb. cre. & iureiu. & d. Ant. hic. Aduerte tamen, quia melius est prosequi grauamen illatum per interlocutoriam in appellatione a diffinitiua, quoniã tunc poterit testificari appellatio ex nouis causis & probationibus, secundum Bal. no. in l. arbitrio. qui satisda. cog. Sexto no. ibi, cum nondum testificata didicerit,
9 &c. † ꝙ ad excludendum aliquem a facultate probandi, videtur sufficere didicisse testificata, etiam si testes non sunt publicati. & hoc est, quod dicit Barto. in authen. at qui semel. C. de proba. & quia hic ponderatur didicisse testificata, volunt multi ꝙ sola publicatio non excludatur a facultate probandi, de quo statim remittemus in gl. Vltimo no. ex isto tex. ibi, cum non renunciaue-
10 rit testibus, &c. † ꝙ sola renũciatio facta testibus, impedit testes produci, licet processus non sit publicatus. de quo etiam remittemus. In gl. posita super ver. didicerint. ibi, super isto processu causæ criminalis, habuit ista gl. sanum intellectum, quem communiter hic approbant Docto. Ex quo nota, & semper tene mẽ-
11 ti, † ꝙ priuilegium concessum causæ matrimoniali, vt possint p̃. duci testes post didicita testificata, non habet locum in processu causæ factæ super ipso matrimonio, si veritas processus habet probari per testes. Sed hoc videtur contra tex. in cle. dispendiosam. de iudicijs. & contra tex. cum gl. in c. literas. s̃. de iuramen. calum. in quibus probatur, ꝙ priuilegium concessum vni causæ extenditur ad pendentia & consequentia ad causam. Doct. hic tangunt, ꝙ immo non extendit̃ hoc priuilegium, quia nõ est eadem ratio, quæ est in causa matrimoniali, eo quia nõ agitur de periculo animæ, sicut cum probatur impedimentum matrimonij, vel matrimonium esset contractum, iuxta distinctionem, de qua diximus in c. iurauit. s̃. titu. proxi. potest enim iudex nulliter processisse, & tamen quo ad veritatem iuste. Præterea quando quis dicit processum nullum allegat rigorem iuris, vnde nõ est mirum si pars aduersa vtitur apicibus iuris & rigore inducto per leges, ꝙ post didicita testificata quis non debet admitti, sed vbi agitur de probando ipsum matrimonium, magis inspicitur veritas & æquitas quam iste rigor. Et ex hac solutione habes col-
12 ligere duo semper tenenda. primum est, † ꝙ quamuis regulariter priuilegium concessum certæ causæ videtur concessum omnibus antecedentibus vel consequentibus ad ipsum principale, quod deducitur in iudicio, vt est casus no. & ibi per Bar. in l. cum hi. in prin. ff. de transa. & per Bal. in l. j. C. de reb. cre. hoc est limitandũ, nisi rõ priuilegij non sit communicabilis ipsis accessorijs & dependentibus. Vel potes dicere & notabilius, ꝙ hoc priuile-
c gium c non conceditur simpliciter causæ matrimoniali, sed dun taxat certo articulo causæ matrimonialis. sed cum habet probari consanguinitas, vel matrimonium esset contractum ꝓpter periculum animæ, & immo in cæteris dependentibus vel consequentibus non habebit locum. conceditur enim priuilegiũ ipsi probationi impedimenti non causæ, in qua ipsum impedimentum probatur. & ideo non est mirum, si non traditur ad consequentia. ista est no. & pulchra distinctio Barto. pro qua facit iste tex. cum gl. in l. solent. in vlti. col. ff. de ali. & ciba. leg. Secũdo ha-
13 bes colligete ex ista solutione, † ꝙ aliquem excludi a producendo testes post didicita testificata, est de rigore iuris & de apicib⁹ iuris magis quam de æquitate. & secundum hoc posset inferri, ꝙ in curia mercatorum, in qua proceditur de æquitate, ista exceptio non esset admittenda. Sed contrarium vult Bar. expresse in extrauagan. ad reprimendum, in ver. figura iudicij. vbi dicit, ꝙ istud est inductum ex æquitate naturali, quæ prohibet hominẽ homini insidiari, vt l. veluti. ff. de iust. & iure. Excluditur enim quis a producendo post didicita testificata propter dolum præsumptum, vt in Auth. de testi. §. quia vero. quod istud est veri⁹, quamquam etiam si doctrina Doc. esset vera, hic dubium esset, vtrum ille qui potest producere de æquitate, posset in hoc non seruare ius scriptum, quæ non est nostra materia. Sed dic, vt plene scripsimus in c. dilecti. s̃. de iudi. & plene ponit Bal. in l. si pro ea. C. manda. In gl. posita super ver. indulsit. tria tangit glos. ista.
14 primum, † vtrum testis semel examinatus poterit iterum repeti. de quo dicemus plene in c. per tuas. j. eodem. vbi ponunt Docto. Secundo vtrum sola publicatio excuset aliquem a facultate producendi nouos testes, si pars non didicit testificata. de quo hic aliquid per Doc. sed pleniſſime per do. Ant. & ibi plene scri-
15 pti multa addendo in c. fraternitatis. s̃. eod. † Tertio tangit hic glos. vtrum sola renunciatio facta testibus excludat renunciantem a facultate productionis, licet non didicerit testificata, ne sit facta publicatio. de qua quæstione aliquid hic per Moder. sed plene in c. intimauit, & ibi dixi, s̃. eo. & in c. cum venissent. & in Specu. de teste. §. j. ver. pe.

ADDITIONES.

a VIN. GOD. Iudicii substantialia quæ sint, Afflict. Decis. 84. nume. 4. & iudicium non substantiatur per probationes. Decis. 28. num. 4.

b VIN. GOD. Adde quod regum facta in manu Dei sunt Afflict. Decis. 392. nume. 29. & regnum ponitur pro vna prouincia, idem Afflict. Decis. 109. ante nume. 2. Regum licui non licet pacẽ inhinire cum infidelibus absque licẽtia Papæ quoniam eo casu committeretur crimen lęsæ maiestatis. Thom. Grammat. 65. nu. 69. 70. 72. q dicit quod DD. Barchino, consuluerũt Rei Ioãni quod non poterat facere pacem cum Rege Tuneti in consulto Pap.

c VIN. GOD. Adde quod priuilegium vltro citroque obligatorium an semper transeat in contractum quod non potest reuocari Afflict. Decis. 392. nume. 20. & priuilegia dotibus & vxoribus concessa amplectunt̃ vxores per verba de futuro. Afflict. Decis. 61. nu. 5.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Testimonium de auditu auditus, an admitti debeat, & vt valeat, quid requiratur. nu. 6.*
2 *Testimonium de auditu auditus, admittitur in his, quæ præcedunt memoriam ad cursum vitæ hominum.*
3 *Testis qui deponit de auditu auditus, in excedentibus memoriam, ad minus de auditu a duobus deponere debet.*
4 *Testis de auditu in casu antiquissimo, etiam de communi opinione deponere debet. & nu. seq.*
7 *Grauis persona, quæ dicatur.*
8 *Didicisse id quod testificatur, quomodo quis dicatur.*
9 *Testis omni exceptione maior, quis dicatur.*
10 *Testis turpitudo, an ex idoneitate, & honestate sui auctoris suppleatur.*
11 *Testis testificari debet proprio iuramento mediante.*
12 *Iuramentum proprium pro forma vbicunque ex legis dispositione requiritur, non potest quis iurare per procuratorem.*
13 *Demonstratio vna, vel plures, sicut in libello certificant rem, sic expressio nominis.*
14 *Testis deponens super materia, quæ potest probari per visum, & per auditum auditus, non interrogatus, causam sui dicti, an reddere debeat.*
15 *Testes, si deponunt de vltimo gradu, de quo est contentio inter coniuges, & viderint, hæc probatio illos se habere pro consanguineis in tali gradu, quando sufficiat.*
16 *Testanti pro matrimonio in dubio magis fauetur, quam testanti contra matrimonium.*
17 *Leges & canones, ius humanum proprie dicuntur.*
18 *Ius diuinum proprie, quid sit.*
19 *Testes duo producti ad probandum confessionem vnius dicti, Titium fuisse confessum vna die aligalia, an dicantur singulares.*
20 *Testes deponere in genere, vtrum sufficiat, an vero specialiter personas nominare debeant.*
21 *Testes si in genere deponere possunt, vtrum si non constat quod audiuerunt a pluribus, an testimonium valeat: & quid si debeant nominare personas. nu. seq. Et quid si vnusquisque testium nominauit duos vel plures. nu. 23.*
24 *Testes duo super fama deponentes, interrogati an de aliquibus audiuerint, & dicat vnus de aliquibus, & alter de alijs diuersis, an probent.*
25 *Testes de consuetudine deponentes, quando vnus ex eis dicit fieri vidisse aliquem actum per vnum, & alter per alterum, vtrum recte deponant.*
26 *Consuetudine in probanda & actu, ex partibus, vel ex diuersis actibus constante, an sufficiat vnam partem, vel vnum actum probari per duos testes, & alium per duos alios.*

CAP. XLVII.

TIcet ex quadam. Non summatur pp multiplicitatē dicto rum. & ponit duodecim qualitates, quæ requiruntur in probatione graduum cōsanguinitatis ad dissoluendum matrimonium, quarum sex primæ respiciunt personas testium, aliæ sex a versiculo, testes autem, respiciunt modum dispositionis. secunda est ibi, testes. tertia ibi, tolerabilius. Nota primo ibi, ex quadam necessitate, &c. prēter communem
1 formam, † ꝙ testimonium de auditu auditus dicitur esse contra regulam iuris, quia regulariter non debet admitti, cum testis debeat testificari de his, quæ vidit vel audiuit fieri siue dici. 3. q. 9. c. testes. & c. de his, & in c. cum causam. s̄. eo. & in c. 2. s̄. de consue. & l. testium. in fi. C. de testi. per hoc infert hic Ioan. And. ꝙ quia ista materia est exorbitans & prēter regulas iuris communis, quinimmo testimonium de auditu non dicitur proprie testimonium, secundum gl. in l. 2. §. idem Labeo. de aqua plu. ar. & ideo dispositio istius ar. non extēderetur ad alium casum nō expressum in iure. & hoc sequitur hic do. Anto. & do. Abb. Moder. declarans istud dictū dicit, ꝙ si ageretur de probando aliud impedimētum matrimonij, puta compaternitatem, in quo nō esset eadem ratio, istud dictum procedit. secus si esset impedimētum, in quo non esset eadem ratio propter antiquitatem temporis. sed intentio Ioan. And. qui fundat se super exorbitantia, videtur esse eadem, etiam vbi esset eadem ratio. quod nō fieret extensio contra regulas iuris. quod vtrum sit verū, dicemus plenius in secundo nota. & facit hæc doctrina ad ea, quæ no. dicit Ang. in l. si vacantia. in repe. lua. C. de bo. vacan. lib. 12. vbi dixit, ꝙ si ex forma statuti in causa accusationis sufficit probare crimē per publicam vocem & famam, dispositio ista tanquam exorbitans non trahetur ad causam inquisitionis, vt similiter crimē possit probari. Secundo no. sing. ibi, cum propter breuem ho-
2 minum vitam, &c. † ꝙ in his, quæ precedunt memoriam ad cursum vitæ hominum, admittitur testimonium de auditu auditus. & cum ista ratio sit generalior dicto, videtur eadem ratio in omnibus similibus casibus. & hoc tenet hic do. Anto. per istum tex. vnde in omnibus talibus causis non solum sufficit probatio per publicam vocem & famam, vt plene tradunt Doc. & ibi scripsi, in c. veniens. el primo, s̄. eo. sed etiam sufficiet probatio p̄ auditum auditus. dixit tamen no. Inno. per istum tex. in c. veniens.
3 j̄. de ver. sig. † ꝙ testis, qui deponit de auditu auditus, in taliter excedētibus memoriā, dēt deponere ad minus de auditu a duobus, sicut hic dicitur in tex. in materia nostra. sed istud dictum d. Anto. reuocatur in dubium, quia Host. & Io. And. hic videtur sentire, ꝙ in alijs causis excedentibus memoriam hominum, non sufficit simplex testimonium de auditu auditus, nisi concurrāt fama & alia adminicula. addunt tex. in c. causam, quæ. s̄. de proba. in ver. testes famam & alia adminicula. & tex. in c. præterea. s̄. eo. vbi est casus secundum verum intellectum, ꝙ quando testis deponit de adultero, in quo est difficilis probatio non directo, vt ibi dicitur, sed deponit de ipso per auditum, ista probatio sola non est perfecta, nisi fama & alia adminicula concurrant. & hanc sententiam sequitur do. Abb. & etiam Ioan. de Imo. dicē., ꝙ dispositum hic contra regulam iuris, non debent extendi ad alium casum non expressum, vt in regula, quæ a iure, cum alijs. Tu autem aduerte, quia ista fuit originalis doctrina Host. in ca. quid per nouale. j̄. de verbo. signi. ver. fi. quam gl. refert formali
4 ter, & sequitur in c. j. de præscrip. in 6 vbi vult expresse, † ꝙ testis qui deponit de auditu in casu antiquissimo, debeat etiam deponere de communi opinione. i. de publica voce & fama. & hanc etiam sententiam satis sentit Specu. in titu. de teste. §. j. ver. item, quod non prohibet. q̄ dicit testimonium de auditu non valere nisi in cēteris casibus, quos ibi enumerat, inter quos nō est iste. Nec ob. tex. in l. 2. §. idem Labeo. ff. de aqua plu. arcen. quia ibi non agebatur de probando dominium vel possessionem, sed solum memoriam operis extare. Vnde cum testes deponūt de auditu auditus, satis certe probant memoriam extare, ex quo ipsi reminiscuntur, & dicunt se audiuisse ab alijs. sed non est similis ratio in probādo dominiū & possessionem, vnde gl. no. in c. cū olim. de præscrip. vult, ꝙ etiam per famam non possit probari præscriptio centenaria. de hoc tamē dic, vt diximus in c. veniēs.
5 s̄. eo. † Sed contra istas opiniones multum facit ratio istius literæ, in ver. cum propter breuem hominum vitam, &c. vbi patet, ꝙ causa cur admittebatur testimonium de auditu in cōsanguinitate erat, quia homines propter breuem vitam non poterant de visu deponere. ergo cum hic sit ratio expressa in l. videbatur, ꝙ deberet fieri extensio etiam ad alium casum secundum glo. in cle. j. de elec. & per id quod habetur in l. vna. C. de his qui ante aper. tabu. Præterea fama communiter non solet esse de iuribus priuatis & particularibus hominum, sed vel de maleficijs vel de iurisdictionibus vel de actibus publicis, vt patet de se, & eleganter declarat Ioan. And. in addi. Specu. in titu. de noto. cri. §. fama. quæ dicta declaraui in c. veniens. s̄. eo. Vnde cum lex debeat adaptari ad ea, quæ frequenter eueniūt, videtur ꝙ leges, q̄ inducunt acquisitionem ex præscriptione tanti temporis &c. ꝙ non est memoria inter priuatos etiam, vt in c. j. de prescrip. lib. 6. & in l. hoc iure. §. aquæ ductus. de aqua quo. & æsti. & in multis alijs iuribus, cum super ipsis non soleat communiter esse fama, viderentur impositæ verbis, si non posset fieri probatio per auditum, quia crearent ius, quod vt in pluribus esset impossibile probari. Præterea sicut dicimus, quamuis de sui natura crimina debeant probari luce clarius, cum agitur criminaliter, vt l. sciāt cuncti. C. de proba. propter difficultatem tamen quorundā criminum, quæ raro de directo contingit posse probari, admittun
a tur probationes [a] coniecturales, vt in c. præterea. s̄. eo. & l. capite quinto. in prin. ff. de adul. ita videtur, ꝙ ex quo verisimiliter aliæ probationes frequentius in talibus fieri non possunt, ita probatio dispensatiua debeat admitti. & sic articulus iste non transit sine dubitatione. finaliter non recedo à cōmuni sententia, quā etiam videtur sentire Inno. & do. Anto. in d. c. quid per nouale. & ad primum argu. ex illo tex. quod est fortius, dico ꝙ duplici respectu non debet fieri extensio extra casum nostrum. primo, qa in casu proposito non est omnino eadem ratio, quæ in isto propter periculum animæ, quæ hic vertitur, si aliqui sint coniuncti contra prohibitionem canonum, quæ consideratio non habet locum in alijs casibus. Secundo, quia ista est regula, quā pleniſſime prosequuntur Moder. in l. si vero. §. de viro. ff. solu. matrimo. ꝙ in exorbitantibus, quando dispositio non est fauorabilis, nec vna persona potest compræhendi sub alia, saltem sub larga vi vocabuli regulariter non fit extensio, quamuis ratio sit scripta in l. non est extendendum de persona ad personam. & maxime, vbi non est omnino eadem ratio, secūdū gl. in cle. vt hi, qui. de æta. & quali. & l. Iulia. §. hoc senatus, ff. de ritu nup. quod ergo disponit hic inter coniuges litigantes super matrimonio, nō trahetur ad alias personas litigantes super alio iure. sed qđ habetur hic dispositum de impedimento consanguinitatis, bū trahetur ad aliū casum impedientem matrimoniū, in quo esset eadem ratio, verbi gratia, ad compaternitatem vel aliud impedimentum, si excedent memoriam hominum, quia etiā in materia exorbitanti inter easdem personas fit extensio de casu ad casum,

ADDITIO.

a VIN. GOD. Nota ꝙ in probatione consanguinitatis quæ dicitur res anti qua, admittitur probatio per indicia & cōiecturas in antiquis, Albe. cons. 83. nu. 8. & nu. 10. & de huiusmōi probatione per discursum in dicto cons. dī.

casum, quamuis materia non sit fauorabilis, iuxta ea quæ tradit Bar. in l. si constante. in prin. ff. solu. ma. cuius dicta sequunt Moder. in loco præallega. vnde dictum Ioā. And. s. relatum in alio notabili esset verum, vt dicit do. Abb. quando in alio impedimēto non esset eadem ratio, secus si esset eadem ratio, vt diximus. Non ob. secundum arg. quia satis est, ꝙ vel per instrumenta antiqua, vel per famam & alias coniecturas ista dominia antiqua possint probari vel per libros antiquissimos, sicut diximus in c. causam. s. titu. proxi. & simili responsione vtuntur Doct. in ista materia in d. c. qui nobis olim. Non ob. ea, quæ habentur in c. p. terea. & in l. capite quinto, quia concedo ꝙ in talibus toleratur probatio coniecturalis, non tamē ita remota a veritate, sicut est testimonium de auditu. & pro ista cōclusione facit optime tex. in c. tua nos. in fi. j. de consan. & affi. vbi tex. dicit, ꝙ quia testimonium de auditu regulariter non est validum, ideo etiam in materia, in qua admittitur non est ampliandum, sed potius restringendum. quod autem dicūt præfati Doc. ꝙ vltra famam debēt cōcurrere adminicula, intellige eo modo, quo plene vltra alios scripsimus in c. veniens. el. j. s. eo. vbi omnino videas. Et aduerte, quia tex. ille & in c. quotiens. in fi. s. eo. videtur requirere, ꝙ testis q deponit de auditu auditus, dicat se audiuisse a maioribus. i. senioribus. & hoc credo obseruandum in terminis huius decre. Sed in alijs casibus, in quibus testis debet deponere de auditu, vel de publica voce & fama, propter publicam vocem & famam, quæ coadiuuat, forte hoc non esset necesse, sed videt sufficere forma posita per gl. in c. j. de præscrip. lib. 6. præallega. dixit etiam hic do. Abb. ꝙ testimonium de auditu etiam cum publica voce & fama non esset admittendum in factis excedentibus memoriam hominum, tamen posset imputari parti negligentia, cur prius ipsa vel auctores, &c. non egissent. quod dictū etiam pōsui in c. veniens. s. eo. sed est contra communem sentē tiam. ideo non placet, vt ibi plenius declaraui. Tertio no. ibi, nisi
6 forte personæ &c. & ibi, ante litem motam, † ꝙ ad hoc vt valeat testimonium de auditu, debet testis audiuisse qđ testificatur ante litem motam. quia si diceret se audiuisse post, potuisset subornari aliquis ad ita dicendum ad præiudicium partis aduersæ. vnde vt cesset omnis suspitio in causa ex tam fragili probatione lex vult, ꝙ dicat se audiuisse ante litem motam. & idem credit do. Abb. dicendum in probatione publicæ vocis & famæ. qđ esset singulare verbum, si esset verum. sed tamen cum publica vox & fama sit cōmunis opinio hominum, vel maioris partis, difficilius cadit subornatio in tanto numero. vnde forte nō esset ead. rō, maxime qa fama ꝑprie plene, vel semiplene debet vel habere verisimiles coniecturas secum concurrentes, vel originem ab honestis & fide dignis, vt plene declarat Bar. in l. de minore. §. tormenta. ff. de quæstio. Posset tamen saluari dictū suū, quando fama non haberet originem a probabilibus coniecturis, sed solum fundaretur in auctoritate personarum, a quibus sumeret originem, sicut declaraui in c. veniens. & secūdum hoc limitaretur doctrina Bar. in d. §. tormenta. in ver. quarto quæro, dum dicit ꝙ fama potest etiam incipere post maleficium commissum ex interuallo, & sic post factum, de quo est fama, quia istud esset intelligendum, nisi fama solum haberet originem ab honestate personarum, quia tunc licet posset oriri ex interuallo ante litem motam, de quo articulo tangit etiam Saly. in l. ea quidem. C. de accu. Quarto nota ibi, graues &c. iuncta glo. sua,
7 † ꝙ grauis persona dicitur illa, quæ est bonæ opinionis & famę, licet non sit posita in dignitate, gl. tamen intelligit ꝙ habeat aliā qualitatem, videlicet ꝙ sit antiqua, & ita transeunt Docto. Sed hoc mihi non placet, quia vbi non essent seniores, etiam alij qui essent honestæ personæ admitterentur ad testificandum. quinimmo etiam si admitterentur nō æque bene probarent se vt seniores, sicut satis clare colligitur ex tex. in c. quotiens. in princi. s. eo. quod facit ad statuta loquētia de graui persona. Quinto no.
8 ibi, testificata didicerint &c. † ꝙ ille dicitur didicisse id, qđ testificatur, quia audiuit hoc dici ab aliquo extra iudicium, & sic est argumentum, ꝙ si pars interrogat testem postquam deposuit, quid dixit in testificatu suo, & testis dixit, satis videtur didicisse de testificatu, vt excludatur a facultate probandi, iuxta materiā in c. fraternitatis. s. eo. Sexto nota ibi, sed a fide dignis omni ex-
9 ceptione, &c. † ꝙ ille testis dicitur omni exceptio. maior, cuius dictum perfecte debet admtiti, vel cui plene sine aliqua suspitio-
a ne credi debet.[a] pro quo vide tex. & quod ibi no. Moder. in c. j. j. de consan. & affi. & quod no. in c. j. j. de excep. Septimo no. ibi,
10 nec tamen &c. † ꝙ turpitudo testis deponentis non suppletur ex idoneitate & honestate sui auctoris. vnde licet vnus testis magnæ auctoritatis & famæ suppleat defectum alterius testis, qui est vilis persona & abiecta, vt l. si quis ex argentarijs. §. j. & ibi ꝑ Bal. ff. de eden. honesta tamen persona auctoris non supplet in casu differentiæ, quia de assertione auctoris honestæ personę non potest cōstare, nisi per remedium testis suspecti. vnde qua ratione alia dicta eius sunt suspecta, eadem erit suspectum eius dictum, qui audiuerit a tali, & sic ꝙ persona honesta sit auctor
11 suus. Octauo no. in ver. proprio iuramento, &c. † ꝙ testis debet testificari mediante iuramento proprio. ex hoc dicunt Pe. & Abb. antiquus hic simpliciter, ꝙ testis non potest iurare per ꝑcuratorem etiam habentem mādatum speciale ad hoc. Ex quo
12 dicit do. Abb. Moder. talem conclusionem, † ꝙ vbicunque ex l. dispositione proprium iuramentum requiritur pro forma, nō potest quis iurare per procuratorem quantumcunque speciale. lem. secus vbi hoc non requireretur pro forma, vt in ca. fi. & qđ ibi no. de iura. calum. lib. 6. ad idem allegat glo. in ca. vt circa. de elec. vbi Ioan. And. in nouella, finaliter concludit contratū, nisi constitutio dicat ꝙ debeat iurare personaliter, vel per alia verba importantia personalitatem, vt puta in propria persona, vel alia similia. & pro eius conclusione vide gl. in c. 2. in ver. ꝑprio, de iureiuran. lib. 6. quamquam illa non ſeruatur, vbi iuramentū requiritur pro forma. quicquid sit in alijs casibus in teste credo opi. Doc. hic esse verissimam, quia qua ratione testis non potest testificari per scripturam ad minus in absentia sua. 3. q. 9. c. testes. & per Bald. in l. iurisiur. C. de testi. & est casus in l. 3. §. tu magis. ff. de testi. quia iudex debet videre testē quo vultu & quo pallore loquatur, eadem ratione videtur dicendū, ꝙ debet iurare pro se, vt iudex perpendat in ipso actu iurameti ex habitu ipsius aliquid pertinens ad veritatem testimonij. Præterea lex dicit ꝙ iuramentum debeat deferri testi, & sic videtur ꝙ si iudex defert iuramentum testi, non possit iurari per procuratorem, vt est casus no. secundum Bal. ibi in l. generali. §. eisdem præsentibus. in prin. C. de re. cre. sed ista ratio concluderet, quādo iudex actualiter detulisset iuramentum testi. sed si deferret procuratori habenti speciale mandatum non concluderet. Et scias pro intellectu istius notabilis quæstionis, ꝙ quando lex mandat alicui ꝙ faciat aliquid per seipsum, intelligitur ꝙ hoc non possit facere per procuratorē, secundum gl. no. in c. statutum. de præben. in 6. nisi forte esset legitime impeditus, sicut dicit Ang. no. in simili, quando lex requirit præsentiam alicuius personaliter, vt ipse no. in l. Pomponius, in prin. ff. de procu. Nono nota ex isto
13 tex. ibi, personas, &c. † ꝙ sicut in libello, vel in alia dispositione demonstratio vna vel plures certificant rem, sicut expressio nominis, vt plene traditur in l. certum. ff. si certum peta. & in l. demonstratio. in prin. ff. de cond. & demō. ita etiam in teste redditur eius dispositio certa, eodem modo. concor. tex. in c. tua nos. j. de consan. & affi. Decimo no. ibi, & in suo hic nihil tutius iura-
14 mēto &c. † ꝙ testis, qui deponit super materia quæ potest probari per visum & per auditum auditus, debet reddere causam sui dicti non interrogatus, ne si causam non reddat iudex reddatur incertus, quantum testi credere debeat. nam si dictum testis fundaretur in auditum auditus, plura requiruntur ad hoc vt dictū probet, quam si fundaretur in suo proprio, & ideo vt probatio reddatur certa, requiritur ꝙ sponte præferat causam depositionis seu testificatus. Vndecimo nota ibi, se vidisse personas, dum dicit se in vno prædictorum graduum constituens. nam si intel
15 ligimus istum tex. prout sonat generaliter, sequitur, † ꝙ si testes deponunt de vltimo gradu, de quo est contentio inter cōiuges, ꝙ viderint illos se haber e pro consanguineis in tali gradu, ista sola probatio non sufficeret, nisi etiam deponerent priora, quæ sunt in testificatu tali oportuna, &c. & sic esset hic casus singularis, ꝙ ad dirimendū matrimonium non sufficeret probatio cō sanguinitatis per tractatū, & quasi possessionem, & facit possessionem ipsius probatam in vno gradu duntaxat, quod videtur contra ea, quæ traduntur in c. transmissa. j. qui filij sint legi. per do. Anto. ego plene dixi in c. per tuas. j. titu. prox. Oportet ergo dicere, ꝙ hic non probatur istos habuisse se pro consanguineis, in certo gradu, vel simpliciter ꝙ habuerunt se pro consangui-
b neis. vel dic ꝙ speciale est, cum agitur de dissolutione matrimo nij propter grauitatem prejudicij & fauorem matrimonij.[b] sed
16 prima solutio plus placet. Duodecimo no. tolerabilius est &c. † ꝙ in dubio magis fauemus stanti pro matrimonio, quam stanti contra matrimonium, etiam si stans contra matrimoniū prætendat impedimentum, quod oritur ex constitutione canonica. concor. tex. in c. fi. j. de re iudi. Sed dubitat hic do. Abb. Mod. quid si allegetur impedimentum contra matrimonium de iure diuino, verbi gratia in primo vel in secundo gradu consanguinitatis vel affinitatis, de quibus in c. literas. s. de resti. spo. in glos. vbi stantibus probationibus paribus iudicabitur pro matrimonio. & finaliter residet in hac conclusione, ꝙ tunc seruemus regulas iuris, vt dicamus ꝙ feretur sententia pro reo, siue sit contra matrimonium, siue pro matrimonio, vt in c. ex literis. s. tit. j.

&in

ADDITIONES.

a VIN. GOD. Ideo qa matrimonii causa grauissima est & dicitur causa status in ea testes omni exceptione maiores esse debent, Bero. q. 55. num. 2.

b VIN. GOD. Nota ꝙ matrimonii causa dicitur fauorabilis, vt meminit Ay. Cra. consi. 285. nu. 1. & tam etsi vt supra dixi, debeat probari per testes omni exceptione maiores, quia est causa grauis, vt inquit etiam idem Ay. Cra. consi. 169. nume. 2.

& in c. inter dilectos. §. fina. ĩ. de fide instru. Sed istud dictũ non placet multiplici ratione. Primo quidem per tex. in c. videtur, in fi. ĩ. qui matri. accu. pos. vbi tex. dicit ꝙ consanguinei admittuntur ad testificandum in causa matrimoniali, tum propter prærogatiua matrimonij, tum propter fauorem ipsius. quæ verba nihil aliud indicant, nisi ꝙ fauemus matrimonio duplici respectu, & propter periculum animæ, & quia ipsum matrimonium ex hoc est causa fauorabilis, & oritur iste fauor etiam ex parte ꝓbantis impedimentum de iure diuino. Cum igitur ex parte matrimonij sit duplex fauor, ex parte autem probantis impedimẽtum de iure diuino sit vnus fauor dũtaxat, sequitur ꝙ fauor matrimonij vincet. Ista cõclusio confirmatur per tex. in c. tua nos. ĩ. de consan. & affi. vbi patet ꝙ consanguinitas est probanda distincte, sicut ibi dicitur, & clarius in tex. nostro propter fauorem matrimonij. vnde nisi restringas illam literam, quando allegatur consanguinitas in gradu prohibito de iure diuino fauorabilius est matrimonium quam probatio impedimẽti, quæ restringitur propter fauorẽ ipsius matrimonij, quæ restrictio videtur esse de mente huius literæ in hoc ver. sed ego non auderẽ affirmare, quia iste ver. potuit habere respectum ad id, quod frequẽtius contingit, videlicet ꝙ sit quæstio in gradibus remotioribus prohibitis de iure positiuo, sed prima ratio magis placet. Vlti-
17 mo no. ex isto tex. ibi, contra statuta hominum &c. † ꝙ quamuis leges & canones dicantur per ora Principum diuinitus promulgari, vt est casus 16. q. 3. §. fi. 11. q. 3. c. imperatores. 8. dist. c. quo iure. l. distin. c. si ille. tamen non dicuntur proprie ius diuinum,
18 sed humanum, sicut hic probatur. Vnde ex hoc colligitur, † ꝙ illud dicitur proprie ius diuinum, quod immediate in facta scriptura reperitur latum & est maioris effectus, vt vides, quam humanum. & eius transgressio fortius ligat, quã illud propter peccatum, vt colligitur ex his, quæ no. Archi. 77. distin. c. vlti. & plene Doc. Moder. in c. nam concupiscentia. s̃. de constitu. In glos. super ver. vno. ibi, nisi ꝙlibet illorum audiuisset a pluribus, &c. ista gl. singulariter vult ꝙ si testes deponentes de auditu, secundum formã huius decre. dicunt se audiuisse singulariter ab vno, non legitime probant impedimentum matrimonij. secus si singuli ipsorum dicant se audiuisse a duobus diuersis, verbi gratia, vnus dixit se audiuisse a Petro & Paulo, alter a Sẽpronio & Martino. Inno. hic refert, quosdam dicere ꝙ etiam si ex duobus testibus vnus dicat se audiuisse ab vno, & alter ab alio, ista probatio erit sufficiẽs, quia satis est ꝙ a pluribus audiuerit, & ꝙ testes sint contestes in principali dicto. i. in gradu, de quo testificantur, sicut no. Inno. in simili in c. qualiter & quando. ĩ. de accu. in modo probandi iurisdictionem, de quo etiam modo aliquid tetigit hic. Dicit tamen tutius esse, ꝙ deponant se audiuisse a duobus, vel ab eisdem duobus, alias videntur esse singulares, vt in c. cum dilecti. de elec. Host. hic, quem sequitur dom. Anto. dicit ꝙ hoc est necesse. vnde considerat no. ꝙ aliquando testes deponũt de eo, quod ipsi immediate percipiunt per sensum suum mediate, sed per sensum alterius, immediate vero vt dixi per suum. Primo casu licet testes sint singulares in suis sensibus, dummodo concordent in eo, de quo deponunt, valet testimonium ipsorũ, quia auditus meus non est tuus, licet sit circa idem, neque visus meus est tuus, vt subtiliter declarat Bar. in l. i. in fi. quemadmo. test. ape. sed Bal. dicit no. & verius, in l. de quibus. in sua repeti. in vlti. verbis. ff. de legi. ꝙ pluralitas sensuum circa idem sensatum, ideſt circa idem obiectum, non est singulariter formaliter, sed materialiter, immo est vniuersitas plurium sensuum concordãs in idem, & in effectu non differt a mente Bar. sed formalius loqtur. Secundo casu, secundum Hostien. & notabiliter, necesse est ꝙ testes concordent nõ solum in eo, super quo principaliter deponũt, sed ẽt in eo sensu alterius, ꝓ cuius mediũ deponũt, nihil
19 tñ allegat. & tñ d. Ant. approbat istã doctrinã, & ex ea infert, † ꝙ si duo testes producant ad probãdũ ꝓfessionẽ, & vnus dicat Titiũ fuisse confessum vna die, alius alia die, isti testes sunt singulares, ꝙa nõ probãt immediate debitũ, sed ꝓ mediũ confessionis i. probant probationem probantem, sicut dicit do. Anto. alibi in c. si cautio. ĩ. de fide instru. quinimmo in illo medio debent esse contestes. adducit ea, quæ no. Cy. qui hoc tenet in l. 2. C. quę sit lon. consue. do. Abb. Moder. hic & Ioan. de Imo. dicunt, ꝙ q̃uis tutius sit, vt dicit Inno. ꝙ testes deponant de istis duobus, valet tamen dispositio facta, vt dixit Inno. & gl. si dicant se audiuisse a diuersis duobus, duntamen vnusquisque eorum a duobus audiuerit. quinimmo volũt ipsi ꝙ testes, ꝙ habent deponere in terminis huius decretalis, nõ teneãtur specifice deponere in genere, ꝙ audiuerint a maioribus suis, vel pluribus maiorum suorum. pro hoc adducunt hanc decre. ibi, a suis maioribus. & in c. quotiens. in fi. s̃. eo. addit etiam do. Abb. rationem, quia satis est esse conformes in eo, quod principaliter habent deponere, vt no. Inno. in c. qualiter. in fi. ĩ. de accu. si ergo isti testes deponũt, satis videntur esse conformes in principali dicto, super quo debent deponere. Pro declaratione istius articuli, ex quo potest inferri ad decisionem multorum. sed videndum est primo, quo
20 ad intellectum decre. † vtrum in casu nostro sufficiat testes deponere in genere, videlicet ꝙ audiuerint a pluribus, an vero de-
21 beant specialiter nominare personas † Secundo, posito ꝙ pos-
a sint deponere [a] in genere, vtrum si non constat ꝙ audiuerint ad eisdem pluribus, verbi gratia per assertionem eorum istud testi-
22 monium valeat. † Tertio, posito ꝙ debeant nominare personas, vel ꝙ interrogati sint a iudice a quibus audierint & singuli sin-
23 gulas personas nominauerint, vtrum valeat eorũ dictũ. † Quarto, quid si vnusquisque eorum nominauit duos vel plures. & hic discutietur difficultas istius articuli Circa primum non placet mihi opi. Moder. qui dicunt, ꝙ sufficit depositio in genere. & contrarium est hic de mente gl. quod est verum. probo manifeste ex isto tex. nam requirit ista decre. in ver. nec ab infamib⁹. ꝙ auctores isti, qui nominantur, debeant esse non suspecti, neq; infames, sed omni exceptione maiores. sed quis non videt, ꝙ nõ posset cognosci, nisi personæ nominarentur specialiter. nisi for-
b te diceres, ꝙ in hoc crederetur assertioni [b] testium in præiudiciũ partis aduersæ, quod non est dicendum, sicut non credunt ipsi testi de se, quo minus pars possit eum reprobare, vt in auth. si dicatur. C. de testi. & ibi no. & plene in c. ex parte. s̃. eo. & probatur in c. licet, & c. per tuas. ĩ. de simo. cum enim isti auctores nominati, sint pars testimonij, quod prohibetur de auditu, eadem rõ est in ipsis, quæ in ipsis testibus. vnde licet olim ante istam decretalem forte posset tolerari dictum ipsorum per cap. quotiens. in fi. s̃ eo. & per ea, quæ habentur. 35. q. 6. c. de parentela. hodie tamen non videtur posse per istam decre. Nec ob. tex. inferius in ver. a suis maioribus. quia declaratur per id, quod dictum est in ver. nec infamibus, sed a suis maioribus. s. expressis. Circa secundum potest dubitari, quia nisi testes dicant se audiuisse ab eisdẽ pluribus, dictum testis redditur imperfectum & obscurum, & sic videtur non probare, vt in c. in præsentia. s̃. tit. proxi. & bene facit tex. in c. Abbate sane. de re iudi. in 6. & quod tradit Bar. in l. triticum. in fi. ff. de ver. obli. & in l. & an eãdem. §. actiones. ff. de excep. rei iudi. d ũdicit, ꝙ si testis dicit, vel deponit sup mutuo facto debitori non probat, nisi referat se ad mutuũ factum ante litem motam, quia potuit testificari de mutuo facto post & non deducto in iudicio. Si ergo non præsumimus ꝙ ab eisdem pluribus audiuerint, istud dictum remanet ambiguum, quia potest se habere & ad legitimam probationem & ad singularitatem, posito ꝙ testes si sint singulares in hoc casu non probent, sicut dicemus in quarto articulo. Contrarium tamen videtur de iure verius, quia in dubio sicut non præsumitur multiplicatio & pluralitas actuum, vt in c. cum Ioannes. ĩ. de fide instru. & no. Inno. in c. in præsentia. s̃. titu. proxi. ita non præsumitur multiplicatio & pluralitas personarum, secundum Bar. in l. si in rem agat aliquis. ff. de rei ven. & plene declarant Mod. allegantes dicta Bal. in quodam consilio, & in l. si quis seruum. §. si inter duas. ff. de leg. 2. & hoc voluit Io. An. in nouel. in c. j. de arbi. lib. 6. vbi dixit no. inferendo dicta Spe. ꝙ si in probante iurisdictionem vnus testis dicit, ꝙ vidit condemnari 5. homines, & alter vidit condemnari. 10. isti testes in minori numero sunt contestes. & tamen ille, qui deponit de 10. potuit intelligere de alijs 10. vltra illos 5. de quibus deposuit alter testis. sed quia non præsumitur multiplicatio & pluralitas, neque actuum, neque personarum, testes concludunt præsumptiue de eisdem. & licet Ioan. de Imo. in l. inter pares. ff. de re iudi. videatur reprehendere istud dictum ꝓ rationem. s̃. allegatam in oppositum, defenditur tamẽ eo modo, quo dixi. & est verum. Circa tertium dicendum est indubitanter etiam de mente Modernorum hic, licet non bene se explicent, ꝙ sine casu decre. nostræ non sufficeret ꝙ vnusquisque testis diceret se audiuisse ab vno, sed vnusquisque debet audiuisse a duobus ad minus & hoc tenet glo. tua. & probatur expresse in tex. in ver. testes autem. vbi ponitur forma testificatus quæ de necessitate refertur ad singulos testes. & dicitur ꝙ debent deponere se audiuisse a maioribus, sicut etiam ponitur in d. ca. quotiens. vt igitur aliæ, quæ continentur in forma huius testificat⁹, referuntur sine dubio ad singulos testes ad formam testimonij, ita & hoc. Circa quartum aduerte, videtur saluo iudicio melius sentientis dicendum cum Host. & do. Anto. ꝙ si testes non deponunt de eisdem pluribus, sed nominant diuersos, non probatur consanguinitas & gradus deductus. Et pro declaratione est sciẽdum ꝙ aliquando testes deponunt circa diuersa obiecta, vel sensata, ad quæ principaliter probanda inducuntur, & tunc nullus dubitat ꝙ sunt singulares & non probant, sicut loquuntur oĩa

iura

ADDITIONES.

a VIN. GOD. Adde quod testes de maiori tempore nempe 60. an. dicuntur contestes de minori videlicet. 40. deponentium licet alii pauciores de alio minori puta 20 deponant. Rui. consi. 92. nu. 3 lib 4.

b VIN. GOD. Nota quod non creditur assertioni clerici asserentis se emisse ex pecuniis suæ concubinę, Dec. consi. 132. in casu proposito. Et licet standum sit assertioni alicuius, admittitur tamen probatio in cõtrarium. Ay. Cra. consi. 121. nu. 9. & assertioni alicuius etiam iuratę, vbi standum est, tamen procedit quãdo ꝑ iurantẽ est ꝓsumptio aut verisimilitudo. Ay. Cra. ꝑsi. 170. nu. 8

iura vulgaria,si bñ inſpicies, videlicet tex.in c.bonæ.& c.cũ dilecti.s̃.de elect.3.q.9.nihilominus.ver.glo.no. & magiſtra, & l.2. & l.teſtium.C.de teſti. Aliquando teſtes concordant in principali dicto,ſuper quo producũtur, ſed ſunt ſingulares in medio, per quod principaliter venit probandum id,quod intendit̃ probari, quia eſt tale, quod immediate non eſt applicabile ad ſenſum teſtis, niſi per medium alterius actus. vel ſic eſt applicabile teſtis non deducitur ad probandum illud per eum modũ, ſed per alium aliquid immediatum inter ſenſum teſtis & ipſum intelligitur, tunc eſt probandum vtrunque. exemplum poteſt poni in conſanguinitate, quia conſanguinitas poteſt probari per viſum & per medium affectionis.ſimiliter eſt in confeſſione, q̃ fit de pecunia ſoluta,vel depoſita: nam poteſt probari depoſitã directe per teſtes & mediante confeſſione, quæ ſuper depoſito emanauit. De primo, quod non poteſt probari niſi per mediũ, pone exemplum in dominio,poſſeſſione, & aliis, de quibus in c.cum cauſam.s̃.eo.per Doct. & hoc caſu multi Doct. ſentiũt, hic & alibi quod ſatis ſit teſtes eſſe cõcordes in principali dicto, licet ſint ſingulares in medio, per quod probatur. Sed iſtud videtur falſum auctoritate & ratione.Auctoritate quidem, ſicut debet probari diſpoſitio principalis, cum probatur immediate, ita debet probari medium, per quod diſpoſitio principalis probatur,cum eſt probanda mediate.tex. eſt no.cum glo.& ibi per Bar.in l.cum proponeretur.in prin.ff.de lega.2. & tenet Bal.expreſſe in auth.rogati.C.de teſti.In quibus patet,q̃ ſicut requirũtur ſeptem teſtes,vel quinque in probando teſtamẽtum vel codicillos,ita requiruntur ad probandum verba enunciata, ex q̃bus probatur diſpoſitio præciſe.vnde ſicut ſingularitas circa ipſum principale dictum cum immediate probatur per teſtẽ reddit teſtimonium inualidum,ita ſingularitas circa medium, per quod fit probatio ipſius principalis,& hoc tenet Bal.no.proprie in terminis in l.ſi quis ex argentariis.§.j. ff.de eden. q̃ ſi maleficium habet probari per medium indiciorum, & præſumptionum, non ſufficiet q̃ vnus teſtis deponat de vna præſumptione & alter de alia,ſed erit neceſſe de quibus præſumptio probetur per duos teſtes, vt illæ poſtea poſſint ſimul coniungi. Amplius dixit ſingu. Ioan.An.in c.vt officium.de hære.lib.6. in nouella,q̃ illa præſumptio, quæ probata per duos teſtes plene p̃baret maleficium,non probat illud,ſi probatur per vnum teſtẽ & coniungatur cum publica voce & fama.& eſt magna ampliatio ad glo.no.in c.veniens.el primo.s̃.eod.& hoc eſt,quod dicit gl.l.ſi.C.fam.erc.q̃ quodlibet indicium debet probari per duos teſtes,& Inno.in c.ſicut.j̃.de ſimo.& hoc dictat ratio,quam aſſignat Pet.in ſi.q.de conſuetudine in l.2.C.quæ ſit longa conſue. vbi eum refert Cy.& ſequitur do.Ant.in c.fin.in pen.char.s̃.de conſue.quia cum teſtis debet teſtificari de eo, quod perceperit per ſenſum,vt l.qui teſtamentum.§.j. ff.de teſta. & c. cum cauſam.s̃.eod.ſuper illo duntaxat videtur produci, de quo ipſe deponit per ſenſum,non ſuper illo,ſuper quo non poteſt deponere immediate,ideſt ſuper iure,quod reſultat ex facto: puta ſup dominio vel poſſeſſione & ſimilibus. & iſtud eſt, quod ſubtiliter intuenti teſtes dicuntur ſingulares circa id, ſuper quo principaliter deponunt,quia non dicuntur deponere & teſtificari ſuper eo,quod percipiunt ſenſu, licet articulus formetur principaliter ſuper eo,quod reſultat ex ſenſu mediate. Præterea in omni diſpoſitione ad conſiderandum eſſe ipſius,& validitatẽ, magis attenditur cauſa immediata,quam mediata, vt l.ſi is q̃ duos, & ibi per Bart.ff.de libe.lega. & l. ſocium qui in eo, cum materia. ff.pro ſo. cum igitur cauſa immediata teſtimonij ſit ſenſatũ applicatum ſenſui, videtur q̃ illa attendatur, vt videamus vtrũ teſtimonium ſit validum vel non,& per præmiſſa,puto in q.gl. veram eſſe ſententiam Hoſtien.& do.Anto.q̃ teſtis debeat deponere ſe audiuiſſe ab eiſdem duobus,non diuerſis. ſed hoc videtur contra doctrinam Bar.clare in l. de minore. §. tormenta. ff. de quæſtio.in ver.ſed quæro. vbi expreſſe dicit, ſequendo Inno.in c.qualiter.j̃.de accu. †q̃ ſi duo teſtes deponentes ſuper fama interrogantur ſi de aliquibus audiuerũt, & vnus dicat de aliquibus,& alter de aliis diuerſis, probant,quia ſatis eſt quod concordent in hoc,quod audiuerunt a pluribus.& illam opi.ſequitur Saly.cum ſubdiſtinctione quadam in l.ea quidem,in tractatu de fama, in ver. quæro.C.de accuſa.Potes reſpondere,quod ibi teſtes non ſunt ſingulares in eo,quod eſt de ſubſtantia teſtimonij, & in cauſa immediata, ſed in cauſa mediata iuſtificante teſtimonium. Nam ſubſtantia teſtimonij in illo caſu ſtat in eo,quod teſtes audiuerũt ab omnibus & maiori parte & in hoc
a teſtes ſunt conteſtes. Sed quia fama[a] debet habere originẽ ab honeſtis perſonis,ideo debent reſpondere a quibus audiuerũt, vt dicit Inno.in d.c.qualiter. videlicet vtrum poſſit cõſtare, vtrũ illæ perſonæ ſint honeſtæ.in caſu autem noſtro teſtificari q̃ auditu maioris eſt medium ſubſtantiale ipſius teſtimonij.vnde aliqua videtur eſſe differentia inter iſta.ſed quia ſi fama non habet originem ab honeſtis perſonis, probatio famæ eſt inualida, videtur fere eſſe eadem ratio.Vnde oportet dicere, q̃ illa dicta non procedũt de ſubtilitate iuris,& fundatur in errore Inn.& gl. hic. Et ex præmiſſis poteſt inferri ad deciſionem quæſtionis, quam
25 tangit do. Anto. in vlti.gl.†vtrum teſtes deponentes de conſuetudine recte deponant,quando vnus ex eis dicit fieri vidiſſe aliquẽ actum per vnum,& alterum per alterum, ſiue per plures.
b Nã videtur q̃ quamuis conſuetudo b recte probaretur,ſi duo teſtes deponerent de vno actu & alij de alio,quia duo actus perfecte probati poſſent coniungi,vt plene declarauimus in vlti. glo. non tamen probetur, ſi duo actus diuerſarum perſonarum p̃bẽtur per ſingulos teſtes per ſuperius allegata,licet do.Anto.hic ſentiat oppoſitũ. ſed in c.fi.præallegato ſequitur expreſſe dicta Cy.& Pe.& ita in probatione de cõſuetudine tenet Pau. de Leaza.in diſpu.ſua,quam refert Ioan.de Imo.plene in l.inter pares. ff.de re iudi.vbi dicit, q̃ quando actus, ex quibus habet reſultare genus,non ſunt de ſpecie generis,ſed aliquid aliud ex quo genus reſultat,non per teſtes regulares in medio probandi probatur illud genus,& hoc credo eſſe veriſſimum ex his,quæ.s̃. diximus,& quia in primo caſu & ſuperius diſtinctis nos diximus in terminis decretalis noſtræ,q̃ teſtes debent nominare a quibus audiuerint, ſcias q̃ hanc eandem ſententiam in ſi. q. tenet Inn. & ſequitur ibi Ioan.And.in c.cum oporteat.j̃.de accu.ibi dicũt, q̃ quia fama debet habere originem ab honeſtis perſonis,teſtes deponentes ſuper fama, tenentur nominare aliquas perſonas, ẽt ſi non ſint interrogati a quibus audiuerunt,& illã opi. ſequitur Ang.in l.ea quidem.C.de accu.aſſignans rationem, quã.s̃. dixi. quia non poſſet conſtare vtrum fama haberet originẽ ab honeſtis perſonis,niſi perſonæ exprimerentur.& iſta opi. verior etiam videtur in illo caſu,quando fama haberet originẽ & fundamentum in honeſtate perſonarum. ſed quãdo fama haberet originem ex fortibus coniecturis, quo caſu poſſet habere originem ab illis ſolis ſine honeſtate perſonarũ, ſicut declarat Salyc. in l.ea quidem.C.de accu. & eſt de mente Bart.in §. tormenta. in ver.tertio quæro.tunc forte verior eſſet opi.contraria, immo ſine forte.tunc vera eſt ſententia, q̃ teſtis non teneretur nominare perſonas,niſi eſſet interrogatus, quam ſecutus eſt Inno. in c.qualiter.de accu.& ſentit Bar.in d.§.tormenta.& Saly. in loco allegato. & poſito ſine præiudicio veritatis, q̃ iſta ſecunda opi. eſſet vera indiſtincte, poſſet tamen euadi iſta doctrina, quo ad caſum noſtrum,quia in caſu Inno.& Bar. ſubſtantia principalis teſtimonij non fundabatur in auditu maiorum honeſtorũ, ſicut hic,ſecundum communem opi. Præterea, quando teſtes deponunt de fama,facilius præſumatur pro honeſtate perſonarum,a quibus orta eſt fama propter communem vtilitatẽ, quã præſumatur in caſu, vbi non adeſt iſta qualitas. & iſta ſecunda ratio magis placet.In gl.poſita ſuper ver.gradus.ibi, ſed hoc nõ credo.Ioan.And.recitatis aliorum opinionibus concordat eas, ęquo fedęre diſtinguendo ſuper iſto dubio,q̃ aut teſtes probantes conſanguinitatem deponunt de viſu, aut deponunt de auditu,iuxta formam iſtius decretalis.Primo caſu vera ſit opi.Ioan. hic recitata,quam ipſemet ponit in c.de parentela.35.q.6.q̃ tales teſtes poſſunt ſimul iungi,vt probetur conſanguinitas, & certus gradus vtrinque. Secundo caſu habet locum opi. gloſſatoris,& Hoſti. hic, propter verba tex.& requirunt computationẽ fieri per teſtem ab vtroque latere.vnde in iſto caſu non, eſt rece
26 dendum a verbis literæ.†Ex his infert do.Anto. hic, q̃ in probãda conſuetudine,& quolibet alio actu, qui conſtat ex partibus, vel ex diuerſis actibus, ſufficit vnam partem,vel vnum actũ probari per duos teſtes, & aliam partem vel actum probari p̃ alios duos, quæ probationes poſtea ſimul iunctæ facient vnam perfectam.ſed ipſe iſtam doctrinam concedit, quando pars capitularet de partibus ipſis pro ſe vel de actibus, verbi gratia in termini noſtræ decretalis capitulat primo q̃ Ioan.fuit filius Pe. ſecũ do,q̃ Chaterina fuit filia eiuſdem Petri. ſimiliter in conſuetudine capitulat q̃ a 10.annis citra verum eſt q̃ inter Pet. & Martinum fuit lata talis ſententia,vel factus talis actus, & rurſus poſtea per ſe capitulat de alio actu ad probandum frequentiam actuum,ex quibus ſimul iunctis reſultat conſuetudo. Sed quando capitulans non deduceret partes diſcrete,ſed capitularet ſuper toto, verbi gratia capitulat q̃ conſuetudo ſuper tali re taliter viget & ad probandum ipſum totum producit teſtes, qui nõ probant totum ſimul,ſed ſinguli duo partes, ex quibus conficit̃ totum,

---

ADDITIONES.

a VIN. GOD. Vt fama probet quod debeat habere originem ab honeſtis perſonis & fide dignis,conſuluit Ay.Cra. conſi. 41. nume 1.fama enim non probatur per teſtes ſimpliciter deponentes quod quis eſt diffamatus de tali crimine niſi teſtes deponant de tali crimine apud maiorem partem populi. Ay.Cra conſi.12,nume.5.

b VIN. GOD. Adde conſuetudine generaliter probari non ſufficit ſed probari debet ſpecialiter in caſu de quo agitur, Ay.Cra.conſi.96.nume.4.& nume.5.& 6.& inſuper conſuetudo debet plene probari & probatio eſt multum difficilis,idem conſi.325.num.1.lib.2.conſuetudo autem ſpecialis derogat generali,Ay.Cra.conſi.111,num.16.lib.1.

totum, tunc ipse credit, ꝙ totum non sit probatum, quia ꝑ partes diuisim positas non integratur totum, sed per partes integrabiles ex dicto testiū resultantes omnino. sic igitur si duo & duo considerentur per se. Item nec potest dici, ꝙ probent partē, quia cum sint producti & iurati super toto, deponendo super parte, deponunt extra articulum, & sic non iurant. ergo non valet eorum testimonium, vt in c. de testibus, s̄. eo. Doct. Mod. videlicet do. Abb. hic, & aliqui sequentes, impugnant istud dictum, quia iudex ex actitatis in iudicio, de quibus sibi constat, potest ipse ex officio suo fieri certus, quamuis pars nō alleget, vt l. j. C. vt quæ desunt aduo. & plene in c. bonæ. s̄. de postu. prel. vnde licet pars non deduxit istos actus separatim, ex quo tamen sunt probati, satis est. Præterea nos videmus in c. licet causam. s̄. ti. proxi. ꝙ iudex dicit ex dictis testium ea, quæ non continentur expresse in testibus, videlicet ꝙ possessio sit clandestina, aut violenta. Prętera tex. in c. cum Ioannes. j. de fi. instrum. dicit ꝙ ex confessione partium & dictis testium perficitur vna probatio, sicut videm⁹, ꝙ possessio probatur per testes, & titulus per instrumentum. Et ex his duobus resultat vna plena probatio præscriptionis, vt patet in c. auditis. s̄. de præscrip. & in c. personæ. §. pen. de priuil. & quod no. in l. 2. C. de acquir. pos. Sed ista dicta cum reuerentia sua, non sunt contra do. Ant. quia in illis casibus vnaquæq; species probationis probat perfecte id, super quo erat producta, sicut testes probant possessionem perfecte, super qua solum erāt producti & instrumentum tituli, quod solum inducebatur. & similiter in c. cum Ioannes, testes erant producti ad probādum contractum esse factum sub certa forma, sed non ad probādum illam negatiuam, ꝙ ille solus contractus inter partes esset fact⁹ & non alius, quod probat confessio partium. vnde illa iura loquuntur in primo casu do. Anto. & Ioan. And. Tu ergo considera, vltra eos, ꝙ in primo casu, in quo communiter Doct. concordant, Bal. dixit & multum singu. in l. 2. in vlt. col. C. quorū app.

a non reci. ꝙ duo actus[a] perfecti probati singulariter per duos testes bene possunt coniungi ad vnam probationem perfectam. Exemplum in decretali nostra, & in q. posita in glo. quia quælibet persona facit gradum perfectum de se: sed quādo quis vellet probare per duos actus imperfectos, vnum perfectum, tunc ipse dicit hanc probationem non posse coniungi. vnde infert, ꝙ si statutum punit incidenter in tali loco vsq; ad talem locum, ꝙ est medium itineris, & alij probant ꝙ eum videbant ire ab illo medio itineris vsque ad aliud extremum, non est probata intētio accusatoris, secundum eum. Ex quo sequeretur, ꝙ si duo testes probant ꝙ viderunt Titium possidere per quinquennium vnam rem, & alij per aliud quinquennium, ꝙ non esset probata præscriptio, cuius cōtrarium ipsemet tenuit expresse in l. testiū. in j. char. C. de testi. per ea, quæ hic notantur. vnde, quicquid ipse dicat in d. l. 2. tenendum est simpliciter id, quod hic dicitur, & maxime, quia licet gradus hic sint perfecti ex parte vnius, istud est verum respectu ascendentium & descendentium, sed respectu lineæ transuersalis gradus videntur dicere relatiue ad alterum: non enim cum dico frater, est in primo gradu, cum frater sit nomen relatiuum, hoc non dico simpl͂r, sed per relationem ad alium fratrem. & sic non est verum sit probata vna res perfecte. Sed dubium maius remanet in conclusione do. Ant. in qua etiam non videtur recedendum a communi sententia, quia in iudicio, & maxime in positionibus & capitulis, ille qui deducit totum, videtur deducere quamlibet eius partem, vt l. qui solidum. in prin. ff. de lega. 2. & tenet Bart. expresse & communiter Moder. in l. j. §. si stipulanti. ff. de verb. obl. vnde satis videtur deponere testis, qui deponit super partem iuratus, & consequēter perficitur probatio totius. facit optime tex. in l. si vnus. §. si cum decem. ff. de pact. & hoc magis placet, ne angustetur facultas ꝑbandi. & per hoc sit expedita ista no. decretalis.

ADDITIO.

a VIN. GOD. Nota, ꝙ actus unus recipit interpretationem a uerbis interpretatis in alio actu. Ay. Cra. cons. 231. nu. 12. lib. 2. & ubi actus potest dupliciter intelligi, eo modo intelligitur, qui declaratur per protestationem. Idem cons. 309. nu. 18. lib. 2.

SVMMARIVM.

1 *Testes ad petitionem producentis post publicationem, an repetendi sint, & quando. nu. seq.*
3 *Testes potest pars etiam super certis articulis producere.*
4 *Recurrendi ad superiorem remedium, aduersus malitiam, vel negligentiam iudicis datur, non appellandi.*
5 *Iudicis malitia & negligentia, quando æquiparentur.*
6 *Testis repeti ad partis petitionem, an possit, vt corrigat vel addat. & nume. sequen.*
8 *Testis vtrum ex interuallo sponte sua non productus a parte, possit se repetere.*
9 *Articulos duos, si pars produxit, vnum super veritate facti, & alterum super fama, examinato super veritate tantum, an repetatur etiam post publicat. primi testificatus super fama.*

10 *Articulorum ad admissionem, partis citatio requiritur.*
11 *Iudex, si articulorum non dat copiam, pars quandocunque poterit allegare, ꝙ capitula non debuerint admitti.*
12 *Testes instantia perempta examinati, an coram eodem iudice publicari petantur durante prima instantia, noua vero incipiente.*

CAP. XLVIII.

1 PEr tuas. † Testes post publicationem ad petitionem producentis non sunt repetendi, nisi iudex per malitiam, vel negligēriam omiserit eos interrogare super aliquibus capitulis. secūda est ibi, nos igitur. vbi ponitur regula & exceptio. Primo nota ex isto tex. ibi, tribus mensibus post testium publicationem ela-
2 psis, iuncto ver. nos igitur, † ꝙ testes[a] non possunt repeti post pu-
a blicationem, maxime quando reperuntur ex magno interuallo, ꝙ videtur ponderari hic in narratione facti. & ex isto tex. posset argui, ꝙ sola publicatio excluderet quem a protestatione ꝑducendi nouos testes, etiam si esset facta parte inuita, dummodo pars fuisset negligens & interposuisset nouum interuallum in producendo post publicationem, pro quo videtur quasi casus in corpore in Auth. de testib. §. quia no. ibi, non longo interuallo. qui tex. loquitur in producente testes antequam didicerit testificata. sed post aperturam testium, ꝙ patet, quia alias non fuisset data copia parti aduersæ, quæ tamen, vt ibi dicitur, datur. hoc tamen non affirmo pro nūc, quia est valde nouum dictum
3 in ista materia. Secundo collige ex isto tex. † ꝙ pars potest nō solum simpliciter producere testes super tota causa, vt in c. de testibus. s̄. eod. sed etiam super certis capitulis. Et sicut dicunt hic Doct. vtile est capitula fieri in causa propter clariorem probationem, quia datis capitulis probatio fit distinct⁹ & perfectius. de quo est hodie casus clarus in cle. sæpe. ver. si. de verb. sig. vbi hoc clare probatur. licet autem vtile sit, ꝙ pars faciat capitula ad ꝑbandum, & ita obseruet consuetudo, vt dicitur in illo tex. iudex tamen nō debet facere iurare testes simpliciter super capitulis, sed etiam super tota causa, ad hoc vt si testis dicat aliquid extra articulum, valeret dictum ipsius, si pertinet ad causam, vt tradūt hic Hostien. do. Anto. & Moder. & clare ponit Bart. & no. in l. si duo patroni. §. idem Iulianus. ff. de iureiuran. Tertio no. ibi, ꝙ
4 malitiose, vel negligenter, &c. † ꝙ aduersus malitiam vel negligentiam iudicis non datur remedium appellandi, tamen cōceditur a iure remedium recurrēdi ad superiorem, qui iudicis negligentiam puniat, sicut dicitur in l. fi. C. de tempo. appell. & in Authen. vt differ. iudices. in prin. tunc pars seruatur illæsa ꝑ iure a malitia in omittendo, vel negligentia. Nam intelligēdo istā decretalem, sicut communiter intelligitur, quod quia iudex in examine secreto omiserit interrogare testes super capitulis, pars ante factum non potuit sibi prouidere, si iudex prius non notifi cauit se velle ita facere. & ideo seruatur illæsa pro iure, quando
5 nihil est ꝙ sibi possit imputari. Vltimo collige ex isto tex. † ꝙ q̄tum ad conseruandum partem illæsam a damno malitia & negligentia iudicis æquiparantur, non tamen sic quantum ad puniendum iudicem, vt dicitur in fin. in ca. super literis, supra de rescrip. & in c. ad falsariorum. infra de crim. fal. secundum Docto. Tu vide in iudice meliorem tex. in l. si filius. & quod ibi no. ff. de iudic. & quod traditur in ca. cum etiam. infra de re iudica. in sexto. In gl. posita super ver. audiendum. ibi, ante aperturam testium, &c. Ista gl. videtur sentire, ꝙ in publicationem testium neque possit dictum suum corrigere, nisi incontinenti, neque etiam ad alium effectum, puta addendi vel declarandi iterum sua sponte ad iudicem redire, &c. & hunc sensum dat sibi dom. Anto. hic. Sed potest habere alium intellectū, videlicet ꝙ illud, dum tamen incontinenti, quod ponitur in glo. referatur ad actum receptionis duntaxat, sed in c. constitutus. supra eod. glo. videtur velle, ꝙ seruetur ante publicationem distinctio c. præsentata. infra eodem. sed vtrum pars aduersa velit stare simpliciter prioribus attestationibus, vel non, vt in c. cum causam. el primo. glo. expresse tenet. In glo. super ver. latas, ꝙ etiam ad petitionem partis producentis possint clausis attestationib. ijdem testes repeti, vt aliquid addant ad prius dictum, non vt corrigāt, nisi incontinenti, vt dictum est. & optime facit illa decretalis pro isto dicto, quæ inferius subtiliter inducetur. domi. Ant. hic reassumit articulum bis, & ex eis dictis remanet talis conclusio,
6 † ꝙ ad petitionem partis nūquam possit testis repeti, siue vt corrigat, siue vt addat, siue vt declaret, nec ex interuallo, nec incontinenti. fundamentum suum est, quia parte ipsa producente sēper subest timor subornationis, ex quo si apparet partem locutam esse cum teste. vnde sicut iste timor post didicita testificata repellit a productione aliorum testiū, vt in §. quia vero. in Auth. de testi. ita & fortius repellit a repetitione eiusdem. Si vero testis sua sponte velit seipsum repetere ex interuallo post q̄ verisimiliter

ADDITIO.

a VIN. GOD. Tu dic, ꝙ testes post publicatas attestationes in causa matrimonii, ex iudicis officio recipi possunt. Rui. cons. 15. nu. 2. lib. 2.

liter potuit loqui cum parte, vt communiter declarant Doct. in c. præterea. j. tit. proxi. tunc similiter hic tenent, ꝙ hoc fieri non possit neque ad effectum addendi, neque ad effectum declarãdi. Cuius contrarium tenet Inn. in c. præterea. j. tit. proxi. & sequitur ibi idem do. Ant. & do. Abb. Moder. qui voluit in effectu, ꝙ testis sua sponte etiam ex interuallo possit redire ad iudicem, vt addat, vel declaret dictum suum, licet minus credatur sibi quã incontinenti id feciſſet. primum dictum do. Ant. hic videtur sequi Bart. in l. repeti. in princ. ff. de quæstio. & Bal. multum diffuse & clare in authen. at qui semel in j. char. C. de proba. quando scilicet testis ex interuallo vellet addere ad prius dictum: vbi autem testis vellet non addere, sed declarare prius dictum, qã forte non haberet certam declarationem a iure, tunc ipse dicit, ꝙ etiam per partem ex interuallo ad istud dictum potest repeti p ea, quæ habentur in l. hæredes palam. §. sed si notam. ff. de testa mentis. Circa secundum, quando testis spõte vult addere ex interuallo. glo. in Authen. de testi. §. quia vero. ibi habuit vel habuerit, quæ est multum no. & omnino videnda in ista materia, in effectu sentit idem, quod do. Anto. hic dicit tamen vnum no
7 tabile verbum, quod refert Bald. in d. authen. at qui semel. † ꝙ
a licet ad petitionem partis producentis testis a non possit repeti. Item nec ad petitionem partis aduersæ, vt addat nouum dictũ, potest tamen repeti instante parte aduersa de consuetudine, vt testis reddat causam sui dicti, quam non reddidit prius. intelli-ge, quando non fuit interrogatus, nec tenebatur sponte eã reddere: nam si fuisset interrogatus, vel teneretur eam reddere, nõ esset dubium, quia dictum primum non valeret, vt traditur in c. cum causam. s̃. eod. sed contra communem sententiam, quæ dicit ꝙ ad petitionem partis testis non potest repeti vt addat, quinimmo nec vt declaret propter præsumptionem subornationis, multum facit tex. in c. cum causam. s̃. eo. in fi. vbi text. dicit, ꝙ cum non inessent publicati attestationis testes, ijdẽ potuerunt repeti, & sic videtur ꝙ etiam pars possit ipsos facere repeti super testificatis, dummodo processus non sit publicatus. nec potes dicere ꝙ ibi attestationes essent nullę, quia si sic esset, tunc etiam publicatis testibus possent iterum repeti, vt in cle. testibus. in ver. lite testibus. & ibi per glo. Nec potest etiam dici, ꝙ ibi testes fuerint recepti coram arbitris, quia tunc si pars aduersa nollet stare illis attestantibus, vt ibi dicitur, adhuc possent repeti testes post publicationem, vt in c. præsentata. j. eo. cuius cõtrarium ibi præsupponitur. oportet ergo dicere, ꝙ attestationes ibi fuerunt receptæ coram iudice & iuridice, & sic ibi est casus, secundum hanc glo. ibi positam, secundumque intellectũ text. ibi dũ dicit, Si Fauen. testium depositiones ratas habere voluerint. & in ver. alioquin, est intelligẽdus de testibus productis ab illis Fauenti. & est tex. si voluerint illos testes repetere in numero quadragenario, illi computabuntur. Si vero voluerint eos repetere actualiter, illis computatis, iterum examinabuntur quadraginta. nam si intelligeres ꝙ testes essent producti a diuersa parte, tunc cum essent iuridice producti, non esset opus ratifica tione partis aduersæ, & profecto ille tex. multum vrget, p quem Martinus Syl. & Io. An. in ti. de test. §. nunc videndum. in vltima addi. videtur simpliciter concedere, ꝙ testis ex interuallo possit repeti, vt addat etiam ad peti. partis, ergo nullum ius vrget ad dicendum contrarium, sed simpliciter ratio posita in corpore in verbo, additamento, in Auth. de testi. §. quia vero. & quæ dicitur ex mente tex. in c. preterea. in fi. j. tit. proxi. timore, s. subornationis, postquam testis locutus est cum parte, vel præsumit locutus, & sic pars præsumitur didicisse testificatum ipsius. ideo sic præsumitur, &c. & quia sententia Docto. hic est communis, defendẽdo ipsorum positiones, dicamus ꝙ vel in c. cũ causam, est supplẽdum, maxime aduersariorum attestationes, vel ꝙ ibi testes repetuntur non ad corrigendum, vel addendum, sed ad ꝯfirmandum & declarandum prima dicta, quę forte indigebant declaratione, & tunc remanebit opi. do. Ant. falsa, & Mod. hic, qui dicunt, ꝙ nec incontinenti, nec ex interuallo testis potest ꝓduci ad petitionem partis, etiam ad declarandum, quia videtur esse eadem ratio & timor subornationis, secundum gl. in Auth. §. quia vero. in ver. præallegato, iuxta fin. ad quam remittit se Bar. in auth. at qui semel. in fin. C. de probat. qui videtur sentire idem. & licet loquatur de confirmatione, exponitur tamen ex mente Doct. illo modo, ꝙ testes reproducantur ad declarationem. non tamen bene se firmat, quia refert postea, quosdam dicere contrarium, si pars iuret se non didicisse testificatum, nec dolo se agere. pro opin. Bald. in authen. at qui semel, facit, quia sicut habens articulare in termino potest declarare articulum post terminum, quia qui declarat nihil addit, vt singu. tradit Io. And. in tit. de teste. §. nunc videndum. ver. hoc etiam no. & Bal. in l. j. §. huius studij. ff. de iust. & iu. ita videtur, ꝙ licet testis a parte producente nequeat repeti ad testificandum, posset tamẽ repeti ad declarandum, & hoc tenet Bart. in l. Lucius. ff. de his, qui
b no. infa. Quo autem casu testis a debeat repeti ad declarationẽ, dicemus in c. cum clamor. infra eodem. & tangit Bar. in d. auth. at qui semel. sed quia eadem ratio timoris subornationis videtur subesse etiam cum producitur ad declarandum, possumus tenere Docto. communem sententiam hic, licet multum dictis
8 eorum repugnet text. in d. c. cum clamor. † Super articulo autẽ, quo quæritur, vtrum testis ex interuallo sponte sua non productus a parte posset se reperere: placet mihi opi. Inno. & do. Abb. hic, vt possit se repetere ex interuallo. noua & pulchra ratio est, quia suspitio, quæ in isto casu oritur contra testem, est quia potuit loqui cum parte. vnde facile est, quod pars didicerit testificatum & subornauerit testem, vnde testis non repellitur hic, quia certum sit partem didicisse testimonium eius, sed quia probabile est, ꝙ potuerit accidere. Ista autem præsumptio, vel suspitio, non est sufficiens ad repellendum testem, sed bene cogetur testis iurare, dum se repetit, ꝙ non fuit locutus cũ parte, vel si fuit locutus, non de eo, quod esset testificatus & super quo vult addere, & cum isto temperamento semper sequor sententiã Inn. & pro ista conclusione adduco text. no. in Auth. de testi. §. quia vero. circa finem. vbi dicitur, ꝙ quando pars post publicatũ vel communicatum processum, vult facere quartam productionẽ, quia est aliqua suspitio propter publicationem & aperturam testium, ꝙ pars aduersa didicit testificata, & ꝙ etiam producẽs occulte non didicerit testificata, nõ admittitur quarta productio cum iuramento, quia non excluditur pars totaliter ab ipsa suspitione. ita ergo dicemus in casu nostro, ꝙ quãdo præsumptio vel suspitio sola est, ꝙ pars fuerit locuta cum teste & didicerit eius testificatum, non excludatur totaliter testis, vel admittatur, nisi cum iuramento. Nec obstat, ꝙ non admittitur ad corrigendum dictum suũ ex interuallo, quia maior præsumptio est doli & malitiæ contra illum, qui dicit contraria, quam contra illum, qui supplet non dicta. quod patet, quia primus incontinenti nõ auditur, nisi alleget probabilem causam suæ corteptionis, vt est casus no. & ibi per glo. in c. fi. de iureiuran. in 6. & tenet Bar. expresse in l. eos. in princ. ff. de fal. Secundo vero casu auditur, dũmodo dicat se oblitum absq; eo, ꝙ adducat causam obliuionis, quia memoria hominum est labilis. 3 t. dist. c. in nomine Domini. & tamen si volens vnam addere probaretur illud a principio tacuisse ex malitia & dolo, non admitteretur, quia esset periur⁹ tacendo veritatem, vt in c. j. de crimi. fal. & est casus in c. accusatus. §. j. de hæret. in 6. & intelligo, si tacuit donec testimoniũ fuit absolutum. Pro ista differentia facit, quod tradit Bar. in l. si librarius. ff. de reg. iur. dum dixit, quod notarius omissum potest supplere, sed errorem non potest corrigere, nisi causa cognita. & q̃ dicta sunt, ꝙ testis non potest repeti vt addat, nec etiam seipsum repetere ex interuallo, intelligit do. Anto. hic in duobus locis, non solum si testes velint addere ad ea, de quibus iam dixerunt, vel fuerunt interrogati, &c. sed etiam declarare, non possint repeti. nisi, & infra Seia. vnde concludit ipse & Moder. hic in effectu, ꝙ si testis iurat dicere veritatem super tota causa, si quidem iudex omittit interrogare super aliquibus argu. substantialibus, vt puta interrogauit ipsum de possessione, sed non de tempore requisito ad præscriptionem, vel non interrogauit de titulo, aut de bona fide, quod tunc super istis testis debet iterum interrogari, & potest produci per partem etiam publicatis attestationibus & postquam pars didicit testificata, quia iudex fuit in culpa omittendo ista substantialia. & idem est secundum eum, & Moder. hic, si testis fuit iuratus super certis capitulis, in quibus aliqua substantialia implicite continebantur ex necessitate probationis, puta si pars capitulauit se præscripsisse, nam iudex fuit in dolo, vel negligẽtia, si omisit interrogare de titulo necessario ad præscriptionem. quod plene prosequere, vt hic per eos. Sed qñ iudex omisit interrogare in prædictis casibus non super aliquo substantiali, sed super aliquibus circunstantiis, q̃ possent iustificare, & ẽt magis certificare probationẽ, puta de loco, tpe, & sim. tunc ipsi tenent, ꝑm Inno. ꝙ testis non põt repeti, maxime post publicatas attestationes nisi repereret seipsum ex interuallo añ attestationes publicatas, tenendo illam sniam Inn. & do. Abb. q̃ s̃. retuli, ꝙ etiam ex interuallo testis sua sponte possit addere, q̃ tñ non est cõis, vt vidistis. Sed ista opin. cum reuerentia, non videtur vera, & contra ipsam videtur determinare Io. And. referens dominum suum in legibus ita disputasse publice, in titu. de testi. §. nunc videndum, in vltima additione, in ver. illud au-
9 tem. vbi dicunt, † ꝙ si pars produxit duos articulos, vnum super veritate facti, & aliũ super publica voce & fama, & fecit exa-

minari

ADDITIONES.

a VIN. GOD. Nota, ꝙ testes recipiuntur publicatis attestationibus super facto nouo & diuerso, licet ex eo partis reprobetur intentio. Ay. Cra. cons. 74. num. 5. lib. 1. Et etiam admittunt publicatis attestationibus, quando proponitur tale quid quod ab initio cogitari non potuit. ibidem, nu. 4. & ꝙ pars diuinare non potuit ante publicationem. idem, cons. 65. nu. 1. & parte nõ opponente. & ibi uide nu. 2. & 3.

b VIN. GOD. Nota, ꝙ testis non potest repeti etiam per fiscum post pronunciatum in causa. Thom. Gram. decis. 28. nu. 6.

minari testem super articulo de veritate duntaxat, potest idem testis repeti etiam post publicationem primi testificatus, vt sup voce & fama. Nec ob. dicunt ipsi, ꝙ testis non potest repeti nisi incontinenti, vt in c. præterea. de testi. cogen. quia illud verum, vt se corrigat, sed vt addat, bene potest repeti etiam parte ꝓducente, ꝙ intellige super nouo cap. alias esset ꝯ communem sententiam, de qua s̃. vides ergo, ꝙ nō solum potest produci idem testis super nouo cap. substantiali omisso, sed etiam super cap. iustificante probationem priorem vel coadiuuante, sicut est fama, vt l. 3. §. eiusdem quoque. ff. de testi. & hanc sententiam credo esse verissimam, si pars de nouo velit capitulare de loco & tempore, vel aliis circunstātiis dispositionis, seu causæ deductæ in iudicio. vt. n. ait Bar. in auth. at qui semel. C. de probat. quē sequuntur communiter Doct. in c. fraternitatis. s̃. eo. pars, quæ capitulat de loco & tempore, & si. quæ non fuerunt expresse prius capitulata, dicitur deducere nouum capitulum, licet illa venirent accessorie in cap. facto de substantia actus. vnde testis hac ratione super illis diceretur deponere iuratus, secundum Bald. in l. si duo patroni. §. idem Iulianus. ff. de iureiur. & plene declaraui in d. c. fraternitatis. in fi. s̃. eo. & in c. constitutus. quando & quomodo super nouis capitulis ijdem testes possunt repeti, nō tamen video, quid repugnet quin pars de nouo capitulando facere possit testes semel examinatos deponere, nam testis q fuit iuratus & productus super tota causa, deponendo postea particulariter super certis capitulis ipsius causæ & non super toto, videtur super illis duntaxat esse productus, quia productio generalis restringitur per specialem testificatum, sicut dicimus in indicio in l. licet. C. de iudi. & plene in l. de rebus, § j. de arbi. ꝑ Bar. & hoc tenet expresse do. Ant. in ista materia in c. de testi. s̃. eod. vnde non impeditur productio nouorum testium super his, super quibus testis non fuit interrogatus, secundum eum ibi. & quia Inn. no. dicit hic, & sequuntur communiter Doct. ꝙ iudex debet dare copiam articulorum parti, si tamen eam non det, valet receptio testiū. sed pars aduersa semper poterit allegare de impertinentia capitulorum, & ꝙ testes nulliter fuerint examinati super articulis, qui non erant admittendi. & hanc sententiam approbat Bar. in l. si duo patroni, §. idem Iulianus. ff. de iureiur. Adde ꝙ in hoc articulo possunt considerari duo casus. nam si iudex admisit articulos cū protestatione consueta, scilicet saluo iure impertinentium, & non admittendorum, tunc istud est verissimum absolute, quia propter protestationem neque pars videtur consentire capitulis tanquam pertinentibus, neq; iudex videtur admittere illam tanquam pertinentem. vnde si postea liquet causa post non admittendum fuisse retro, declarabit dictum testis fuisse nullum, secundum Barto. in d. §. idem Iulia. & Bal. in l. fi. in vlt. q. C. qui legi. perso. & ista est vnitas protestationis reseruatoriæ, vt si postea docetur de iure, protestatione, vel allegatione reseruatis, retro processus sit nullus ipso iure, secundum Bar. qui ita no. in l. ille a quo. §. si de testamento. ff. ad Trebell. & est optimus tex. in corpore, quem ibi no. Ange. in Auth. de testi. §. si vero odiosus. & tradunt Moder. in c. cum cōtingat. s̃. de offi. deleg. vbi est bona gl. Si vero vel iudex expresse admittat, vel saltem tacite recipiendo testes super ipsis, vt dicunt Domini de Rota in suis decisionibus, quos refert Ant. de But. in c. de testibus. s̃. eo. tunc est maius dubium, vtrum pars postea possit dicere capitula non esse pertinentia. † & prēmitto vnum pro euidentia, ꝙ cum admissio articulorum [a] tacite vel expresse sit quædam interlocutoria, quæ potest præiudicare parti aliquando: aliquando vero non, secundum quod not. declarat Bart. in d. l. idem Iulianus. ad admissionem talium articulorum requiritur citatio partis, vt tradunt Dom. de Rota tenuisse Aegidium in consi. suo 80. & refert & approbat do. Ant. in c. 2. s̃. eo. vbi omnino vide. Cum ergo pars citetur principaliter, vt possit se defendere, vt in cle. pastoralis. de re iudic. & in c. j. s̃. de cau. poss. & proprie. 3. q. 9. caueant, cum si. vr̃, ꝙ si pars petit copiam capitulorum, & iudex denegat, vel non dat, possit appellari, & si nō appellat, imputet sibi, quia interlocutoria iudicis transit in rem iudicatam quo ad partem, vt in c. cum dilecti. s̃. de elect. & in c. ꝙ ad consultationem. s̃. de re iud. & hoc fortius vr̃ esse dicendum, si pars præsens vel citata non petiit copiam, quia fortius est qđ sibi imputetur. vñr ergo Bar. & Inn. cum dicunt, † ꝙ si iudex nō dat copiam articulorum, pars poterit quandocunq; allegare, ꝙ capitula non debuerunt admitti, sentire ꝙ iudex denegando copiam, aut vñr reseruare tacite ius partis, aut ꝙ ista interlocutoria sit nulla ipso iure, per quam tacite vel expresse capitula admittuntur non data copia. primum quandoq; non videt̃ posse dici, hoc esse verum, maxime si iudex expresse admisit capitula [b] & simpliciter, quia sententia [a] iudicis tantum continet, quantū loquitur, & non vltra, cum sit stricti iuris, vt l. j. & ibi per Bar. C. si plures vna sententia. & bene facit tex. in l. diui fratres. ff. de libe. causa. ergo si hæc est interlocutoria & sic minus quam diffinitiua sententia, in qua requiritur maior cognitio causæ & nō est nulla, secundum communem opinio. quamuis non apparet esse cognitum de causa, dummodo notorie non appareat contrarium, iuxta ea, quæ tradit Bar. in l. prolatam. C. de senten. & pleniſſime Io. And. & Moder. in c. ecclesia S. Mariæ. supra de consti. & bene facit tex. in l. argentarius. §. cum autem. & quod ibi per Bart. ff. de eden. vbi valet sententia, licet iudex non admiserit volentem probare. in casu ergo nostro potest dici, ꝙ licet iudex non dederit copiam articulorum petitam, pars tamē sufficienter legit articulos, & sic potuit allegare de impertinentia. vnde non videtur constare manifeste, ꝙ de causa non sit cognitum, ex quo resultat ꝙ immo ista dicta remanent dubia, maxime quando pars non petiisset copiam sibi dari, quo casu adhuc min⁹ liquet, ꝙ iudex sine cognitione admiserit articulos, iō, &c. Ego autem propter auctoritatem tātorum, non discederem ab ista opin. in practica. & ad materiam nostræ decretalis vide qđ ponunt Ange. & Bal. in l. si quis ex argentaris. §. fin. & l. sequen. ff. de eden. forte posset intelligi dictum Innocen. & Bart. quando iudex admisisset articulos parte non citata, neque præsente, quo casu dictum esset verissimum per ea, quæ ponit domi. Anto. in d. c. 2. supra eodem. de quibus aliquid supra tetigi. Tangit etiam hic domi. Anto. illam quæstionem vulgarem, de qua posuit in c. causam, quæ. supra eodem. in princip. videlicet vtrum perempta instantia testes coram eodem iudice vel successore, qui prius fuerant examinati in instātia perēpta, possint peti publicari. † Et quid si ꝓetuntur publicari durante prima instantia veteri, sed incipit noua instantia? & concludit in effectu, ꝙ si instantia est perempta, non potest peti publicatio in noua instantia coram successore primi iudicis. & ratio ipsius, licet ipse non dicat, infert ꝙ nec coram eodem iudice, quia secundum eum, cum testes adhuc non dicantur perfecte examinati, ille futurus effectus qui perficit examinationem, scilicet potestas publicandi, perit vna cum instantia, & inchoatur coram alio iudice noua instantia, quo casu non idem est dicendum, quia licet prima instantia duret, durat tamen quo ad effectum producendi in illa instantia. adducit tex. in cap. cum causam. in fi. supra eodem. qui bene facit, & in cap. constitutis. in fi el 3. supra eodem. dicit tamen, ꝙ si testes examinati in prima instantia sint mortui, ita ꝙ de nouo nequeant reperi, tunc poterunt peti publicari in secunda instantia coram eodem iudice, vel successore, argumen. c. præsentata. infra eodem. & l. fi. C. de testi. & idem debes intelligere eadem ratione, ꝙ possunt peti publicari coram alio iudice in secunda instantia, dummodo si in prima instantia fuissent publicati, in hac secunda facerent fidem instantia, & hoc casu posset esse vera doctri. Bar. in l. 2. ff. iudica. fol. de primo articulo in principali dicto, vide quod plene scripsimus post eundem, & Moder. in illo cap. causam, quæ. & licet ibi, vt plurimum æque scripsi, videantur inferri ad publicationem, quę petitur fieri coram alio iudice in secunda instantia, mens tamen mea satis clara fuit idem dicere de publicatione, quæ petitur coram eodem iudice, vel eius successore perempta prima instantia & renouata secunda. & ista est mens Bar. in pluribus locis ibi per me allegatis. sed secundum dictum, quod ipse ponit, fuit originaliter dictum Bal. in l. gesta. C. de re iudi. vbi dicit idem esse si testes non sint mortui, sed absentes in remotis ita, ꝙ de facili haberi nō possint, & habet magnam equitatem in se, quia facultas probationis non debet coangustari. in l. quoniam. in fin. C. de hæret. Sed contra istas opin. est glo. singularis in terminis, in l. 3. in princip. & ibi per Bald. ff. quæ in frau. cred. vbi glo. expresse dicit, ꝙ licet testes examinati in prima instantia sint mortui, tamen non poterunt peti publicari in secunda instantia. [c] & illam glo. approbat Bal. expresse in rub. C. quæ in frau. cred. vnde quæstio relinquitur dubia. Sed tamen pro nunc sequor sententiam Bald. & do. Anto. tanquam magis fauorabilem, & quia vt supra dixi, & ponit Bal. in c. j. §. item si vasallus. de controuer. inuesti. publicatio testium nihil addit perfectionis examinationi testium, sed solum authenticat scripturam, per quam probatur testificat⁹, vnde proprie loquendo satis dicitur perfectus actus examinationis sine publicatione. ad hoc text. in c. Albericus. in fin. supra eo. vbi publicatio & receptio ponuntur vt diuersa, & similiter reperies in multis iuribus huius tit. & quia ista est regula, quòd quando scriptura non est de substantia actus, sed requiritur ad probationem actus, dicitur perfectus satis actus sine scriptura, vt no. in l. contractus. C. de fide instru.

ADDITIONES.

a VIN. GOD. Adde, quod articuli dicuntur impertinentes, ex quibus nullus effectus sequi potest. Ay. Cra. consil. quinto. nume. 18. lib. primo. Et articuli tunc dicuntur admissi ex eo, ꝙ testes super eis recipiuntur. Aym. consil. 179. num. 12. eod. lib.

b VIN. GOD. Quoniam sententia operari non debet vltra intentionem iudicis. Ay. Cra. consi. 10. nu. 4.

c VIN. GOD. Nota, ꝙ instantia dicitur perire culpa partis, non iudicis. Ay. Cra. consi. 270. nu. 7.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes ſuper principali productos & reprobatorios ſimiliter, an reprobare liceat.*
2 *Teſtes quando producuntur ab vtraque parte, tunc cuilibet parti competit triplex productio.*
3 *Reprobatio de ſe, eſt actus odioſus.*
4 *Productio tertia teſtium reprobatoriorum, reſpectu teſtium vnius partis, an ſicut non admittitur, quando non reprobantur perſonæ, ita quando dicta.*
5 *Reus ſi velit teſtes reprobatorios productos ab actore, in dictis ſuis reprobare per nouos teſtes a ſe producendos, vtrum poſſit.*
6 *Teſtis falſus in vno, an ſemper ſit falſus in omnibus.*
7 *Notarius hæredis nomen ſcribens a teſtatore nutu, non voce expreſſum, an vt falſarius puniatur.*
8 *Diſpoſitio iuris de teſte, an trahatur ad inſtrumentum.*

CAP. XLIX.

1 Licet dilectus. † Teſtes ſuper principali ꝓductos reprobare licet, & reprobatorios ſimiliter reprobare, ſed vlterius non eſt locus reprobationi. ſecunda eſt ibi, mandamus. 2 tertia eſt ibi, ita ꝙ vltra. quarta ibi, ne ſi producendi. † Nota primo ex iſto tex. recte expoſito, ſecundum gl. ꝙ quando teſtes ꝓducuntur ab vtraque parte, tunc cuilibet parti competit triplex productio reſpectu diuerſorum teſtium, reſpectu autem teſtiū productorum a ſe, cuilibet parti cōpetit duplex productio, vna probatoria, & altera reprobatoria, & hoc modo debet intelligi do. Ant. de But. in no. ſuis, quem do. Abb. Moder. impugnat, & non bene. poteſt enim ſaluari, intelligendo hoc modo. Nec eſt credendum, ꝙ cum glo. hic ita clare computet tres productiones, quam etiam do. Ant. prolixe refert, ꝙ Inno. tam ruditer errauerit, & vt paucis intelligas prædicta eſſe vera, Actori competit vna productio ad producendum teſtes in cauſa principali, q̄ dicitur probatoria. Competit & ſecunda productio reprobatoria, in qua poteſt producere teſtes ꝓductos per reum ad reprobandum ſuos primos productos in cauſa principali. Ecce ergo, ꝙ reſpectu teſtium ſuorum actorum habet duas probationes, vnam probatoriam, & aliam reprobatoriam. Sed reſpectu teſtium rei competit ſibi ſecunda productio reprobatoria, quia ſi reus produxit ipſe teſtes in cauſa principali ſuper ſuis exceptionibus actoris, poterit producere teſtes reprobantes illos teſtes rei, & ſimiliter econtra poteſt imaginari de reo, nam reus habet primam productionem probatoriam, cum vult probare ſuas exceptiones, & ſic contra ſuos teſtes reprobatorios ipſe reus rurſum poterit producere teſtes reprobatorios teſtium actoris, & ſic habet ſecūdam productionem reprobatoriam habet. & tertiam reſpectu teſtium actoris productorum in cauſa principali, quia contra ipſos reos poteſt inducere teſtes reprobatorios vltra tertiam productionem, neque reus, neque actor poſſunt amplius reprobare, quia ſi actor induxit pro ſecunda productione teſtes ad reprobandum reprobatorios productos per reū, reus contra iſtos non poterit alios producere, vt infinitas euitetur, vt dicitur in tex. & ſimiliter econtra, ſi reus in ſua ſecunda productione produxit teſtes reprobatorios teſtium actoris, quos actor produxerat contra primos teſtes rei productos in cā principali, actor non admittetur ad reprobādum iſtos reprobatorios rei. Secundo collige ſecundum Hoſt. & Io. An. hic, quia cū multiplex productio reprobatoria hic refrenetur, datur intelligi, ꝙ 3 † de ſe reprobatio eſt actus odioſus. a & ex hoc inferunt ipſi & a Moder. ꝙ maior cauſæ cognitio debet adhiberi in concedendo ſecundam & tertiam dilationem ad reprobandum, quam ſi cō cederetur ad probandum, in quibus tamen adhuc debet adhiberi cauſæ cognitio. 3. q. 3. §. ſpatium. & l. a procedente. C. de dila. vnde etiam inferunt, ꝙ termini aſſignati debent eſſe breuiores. adducunt ad iſta tex. in arg. in c. licet cauſam. s̄. de proba. Tu adde, ꝙ magis pr̄ſumitur contra ſecundo producentem teſtes reprobatorios, quam contra primos, vt eſt tex. no. cum glo. in c. præſentium. in fi. s̄. e. ſatis ergo innuit, ꝙ iſta productio eſt odioſa, dum vult ſpecificari crimina, quæ obiiciuntur teſtibus, ſicut ſi ageretur ciuiliter de crimine ad condemnationem. facit optime, quod tradunt Moder. referentes Spec. in c. paſtoralis. j̄. de exceptionibus, dum volunt, ꝙ minor non reſtituitur aduerſus lapſum termini ad opponendum crimina & defectus per viam exceptionis, quia eſt actus odioſus. Et pro declaratione iſtius decretalis quærit hic Ioan. And. & in c. præſentium. de teſtib. lib. 6. in no- 4 uella, † vtrum ſicut hic non admittitur tertia productio teſtium reprobatoriorum reſpectu teſtium vnius partis, quando non reprobantur perſonæ, ita non debeat admitti, quando ageretur de reprobatione dictorum & non perſonarum. verbi gratia publicatis teſtibus actoris reus per indirectum vult eos reprobare, iuxta cap. ex tenore. infra eodem. & poſt teſtes productos ab ipſo reo ad reprobandum dicta priorum actorum vult ipſe producere teſtes ad probandum dicta teſtium rei, ꝙ etiam fieri pōt. 5 † quid ergo, ſi rurſum reus velit teſtes reprobatorios productos ab actore in dictis ſuis reprobare per nouos teſtes a ſe producendos, quæritur, vtrum poſſit? ſuper quo Ioan. And. hic, & in loco allegato videtur inclinare, ꝙ reus poſſit, & ꝙ non habeat locum prohibitio iſtius decretalis. Mouentur in effectu ipſe & do. Ant. de But. & Io. de Imo. qui tenent hanc partem, triplici principali ratione. Prima ratio eſt, quia cum teſtes regulariter in perſonis poſſint reprobari de iure, vt in cap. præſentium. ſupra eo. & in authen. ſi dicatur. C. de teſt. decretalis iſta prohibens tertiam reprobationem, eſt exorbitans a iure communi: ergo non eſt extendenda, iuxta glo. in cap. conſtitutionem. de regula. in 6. & regulam, quæ a iure, de regu. iur. eodem lib. Secunda ratio eſt melior, quia non videtur eadem ratio in ſtatuendo, ꝙ teſtis crib minoſus b non poſſit reprobari, vel aliter inhabilis, & in ſtatuendo ꝙ dicta teſtis, quæ quis prætendit falſa, non poſſint reprobari, quoniam teſtis, licet criminoſus, vel aliter inhabilis, poteſt tamen verum dicere, vnde lex non approbat præciſe hoc, neque coadiuuat falſitatem. & ideo in quibuſdam criminib⁹, exceptis multi teſtes inhabiles admittentur, vt patet in cap. licet Hely. & in cap. per tuas. infra de ſimo. & in cap. mediatores. de teſti. in 6. & l. in quæſtionibus. & l. famoſi. ff. ad leg. Iul. maieſt. Sed quando impediretur reprobatio dictorum, tunc approbaretur ipſa falſitas, quæ cum nullo modo poſſit bene dici, vel fieri, nullo caſu eſt approbanda. 22. quæſtio. 2. c. j. in fi. & in capitulis ſequentibus. Eſt enim contra Chriſtum, qui eſt veritas, vt ipſe dicit in euangelio. cum ergo non ſit eadem ratio, ergo non fiet extēſio, vt l. l. Iul. §. hoc cap. ff. de ritu nupt. & eſt optimus text. in c. licet Hely. circa medium. infra de ſimo. vbi pars allegabat, ꝙ licet in crimine ſimoniæ admitteretur accuſator infamis, non tamē debeat admitti teſtis, quia non erat eadem ratio, quoniam maius præiudicium infertur a teſte, quam ab accuſatore. Tertia, quia de falſitate poteſt dici poſt ſententiam, vt in ca. licet cauſam. & quod ibi no. ſupra de proba. & plene in c. cum venerabilis. infra de excep. ergo multo fortius debet admitti tertia probatio, & etiam vlterior ante ſententiam. Sed iſta ratio, cum reuerentia, non placet, quia de falſo non poteſt dici ciuiliter poſt ſententiā regulariter contra teſtes, vt plene traditur in d. c. licet cām. Præterea ſicut dicunt Moder. hic, ratio poſita in tex. ſcilicet vt ſit finis litibus, & cauſa infinitatis vitetur, eadem etiam ratio dicitur excludere volentem producere & poſt ſententiam & ante ſententiam. vnde iura, quæ dicunt poſt ſententiam poſſe dici de falſo, loquuntur quando non ſequeretur iſtud inconueniens. ideo Ioan. Cald. hic ſimpliciter tenuit opinio. quam tenuit Ioan. An. in illo c. præſentium. videlicet, ꝙ non admittatur tertia reprobatio dictorum teſtium. Primo per rationem Ioan. An. ibi, quia videtur etiam eadem ratio. Secundo, quia per reprobationem factam de teſte in dicto reprobatur etiam perſona, cum teſtis falſus in vno, ſit falſus in omnibus. 9. diſtinctio. c. ſed ad ſacras. & 3. quæſtio. 9. c. plura. & patet in c. fraternitatis. infra de hæret. & l. ſi ex falſis. C. de tranſac. Tertio, quia etiam teſtis criminoſus repellitur, quia præſumitur non dicere verum, vel dicere falſum, & tamen non admittitur reprobatio talis teſtis, ergo nec alteri⁹ falſitatis. do. Ant. hic, licet primo videatur tenere ſimpliciter dicta Io. An. poſtea refert Paulum de Eleaza. in c. teſtimonium. j̄. eo. diſtinguere, ꝙ aut aliquis vult reprobare dictum, vt reprobet perſonam, vel vt remoueat teſtem, non ſolum in eo quod probatur dixiſſe falſum, ſed etiam in eo, quod non probatur falſum dixiſſe, aut vult ſimpliciter repellere teſtem, quatenus dixit falſum. Primo caſu, quia non ſolum reprobatur dictū, ſed perſona, habeat locum iſta decretalis, vt nō poſſit fieri tertia reprobatio, ſecundo caſu ſit vera opi. Io. An. & in hoc videtur reſide- 6 re do. Ant. Ex qua diſtinctione no. ſin. † ꝙ licet regulariter falſus in vno, ſit falſus in omnibus, iſtud eſt verum ſi pars non alleget. Sed ſi pars ſimpliciter reprobet vnum dictum teſtis, tanq̄ falſū, & multofortius ſi expreſſe dixit non velle impugnare alia dicta teſtium, vī ꝙ ſit in ptāte partis ꝓ parte impugnare dictū teſtis, & pro parte approbare tacite vel expreſſe. d. Abb. Mod. ſimp̄r per rationes prædictas ſequitur ſn̄iam Io. Cal. quia f̄m aliā opi. poſſet protrahi lis in infinitū, quod eſt inconueniens. Nec ob. d̄t ipſe, dr̄ia Io. An. s̄. allegata, dum dicit, ꝙ ſi non admitteretur tertia productio & vlterior, approbaretur falſum, quia non approbatur, f̄m eum. Sed lex præſumit teſtem falſum non deponere, ſicut in non repellendo teſtem crīoſum, lex non approbat teſtē criminoſum, ſed præſumitur eum non eſſe crīoſum. Super iſta quæſtione placet mihi ſimpliciter opi. Io. An. quicquid dixerit Hoſti. in c. ex tenore. s̄. eod. qui dixit idem, quod Ioan. Calde. Et conſidera

ADDITIONES.

a VIN. GOD. Ratio quippe adduci poteſt, quia probationibus fauendū eſt, vbi res eſt in obſcuro. Ay. Cra. conſ. 207. nu. 9.

b VIN. GOD. Adde, ꝙ teſti qui ſe ſocium criminis facit, non creditur. Bero. q. 58. num. 2.

considera pro fundamento, ꝙ ratio decretalis nostræ est finis litium. i. vt lites non protrahantur in infinitum, vel vltra debitū. vnde stante ista ratione, si esset eadem ratio in reprobatione dictorum, quæ est in reprobatione personarum, vera esset contraria opi. quia propter fauorem publicum, qui est in litibus finiendis, vt l. properandum. in prin. C. de iudic. & l. j. ff. de vsucap. non solum fieret extensio per idētitatem rationis de casu ad casum, sicut in casu nostro, sed etiam de persona ad personam, vt patet in l. illud. & l. fi. iunctis gl. C. de sacros. eccl. & plene tradunt Moder. in l. si vero. §. de viro. ff. solu. mat. Sed ego non credo aliquo modo hic esse eandem rationem, vnde non debet fieri extēsio, vt dicit glo in simili in c. statutum. in ver. apostolicæ. de rescrip. in 6. & alia in c. j. eo. ti. li. 6. in ver. ad nos. ꝙ autem non sit eadem ratio, probo vltra dicta Io. An. quia testis, qui repellitur pro crīe, vel aliis qualitatibus ipsum inhabilitantibus, repellitur pro falso prēsumpto, non sic sicut probaretur inhabilitas, sed testis qui repelleretur pro falso & dolo non sic, sed facilius admittit lex excusationem a dolo præsumpto q̄ a vero, vt l. auxilium. in princ. & ibi per Bart. ff. de mino. ergo non est mirandum, si lex facilius approbat personam testis ad tollendam falsitatem præsumptā, si crimen probaretur, q̄ ad tollendam falsitatem veram, si esset probata. pro his text. in l. si filius. §. sequens quæstio. & quod ibi per gl. & Bar. ff. de fal. vbi patet, ꝙ quamuis instrumentum notarij falsum in vno capitulo, sit falsum in omnibus, hoc tamen non habet locum in communi falso, ideſt in falso præsumpto, secundum Bal. qui ita intelligit illum text. in l. 2. C. de fideicom. liber. Vnde dixit Bar. no. in l. si post diuisionem. C. de iur. & fac.
7 igno. †ꝙ quamuis notarius scribens nomen hæredis, ꝙ testator voce non expressit, sed nutu, puniatur tanquam falsarius, ꝓ hoc nomen non vitiatur testamentum in aliis capitulis, quia nō est proprie falsum, sed habetur pro falso, iuris prēsumptione, vt l. iubemus. in fi. C. de testa. facilius ergo videtur, vt ipsa ratio naturalis dictat, ꝙ propter bonū publicum excludetur facultas probandi falsitatem præsumptam, q̄ falsitatem veram. vnde videm⁹ in simili, ꝙ quædam personæ excusantur in criminalibus a dolo præsumpto, puta denunciatur publicus maritus & miles, q nō excusantur a dolo vero & manifesto, iuxta ea, quæ habentur in l. ab accusatione. §. denunciatores. ff. ad Turpil. bene facit tex. in simili, in c. licet causam. s̄. tit. proxi. Pro ista conclusione adduco tibi pulchram doctrinam Spec. in tit. de citatione. §. j. ver. quid si literis legati. & gl. ordi. & Io. And. in nouella in c. 2. de rescript. in 6. vbi etiam propter infinitatem vitandam prohibetur impetrans rescriptum cum clausula, & quidam alij, quos nominauerit, vltra quatuor, quos possit conuenire, non prætenditur modo ille tex. loquitur de impetrante separationē. cuius ratio, vt dixi, fundatur super infinitate vitanda, sicut decretalis nostra. vnde dicit Spec. in loco alleg. ꝙ dispositio illa trahitur ad impetrātem delegatum a delegato apostolico, quia in ipso est eadē rō, quoniam sicut Pontifex committens causam derogat iurisdōni episcopi iudicio ordinarij, ita & legatus apostolicus similiter derogat iurisdictioni episcopi, qui est iudex ordinarius. Sed si iudex denegetur ab episcopo, tunc, quia non præiudicatur iurisdictioni alicuius ordinarij, non habebit locum dispositio illius decretalis. vides ergo, ꝙ quando inducitur aliquid contra regulas iuris pro infinitate vitanda, non fit extensio ad casum, in quo licet sit absurditas infinitatis, non tamen ex parte personæ prohibitæ est eadem ratio. Confirmatur ista conclusio per no. singul. per Archid. & Io. An. in c. per hoc. de hæret. in 6. vbi volunt, ꝙ in crimine hæresis testes non possunt produci per partes post dicta testificata, & hoc est propter vehementem suspitionem falsitatis. & tamen in illo crimine admittuntur testes criminosi ad probandum, vt in c. in fidei. eo. tit. nec valet secunda ratio Ioan. Cal. qui dixit, ꝙ in reprobatione dicti sequitur reprobatio personarum, quia respondeo ꝙ hoc sequitur in consequentiā, & non principaliter propter indiuiduam fidem testis. nam ex hoc, ꝙ dixit falsum in vno, sequitur ꝙ non creditur sibi in aliquo. vnde non est inconueniens, ꝙ id quod nō permittitur principaliter, permittatur tamen in consequentiam, vt in c. super eo. de p̄bē. in 6. & bene facit gl. in c. non debet. de consangui. & affi. & text. in l. non existimo. ff. de admi. tut. sicut econtra propter principale prohibitum tollitur etiam id, quod venit in consequētiam, vt l. filius. §. sequens quæstio. ff. de fal. & ibi per Bar. Et hoc est, ꝙ dixit Bar. no. ad propositum, in auth. at qui semel. C. de probat. vbi voluit, ꝙ quamuis publicatis testibus dictum testis ꝑ se non possit reprobari, potest tamen reprobari vna cum persona. Præterea posito ꝙ pars quæ fundatur ex dicto falso, vult etiam confundere testis personam æque principaliter, videretur reprobare personam, sicut dictum est. quod tn̄ non potest esse verum, quia persona reprobatur per medium dicti. sed tamen hoc posito, adhuc esset dicendum idem in casu nostro, ex quo ista sunt inseparabilia, quia non potest reprobari persona, quin reprobet dictum propter regulam, quæ est, ꝙ quando concurrunt duæ qualitates contrariæ in dispositione, prima attenditur, quæ est fauorabilior, vt l. verum. §. fi. cum l. seq. ff. de mino. & bene facit tex. & quod ibi per Ant. de But. in c. dudū. j. de deci. & in c. causam, quæ. s̄. de rescrip. debebit ergo attendi qualitas, quæ admittit volentem probare, tum quia facultas probādi per se est fauorabilis, vt l. quoniam. in fi. C. de hære. tum quia habet pro se ius commune, sicut dicit Inn. sing. in fi. in c. auditis. j. de præscrip. & per prædicta etiam non placet mihi distinctio Pauli. s̄. relata ꝓ do. Ant. & etiam alia ratione. quia inquantum ipse vult, ꝙ pars possit sic reprobare dictum testis in vno cap. ꝙ non reprobetur in aliis, hoc non videtur esse possibile, cum fides testis sit indiuidua, in qua connectuntur omnia dicta testis, sicut plene scripsi in c. in nostra. s̄. eo. & traditur per Bald. & alios in l. si ex falsis. C. de transac. & in c. fraternitatis. j. de hære. per Inn. & alios, impossibile est, ꝙ pars eam diuidat, vt l. etiam. §. j. ff. de mino. & in reg. vtile, cum materia sua, de reg. iur. in 6. quinimmo Bart. vī velle in auth. at qui semel. præalleg ꝙ si constat iudici testem esse falsum, non potest fieri ex consensu partium, vel iudex debeat credere tali testi, licet alias probatio nulla possit per partes ratificari, secundum gl. in c. cum causam. in fi. s̄. eod. & in l. fi. & ibi per Bal. C. de testi. de quo aliquid dicemus in c. statim sequenti. vnde simpliciter teneamus sententiam Ioan. And. per supra dicta.
8 † Sed quæritur. & secundo, vtrum quod hic dicitur de testib. habeat locum in instrumentis, quæ quæstio habet duas dubitationes. prima est, vtrum si producitur instrumentum, verbi gratia ab actore, illud instrumentum habeatur pro prima productione testium, vt sic probatio ꝓpetat actori producenti instrumentum, nec possit fieri vlterior reprobatio. Secūda, numquid post secundam reprobationem factam per testes admittatur. tertia & vlterior, si fiat per instrumenta & non per testes. Super prima dubitatione concludit hic Io. An. & communiter Doct. ꝙ cum in materia exorbitanti & stricti iuris casus omissus debeat haberi pro omisso, vt l. si cum dotem. in prin. sol. mat. lex nostra, quæ loquitur de testibus simpliciter, non habebit locum in instrumentis. Ex quo sequitur, secundum Io. An. ꝙ testes, quos ꝓducit reus ad reprobandum instrumentum, capientur pro prima productione, ex quo deponunt super facto & non contra personas, quia quicquid dicunt testes deponentes super facto siue ꝓbando, isti dicuntur prima productio, ex quo alij testes non præcesserunt, cum patet. s̄. in hoc casu etiam super intentione actoris reo competit duplex reprobatio, vna ꝯ instrumētum, & alia ꝯ testes producendos per actorem ad reproba. testium suorum. Et idem esset eꝯ, si reus super sua exceptione produceret instrumentum, quia tunc ipsi actori competeret duplex reprobatio & reo vna tantum, sicut in casu præcedenti, vna tm̄ cōpetit actori, & hanc sn̄iam communiter approbant omnes. Ex qua habes no. sin. ꝙ dispositio iuris, quæ loquitur de teste, ēt permittēdo, non trahitur ad instrumētum, sicut hic lex, quæ loquitur de prima productione testium actoris, non hz locum in productione testis facta per ipsum, vt hr̄ pro prima productione testium, & ista dicta possunt esse vera, q̄n instrumentum productū ab actore impugnaretur ꝓp falsitatem dicti vel scripti in instrō, sed q̄n instrumentum productum impugnaretur propter personā notarij: puta quia diceretur non esse notarius, vel esse ꝑdemnatus & depositus ab officio, tunc est satis dubium, vtrum procedat,
a quia ex quo impugnatur persona notarij, a de directo repellit quodammodo quidam testis, qui ex auctoritate authētica scripturam. & sic vī esse eadem ratio, quæ q̄n repellitur testis ratione communis, vel alterius inhabilitatis. ergo vī fieri extensio, qa ista est regula, ꝙ vbicūq; dispositio est fauorabilis propter fauorem publicum per identitatem rationis semper fit extensio de persona ad personam, sicut s̄. dixi in alio articulo, vt tradūt Moder. in d. §. de viro. & bene facit quod singu. no. Archi. & Io. An. in c. in fidei. de hære. in 6. dum volunt tex. & gl. ibi positæ, ꝙ dispositio illa, quæ loquitur in iudice inquirēte propter fauorem publicum, habeat locum etiam in accusatore. finaliter non est recedendum a communi sententia, maxime quia nomē instrumenti respectu testium, est quoddam genus, sub quo continentur & testes & multæ species probationis largo modo, vt in c. peruenit. j. tit. proxi. el primo, & l. 2. ff. de fi. instru. & l. notionem. §. instrumentorum. ff. de ver. sig. quod ergo dispositio facta de instrīs traheretur ad testes, vbi esset eadem ratio, istud esset facili⁹, ex quo testis potest comprehendi sub ista appellatione, vt probatur in d. c. peruenit. Sed econtra, vbi fit mentio de testibus, dispositio trahatur ad instrumenta, hoc non potest eodem modo dici, per tex. no. quem ibi ponderat Barto. ad hoc, in l. tutores. ff. de admi.

ADDITIO.

a VIN. GOD. Nota, ꝙ notariatus consistit in facto, ideo probari dēt, quādo negatur qualitas notariatus. Ay. Cra. cons. 72. nu. 1. li. 1. & cons. 172. num. 16. Præsumitur tamen propter antiquitatem temporis vltra centum annos. Idē cons. 274. nu. 14. lib. 2.

de admi.tut.per quem Bar.dicit,ꝙ quando fit mentio de tutore in vltima voluntate,ſed non poteſt conuenire,hoc nomen proprie exponit pro curatore,& comprehendit curatorem,qa plus eſt tutela quam cura,vt l.pater Seuerinam.§.j.ff.de condi.& demon.vt ſæpe exponitur tutor,id eſt curator.ſed non econtra, qa curator eſt quædam ſpecies tutelæ,largo modo ſumpto, & minus continet quam tutela, ſi teſtator dat curatorem in teſtamẽto,non exponitur pro tutore, quia id quod eſt minus non continet id quod eſt plus. In ſecunda autem dubitatione concludit Io. And.& recte,ꝙ licet tertia reprobatio teſtium ſit prohibita p teſtes,non tamen eſt prohibita per inſtrumenta,quia negatiue non eſt eadem ratio in prohibendo inſtrumenta, quæ eſt in prohibendo teſtes,& in c.cum dilectus.j.de fi.inſtru.vt patet ex no. in c.j.de cenſi.in 6.in glo.& in l.teſtium.in fi. C.de teſti.in quibus locis enumerantur caſus, vbi admittitur probatio per inſtrumentum & non per teſtes.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes ſi indiſtincte mortui ſunt,atteſtationes receptæ per arbitros faciunt fidem,ſin autem in electione illius eſt contra quem producuntur, an velit eſſe contentus prioribus dictis,an velit ipſos de nouo produci.*
2 *Compromiſſum factum cum rectore eccleſiæ,tranſit ad ſucceſſorem, licet compromiſſum ſimpliciter factum ad hæredem non tranſeat.*
3 *Acta iudicij qualiter authenticentur, vt fidem faciant coram alijs iudicibus.*
4 *Arbitro diu abſuturo a compromiſſi loco, an etiam partes iudicem ordinariũ adire,vel impetrare delegatum poſſint.*
5 *Acta ordinaria coram arbitro facta, an perire coram iudice ſubrogante videantur.*
6 *Producere iterum teſtes,pars contra quam ſunt producti,an teneatur, nolens habere rata dicta eorum.*
7 *Teſtium examinatorum coram arbitro, diſpoſitio huius decretalis, an coram arbitratore examinatos comprehendat.*
8 *Confeſſio coram arbitro facta,quando dici poſſit iudicialis.*
9 *Sententia per arbitrum lata,an infamet ſicut ſi fuiſſet per iudicem lata.*

CAP. L.

1 PRæſentata. †Atteſtationes receptæ per arbitros faciunt fidẽ,ſi teſtes mortui ſunt indiſtincte.ſi nautem in electione illius, contra quem producuntur, eſt an velit eſſe contentus prioribus dictis,an velit ipſos de nouo produci. h.d.ſecunda eſt ibi,diſcretioni veſtræ.tertia eſt ibi, ſaluo iure. Primo not.ex iſto
2 tex.ibi,inter quondam R.prædeceſſorem ſuum,† ꝙ cõpromiſſum factum cum rectore eccleſiæ tranſit ad ſucceſſorem, licet compromiſſum ſimpliciter factum non tranſeat ad hæredem, vt in c.fi.ẽ.de arbi.& l.diem proferre. §.ſi quis litigatorum. ff.e. & hoc eſt ideo ſecundum Lau.& Vin.hic,& etiam do.Ant.qui ita refert,quia ꝓmiſſum fuit factum nomine eccleſiæ, quaſi ſentiant ꝙ ſecus ſit, ſi ſit factum nomine perſonæ, v.g.expreſſo nomine proprio ipſius compromittentis,intellige tamen,ꝙ interuenerit auctoritas ſuperioris, alias non tranſiret ad ſucceſſorem in eccleſia, vt in c.veniens.& c.de cætero.ẽ.de tranſac. & in c.peruenit,ẽ.de arbi.ſuper quo vide quod no. Doct.in c.fin. ne prela. vi.ſuas.dom. Abb.intelligit & melius ꝙ in dubio etiam ſi non ſit factum nomine eccleſię, nomine ipſius videatur factũ. tu dic clarius ꝙ etiam ſi nomine proprio ſit factum, ex quo cã poterat ad eccleſiam ſolam pertinere, quia agebatur de iuriſdictione archidiaconatus,in dubio videtur factum nomine eccleſiæ,iuxta ea, quæ traduntur in l.poſt mortem. ff. quando ex facto tu.& l.j.§.nunciatio ff.de oper.no.nun.per Bart.hoc tamen eſt limitandum, quando compromiſſum hincinde fieret inter ipſas eccleſias,quæ non poſſunt mori.12.q.2. c.liberti.& in c. ſi gratioſe.de reſcri.in 6.vel inter eccleſias, vel aliquam vniuerſitatem.ſed quãdo compromiſſum fieret inter eccleſiam, & priuatum hominem,etiam clericum,dummodo ageretur de reb. ſui patrimonij:tunc niſi ex parte priuati, cum eſſet facta expreſ-
3 ſa mentio hæredum,etiam ex parte eccleſiæ, compromiſſum a non tranſiret ad ſucceſſorem,vt claudicaret,vt eſt caſus in ſimili in l.ſed interpellatur.§.fi.ff.de arbit.per quem tex.ibi ita determinat Cy.in q.noſtra,& Bal.refert, & idem tenuit olim Odofr. cuius dicta refert Guil.in Spec.in tit.de arbit.§.finitur.ver.quid ſi prælatus.& q̃uis ibi ita ſe bene non expediat,mens tñ ſua videtur eſſe ſecundum diſtinctionem prędictam.Secundo no.ibi,ſi-
3 gillorum ſuorum impreſſione, &c. nã hic videtur caſus no.† ꝙ acta iudicij authenticantur, vt faciant fidem coram aliis iudicibus per ſigilla ipſorum iudicum.de qua materia dic, vt tradunt Inn.& Mod.in c.2.j.de fi.inſtr. Tertio no. & ſingulariter, in ver.
4 & aliis, † ꝙ qñ arbiter eſt diu abſuturus a loco compromiſſi nõ ſolũ ipſe ꝑt iuſte deponere õmiſſionẽ ſibi faciam, vt l.licet.& l. ſi qua.in prin.ff.de arbi.ſed etiam ipſæ partes,vel altera ipſarum poſſunt adire iudicem ordinarium, vel impetrare delegatum a ſuperiore ſine metu pœnæ.& hoc tenet hic Hoſti. & communiter Doct.licet ſi vna partium iret ad iudicem ſine iuſta cauſa incideret in pœnam compromiſſi,vt l.ſi quis rem. & ibi no. ff. de arbit. Vides etiam hic, ꝙ hic ponderatur abſentia alterius ex arbitris a loco compromiſſi quo ad faciendum nouam commiſſionem,ſed ex eodem ver.ſecundum Doct.hic, licet glo.ibi ꝺicat & non recte, limitatur ſingulariter text. in l. non diſtingue-
b mus.§.ſacerdotio.ff.de arbit. vbi dicitur,ꝙ arbiter [b] excuſatur a compromiſſo,ſi ſuperuenerit ſibi ſacerdotium. nã illud eſt verum in eo,qui prius non erat ſacerdos · ſed ſi ſacerdos acceptat compromiſſum,licet poſtea efficiatur Archiepiſcopus, vel Epiſcopus,& ſic mutẽ in altiorem gradum,tamẽ non poteſt ſe excuſare.pro quo facit litera, quæ non ponderat aſſumptionẽ ad maiorem gradum,ſed diſtantiam a remotis diuturna abſentia. & pro primo dicto videlicet,ꝙ pars poſſit ſine metu pœnæ adire iudicem,bene facit tex.in l.ſi longius.in prin. ff. de iudic.& l. pe.§.fi.de vac.mune.qa ſi quãdo iudex eſt abſuturus diu, pars poteſt impetrare alium iudicem loco illius,vt probant dictæ leges,ergo ſimiliter poterit adire iudicem loco arbitri,qui eſt ſi-ꝑis iudici,vt l.j.ff.de arbit. Quarto no.in ver. mandamus.ibi,iudex
5 huiuſmodi acta.†ꝙ acta ordinaria facta coram arbitro, non videntur perire coram iudice ſubrogante, & hoc communiter tenent hic Doct.quando partes ita expreſſe conueniſſent, vel quãdo hoc faceret ſuperior hñs ſupremam poteſtatem, ſicut ſummus Pontifex.& ita intelligunt iſtum text.hic. vbi autem alterũ iſtorum non interueniret, quid iuris ſit, dicemus tibi in proſecutione materiæ. Quinto no. ibi, vt idem admittatur iterum,
6 vt hic per Mod.& bene,†ꝙ pars contra quam teſtes ſunt producti,non tenetur,ſi nõ vult habere rata dicta teſtium, ipſos iterũ producere,ſed ſatis eſt ꝙ conſentiat,vt producantur.ſimilia verba ponit tex.in l.fi.circa prin.C.de teſti. Ex quo infertur,ꝙ expẽſæ, quæ ſunt faciendæ in teſtibus producendis, ſunt faciendæ ꝑ partem aduerſam, quæ illos producet. quæſtio decidetur in §. venturus.licet lo.Cal.hic aliter dixerit,male intelligens iſtũ tex. intellexit videlicet ꝙ pars, quæ non vult habere ratas atteſtationes,ſit illa quæ habeat teſtes producere, cuius contrarium manifeſte innuunt iſta iura, vt patet ibi,conſentiant, &c. Aliud eſt enim conſentire,ꝙ fiat actus,& aliud facere actum. Ex illo etiã ver.habes no. ꝙ non requiritur in terminis decre. conſenſus vtriuſq; partis,ſed ſufficit conſenſus & probatio partis, ꝺ quã teſtes ſunt producti. Secus eſſet,ſi atteſtationes eſſent oĩno nullæ, vt patet in c.cum cauſam.in fi.ſ.ea.ſecundum Docto.& pro declaratione materiæ huius decretalis,quærunt hic d.Ant. & Mo
7 der.†vtrum,ꝙ hic dicitur de teſtibus examinatis coram arbitro, habeat locum in teſtibus examinatis coram arbitratore. ſuper quo do.Ant.referendo do.Bar.breuiter in l.fi. C.de teſti. diſtinguit,ꝙ aut arbitrator recepit teſtes ſolenniter in forma iuris, ſicut ſi fuiſſet iudex vel arbiter, & tunc iſti teſtes faciant fidẽ: aut recepit eos non in forma iuris,& tunc non faciant fidem,qa nõ videntur teſtimonia recepta, neq; iudicialiter, neq; quaſi iudicialiter,ergo non creditur eis,vt l.3.§.diuus. ẽ.de teſti. do.Abb. Mod.hic ponit multa verba,& in effectu adducit duas rõnes, ꝑ quas concludit,ꝙ ſiue recipiantur in forma iuris,ſiue non, non eſt credendum iſtis teſtibus coram iudice. Prima ratio ſua ſtat in hoc,quia ſecundum Inno.in c.Quintauallis.j.de iureiur.arbitrator non procedit iudicialiter,nec quaſi iudicialiter, vnde ſm eum,non eſt vis, ſiue faciat litem conteſtari coram ſe,libellũ offerri,& ſimilia,ſiue non, quia poteſt ſine iſtis ſolennitatibus extraiudicialiter procedere. vnde cum ſemper & in oi caſu non procedat ad inſtar iudicis,ſicut facit arbiter, non credetur teſtibus exaĩatis coram ipſo. Secundo, ꝺt ipſe, iſti teſtes coram arbitratore examinantur in iudicio ſummario ad alium finem.ſ.ad decidẽdũ litẽ,nõ ꝑ viã iuris, vt l.ſi de meis. §.recepiſſe. & ibi no. ff.de arbi. ergo non debent prodeſſe coram iudice ad finem pronunciãdi de iure,iuxta c.veniens.ẽ.eod.& in c.cum in tua.vnde nec ſibi placet diſtinctio Bar.nec dictũ do.Card.Flo. qui tenuit, ꝙ indiſtincte iſti teſtes faciant fidem coram iudice.licet.n.ſecundum eum,aliqñ appone arbitri, arbitrator largo modo cõprehendatur.l.ſi ſocietatem.§.arbitrorũ.ff.pro ſoc.nihilominus in caſu noſtro non venit ꝓp diuerſitatem rõnis, quia vnus ꝓcedit ad inſtar iudicis,& alter non, ſicut ẽt in multis aliis appone arbitri, non venit arbitrator,iuxta dĩas, quæ ponũtur inter eos in c.Quintauallis.j.de iureiur.tu aũt aduerte,quia Bar. & Sal in illa l.fi.ſimpliciter referunt Iaco.de Butr. tenere ſine diſtinctione Bar.licet Bar.illam appropriet Iac. But. ꝙ teſtes producti coram arbitratore non probent coram iudice. & pro iſta concluſione facit tex.cum gl.& quod ibi no.Doc.in auth.decernimus. C. de arbit. dum volunt quòd diſpoſitio in materia correctiua facta

de arbitro

ADDITIONES.

a VIN. GOD.Adde,ꝙ compromiſſum de re eccleſiaſtica,& ſpirituali,in laicũ arbitratorem fieri poteſt. Grat.conſ.87.nn.10.lib.1.

b VIN. GOD. Nota,ꝙ arbiter non poteſt ferre ſententiam partibus abſentibus,etiam per contumaciam. Goz.conſ.100.nu.3. tamen in laudo ferendo non tenetur citare partes.ibidem,nu.17.

de arbitro non trahatur ad arbitratorem. Secundo pro ista conclusione facit optime quod tradunt Cy. & Bal. per illum text. in l. quod tempore. C. de resti. mili. & in l. 2. in vltimo verbo. C. de eden. vbi Bal. posuit. vbi volunt no. ꝙ licet iudex in iudicio summario vltra naturam ipsius iudicij recipiat testes plene, sicut si reciperet in iudicio plenario: nihilominus si factum testis in iudicio plenario erit idem dicendum & fortius in casu nostro, qñ vt arbitrator plene recipiat testes: secꝰ si esset arbiter vel iudex, quia nihilominus arbiter est & non arbitrator propter naturã cognitionis, videtur ꝙ testes non faciunt fidem coram iudice, licet Iac. de But. in l. fi. C. de reb. cre. & iureiur. dixit ꝙ si arbitrator procedit secundum ordinem iuris, efficitur arbiter, & tenet̃ pronunciare vt arbiter, & non vt arbitrator, hoc tamen non approbatur communiter, quia patet per hoc ꝙ aliquis eligitur arbitrator, videtur quidem sibi data potestas procedendi extraiudicialiter & non seruato iuris ordine, si tamen velit iuris ordinẽ seruare in procedendo, potest quidem & etiam ferre sententiã de iure, & tamen dicetur arbitrator & non arbiter, quia non repugnat naturæ arbitrationis, ꝙ possit & procedere de iure & ꝓnunciare de iure. & ita tradit singu. Io. An. in addi. Spec. in titu. de arbit. §. fi. ver. quid si compromissum. & sequitur do. Ant. de But. in quarta differẽtia in c. Quintauallis. de iureiur. & per istas rationes patet, ꝙ quandocunque procedat, non procedit quasi iudicialiter. dom. Ant. in illo c. Quintauallis. in 14. differentia, expresse reprehendit Bar. in d. l. fi. C. de testi. Sed contra ista pro dictis Bar. multum facit tex. in cle. sæpe. in fi. de verb. sign. vbi tex. vult, ꝙ ille qui potest procedere de plano, sine strepitu, &c. possit in totum vel in partem obseruare ordinem iudiciariũ, si vult. & dicetur tunc cognitio facta plenarie, licet virtute commissionis possit procedere summarie. Similiter videmus in clem. j. de offi. deleg. in glo. ordi. ꝙ executor deputatus ad prouidendũ, qui potest procedere extraiudicialiter, nihilominus in procedendo in forma iudicij efficitur efficit ordinem iudiciarium parem, ergo idem dicemus in arbitratore, ꝙ quantum ad actum, quem
a exercet vt arbiter, [a] dicatur arbiter, licet in aliis actibus procedat vt arbitrator, sicut sentit gl. in d. cle. vnica. dum vult, ꝙ qñ executor citauit partem, & sic assumpsit partes iudicis, possit tamẽ postea vt executor non admittere excipiẽtẽ. Prẽterea contra illam doctri. Cy. & Bal. s̃. alleg. tenet do. Ant. de Bu. in c. causam, quæ. s̃. eo. & Iac. But. in l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter. ff. ex q. cau. maio. pro quibus multum facit tex. in d. cle. sæpe. Vnde articulus remanet dubius. finaliter omnibus recte ponderatis, placet mihi con. do. Ant. in d. c. Quintauallis. & Moder. hic no. per rationes ipsorum, quia dato ꝙ arbitrator, ꝙ recipit testes in forma iuris, recipiat eos vt arbitrator, & non vt arbiter: si tamen esset omnino eadem ratio in arbitratore, quæ est in arbitro, quia sub appellatione arbitri largo modo potest venire arbitrator, dicendum esset, prout dixit Bar. in d. l. fi. dispositio enim facta sub nomine officij, trahitur ad aliud officium habens omnino eandem potestatem, vt l. 2. §. si iure. vers. & si quidem, & ibi per Bar. ff. ad Tertul. Vnde dispositio etiam pẽnalis, quæ fit de iudice ordinario vel delegato, trahitur ad arbitrum iuris, licet non sit ꝓprie ordinarius, neq; delegatus, vt ait Io. An. no. in tit. de recusa. §. fi. ver. sed nunquid. & tenent Mod. in c. fi. j̃. de re iudi. & gl. est no. in c. j. in ver. in iudicio. li. 6. & istud consonat regulæ communi, quæ vult, secundum Mod. in l. si vero. §. de viro. sol. mat. ꝙ in materia exorbitanti, dummodo non sit multum odiosa, fit extẽsio de persona ad personam, quando vna persona potest cõprehendi sub altera, saltem ex vi vocabuli lata. & hoc est, quod dicit Bal. no. per illum tex. in l. ex facto. ff. de neg. gest. dum vult, quod dispositio facta de vno officio, trahatur ad alium, quãdo est eiusdem potestatis, & sic in qua est eadem ratio. Sed in quæstione proposita subtiliter considerando, sicut ego scripsi in sim. q. in c. causam, quæ. s̃. eo. non videtur esse omnino eadem ratio, quia possibile est, ꝙ licet arbitrator receperit testes in forma iuris, vt pars producens testes, vel pars aduersa in probãdo, vel in reprobando, ꝙ non habuerit tantam diligentiam, sicut si fuisset processum coram iudice, vel arbitro, quia arbitrator potest credere veritati, licet forte non ita de stricto iure probatur, vt in fi. tradit Bal. in l. solam. in fi. C. de testi. vel quia non fuisset forte admissurus aliquas exceptiones, quas admitteret iudex & arbiter, cũ arbitrator procedit de æquitate, vel quia concedit pars, quæ poterat reprobare testes, ꝙ arbitrator inspecta veritate, non tm̃ inferret sibi præiudicium per dictos testes, sicut iudex vel arbiter. Vnde propter minus præiudicium non curauit ita diligẽter reprobare personas vel dicta. quinimmo dispositum in arbitro, non vr̃ trahi ad hunc arbitratorem, sicut videmus, ꝙ licet testes qñ agitur ciuiliter, dummodo recipiantur in forma iuris, nihilominus non probant ad condemnationem in iudicio crĩali propter maius præiudicium, quod infertur in illa cã, vt l. 2. §. hoc edicto. & ibi per Bar. ff. vi bo. rap. & per hanc similitudinem ego dixi in d. c. causam, quæ. ꝙ testes recepti in iudicio summario, quod est summatum gestum, quia snĩa nõ infert plenum præiudicium, non probant in iudicio ordinario, & illo casu sum secutus dicta Cy. & Bal. in locis s̃. alleg. quæ secutus forte non essem, si alia ratione iudicium esset summarium: puta ex cõmissione superioris, vel propter priuilegium causæ. exemplum in cle. dispendiosam. de iudi. & isto modo intelligo tex. in cle. sæpe. in fi. qui videtur probare, ꝙ si in iudicio summario proceditur ordinarie, dicatur ordinarie processum, & sic plene cognitum, & isto modo modifico, quæ scripsi in c. causam, quæ. siue sit cognitum ordinarie in totum, siue in partẽ, quia intelligo quatenus est ordinarie processum, ꝙ dispositio facta de vna specie officij, non trahat̃ ad aliam, vbi non est eadem ratio, vt est glo. in c. dispendiosa. §. reus quoque. de rescr. in 6. & licet Io. An. in ti. de recusa. §. fin. s̃. alle. velit, ꝙ licet iudex ordinarius vel delegatus a Principe pos-
b sint committere vices suas, non tñ idem erit in arbitro [b] iuris, q tñ habet iurisdictionem, & est iudex. & ꝙ acta facta coram arbitratore non probent coram arbitro vel iudice, tenet Dy. & Bal. in l. si de meis. in §. recepisse. ff. de arbi. Secundo adde dictis Docto. hic, inquantum d. Ant. referens dicta Pet. & Cy. in l. vna. C. de confes. & Io. An. qui ista dicta videtur sequi in ti. de confes. §. nunc videndum. ver. quid de confessione. tenet, ꝙ confessio facta coram arbitro, valet tanq̃ confessio extraiudicialis. Ex quo infertur, ꝙ nec habet executionem paratam, neque facit fidem tanq̃ iudicialis, etiam si sententia arbitri esset emologata, & sic hr̃et executionem, sicut snĩa iudicis, iuxta l. cum antea. C. de arbi. & quod do. Abb. & Io. de Imo. hic non approbant. Mouẽtur subtiliter ratione, quia cum tex. in l. cum antea. in fi. intendat inducere aliquid de nouo vltra ius vetus, vt patet per verbum statuimus, positum in tex. iuxta ea, quæ habentur in c. consultationi. s̃. de temp. or. dicatq; standum esse testibus, & confessionib. factis coram arbitro, manifeste datur intelligi ꝙ ille tex. vult cõfessionem factam coram arbitro facere fidem tanq̃ iudicialem: alias nil induceret de nouo, quia omnino etiam ante illam l. ꝓfessio illa valeret, vt extraiudicialis, sicut dicimus de confessione facta coram iudice incompetenti, vt plene traditur in c. at si clerici. in prin. s̃. de iudi. & hoc videtur sentire Bar. in l. vna. in prin. C. de confes. & in l. non fatetur, in pulchra quẽstione. ff. eo. & ita
8 transeunt communiter Mod. † I u vero considera diligentius ꝙ aliquando quæritur vtrum ista confesio possit dici iudicialis, vel quæ habeatur pro indicio aliquo ad effectum probatiuũ. Aliquando quæritur vtrum possit dici quo ad effectum inductiuum vcz, vt habeat executionem paratam vt sententia & sicut habet cõfesio facta coram iudice, vt l. post rem. ff. de re iudi. & l. vna. C. de confes. & hoc est quod tetigit hic dom. Ant. ad quod Moder. non bene prospexerunt. Primo casu indubitanter credo confessionem censeri iudicialem, i. haberi pro iudiciali, quo ad omnes effectus probatorios. & vltra rationem subtiliter assignatam adduco duas alias. prima est, quia si probatio facta ꝑ testes coram arbitro habetur pro iudiciali, alias nõ probaret coram iudice, vt in textu nostro: multo fortius ipsa cõfessio, ad cuius validitatem vt dicatur iudicialis, & reus ex illa possit condẽnari, nõ requiritur ordo iuris, vt si probatur per testes, vt in c. fi. s̃. de resti. spol. & ibi no. & tradit Inno in c. qualiter & qñ. el 2. j̃. de accu. & Bar. in l. si confessus. ff. de custo. reo. inde est ꝙ confessio facta in iudicio summario, semper facit fidem in plenario, vt no. Inn. in c. cum dilectus. s̃. de or. cog. quæ tamen non est in testibus, vt in c. veniens. & ibi no. j̃. eo. Præterea cum text. in d. l. cũ antea. in fi. simul inducat de confessione & de testibus productis coram arbitro, quod eis debet stari vniformiter, & secundũ eandem qualitatem, ergo sequitur ꝙ de vtroq; velit determinare, iuxta l. q̃uis. C. de impube. & aliis substi. & l. iam hoc iure. §. j. ff. de vulg. & pupil. sicut igitur testes habentur pro productis in iudicio, quia alias non probarent, vt l. 3. §. idem diuus. ff. de test. ita & confessio. & hoc credo esse verum siue sentẽtia arbitri sit emologata vel emologabilis siue non, quia iura simpliciter dũt probationibus factis coram iudice esse standum cum distinctione hic posita. & hoc tenet Bald. assignans rationem diuersitatis inter snĩam & acta in d. l. fi. C. de test. Secundo casu debes cõsiderare tres casus. nam aliqñ ꝓfessio fit coram arbitro cuius snĩa nõ est emologabilis: puta qñ fuit factum ꝓmissum cũ pẽna sine clausula rato manente contractu, sicut dicit gl. in l. j. ff. de arbit. &

ADDITIONES.

a VIN. GOD. Adde, an a sententia arbitri possit appellari stante statuto, ꝙ non, uide Soc. iun. cons. 48. nu. 35. & nu. 49. & 61. & arbitrorum omniũ præsentia requiritur de iure ciuili, de iure autem canonico saltem absentis citatio. ibidem nu. 48. lib. 1.

b VIN. GOD. Differentiã inter arbitrum, & arbitratorem, ponit Alex. consi. 22. nume. 10. lib. 5. Arbiter enim est ille, qui habet iudicare secundum ordinem iudiciarium. Arbitrator autẽ est ille, qui assumitur de iure & de facto, ita Alex. post Bar. cons. 13. col. 3. li. 1. & ideo potest partes lædere. Alex. consil. 254. col. 2. lib. 6. & tollere de parte una & dare alteri. Alex. cons. 62. num. 17 lib. 7. & Soc. cons. 220. col. 1. lib. 2.

bit. & tunc non est dubium, q̃ confessio non habet executionē paratam, quia nec ipsa sententia haberet. aliquando sententia arbitri est emologabilis: & tunc considera duos casus, quia aut est lata sententia per arbitrum & emologata, aut nulla sentētia est lata. primo casu licet hoc non tangant, dicendum est, q̃ confessio non erit exequibilis, quia confessio meretur executionē ex eo quod confessus habetur pro condemnato, vt l. vna. C. de confes. quod non est verum quando post cōfessionem expectatur sentētia, puta quia præcessit libellus, &c. vt ibi declarat Bar. in l. j. ff. eo. vnde si præcedit confessio & sequitur sententia, satis est, q̃ sententia ipsa sit exequibilis, quia lex non vtitur remediis superfluis, vt l. hæc stipulatio. §. diuus. ff. vt le. no. caue. & l. j. §. dixit aliquis. ff. de publi. Sed tertio casu relinquitur in dubio, videlicet quando confessio fuit facta coram arbitro, nec est secuta sententia, in quo casu videtur dicendum q̃ ista confessio habet executionem paratam, sicut si esset facta corā iudice. & primo quidem per gl. valde no. in l. quid ergo. §. ex compromisso. ff. de his qui no. infa. vbi gl. sentit, q̃ confessio facta coram arbitro, reguletur a sententia ipsius arbitri. vnde infert ibi, q̃ sicut sententia arbitri non infamat, ita nec confessio. ergo videtur q̃ illū effectum operetur confessio, quem operatur sententia. Præterea sicut promissio facta inter partes de parendo sentētię, quia subrogatur loco sententiæ, habet executionem paratam, vt sentētia, vt est casus singularis in l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pac. & ibi per Bart. & plene traditur per Moder. in c. si quando. s̃. de offi. dele. vbi bonus tex. ita videtur de confessione, quæ est facta coram arbitro, quia subrogatur loco sententiæ. posset eñ arbiter facere preceptum sicut iudex, quando libellus non præcessit, secundum Bar. iuxta l. si debitor. ff. de iudic. vel etiam si libellus præcessit, dummodo iudex eligat quomodo ferret sentētiam, secundum Io. An. in addit. Spec. cuius dicta referunt Moderni in l. debitoribus. ff. de re iudicata. videtur q̃ similem effectum talis confessio debet sortiri, quem haberet sententia arbitri, si esset emologata. His tamen non obstantibus, in hoc casu sequor sententiam Cy. & Pet. & Io. And. in locis s̃. allegatis, licet Bar. sentiat contra in l. vna, in fi. C. de confess. & pro veritate cōsidera, q̃ aut tu dicis hanc confessionem esse exequibilē ex eo, quia arbiter equiparetur iudici per l. j. ff. de arbi. Et sicut cōfessio facta coram iudice meretur executionem, vt l. post rē. ff. de transac. ita & facta coram arbitro. aut tu dicis, quia ideo ista cōfessio sit exequibilis, quia cum hodie sententia arbitri emologata meretur execu. per l. diem proferre. §. stari, &c. videtur q̃ inductū in sententia extendatur ad cōfessionem factam coram arbitro. sed primum est falsum & contra tex. in l. quid ergo. §. ex cōpro-
9 misso. præallegata. vbi Iurisconsultus sic arguit, †q̃ immo sentē tia per arbitrum non infamat sicut lata per iudicem, quia non per omnia equiparantur arbiter & iudex, & sic manifeste datur intelligi q̃ equiparantur. l. j. ff. de arbi. non tamē potest argui de iudice ad arbitrum quo ad effectus qui ex facto iudicis oriūtur sed solum quo ad modum procedendi ordinarie inductū. Pro qua conclusione facit optime tex. cum gl. in l. si cum dies, §. fin. ff. de arbit. vbi patet q̃ condemnatis ab arbitro non datur tēpus quadrimestre, sicut condemnatis a iudice. secundum etiam nō videtur posse dici, quia cum tex. in l. cum antea. C. de arbi. inquātum vult q̃ sententia arbitri emologata habet executionem, & inducat dispositionem exorbitantem a regulis iuris, dispositio facta in sententia intelligitur de sententia vera. Confessus au-
a tem non est condemnatus [a] vere, sed habetur pro cōdemnato. ergo & propter hoc quia habetur pro condemnato, confessio efficitur exequibilis, si est facta coram iudice, vt in d. l. vna. C. de confess. sicut ergo dispositio loquens de vera confessione simpliciter non trahitur ad confessionem fictam, vt est gl. no. in l. 2. §. diuus. ff. de iure fisci. quam approbat Bar. in l. eius qui delatorem. in fi. ff. eo. tit. & Bald. in l. 2. C. de eden. ita dispositio facta de vera sententia non trahetur ad fictam. & ad materiam vide tex. & quod ibi no. in l. si tutor. C. de interdic. mat. Et per ista sufficienter sit expressus & expeditus iste ar. & quia sicut dixi in no-
4 tabilibus glo. prima tenet, q̃ ille qui tempore compromissi erat sacerdos, si postea efficitur archiepiscopus vel episcopus nō cogatur sententiam dare, reprehenditur communiter a Doctoribus. debes scire, q̃ do. Abb. Moder. hic defendit istam glo. & recte iudicio meo, q̃m ratio tex. in l. non distinguemus. §. sacerdotio. ff. de arbit. est, vt laicus effectus sacerdos non cogitur dare sententiā, quia est occupatus in religione & sacris. qua ratione attenta sequitur, q̃ cum episcopus vel archiepiscopus lōge magis sint occupati quam simplices clerici in administratione rerum spiritualium. 40. distin. c. ante omnia. 8. quæstio. j. c. qui episcopatum. adhuc stat ratio illius tex. vt propter superuenientiā maioris occupationis debeat recusari. Pro ista conclusione facit, quia non potest negari quin episcopatus vel archiepiscopatus sit diuersus ordo a sacerdotio, vt patet 21. distinct. c. cleros, & traditur in procœmio sexti. per glo. q̃ sacerdos simplex, qui acceptauit compromissum, licet præiudicauerit sibi in vno ordine, non tamen videtur sibi præiudicasse in alio ordine postea superuenienti, nedum si alias ordo esset maioris ponderis, etiam si esset æqualis. casus est nota. ad propositum in l. non distinguemus. §. item siquis Romæ. in ver. nec interest. ff. de arbi. vbi tex. dicit, q̃ licet ille qui existens legatus Romæ facit compromissum, non obstante legatione, in qua fecit compromissum, teneatur coram arbitro respondere durante illa legatione: secus tamen est si compromissum fiat in vna legatione & aliquis citet coram arbitro in alia legatione de nouo sibi concessa, quia quo ad illam nouam non videtur sibi præiudicasse.

ADDITIO.

a VIN. GOD. Condemnatus dicitur rite condemnatus. Tho. Gram. decis. 27. nu. 5. & 6. & nota cautel pro condemnato ad mortem, ut eius exequutio differatur, & qualiter quis possit euadere, tradit Cæpol. caut. 1 & 2.

SVMMARIVM.

1 *Testibus etiam religiosis sine iuramento, parte contradicente, non creditur.*
2 *Frater minor & alij religiosi in causis ad suam ecclesiam pertinentibus, testes esse possunt.*
3 *Fratres minores & alij religiosi, extra causam sui monasterij inter laicos, an esse possint testes.*
4 *Professionis ad essentiam & necessitatem probandæ, an scriptura requiratur.*
5 *Custos fratrum minorum, tanquam prælatus religiosum sibi subditum, an vendicare possit.*
6 *Professio præsumptiue, an probetur per solum ingressum religionis infra ann. probationis.*
7 *Religionem ingrediens, infra ann. probationis expresse profiteri non potest.*
8 *Probationis infra annum religionem ingressus, an absque licentia discedere possit.*
9 *Testis receptus, non iuratus, parte præsente & non contradicente, an probet.*
10 *Vsurarius, si in mortis articulo confessus est presbytero extorsisse vsuras, an soli presbyteri testimonio credatur, vt publicetur vsurarius.*
11 *Imperator, quando statuere possit, quòd vni testi soli credatur.*
12 *Imperator an statuere possit, quòd testibus non reddentibus concludentem rationem credatur.*

CAP. LI.

1 NVper †Non creditur testibus ēt religiosis par-
te d̃icente sine iuramēto. secūda est ibi,
2 rñdemus, &c. † No. primo, q̃ frater minor potest esse testis in causis pertinētib. ad suam ecclesiam sicut & alij religiosi, de quibus in c. tuis. & in c. insuper. s̃. eod. & in c. etsi
3 Christus. in fi. j. de iureiur. ††, Vtrū āt possint esse fratres minores & alij religiosi testes extra causas suæ ecclesiæ, maxime inter laicos. cōiter concluditur q̃ sic, vt plene tradit Spec. in tit. de teste. ver. item q̃ etiam monachus. vbi sentit fm gl. Accursij in Auth. de monachis. §. cogitandum. q̃ possint testificari indistincte sine licētia sui prælati. quod vtrum sit verum, dic vt plene scribit do. Abb. Mod. & ibi scripsi post eum in c. cum nuncius. s̃. eo. & de ipsis & de clericis ibi vide, vtrum valeat eorum iurm & testimonium sine licentia p̃lati. & tex. 14. q. j. c. q̃q̃. & qd̃ no. in c. j. s̃. de iura. cal. Secundo no. ibi, ad probandum, q̃ idē p̃sbyter, &c.
4 †q̃ ad essentiam professionis vel ēt ad necessitatem eius probādæ non requiritur scriptura. vides. n. hic, q̃ professio p̃t probari per testes, & hoc tenuit gl. no. 20. q. j. c. vidua. q̃ alleg. hic Moder. Tu vide gl. quæ tenet oppositum in c. j. de censi. li. 6. In scdo, vel tertio casu, & allegat in oppositum tex. 27. q. j. c. oēs fœminæ. & pro ista parte facit ēt tex. in d. c. vidua. Sed quia iste tex. satis clare probat s̃. & ēt videmus, q̃ tacita professio, de qua non fit scriptura sufficit, vt in c. j. de regul. in 6. cum materia, dicamus q̃ ibi scriptura requirit ad cautelam, sicut d̃t gl. in c. vidua. Tertio no.
5 †q̃ custos fratrum Minorū tanq̃ prælatus p̃t vendicare religiosum sibi subditum, & de aliis prælatis hñtibus legitimam administrationem, sicut sunt abbates, priores, & hmōi, indubitanter verum est hoc, vt probatur 18. q. 2. c. abbates. & in c. fi. j. de regula. 20. q. j. c. præsens. cum multis aliis. & de materia dic, vt tradit in c. edoceri. s̃. de rescrip. De custode autem, de quo fit mentio in tex. dixit hic Vin. q̃ nō potuisset agere pro isto suo fratre, nisi de lnīa sui superioris, quod dictum nō habet rōnem, nisi forte præsupponat q̃ iste custos non est proprie prælatus ecclesiæ, su-
6 per quo est inspicienda forma suæ ptātis. †Quarto no. q̃ per so-
a lum ingressum religionis nō probatur præsumptiue professio. [a] j. annum probat. immo presumitur q̃ ingrediens noluit mutare voluntatem, neq; profiteri nisi probetur p̃rium, vt hic patet, & clarius in c. non solum, circa medium, in ver. q̃ nō p̃sumitur, de regula. in 6. & in c. beneficium. in ver. cōstet. & ibi per gl. eo.
7 tit. †& aduerte, quia vt hic vides, de iure isto poterat ingrediens religionem profiteri expresse j. annum, hodie non potest, vt obligetur religioni Minorum, vel aliorum mendicantium, obligatur tamen in genere religioni alicui, vt in c. non solū, et in c. p̃sti-
tutionem.

ADDITIO.

a VIN. GOD. Professio tacita quomodo inducatur, Phil. Franc. in tract. petitor. dub. 3. nu. 3. & ibi, nu. 11. q̃ professio non inducitur nisi constet de consensu, habetur in 1. lib. trac. fol. 144.

8 tutionem.de regula.in 6. † Et sicut hic refert do. Abb. ĵ. annum probationis non requiritur licentia discedendi, sed potest quis recedere propria auctoritate, vt hic fecit, nec posset agere conuentus vel monasterium remedio possessorio ad recuperandū taliter exeuntem, nisi probaret de professione, vt hic probatur, & constat ratione, quæ sumitur ex no.in c.ex parte, & in cap. ex transmissa.s̃.de resti.spol.Cum enim ante professionem monachus iste non sit religiosus propriè, sed homo liber, licet quo ad quædam habeatur pro persona ecclesiastica, vt in ca. religioso. de senten.excommu.in 6.& c.beneficium, de regu.eo. lib. cum liber homo non possit possideri, vnde sicut vir, cum petit sibi restitui vxorem, debet probare de ti.matrimonij colorato, vt doceat de sua quasi possessione, quia alia libera persona possideri non posset, vt l.cum hæredis ff.de acquiren.posses. ita & prælatus, cum vendicat, vel petit sibi restitui quasi possessionem sui re
9 ligiosi. † Quinto no.ibi, contradicenti &c. arg. ꝙ quando testis recipitur non iuratus, & pars est præsens, & non contradicit, valet dictum testis. sed Hostien.& Ioan.And.hoc subaudiunt, maxime hic, & volunt ꝙ nisi pars expresse consentiat, sola præsentia & taciturnitas non valet ad dictum testis, vnde intelligunt c. tuis.s̃.eo.quando partes expresse consentiunt, ꝙ testis nō iuret. & hanc sententiam sequitur hic do. Anto.& do. Abb. Moder. p regulam positam in c.nonne.de præsump.& in regula, is qui tacet, de reg.iur. Tu autem aduerte, quia etiam si partes expresse consentiant, requiritur aliud, videlicet approbatio iudicis, vnde si iudex contradiceret, posset non admittere testem non iuratū, licet partes consentirent.ita determinat singu. Spec.in tit.de teste, §.sequitur.versi.& no.el secondo.qđ dictum cōmendat Bal. pro no.in l.j.in prin.ff.de ferijs.ita declarās ibi gl.dixi ttamen singulariter Ioan.And.in addi.Specu. in d.§.& nota, cuius dicta refert, & sequitur do.Anto.in c.fraternitatis, super vltima glos. s̃. eo.ꝙ quamuis sola taciturnitas partis non valeat ad dictum testis non iurati, si tamen testis iuret & non tangat actualiter scripturas sicut debet, vt probatur in ca.hortamur.3.q.9.& plenè in cle. j. de hæreti. in ver. tacto.per glos.ordina. & in cap. fin. s̃. de iuram.calum. vbi per Moder. sola taciturnitas partis cōualidat iuramentum sic præstitum. Quinimmo propter præsentiam iudicis & notarij præsumitur quod tetigerit scripturas, sicut debebat, licet alias vbi notarius solus esset præsens & attestaretur de iuramento non præsumeretur iste tactus scripturarū & sic iuramentum solenne, vt est gl.nota.in c. vt circa. in ver.præstitum.
a in fi.de elec.in 6. Licet autem quilibet religiosus [a] debeat iurare, vt credatur testimonio, sed in episcopo tamē speciale est, ꝙ non tenetur tāgere scripturas. 11.q.j.nec honore.& in auth. sed iudex.& ibi no.C.de epis.& cle.& de argumento.s̃.posito, videlicet vtrum requiratur expressus consensus partis & auctoritas iudicis. Item an præsumatur in dubio testis, qui iurat tetigisse scripturas, dic vt plenissime scripsi post Moder.in c.tuis.s̃. eo.In gl.posita sup ver.iuratus.ibi,& si quis vult probare se egisse pœnitentiam, adde quod nō solum statur dicto sacerdotis in fauorem ipsius pœnitentis, sed etiam in fauorem tertij, licet agatur de præiudicio alterius, vt notanter dicit gl. vlti.in c.testimoniū. ĵ.eo. per quam glo. dixit singulariter Guil.de Monte laud.& re-
10 fert Ioan.And.in c.quamquam.de vsur.lib.6. †ꝙ si vsurarius in articulo mortis confessus est presbytero se extorsisse vsuras, credetur soli testimonio presbyteri, vt ille possit publicari vsurarius & interdici sibi sepultura.& licet Moderni in casu vbi agitur de odio, non admittant istud dictum, communiter tamen concludunt ꝙ si ageretur de fauore animæ crederetur soli presbytero. & pro hoc ego dixi alias in ista ciuitate, quod si in extremo mortis articulo & in confessione infirmus reddit pacem offendenti, super hoc debeat credi soli presbytero. & posito ꝙ sibi crederetur, valebat remissio offensionis, licet pars non fuisset præsens, vt singulariter disputat Ioan.And.in titu.de instru.edit. §. compendiose.ver.14.& optime facit quod no.Bar.& Bal.in l.j. §. ius publicum.ff.de iusti.& iu.& quia gl. hic enumerat aliquos casus, in quibus creditur vni soli testi, quos plenius refert Specu. addendo alios in titu.de teste.§.restat.ver. licet autem. de duobus nunc est aliquid dicendum,& primo de intellectu c.quicunque. 10.q.j.quod transumptiue positum est in c.nouit.s̃.de iud. vbi probatur quod per l. concessum est priuilegium episcopis, vt credatur testimonio ipsorum duntaxat.nam aliqui dicūt hic, ꝙ illud c.est sublatum per tex.6.q.j.c.si tantum. & c. seq. alij dicunt, vt refert Inno. ꝙ illud c. habet locum in foro seculari non in foro ecclesiastico, quia Imperator non potuit concedere priuilegium in foro ecclesiastico, vt in c.tua.ĵ.de decimis, & in c.fi.
11 de reb.eccle.non alie. † & ex hoc no. hic modum ꝙ imperator potest statuere terminum ex causa, vel propter qualitatem causæ, vel propter honestatem personæ, quod credatur vni testi soli. fatetur tamen do.Abb.& etiam sentit Specu. in loco allegato, ꝙ illud c. quicunque, hodie non seruetur de consuetudine. nec mireris, ꝙ. Imperator hoc posset, qa etiam vniuersitas, quæ habet iurisdictionem, puta collegium mercatorum, hoc potest
12 statuere, secundum Bal.in l.fi.C.de consti.pecu. †vtrum autem possit concedere, vel statuere Imperator vel statutum populi, ꝙ credatur testibus non reddentibus concludentem rationem in aliquo casu, vide ꝙ solenniter ponit Bal.in l. si non speciali. in fi. C.de testa.& in l.solam.in vlti.q.C.de testibus. Alij dicūt, vt est Inno.in c.cum a nobis.s̃.eo.ꝙ tex.in c.quicunque. non intelligitur de quolibet episcopo.i.pōtifice.& secundum hunc intellectum determinaretur illa no. quæstio de qua tangitur in c. ad audientiam. ĵ.de præscrip.per Moder.& ego posui in cap. cum a nobis. s̃. eo. vz quia testimonio solius Papæ crederetur ēt in foro seculari, quæ opinio non est communis. Secundo dicit Specu.in loco prælegato in ver.24.ꝙ ex conuentione partiū potest induci, vt credatur, vel stet dicto vnius. allegat tex.in l. Theopompus. ff.de do.præle.& in l.fi.C.de fideicom. quam sententiā Bal. approbat in l. bonæfidei.C. re. cre. quando partes consentiunt in persona & in dicto, quia si simpliciter cōsentirent, ꝙ Titius testificaretur, per hoc non videntur approbare dictum suū, vt in l.si quis testibus.C.de testi.& 4.q.3.c.si quis.& Bar.in l.j.§. fi.ff.de verbo.obliga. videtur sentire oppositum, dum opponit ad illam l.in qua statur dicto vnius interpretis, de quo c. in omni.s̃.eo.dicit enim, ꝙ illæ leges loquuntur in teste. sed tex. ille loquitur in declaratione illius, qui non est testis. quę responsio cū reuerentia non est vera, quia sicut ipse dicit melius in d.l. Theopompus. ff.de dote prælega. tūc aliquis dicitur declarator & nō testis siue arbitrator, quando deponit super aliqua re iudicium suum. Sed quando solum refert id, quod audiuit ab altero ex cōmissione illius tunc est, vt persona testis, qui immo debet iurare vt ibi dicitur, interpres autem, qui refert in latinum id, quod est dictum alio sermone, simpliciter refert dictū alterius ex cōmissione partium. Vnde non potest dici testis, sed immo est ibi casus notabilis decidens istam quæstionem. Et hoc tenuit glos. no. quam ibi approbat do. Anto.in c.cum dilectus.s̃.de or. cog. per quam ibi dicit ꝙ ex conuentione partium semiplena probatio potest transire in plenam.& hoc est tenendum quicquid
13 senserit Bald. in l.vnica.C.de senten. quæ pro eo ꝙ interest.in 2. col.vbi inclinat in oppositum & quia hic dicitur in tex. ꝙ nulli quantumcunque religioso creditur sine iuramento, debes scire ꝙ do. Ant.de But.singulariter in c.si.in vlti.parte.s̃.de consue.tenuit ꝙ quando testes recipiuntur super notorio vel super consuetudine, possunt recipi sine iuramento. potest moueri quia in notorio non requiritur ordo iuris, vt in c.ad nostram.s̃. de iure iu. sic dixit Bar.no.l.fi.§.j.ff.de dona.ꝙ si potestas procederet in aliqua causa iuris solennitatibus omissis potest recipere testem sine iuramento.& idem dixit in l.j.ff.de testa.mili.de primo dicto do.Anto.quia dependet a materia notorij, nō discutio nūc, sed videndum est quod traditur in c.cum olim. ĵ. de re iudi. & & in c.vestra.ĵ.de coha.cler.sed secundum dictum Bar.non placet Bal.in l.milites.C de testa.mili.mouetur, quia testis non iuratus non deponit in forma testis, ergo non potest stare eius testificato.sed ista ratio est multum friuola, quia istud est verum, quando debet seruari solennitas iuris in processu, sed vbi solennitas est remota, cū iuramentum testis sit de iure positiuo,& ea possit tolli, hoc non esse verum, vt dicit Bar.in d.l.filius. sed ipse idem Bal.in l.presbyteri.C. de epis. & cle.in vlti. col. declarat sè melius. dicit enim ꝙ iuramentum est de substantia, vel de materia testificationis.i.cum intelligas de forma substantiali, vel de materia ipsius testificatus. Scis enim, ꝙ forma substantialis.s.cō tractus consistit ex materia contractus,& modo contrahendi, vt in §. precium.Insti.de emp.& ven.& in l.in ementis.C.eo.tit.qđ dictum non est verum, quia si sic esset, partes non possent renunciare tali solennitati, vt in d.l.in ementis & in l. cū precario. ff.de preca. vnde Ricar.Malum.in publica disputatione per rationem præmissam dicit totum oppositum, ꝙ iuramentum nō est de forma substantiali intrinseca, sed est de solēnitate extrinseca.& illam sententiam approbat Bar. expresse in l. si quis legatum.in fi.ff.de fal.& Ioan.And.in sua mercuriali. in 6 & in c. fine culpa.de reg.iu.vbi dicit, ꝙ de iure ffōrum testis non iurauit, & ꝙ ista non est solennitas substantialis, vt dixit. vnde alia ratione vtendum est, qua vtitur Ioan.de Imo in d.l.filius.& est ratio originalis extrauagan.ad reprimen.in verbo, sine figura iudicij. vbi dicit, ꝙ licet possit procedi sine figura iudicij, quæ verba reuera idem important ꝙ absque alia solennitate. sicut ipse idem sentit circa primum, non tamen videtur remissum iuramentū testis, quia licet formaliter & specialiter iuramētum testis sit de
b iure positiuo, est tū iuramentū in genere de iure diuino [b] ꝓpter credulitatē hominum, vt in c.& si Christus. de iureiuran.& ne

veritas

ADDITIONES.

a VIN. GOD. Nota ꝙ religiosus non seruans regulam non dicitur testis idoneus, Ay.Cra.consi.9.num.4.

b VIN. GOD. Nota ꝙ iuramentum est de iure diuino. dicitur etiam de iure naturali. Ay.Cra.consi.241.Princeps Illustriss.nu.12.lib.2.

veritas occultetur, ꝙ ius naturale suadet. & de ista secunda causa, vide tex. in cle. sæpe. de ver. significa. vnde quia nō videtur remota per verba. s̄. scripta solennitas iuris diuini, vel naturalis, vt Bar. met præsupponit in d. l. filius. ideo iuramētum testis nō videtur sublatum. sed ista ratio de subtilitate iuris non videt omnino vera, quia sicut expresse declarat tex. in c. & si Christus per missum est de iure diuino, vt iuret ad petitionem exigentis iuramentum, quæ ratio concluderet ꝙ tunc testis teneretur iurare, quando pars hoc peteret, & sic si pars taceret tunc ꝙ testis deberet iurare, nō videtur inductum de iure diuino, quia tamē omitteretur iuramentum daret materiam occultam de veritate, vt dicit tex. in d. cle. sæpe, cum loquitur de iuramento calum. possumus dicere ꝙ etiam isto casu quando pars expresse non peteret, satis tenetur testis iurare, ne alias daretur materia delinquendi, ꝙ in dubio lex non præsumitur velle, vt in l. si vnus. ff. illud nulla. ff. de pac. & l. conueniſſe. ff. de pac. dota. & in c. quemadmodum. j. de iure iuran. vel potest dici, ꝙ si pars expresse non renunciet, tacite videatur petere ꝙ testes iurent: quia cum istud sit naturale testium, testis vel tacite videtur agi inter partes, vt ita fiat, in l. cum quid. cum materia. ff. si cer. pe.

SVMMARIVM.

1 *Canonizationis ad esse vnius Sancti, quæ requirantur.*
2 *Actus miracu osi ex virtute diuina a malis aliquando fieri possunt.*
3 *Testes examinandi singulariter, de per se.*

CAP. LII.

VEnerabili. Diligenter, cum agitur de miraculis probandis, examinandi sūt testes, sicut cum reperiūtur in alijs causis. secūda est ibi, mādamus, &c. Primo no. ibi, testes quos Abb. & monachi, &c. ꝙ sicut quādo inquisitio fit super crimine ad esse eius est auctoritas iudicis minister sit in promouenda inquisitione, vt in c. cum clamor. j. eo. & in c. cum olim. j. de accu. & plene traditur in c. qualiter & quando. el. 2. eo. titu. in gl. ita & quando fit inquisitio super miraculis, vt canonizetur Sanctus, cuius canonizatio ad solam fidem apostolicam pertinet, secundū gl. quæ hoc multipliciter probat in c. j. de reli. & vene. Sanc. lib. 6. qn immo aliquando iudex habet iubere propter vtilitatem publicam, vt aliquis fiat delator, vt l. 3. & ibi per Bar. C. de delato. lib. 10. †Secundo no. ibi, sup vita & miraculis, [a] &c. ꝙ ad esse canoni
a zationis Sancti requiritur concursus duorum simul, meritum vitæ, & miracula. nam vita sola non sufficit quo ad hunc actū, quia potuit esse ficta & simulata, & non ad bonum finem, & sic non meritoria. j. q. j. c. vide. licet illa sufficiat quo ad meritū animæ sine miraculis, sicut dicit Augu. j. q. j. cap. teneamus. in fi. miracula etiam sine vita non sufficiunt, tum quia possunt fieri per artem magicam, vt in d. c. teneamus, & 27. q. 5. in c. nec mirum.
2 †Item actus miraculosi, qui possunt aliquando fieri etiam a malis ex virtute diuina dono quodam gratiæ specialis, quæ aliquā dō transit per totum genus descendentium, sicut videmus Regem Francorum, secundum Doc. de conse. distin. 4. c. solet. circa medium. Vnde & Saul, cum persequeretur Dauit, prophetauit, & tamen erat malus. j. q. j. c. propherauit. Et quæ qualitates requirantur, vt miraculum sit indicium sanctitatis, vide plene per gl.
3 in d. c. j. iuxta finem gl. Tertio no. ibi, sigillatim curetis, †ꝙ testes examinādi sunt singulariter de p se. hoc. n. indicat verbum sigillatim, in tantum ꝙ si duo vel plures examinarentur simul, non valeret examinatio vel receptio testium secundum Ioan. And. hic, & gl. in c. cum causam. s̄. eo. & est secunda gl. illius decretalis, & ibi hoc tenent Moderni. & potest esse ratio, licet ipsi non dicant, quia ista solennitas videtur plene esse grauis & nō leuis, ꝙ testes examinarētur seorsum. Est enim introducta, vt dicit gl. & recte, vt tollatur materia fallum fabricandi, ergo eius omissio reddit actum nullum, vt in c. nuper. s̄. eo. & in c. j. de rebus ecc le. non alienan. in 6. cum similibus. licet autem pars esset præsens examini, per hoc non vitiaretur receptio testium. Sed quia didicisset testificata, præiudicaretur sibi vt non posset vlterius testes producere, secundum gl. no. in l. minime. ff. de leg. & Bar. in l. quando. C. de testi. Vnde dixit hic Ioannes An. in verbo, quod etiam vna alia ratio, vltra rationem gl. potest adduci, vt testes debeāt examinari separatim, ne si simul examinētur, incidat inter ipsos varietas vel contradictio ex exaltatione vocum & contentione & partes possint audire testificata, vt excludantur per consequens ad productionem nouorum testium, iuxta c. fraternitatis. s̄. eo. Sed istud dictum non placet domino Abbati, & merito, quia vt quis excludatur a productione testium, opus est ꝙ ipse legerit attestationes & diligenter non perfunctorie. Nec suffi cit si testis ei retulit id, quod fuerit testificatus, vt satis colligī ex mente tex. in Authen. de testi. §. qui vero. & tradit Bar. in authē. at qui semel. C. de proba. multo ergo minus videtur sufficere, considerando ꝙ pars, quæ est remota a teste vel examinatore, videatur didicisse testificata, cum diligentia, licet audiuerit contradictionem vel varietatem testium, nisi forte testis totum testimonium deposuisset tam clara voce, vt totum potuerit intelligi a partibus, quia tunc satis viderentur fuisse præsentes examini, & per consequens haberet locum doctrina glo. & Bar. s̄. allegata. arg. l. j. §. eadem autem. ff. ad Sille. Et scias ꝙ per istum tex. Bal. dixit in l. solam. in fi. C. de testi. ꝙ testis, qui deponit sup miraculo, debet reddere causam, etiam si non fit interrogatus. Sed hoc non probat iste tex. ideo potius facit in oppositum, quia requirit eandem diligentiam, quæ solet & debet adhiberi in alijs examinationibus testium. vnde non videtur velle inducere aliquid speciale in ista causa. dictum tamē credo esse verum in se, & propter magnitudinem præiudicij, sicut dicimus, quando testis deponit in causa hæresis, quia semp debet reddere causam vt no. Archi. & loā. An. in c. in fidei. de hære. in 6. & etiam quia sicut declarat glo. in c. j. de reliquijs & vene. sanct. lib. 6. miraculum, per quod debet Sanctus canonizari, requirit plures qualitates, quæ non cadunt de facili in sensum ad discursum rationis omnium.

ADDITIO.

a VIN. GOD. Miraculum quomodo probetur & qualiter fiat, Troil. Mal. titu. de canoniz. sanctorum, 3 dub. num. 5. & 54. habetur in lib. 9. trac. fol. 130.

SVMMARIVM.

1 *Fama præcedente, an iudex ordinarius de iure canonico per inquisitionem procedere possit.*
2 *Iudex etiam publicatis testibus in causa inquisitionis, ex officio ad offensam & defensam testes recipere potest.*
3 *Accusatio si est instituta, vel inquisitio per aliquem, qui promouetur voluntarie, nunquid iudex tunc ex officio testes producere poterit post didicita testificata.*
4 *In causa inquisitionis semel absolutus, an possit amplius inquiri, vel ciuiliter molestari.*
5 *Inquisitionis promotor prioribus testibus publicatis, an possit nouos testes producere.*
6 *Fideiussore iurato, nihil debere præstare, si contra principalem agatur, iudex coget fideiussorem dictum suum obscurum declarare.*

CAP. LIII.

VM clamor. Iudex ex officio potest repetere testem in causa inquisitionis, vt declaret dictum suum. Secunda ibi, verum. Tertia ibi, mandamus, &c. Primo nota ex prin. lite-
1 ræ, †ꝙ præcedente fama de iure canonico iudex ordinarius videtur posse procedere per inquisitionem. vnde dixit no. Io. An. in c. non est. de consue. in 6. ꝙ si agitur ex inquisitione contra p̄latum ad depositionem de beneficio, vel ad priuationem, semper fama debet præcedere inquisitionem. secus si agatur ad pœnitentiam sibi imponendam, & ista est vna de regulis, quam ponunt quidam, vt refert Ang. in l. si vacantia. C. de bo. vacan. lib. 10. in materia inquisitionis, videlicet ꝙ super omni crimine, in quo permittitur inquisitio, infamia præcedere debeat, regula multum videtur consonare dispositioni canonum, vt patet in c. qualiter & quando. j. de accu. & in c. 2. eo. titu. lib. 6. Ipse tamē non tenet eādem regulam simpliciter in loco allegato. & quia non est materia nostra, dic vt ibi per eundem, & per Docto. in c. qualiter & quando. Secundo no. ꝙ quando dictum testis est ita obscurum, vt nullus intellectus ex eo possit extrahi, iudex ex officio potest testē repetere, vt declaret seipsum. Et aduerte, quia gl. tua videtur velle ꝙ isto casu iudex habeat hoc facere de necessitate, dū vtitur ver. debet. sed Doc. communiter dicūt, maxime do. Abb. ꝙ pōt repetere, si vult, sed nō cogīt per c. in p̄sentia. de proba. Item aduerte, quia secundum do. Anto. hic, iudex ex officio potest repetere testem non solum vt declaret, sed etiam vt addat. Nec ob. ratio Fed. de Senis, qui tenet oppositū in consilijs suis, ex eo quia si testis adderet ad prius dicta, detegeret nūc ꝙ tempore primi testificatus fuisset periurus, quoniā tacuit aliquid contra formam sui iuramenti, de qua in c. fraternitatis. s̄. eod. Nam ad hoc respondet ibi Lapus Abbas, ꝙ non detegeretur periurium, quia præsumitur ꝙ testes omiserit quod addit ex obliuione, iuxta ea quæ diximus in c. cum causam. s̄. eo. quod dictum est valde nota. in practica, per quod limitantur ea, quæ diximus in c. per tuas. s̄. eo. licet enim cum testis sponte fua vult addere ex interuallo non audiatur, quia non præsumitur obli-
a uio, [a] sed potius subornatio partis, vt ibi fuit dictū, & tenet Bal. expresse in l. presbyteri. circa prin. C. de epis. & cle. hoc tamē fallit, quando testis repellitur a iudice, vt ex prædictis vides. cętera pertinentia ad hoc notabile dicemus in gl. Tertio no. ibi, quam
2 aliorum, &c. † quod etiam publicatis testibus in causa inqsitionis iudex potest recipere testes ex officio ad offensam, & hoc tenet Bar. expresse in l. 2. §. si publico. ff. de adult. & multo fortius
3 ad defensam, vt ipse ibidem declarat. †sed reuocatur in dubiū, quid si est instituta accusatio, vel inquisitio promouetur per aliquem

ADDITIO.

a VIN. GOD. Obliuio verisimilis est iusta causa vt testis possit dictum corrigere, secus si non sit verisimilis, Alci. in trac. de præsump. q. 29. nu. 3. habetur in lib. 8. trac. fol. 182.

quem voluntarie, quo casu lis ꝓtestatur cum eo, sicut cū parte,
a vt ibi videbis ex dictis Hostiē. & aliorum. Vtrum tunc iudex ex officio poterit producere testes post didicita testificata non solū ad defensionē rei, sed etiam ad offensam ipsius. & hunc art. ego tractaui solēniter in c. fraternitatis. eo. vbi omnino videas. Nūc autē declarando & addendo quædam, aduerte, quia Hosti. hic attingēs hunc articulum, cuius verba sequuntur Mod. dicit, ꝙ si iudex vidit promotorē inquisitionis voluntarium, qui tenet locum partis, vt dixi, publicatis testibus non probasset intentionē suam & suspicatus, ꝙ prælatus nō expellit de ecclesia ipsum pōt ipse producere testes ex officio. Sed melius & iustius faceret absoluere reum ab illa inquisitione, & postea inquirerete cōtra p̄latum de nouo, quæ verba in c. fraternitatis. ego sum sic interp̄tatus, quasi Hostiē. entiret ꝙ iudex ex officio ad defensam posset testes producere. Nunc autem maturius considerans, elicio ex verbis suis oppositum, ꝙ iudex suspicatus reum esse culpabilē, hoc possit, licet melius faceret absoluere. Bar. autem, vt scripsi in loco allegato, in l. vnius §. reus. ff. de quæstio. videtur simpliciter tenere sine aliqua limitatione, ꝙ publicatis testibus iudex possit producere testes ad offensam, nam ꝙ eos possit producere ad defensionē rei, non est dubium. & vltra ea, q̄ allegata sunt ibi pro eo, vide Bal. in l. quædam. in prin. ff. de eden. qui similiter videtur tenere ꝙ iudex officio possit testes producere, non obst. publica. Cuius contrarium ego tenui ibi, secutus dicta Salyc. in l. fi. C. de quæstio. & quia ibi dixi inter alia, ꝙ publicatis testibus in causa criminali, etiam ad petitionem rei poterunt testes produci ad eius defensionem, per tex. in l. vnius. §. fi. ff. de quæstio. in ver. reo postulante. scias ꝙ communis opi. est in oppositum, quam tenet Ang. in l. si vacātia. C. de bo. vac. & Io. An. in regula, nullus pluribus. de reg. iur. in mercurialibus. vbi voluit expresse, ꝙ reus in causa homicidij non possit producere testes ad sui defensionem post testes publicatos, ꝙ idem communiter tenent Doc. in c. fraternitatis, præallegaso. & obseruatur etiam ista regula in causa hæresis, vt publicatio impediat partem producere, secundum Archi. & Ioan. And. in c. per hoc, de hære. lib. 6. & pro illa communi opi. facit optime tex. no. in c. cum dilecti. j̄. de accu. vbi in testibus producendis a reo in causa inquisitionis pō deratur, ꝙ processus non erat publicatus, & sic datur intelligi ꝙ sic publicatio facta obstaret reo ad defensionem suam. sed possumus dicere, ꝙ ibi non producebantur testes super crimine intentato, sed super certo actu iudiciario, vnde non est eadē ratio fauoris. cętera dic, vt diximus in loco præallegato. Aduerte tamen, quia inquantum Hostiē. hic dicit, ꝙ iudex potest absoluere inquisitum, & postea de nouo contra ipsum inquirere: hoc
4 dictum non videtur verum, † quia semel absolutus in causa inquisitionis non potest amplius inquiri, vel ciuiliter molestari, ēt alio agēte, vt est casus notabilis cum glo. in c. cum dilecti. in fi. s̄. de elec. sicut semel absolutus in causa criminali, vel in actione populari, non potest iterum accusari regulariter, vt in c. de his. & ibi plene. j̄. de accu. & in l. sicut, in princip. ff. eo. & in l. 3. ff. de popu. act. & si dicas ꝙ speciale est in iudice inquirente, ꝙ potest mutare sn̄iam per se semel latam, & sic iterum inquirere, vt singulariter no. Ioan. And. in c. significantibus. j̄. de pur. vulga. & tenet Anto. de But. in c. cum cessante. j̄. de appel. & videtur probari ex singulari doctrina Bar. in l. j. §. fi. ff. de præto. stip. vbi dixit, ꝙ vbicunq; iudex procedit ex officio, potest suadēte æquitate mutare & corrigere sententiam diffinitiuam. dico, posito ꝙ illa dicta sint vera, quæ non affirmo pro nunc, quia casus non est similis, quia Hostiē. præsupponit ꝙ inquisitio fuerit facta cum promotore, qui tenet locum partis & contestatur litem, vt j̄. videbis. vnde perinde est ac si iudicium hic esset agitatum cum accusatore. Et hoc tenet Bar. notanter in l. diuus. in repetio. fua. ff. de custo. reo. vbi vult, quod si crimen deducitur ab administratore per viam denunciationis, absolutus in tali iudicio nō potest iterum accusari. nec dicas ꝙ ibi loquitur de iudicio denūciationis, hic autem loquitur in iudicio inquisitionis, quia quando inquisitio habet promotorem & iudicium substantiatur in eo, quia contestatur lis cum ipso, eadem ratio est in vtroque casu, vnde
b istud dictum remanet dubium. In gl. super ver. confuie. b ista gl. notanter tractat id, quod tetigis etiam in c. per tuas. s̄. eod. & in c. in præsentia. s̄. titu. proxi. videlicet quomodo testis potest repeti, vt declaret dictum suum. & inter cętera concludit, ꝙ ex officio potest iudex testes repetere, vt se declarent in omni causa, sed ad petitionem partis testis non posset repeti. Sed quæritur pro intellectu huius secūdi dicti, vt compleamus ea, quę scripta
5 sunt in c. per tuas. s̄. eo. †nunquid promotor inquisitionis possit producere testes nouos, publicatis prioribus testibus, vel ēt facere testem repeti, vt se declaret. quā quæstionem posuit hic Inno. & refert duas opiniones. quarum secunda inclinat, quod non possit. de cuius dictis dic, vt hic per Docto. & adde dictis Hostien. quæ communiter approbant hic per Moder. dum distinguit, ꝙ aut promotor est deputatus a iudice, aut voluntarie se offert ad promouendum. inquisitionem. primo casu, quia secū dum eum est quasi nudus minister, & potest promoueri ad nutum superioris, vt in d. c. olim. j̄. de accu. dicit, ꝙ iste potest producere testes nouos, sicut posset ipse iudex, quia in ipsum non fundatur iudicium, nec cum eo contestatur lis. Vnde non pōt dici pars, sed quodammodo minister iudicis, vt quod facit, iudex videatur facere. secundo casu dicit, ꝙ iste promotor tenet locum partis, quod patet, quia cum eo contestatur lis in causa inquisitionis, vt in c. cum dilecti. j̄. de purga. cano. in c. veniens. j̄. de accu. & in c. exhibita. s̄. de iudi. Vnde quia censetur esse pars, excluditur a productione nouorum testium, & repetitione veterum. Nam primo in secundo membro ista sua distinctio debet limitari, quando promotor inquisitionis prius detulit querelam, propter quam facta est inquisitio: iste enim proprie tenet locum partis. sed quando iudex prius formasset inquisitionem, licet postea aliquis voluntarie adhæreret & iuuaret inquisitionem, cum illo non contestaretur lis, nec posset dici proprie pars iudicij. ita no. Archi. & Ioan. And. eleganter in c. indmenitatibus. §. j. de elec. in 6. vbi volunt ꝙ prohibitus appellare excipere & contradicere, non videtur prohibitus iuuare iudicem inquirentem officio, quia adhærere iudici inquirēti non est actus iudiciarius per ea, quæ habentur in c. quoniam contra, de probationib. in quo adhæsio non numeratur, vt actus iudicij. pro quibus bene facit tex. in l. j. §. incidit. ff. ad Turpil. vbi patet, quod quādo accusatio fundatur in persona vnius, inuestigatore etiam adhærens accusationi non incidit in pœnam ex verbis senatusconsulti, quia non dicitur accusator ipse, sed ille qui prius accusauit. similiter ergo dicemus quod cum iudex inquirens, vt succedat in locum accusatoris, si prius ipse cępit inquirere, adhærens postea inquisitioni non possit dici pars iudicij, in quo fundetur iudicium. Item aduerte, quia Ang. in l. si vacantia. in 8. char. C. de bo. vac. simpliciter sequitur secundam opi. Innoc. sine hac distinctione, vtrum promotor deputetur a iudice, vel spōte promoueat inquisitionē & vult ꝙ semper teneat locum partis, & non possit testes producere publicatis attestationibus. & idem sentit & clarius in l. ob hæc verba. ff. de his, qui no. infa. & re vera ista differentia non probatur iure. Nec ob. ꝙ promotor deputatus a iudice potest remoueri ad nutum deputantis, vt in cap. olim. j̄. de accu. quia ad hoc potest responderi ꝙ ibi loquitur in summo Pontifice, qui hoc potest ex plenitudine potestatis. in aliis autem forte non posset remoueri sine causa, sicut dicit hic Inno. in secunda opi. per ea, quæ habentur in c. 2. de procu. lib.
c 6. Item tutor, c qui accusat nomine pupilli, accusat ex necessitate officij, vt l. tutorem. ff. de his, qui. vt indig. ꝙ tamen non est dubium, ꝙ si ipse accuset nomine pupilli, iudicium substantiatur in eo & criminale & ciuile, vt l. 2. & quod ibi no. C. qui accu. nō pos. vbi patet, secundum intellectum Bar. quem ipse ponit ibi, & in l. 2. ff. de accu. quod ipse accusans nomine pupilli subscribit se ad pœnam talionis. quod non esset, si iudicium non fundaretur in ipsum. vnde nos possumus dicere & melius, ꝙ distinctio Hostien est vera, sed alia ratione, quia causa, propter quam iudex ex officio potest ipse producere testes, non ob. publicati. & testem repetere, est quia cum procedat ex necessitate officij, nec pertineat ad eum commodum vel incommodum, in dubio nō præsumitur in eo calumnia vel subornatio, vt tradit Cy. & Bal. in l. sancimus. C. de iudi. necessitas enim officij excusat a præsumpta calumnia, vt est casus notabilis proprie loquens in casu nostro in l. 2. C. de delator. lib. 10. & ibi per Bart. & bene facit tex. & quod ibi ponit Bar. in l. accusatione. §. denunciatores. ff. ad Turpi. sicut ergo illa ratione iudex admittitur ad recipiendos testes vel repetendum, ita & promotor inquisitionis deputatus ab eo. Item adde dictis Doc. hic, inquantum Inno. hic dixit, ꝙ tunc demum potest iudex testes repetere, vt declaret dictum suum, quando dictum est ita obscurum, quod ex eo nullus sensus potest elici, secus si verbis testis: exemplum, si in iure circa aliquod verbum dubium detur aliquis significatus & intellectus, quia tunc non fit repetitio, cum cesset causa repetitionis ex parte testis secundum eum. nam do. Anto. hic referens istud dictum, dicit plus sibi placere, quod etiam in isto casu iudex possit repetere testem. Sed pur sibi placet nota. cum tamen textus noster loquitur proprie in casu quem ponit Inno. & do. Abbas adducit doctrinam Bar. in l. si quis intentione ambigua. ff. de iudi. vbi Bar. dicit, ꝙ iudex potest repetere testē, vt declaret dictum suum. quinimmo etiam vt addat, vt ponit in l. repeti.

ff. de

ADDITIONES.

a VIN. GOD. Adde quod iudex inquirit de facto etiam testes producendo in omnibus causis in quibus procedere potest ad diffinitiuam sententiam cōtra absentem, siue in ciuilibus siue in criminalibus, Maran in trac. de ord. iudi. in 6. parte prin. num. 184.

b VIN. GOD. Nota ꝙ confusio non fit uigore successionis quando creditori competit actio hypotecaria, Goz. consi. 94. nu. 47.

c VIN. GOD. Tutor hodie de consuetudine administrat non petita licentia iudicis: satis est enim eam allegare. Alb. consi. 21. difficultas, num. 9.

ff. de quęstionibus. quasi indistincte velit, eum posse repeti. quæ dicta possent faciliter euitari. Vnde Bal. in authen. at qui semel. C. de proba. approbans hic doctrinam Inno. addit, q̃ etiam si dictum testis nō habeat intellectum sibi datum a iure quo ad effectum probandi, sed solum quo ad effectum saluandi testem a falsitate, vel contrarietate, iuxta c. cum tu. §. eo. iudex non poterit repetere testem. quæ verba mihi non placent, maxime in secundo dicto, quia si testis est obscurus quo ad effectum probandi, satis est ex mente huius literæ ad hoc q̃ fiat repetitio, vt patet ibi, non potest veritas declarari &c. Contra autem primum dictum Innoc. facit, quia si iudex potest declarare verbum ambi-
a guum positum in sententia, licet tali verbo a iure sit atributus certus intellectus præsumptiue, dummodo declaratio non repugnet expresse proprio significatui verborum, secundum glo. & Bar. in l. ab executore. in prin. ff. de appella. & per Bal. vbi loquitur optime in l. ea, quæ. C. comminationes vel epistolas. quare autem sententiam non posset idem ferre ex verbis testis, non video, præsertim cum sit minus suspectus in repetitione testium ante suam sententiam, quam in expositione sententiæ suæ, cum expositio possit aliquando tenere ad exonerandum eum in sindicatu, vel ad sustinendum honorem suum, sicut dicunt Docto. in simili in c. cum a nobis. §. eo. Pro ista cōclusione est casus singularis, quem ibi ponderat Bar. ad hoc, sed non ita explicite, sicut ego induco in l. duobus. §. si ei, qui. ff. de iureiuran. vbi pro-
6 batur singulariter, † q̃ si fideiussor iurauit se nihil præstare debere, & postea agitur contra principalem, & dubitatur quem intellectum habeat istud iuramentum, iudex potest cogere fideiussorem, qui iurauit vt declaret dictum suum obscurum, videlicet ex qua causa iurauerit se non debere, vtrum q̃ nihil promisit ipse, vel q̃ ipse, vel reus soluerunt. nam secundū vnū intellectum iuramentum prodesset reo, secundum alium non prodesset. & tamen si iuramentum istud non exponeret, lex daret sibi intellectum, quod videtur iuratum q̃ nihil promisisset, sicut declarat idem Bart. in eadem. l. 3. §. ergo. vnde per præmissa placet mihi opi. Moder. hic, qui etiam reprehendunt Innocen. dum dicit, q̃ quādo iudex non repetit testem, verba testis in dubio intelligentur secundum communem vsum loquendi. & istud est verum, & approbatur ab omnibus. & colligitur ex tex. & ex his quæ tradit ibi Bart. in l. Labeo. ff. de supel. leg. & tenet Bal. expresse in rubrica. ff. de re. diui. in vlti. char. vbi autem non
b appareret de communi vsu loquendi, dicit ipse q̃ attenditur id quod benignius est. arg. l. si præses. cū materia. ff. de pęn. & hāc doctrinam posuit Inno. in c. dudum. §. de electio. sicut refert Bal. qui eum sequitur in l. de die. in princi. ff. qui satisda. cog. & hoc etiam sequitur do. Anto hic. sed do. Abb. Moder. credit contrariū per regulam positam in c. in præsentia. §. titu. proxi. quam Bar. declarat & approbat in l. si quis intentione ambigua, præallegata. & clarius & melius in l. inter stipulantem. §. j. ff. de ver. obli. videlicet q̃ verbum ambiguum in dubio interpretatur cō tra producentem, vt l. neque natales. C. de proba. & l. non hoc C. vnde legitimi. Sed tu aduerte diligenter, quia forte intentio Inno. & istorum ratio, est bona, vt intelligatur, q̃ quando verba testis posita in vtroque sensu probarent aliquid, & dicto testis daretur vnus significatus a iure communi. exemplum in l. ex vnius. de leg. 3. non in fauorem producentis, sed in fauorē rei, contra quem testis producitur, debeamus interpretari in mitiori significatu, licet illis verbis a iure communi detur alia interpretatio. hoc tamen dictum nō affirmo pro nūc, quia durū est dicere quod discedatur a significatu imposito per legem, nisi testis seipsum aliter declaret in præiudiciū probantis. & adde, quod eleganter posuit Bal. in ista materia in l. Lucius. ff. de his, qui no. infa. vbi dixit, quod quando obscuritas dicti testis p̃cedit ex obscuritate articuli, tunc non potest testis repeti, vt declaret dictum suum. & est ratio, licet ipse non dicat, quia etiam si testis super obscuro articulo clare deponeret, pars non posset postea dicere, ego intellexi sicut intellexit testis, vt eleganter declarat Barto. in l. si quis intentione ambigua, præallegata. frustra ergo repeteretur, quia etiam si clare deponeret, depositio non iuuaret partem.

ADDITIONES.

a VIN. GOD. Ambiguum & obscurum quomodo differant, ponit Soz. in l. in ambiguo ff. de reb. dub.

b VIN. GOD. Nota q̃ communis vsus debet probari, Goz. consi. 25, breuiter agendo, num. 12. quia est quid facti.

SVMMARIVM.

1 *Criminosus perseuerans in crimine, & emendatus, a testimonio quomodo repellatur, & quid in iudice, an repellatur a iudicando. nu. 9.*
2 *Infamis etiam in causa ciuili, quando repellatur.*
3 *Actione ciuili in iudicio intentata, quæ ex crimine oritur, illud iudicium non dicitur proprie ciuile.*
4 *Periurus semper est infamis.*
5 *Periurij, & corruptionis ex crimine etiam non damnatus, an repellatur testis.*
6 *Probationis factæ in vno iudicio, contra vnum faciunt plenam fidem contra eundem inter alias personas, & ad alium finem.*
7 *Infamia facti in criminali, repellit quem a testimonio.*
8 *Emendatus de crimine, quis dicatur.*
10 *Testis pro quolibet peccato mortali, an repelli possit a testimonio. & latius nu. 16. & num. 21.*
11 *Testis habilis tempore iuramenti, ante depositionem inhabilis facti, dictum an valeat.*
12 *Infidelis Deo, non præsumitur infidelis hominibus.*
13 *Verbum, videtur, quid importet.*
14 *Criminis appellatione, an contineatur omne peccatum mortale.*
15 *Testificari contra clericum non possunt, gradum obtinere nequeuntes.*
17 *Testi integritas vitæ, & honitas inesse debet.*
18 *Iurans temerarie ante pœnitentiam peractam, à testimonio repellitur.*
19 *Testis se inquisiti inimicum dicens, cum non esset, an possit cogi ad testificandum.*
20 *Criminosus, quando admittatur ad testificandum contra regulas iuris. & nu. sequen.*
22 *Episcopus suspensus, si in petendo absolut. negligens est, post negligentiam, an amplius conferre beneficium impeditus dicatur.*
23 *Criminis verbum duplex habet significatum.*
24 *Scelus quid significet.*
25 *Testis pro illo crimine repellitur, pro quo criminaliter punitur, vel conuenitur.*
26 *Infamis infamia facti in ciuilibus, qualiter repellatur testis.*
27 *Infami testi infamia facti, in grauibus non creditur.*
28 *Testi criminoso, etiam non damnato in criminali, an credatur sine tormentis.*
29 *Excommunicatus vtrum sit infamis infamia ciuili.*
30 *Crimen in ciuili, si testi obijcitur dicenti se emendatum, an ei credatur, vel dicenti non emendatum.*
31 *Occulta in meliorem partem interpretanda.*
32 *Excommunicatus semel fuisse probatus, an nisi probet se absolutum, nunc etiā excommunicatus præsumatur.*
33 *Testem ad repellendum, si crimen pars obijciat, an testis simile crimen obijciendo partem repellere possit.*
34 *Iudæus Christianum criminosum, an possit repellere testem.*

CAP. LIIII.

1 Estimonium. †Criminosus perseuerans in crimine in omni causa repellitur a testimonio. si vero sit emendatus, repellitur in causa criminali & in causa ciuili, si sit periurus, vel infamis, alias non repellitur. Secunda est ibi, si vero. & illa subdiuiditur. Secunda est ibi, in criminali. No. primo ibi, si nō
2 sit emendatus, &c. † q̃ infamis repellitur etiam in causa ciuili, quamuis sit correptus de crimine. quod est intelligēdum de infami infamia iuris, nam infamis infamia facti in causa ciuili nō repellitur totaliter, vt satis probatur hic in fine. habetur & tenetur communiter hic per scribētes. de quo vide per Bar. in l. j. C. de sum. trini. Secundo nota ibi, vel etiam cum de crimine, &c.
3 q̃ quando intentatur in iudicio actio ciuilis, quæ oritur ex crimine, illud iudicium non dicitur proprie ciuile, neque causa ciuilis, sed potius potest dici aliquid mixtum, vt in cap. tuæ supra. de procura. secundum do. Abb hic. & bene facit tex. in c. super his. j. de accu. & secundum hoc est tex. in c. per tuas. j. de simo. q̃ dicit, q̃ iudicium inquisitionis de iure canonico est iudicium ciuile, quia non agitur ad pęnam ordinariam delicti, sed ad priuationem a beneficio duntaxat. declarandus erit isto modo, vt sic sit iudicium ciuile largo modo, sed stricto modo dicatur mixtum. & forte hoc potest esse verum in terminis istorū iurium, in quibus non agitur ad pœnam pecuniariam applicādam parti, licet Ioan. And. singulariter dicat in c. frequens de resti. spoli.
a in 6. in nouella, q̃ iudicium a inquisitionis de iure canonico est ciuile, etiam in illis casibus, in quibus omnino eadem pœna venit īponenda, q̃ imponeret̄ p̃ viā inq̃sitionis de q̃bus in c. inq̃sitionis. in prin. j. de accu. sed vbi ageret̄ ad pœnā pecuniariā applicādā parti, licet in libello requirat̄ maior specificatio, cū intentatur actio famosa ex delicto, vt l. prætor edixit. in princ. & ibi per Bar. ff. de iniur. & in ca. præsentium. de testi. lib. 6. ciuilis tamen actio & iudicium diceretur, vt plene declarat Bar. in l. agraria. ff. de termino amoto. & est gl. in l. 3. de sepul. vio. super quo scripsi in rubrica de iudic. & satis probatur in l. j. quando ciuilis actio criminali præiudicat. & secundum hanc distinctionem debet intelligi iste versiculus cum ponit causam ciuilem, velut diuersam a crimine ciuiliter intentato. Tertio nota ibi, præter quam pro

ADDITIO.

a VIN. GOD. Nota q̃ iudicium dicitur iudiciale certamen, Afflict. Decis. 265. nume. 46. & iudicium idem de sequela quod de principali, Decis. 285. nume. 20.

4 pro reatu periurij,&c. † ꝙ periurus ſemper eſt infamis. & ideo iſta ſecũda exceptio facta de reatu periurij eſſet ſuperflua, quia comprahenderetur ſub prima exceptione de teſte, qui eſt infa-
5 mis. † Vtrum autem ex crimine periurij,& corruptionis teſtis repelleretur etiam de iure ciuili,licet non eſſet damnatus, eſt pulchra quæſtio, ſuper qua plene ſcripſi anno præterito, in c. licet
6 cauſam. s̃. tit. proxi. † Quarto no. ibi,in alio iudicio,&c. cauſam in quo probationes factæ in vno iudicio contra vnum, faciunt fidem plenam contra eundem inter alias perſonas & aliũ finẽ. vides enim hic, ꝙ probatio facta in accuſatione criminaliter inſtituta ad puniendum reum, facit fidem cõtra eundem in fauorem repellentis eum a teſtimonio, ſicut ex ſententia lata contra eum in cauſa accuſa. de materia dic vt in c. quamuis. j̃. de re iudi. & per Bar. in l. 2. §. hoc edicto. ff. vi bo. rap. Quinto no. ibi,aut
7 grauata ſit eius opinio,&c. & in ver. quamuis,cum ſequenti. † ꝙ in criminalibus ex ſola infamia facti repellitur qs a teſtimonio, ſed in ciuilib⁹ nõ. de quo plenius dicemus j̃. in gl. Sexto & vlt. no.
a ibi,licet egerit pœnitentiam, a &c. iuncto ver. ſi vero. † ꝙ ille dici
8 tur emendatus de crimine, qui egit pœnitentiam de crimine. vnde ſecundum hoc non ſufficit ſola contritio & confeſſio, quantum ad effectum huius decretalis, ſed requiritur peractio pœnitentiæ. de quo etiam dicemus in gl. In gl. poſita ſuper verbo, perſeueret. Pro declaratione huius gl. & materiæ videnda ſunt ho
9 die tria principaliter. † Primo quæ ſit ratio differentiæ inter iudicem & teſtem, quia vt hic vides, teſtis perſeuerans in crimine repellitur a teſtificando, ſed iudex criminoſus nõ repellitur a iudicando, vt in c. ſciſcitatus,& ibi plene per Inno. s̃. de reſcrip. 3.
10 q. 7. §. tria. † Secundo erit videndum, vtrum de iure canonico teſtis repellatur a teſtimonio pro quolibet peccato mortali, ſi in eo perſeuerat, an vero ſolum pro crimine quod ſit punibile
11 in iudicio, prout ibi diſtinguetur. † Tertio vtrum ſi teſtis eſt habilis tempore iuramẽti & efficitur inhabilis ante depoſitionẽ, debeat repelli a teſtimonio, vel valeat dictum ſuum Super primo addo, quod dixit Io. And. in c. ſi celebrat. de cleri. excom. miniſtrante. & refert do. Anto. hic, ꝙ ratio differentiæ eſt, quia in teſte principaliter requiritur fidelitas ſeu fides, cui repugnat infidelitas peccati, vt in c. j. s̃. eo. 2. q. 7. c. non poteſt. Sed iudex iudicat ipſe, prout ſibi videtur, in Auth. iuſiurãdum quod prẽſtatur ab his. §. j. vnde ita non opponitur actui iudicãtis infidelitas peccati, ſicut actui teſtis. Sed iſta ratio cum reuerentia, non procedit, quia fidelitas, de qua fit mentio in c. j. intelligitur de opinio
12 ne rectę fidei, † quoniam infidelis Deo, non præſumitur infidelis hominibus. 2. q. 7. c. ſi hæreticus. & in d. c. non poteſt. Non autem de fidelitate. i. ſinceritate, quam debet habere teſtis in reddendo teſtimonium, iuxta formam iuramenti, quæ ponitur in c. fraternitatis. s̃. eo. vnde non minor ſinceritas & fidelitas in ſequendo iuſtitiam requiritur in iudice quam in teſte, vt dicitur in tex. 3. q. 7. c. iudices. dum infert, quod bonus iudex nihil agit ex proprio arbitrio, neque ex propoſito domeſticæ voluntatis, ſed ex arbitrio boni viri, qui conformatur legibus & iuſtitiæ.
13 † vnde verbum vr̃, quod ponit̃ in authẽtico præallegato, importat arbitrium boni viri, ſicut declarat Bar. in extrauagan. ad reprimendum, in gl. videbitur. melior ergo videtur ratio Inno. in c. nihil. s̃. de elec. quem refert hic do. Anto. videlicet quia auctoritas iudicis pendet a commiſſione & approbatur publica, propter quam iudex qui nititur auctoritate publica tolerat̃ quouſque non amouetur ab officio. 8. q. 4. ca. nonne. & per gl. in c. cũ ex officij. j̃. de præſcrip. officium autem teſtis non eſt publicum. i. ex commiſſione publica, quia actus teſtificandi competit teſti de his quæ vidit & audiuit, vel aliter percepit. licet dicatur publicum officium propter publicam vtilitatem quæ conſiſtit, vt lites expediantur, vt l. ſi quis ex ſignatoribus. ff. quemadmodum teſta. aperi. Sed iſta differentia licet videatur coloratior & verior quam prima, adhuc videtur dubia, quia etiam teſtes cuius inhabilitas eſt occulta,& qui pro habili toleratur, nõ poteſt repelli, quamuis vere ſit inhabilis. vnde non ſufficit probare cõtra teſtem ꝙ ſit infamis, niſi etiam probetur ꝙ communiter habeatur pro infami, ſecundum gl. nota. in l. cum lege. ff. de teſta. & tenet Bar. expreſſe in l. j. C. eo. titu. & in l. ad teſtium. §. conditionem ff. de teſta. ergo etiam iſta differentia non videtur bona. & licet obiectio ſit difficilis, poſſumus dicere ꝙ facilius toleratur inhabilitas teſtis, quando inhabilitas alia eſſet immediata cauſa, quam crimen, vel quam quando immediate obijcitur crimẽ teſti, quia tunc de directo vulneratur fides eius propter maculã peccati. vel dicamus,& iſta eſt forte melior reſponſio, ꝙ licet de iure ciuili tolerantia inhabilitatis in teſte reddat teſtem habilẽ de iure ciuili, de iure tamen canonico non ſit idem, licet in iudice ſit idem de iure canonico & ciuili. nec mireris, quia etiam in alio eſt differentia in iſta materia, quando lex requirit teſtem eſſe condemnatum de crimine & effectum infamem, vt j̃. videbimus ſtatim. & tamen hoc non requirit canon. & ſic apparet ꝙ facilius admittitur teſtis de iure ciuili quam de iure canonico. Circa ſecundum articulum fuerunt variæ opi. do. Anto. hic videtur tenere dicta Io. An. Alani, & aliorum in c. ſuper eo. s̃. eo. ꝙ pro illo crimine repellatur teſtis a teſtimonio. pro quo repelleretur a promotione. & ita refert tenere hic Pau. de Eleaza. pro
14 qua opi. adducitur primo iſte tex. in ver. crimen. † nam criminis appellatio non continetur omne peccatum mortale, ſed peccatum quod poteſt accuſari & puniri, ſicut declarat gl. in regula, peccatum. de reg. iur. & in l. j. C. ſi aduerſus delictum. & eſt caſus. 81. diſtin. c. j. per quod crimen etiam repellitur quis a promotione. Secundo multum coadiuuat iſtam opi. tex. in cap. ipſi Apoſtoli. & in c. teſtes. 2. q. 7. & in c. ſacerdotes. e. ca. & q. in quis-
15 bus expreſſe videtur dici † ꝙ illi non poſſunt teſtificari cõtra clericos, qui gradum obtinere non poſſunt. i. qui non poſſunt ad ordines eorum accuſatorum promoueri ratione criminis, vel etiam ratione defectus, puta quia ſunt illegitimi, vel corpore viciati, vt eſt caſus no. cum gl. ſua. 2. q. 7. c. clericus. Inno. autẽ quẽ refert hic do. Abb. Moder. dixit, ꝙ iſta opi. eſt vera, quando quis producitur in teſtem contra clericum, ſecus ſi ducatur in teſtẽ contra laicum, etiam in foro canonico, quia tunc ex illo ſolo crimine repelletur teſtis, ex quo ſi condemnaretur, efficeretur infamis. Sed tu aduerte hic, quia ſi reſpicimus illa iura, concluſio præmiſſa habet reſtringi quando teſtes producuntur contra clericos, qui accuſant de delicto, vel denunciant, quia in tali caſu videntur colligi dicta iura. ſecus forte ſi contra eos ageretur ciuiliter de alia re quam de crimine. Secunda fuit opi. dom. Floria. quem refert hic do. Abb. qui ſimpliciter voluit, ꝙ pro illo crimine de iure canonico teſtis repellatur, pro quo ſi condemnaretur, efficeretur infamis de iure ciuili, iuxta. l. 3. §. l. Iulia. ff. de teſti. & l. ſcio. & l. repetundarum. ff. eo. quod probat tali ratione, quia ius canonicum corrigit ius ciuile ſolum in hoc, ꝙ vbi de iure ciuili teſtis non repellebatur pro ſolo crimine, niſi eſſet condenatus & effectus infamis, hodie non requiratur condemnatio & infamia de iure canonico. vnde in aliis criminibus, in quibus etiam ſi ſequeretur condemnatio, teſtis non repellitur de iure ciuili, nihil videtur eſſe mutatũ, & ſic ſtamus diſpoſitioni iuris ciuilis. 10. diſtin. c. ſi in adiutorium. & in c. j. j̃. de ope. no. nũ. & pro iſta ſua inductione adducitur tex. in c. j. & in c. ſuper eo. s̃. eo. in ver. ꝙ etiam. vbi ſummus Pontifex reſpondendo quæſtioni propoſitæ dicit, ꝙ crimina obiecta repellant teſtem, etiam ſi antea non ſint conuicti vel confeſſi, quaſi ſentiat, ꝙ illa crimina repellant teſtem de iure canonico, quæ repellebant ipſum de iure ciuili poſt cõdemnationem. Dominus Abb. Moder. hic poſt multa verba tenet opi. glo. hic, & gl. in ca. ipſi Apoſtoli. 2. q. 7. &
16 aliorum, qui dixerunt, † ꝙ pro quolibet peccato b mortali poteſt teſtis a teſtimonio repelli, ſi non eſt emendatus de iure canonico. Primo, quia quodlibet peccatum mortale eſt dignum damnatione æterna, & vocat̃ crimen. 25. diſt. c. criminis. & ver. & alias ea demum. Secundo pro iſta opi. videtur tex. in c. forus.
17 verſus ſi. j̃. de verbo. ſignific. vbi dicitur. † ꝙ in teſte requiritur integritas vitę & bonitas, quia ſi dicta bona defuerint, fide carebit. non enim poteſt iuſtitia cum ſcelerato homine habere cõmercium. ſed non eſt dubium, ꝙ exiſtens in peccato mortali, ſine dubio non habet vitam bonam, nec eſt integer, ergo qdlibet peccatum mortale excludit a teſtimonio. Pro qua concluſione facit optime tex. 2. q. 7 c. teſtes. in ver. ſine vlla macula. vbi tex. dicit, ꝙ teſtes debent eſſe ſine vlla macula, ꝙ non poteſt dici de eo, qui conuincitur a peccato mortali. Tertio, quia ſi teſtis remoueretur a teſtificando pro crimine, pro quo impeditur promoueri ad ordines, vt dicit prima opi. & videtur probari in ver. nulla macula. 25. diſtin. c. ſi. ergo ſimiliter pro quolibet peccato mortali quis repellitur a teſtimonio. Confirmatur iſtud ſuum argumentum, vltra eum, per tex. 6. q. j. c. illi qui. 1ũcto c. infames. ea. ca. & q. dicit enim tex. in c. illi qui. ꝙ qui agũt ita, de quibus Apoſtolus dicit, ꝙ talia agentes regnum Dei non poſſidebunt, ſunt infames, & valde cauendi. Poſtea adiungit tex. in c. infames. ꝙ illi dicuntur infames, quo ad hoc vt nõ poſſint promoueri ad ordines, quos leges ſeculi, vel eccleſiaſtici canones inter infames computant. & ſic patet ex his duobus iuribus conſimul iunctis, ꝙ etiam ille, qui eſt in ſimplici peccato mortali, quod non incidit in crimen punibile in foro contentioſo, non poteſt ordinari. nam Apoſtolus in illo loco multa peccata mortalia enumerat, quibus non eſt conſtituta accuſatio & pœna, & tamen illi repelluntur a ſuſceptione ordinum. & hanc ſententiam dicit ipſe ſentire Hoſtien. hic, & Inno. in c. intimauit. s̃. eo. dum dicunt,

ꝙ ille

ADDITIONES

a VIN. GOD. Nota quod pœnitentia permittitur in crimine falſi etiam in cauſa appellationis: ideo qui falſo inſtrumento vſus eſt in prima inſtantia poteſt in cauſa appellationis pœnitere & dicere eo nolle uti, Ay. Cra conſ. 46. de ſtilo ciuitatis, num. 11.

b VIN. GOD. Peccans mortaliter dicitur pati maximam capitis diminutionem, nam primo amittit ciuitatem quia ex ciuitate Dei conſtituitur de ciuitate Diaboli. Murat familiam, quia de ſeruo Dei ſit de familia Diaboli & mutat ſtatũ quia efficitur ſeruus peccati, Alb. de Roſa. in trac. de teſtib. quãdo teſtes repel. ratio. crim. Conſequenter, nu. 11. habetur in lib. 1. trac. fol. 158.

ꝙ ille qui iurauit iuramentum temerarium, potest testificari p. acta pœnitentia,& tamen pro illo iuramento non reperitur im posita pœna grauis, vt notatur. 22.q.4.c.qui iuramento.& idem gl. in c.j.de iureiur. in 6.& 85.distin.c.Florentinum. quæ doctri-
18 næ hoc sentiunt, †ꝙ temerarie iurans [a] ante pœnitentiam per-
a actam repelleretur a testimonio. Non ob.tex.secũdum eum, in
19 c.ingsitionis.§ pe.de accu. vbi videtur probari singulariter, †ꝙ testis qui dixit se esse inimicum inquisiti nunc cum nõ esset inimicus,& sic mentitus est, potest cogi ad testificandum,& tamẽ erat in peccato mortali, quia dixerat mendacium in præiudiciũ proximi, quia illud est in odium ipsius testis,& ne alias per indirectum subtrahatur facultas probationis, sicut dicit Bar. in simi.
20 in l.j.§.cum quis.ff.de quæstio. Tu dicas & melius,†ꝙ testis criminosus admittitur ad testificandum contra regulas iuris inter cętera in duobus casibus. Vnus est contra illũ, qui fuit illius criminis auctor.& iste est casus nota.& tenent Moder. in c.intimauit.s̃.eo. Secundo, quando delictum commissum a teste erat cõmissum in fauorem eius, contra quem non producitur,& circa ipsum actum testificandi. ita singulariter Inno.& sequuntur ibi Moder. in c.constitutis. s̃. eo. vnde in illo casu inquisitionis aut testis criminosus admittitur, quia præsumitur instigante parte commisisse illud crimen, aut quia illud delictum tendebat in fauorem partis circa ipsam litem. dicit tamen posse dici de equitate magis quam de subtilitate iuris,ꝙ quamuis testis perseuerãs in quolibet peccato mortali semper a testimonio repellatur, secus tamen est dicendum si sit emendatus de peccato, vt tunc in emendato distinguamus inter crimen & peccatũ simplex in cã criminali, vt pro peccato simplici emendati non repellatur, sed pro criminali repellatur etiam emendati, vt dicit text. in ver. in criminali. allegat tamen gl. in c.ipsi Apostoli. 2.q.7. tenentẽ oppositum, videlicet qualiter emendatus a simplici peccato mortali non admittatur ad testimonium in criminalibus.& hoc dicit esse verius de iure.& pro illa æquitate inducit istum text. sed ea inductione, quam ego non intelligo, quia ex forma tex. clare apparet,ꝙ tota litera loquitur in eodem casu. si ergo principiũ loquitur in simplici peccato mortali, non video quomodo posset restringi ver. in criminali, ad crimen publicum, ex quo irrogatur infamia, vel saltem ad crimen, quod sit punibile in foro contentioso. Et hanc suam opi. dicit esse seruandam in foro canonico.& iura ista, quæ dicunt testem non damnatum excludi propter crimen, sed in foro ciuili seruarentur leges, iuxta no. per gl. in regula, possessor. de reg. iur. Nam non est dubium, secundum eum,ꝙ Princeps habens supremam potestatem in suo territorio, potest testem criminosum habilitare, vt patet in c.per tuas. j̃.de simo.& in c.in fidei.de hæreti. in 6.& in l.famosi.ff.ad l. Iuli. maie. vnde etiam Papa dispensat contra istos canones, vt possit admitti testis criminosus, quandocunque vellet dispensare, secundum Guil. in Specu. in titu. de teste.§.j. ver. sed id quod Pa-
21 pa.†Pro declaratione huius q. difficilis est respondendum. primo ad iura, quæ dicunt ꝙ illi qui non possunt ad ordines promoueri, non possunt testificari in clericos, vel potius declarandũ quid illa iura sentiant.& in primis fateor, quod dicit d. Abb. per iura. s̃. allegata, quia existens in peccato mortali quocunq;, non potest promoueri ad ordines. Sed tamen non est considerandum,ꝙ ex quo ille habet in potestate sua abolere peccatum per pœnitentiam,& sic fieri habilis in delictis, quæ non sunt crimina, vt j̃.dicam, iste non dicitur proprie non posse promoueri, quia ille dicitur proprie aliquid non posse, qui etiam si faciat diligentiam suam, hoc non potest, secus si ex diligentia sua possit remoueri impedimentum. Casus est etiam no. vbi per Bal. in l.quibus diebus. in prin.ff.de cond.& demõ.& est optimus tex. de iure canonico, in c.j. in ver. in mora, ne sede vacan. lib. 6. vbi
22 dicitur,†ꝙ episcopus qui est suspensus, si est negligens in petendo absolutionem a suspensione post negligentiam non dicitur amplius impeditus ꝓferre beneficiũ, sed potius nõ velle, vel negligere.& ideo deuoluitur potestas ad capitulum, vt ibi dicitur. modo ad propositum nostrum dico,ꝙ iura, quę dicunt illos nõ posse testificari in clericos, qui non possint ad ordines promoueri, debẽt intelligi de impotentia proprie sumpta.& istud verbum reperitur in criminibus enormibus vel mediocribus, in quibus etiam post peractam pœnitentiam si aliquis cõuincitur de crimine, non potest promoueri sine dispensatione. Nam in his, quæ non sunt crimina punibilia in foro contentioso, videtur qs posse promoueri sine dispensatione peracta pœnitentia, vt clare colligitur ex verbis Aug. in c.Apostolus. 81.dist. & sentit glo. in c.ex tenore.de tempo. or.& etiam tenentes primam opi. hic s̃.recitatam.& sic in effectu illa iura non prohibent aliquos in testes recipi, nisi criminosos, sicut vult prima opinio. Pro ista conclusione adduco tibi tex. optimum in c.j. in fi. j̃.de excep. dicitur enim ibi, iuxta fi.ꝙ si testis conuincitur de criminibus per modum excep. satis est ipsum repelli a testimonio absque eo ꝙ puniatur pęna ordinaria, quia accusatio in ipsos, secũdum iuris ordinem non processit, ex quo testis repellitur, semper potest puniri in foro contentioso, si instituatur accusatio,& sic habeo pro positum ꝙ pro aliis peccatis mortalibus testis non repellitur, nã si pro aliis repelleretur, tunc ratio assignata in tex. non esset bona,ꝙ non puniuntur pœna ordinaria, quia non fuerunt accusati, sed potius esset dicendum in illis peccatis, ꝙ non puniuntur, quia pro eis non datur iudicium criminale. vnde aut oportet dicere, vt dixi, aut restingere tex.ꝙ loquatur de quibusdam criminibus, quæ obijciuntur contra testes, non de omnibus,ꝙ est diuinare, cum tex. indefinite ponat regulam super criminibus, q̃ testes repellant. Secundo pro ista conclusione videtur casus clarus. 3.q.5.c.constituimus. vbi tex. enumerat aliqua crimina publica vel priuata, quæ repellunt testes a testimonio,& postea addit,& isti & eorum similes aliquatenus non admittantur ad testimonium. Ex quo patet,ꝙ non omnis criminosus, etiam si cõcedam omne peccatum mortale esse crimen, a testimonio repellatur, sed solum similis criminosis ibi expressis.& licet tex. in illo c. constituimus. circa medium, generaliter nominet criminosos,& dicat ꝙ non admittuntur ad testimonium, quia tamen præcedentia declarant sequentia,& econtra, vt in c.solitæ. s̃.de maio.& obe.& l.qui filiabus. in princi.ff. de leg.j. cum postea dicat, enumeratis aliquibus criminibus,ꝙ ille & similes eorum excluduntur, satis ostendit quomodo intellexit verbum criminosi, quod est positum in medio, & maxime hoc est dicẽ-
23 dum in illo c.constituimus. † quia verbum criminis, habet duplex significatum,& magis proprie significat crimen punibile p viam accusationis, vt dictum est. vnde possumus dicere,ꝙ non restringitur illud verbum. sed cum possit intelligi in duabus significationibus, vnde per sequentia declaratur in quo significatu sit acceptum, sicut dicunt Docto. in l.non dubium. C.de legi. Non obst. tex. in c.forus. j̃.de verbo. signifi. quia non potest dici, vel ꝙ determinatur per alia iura strictius loquentia, vel melius ex fine eius apparet, quod non loquitur de quolibet peccatore, dum dicit, cum scelerato homine iustitiam non posse communicare,&c. † Scelus[b] enim videtur significare aliquod graue cri-
24 b men.& similiter non ob.ꝙ quodlibet peccatum mortale possit dici graue crimen, quia fatendum est in foro conscientiæ, prout distinguitur a veniali. sed in foro contentioso, & vbi non agitur de pœnitentia imponenda, non solum est graue crimen aliquod peccatum mortale, sed non est crimen proprie sumptum, quia non potest puniri per accusationem in foro contentioso, quod requiritur ad esse criminis, vt dixi in d.c.j.s̃.alle. 81.distin. Quinimmo etiam inter delicta punibilia dicuntur quædam leuia, vt l. leuia.ff. de ac. Sup quo vide ꝙ distinguit Bar. in l. nõ solum.§.si mandato ff.de iniur. Et aduerte diligenter, quia etiam si aliqua iura inueniam, quæ prohibent constitutos in quolibet peccato mortali accusari, sicut videtur probari in c. infames. in d.6.q.5. maxime iuncto. c. omnes. ea. ca.& q.& c.illi qui. ista consequentia non est bona, aliquis non potest accusari, ergo nõ potest testificari, qm̃ maius præiudicium affertur in repellendo testem, q̃ in repellendo accusatorem. ita arguit summus Pontifex in c.licet Hely. in ver. aliis,& econtrario. j̃.de simo.& licet illa sit allegatio partis, approbatur tamen per summum Pontificẽ in c.per tuas. super ver. distinguenda. vnde ex præmissis omnibus
25 relinquit cõclusio,†ꝙ pro illo crimine põt testis repelli, ꝑ quo possit criminaliter puniri & crimiſr ꝙueniri in iudiciũ. nã dicere, sicut dt do. Flo.ꝙ solũ repellat pro crĩe, ꝑ quo si eẽt dãnat⁹, esset infamis,& sic esset min⁹ restringere ista iura.& licet tex. multum faciat pro eo in illo c. constituimus. in ver. similes eorũ, inquantum enumerat quædam delicta, quæ inferunt infamiam,& postea repellit eorum similes, magis tñ vr̃ de mente literæ,ꝙ similitudo fiat ibi potius respũ punitionis, q̃ respũ infamiæ inferendæ, maxime ꝑꝑ verbum crĩosi, quod potest continere oẽs, q puniuntur crĩaliter,& sic ista verba declarabunt se adinuicem. Non ob. tex. in c. super eo. s̃. eo. ibi, ẽt si non sit confessus vel conuictus,&c. quem tibi induxi superius. quia dico ꝙ ille tex. nõ hz respectum ad ius ciuile, quia tunc idem dixisset ẽt si non sit dãnatus de crĩe, nam sola conuictionis confessio non sufficit ad infamandum, sicut facta in iudicio crĩali, vt plene declarat Bart. in l. infamem. de publi. iudi. sed habuit respectum potius ad ius canonicum, fm ꝙ facilius aliquo casu admittitur occultus criminosus, qui tñ non potest probari, quod sit talis q̃ manifestus iã conuictus, vt pz in c.constitutus. j̃.de purg. cano.& ẽt ipsa ratio ostendit de se,ꝙ crimen iam publicatum fortius repellit, vt pz in c.decedens. j̃.de accus. Sed ista conclusio eleganter declarata & defen-

ADDITIONES.

a VIN. GOD. Temerarium iuramẽtum dicitur quod temere & illicite emanat. Tindar. in tracta. de testib. c.12.nu.5. habetur in primo lib. trac. fol.274. & temeraria asseueratio facta de eo quod qs nescit, sibi nocet. Bapt. Cac. lup. in trac. de ludo. 6. casus, num. 24. habetur in lib.1. trac. fol.170.

b VIN. GOD. Scelus semel examinatum nunquid iterum examinandũ, Bart. Brix. in trac. Quæst. Dominc. q.11. nume. 3. habetur in lib.12. trac. fol.18.

defensata limitatur multiplr & egregie vltra illas duas limitationes, quas dixi tibi superius. Et primo, ꝙ q̃uis testis criminos⁹ admissus ad testificandum non facit plenam fidem, facit tñ aliqualem prę̃lumptionem, & hoc dixit do. Ant. Tu autem ꝑ hoc vide gl. or. & no. quam ibi approbant communiter oẽs Doct. in c. cum l. & A. j. de re iudi. quæ hoc dixit & in socio eiusdem criminis, iuxta no. in c. j. s̃. de cõfes. & in alio teste crĩoso. & ista limitatio est vera, quia probatur per l. qui vltimo. ff. de pœnis. & tꝫ Bar. expresse ẽt in teste infami in l. maritus. ff. de quæstio. & hoc ego crederem esse verum, nisi iudex reseruasset exceptiones in personas & dicta testium, quia tunc reseruatio operaret vt perinde esset ac si testis a principio fuisset repulsus, vt tradit Bart. in simili qõ. in l. si duo patroni. §. idem Iulianus. ff. de iureiur. & in l. ille a quo. §. de testõ. ff. ad Treb. & idem crederem, si pars ipsa fuisset protestata, & pars aduersa consensisset, hoc tñ non affirmo pro nunc. Secundo limitatur sin. ſm Gof. & Doc. Moder. in d. c. cum l. & A. nisi simus in casu, vbi verisimr factum nõ potest probari per alios, q̃ per criminosos, quia tunc in subsidium ipsi admittunt̃, sed qñta fides illis adhibeatur, hoc relinquitur arbitrio iudicis, ar. eorum, quæ hñr in c. veniens. s̃. eo. tit. & in c. in literis. vbi patet, ꝙ testes domestici admittuntur in his, quæ fiunt in dicto, quia per alios communiter veritas sciri non potest. & forte istud procederet de iure canonico & in personis ecclesiasticis, quæ de facili non torquentur, vt traditur in c. cum in contẽplatione. j. de reg. iur. sed in laico videretur dicendum, quod ad minus non deberetur eis credi sine tormentis, vt l. ob carmen. §. 2. ff. de testib. vt patet etiam ꝙ in crĩe læsæ maiestatis, qñ tales recipiuntur, non admittuntur sine tormentis. generaliter tñ qñ
a testes sint torquendi, a vide Bar. in l. ex libero. §. j. ff. de quæstio. Tertio hoc limitat Hosti. qñ agitur ad corruptionem & pẽnitẽtiam per inquisitionem gñalem, de quo ibi per Docto. Quarto debes singulr hoc limitare per singularem & pulchram doctrinam Inn. quam approbant ibi omnes Mod. in c. cum primo. j. de re iudi. vbi dixit, ꝙ testem crĩosum, qui non est infamis, ꝑt habilitare eꝑs ex dispensatione, quia si potest dispensare cum ipso ad ordines, multofortius vt admittatur ad testimonium. Quinto debes scire, & est no. valde, ꝙ qñ testis cõuincitur in eo, ꝙ prima facie præsumitur esse crimen, põt tñ aliquo casu excusari a delicto, vel propter ignorantiã, vel alia ratione, & tunc testis criminosus non repellitur omnino. nõ tñ creditur sibi plene, vt est casus singularis, ſm Inno. & sequit̃ ibi Ant. de But. in c. 2. s̃. de arbi. Illud etiã scias, ſm gl. 2. q. 7. c. quærendum. ꝙ iudex ex officio potest repellere testem criminosum, quando constat sibi ꝑ acta, ꝙ est criminosus ꝑ l. quos prohibet. ff. de post. & ita tenent Mod. contra Inno. in d. c. cum l. & A. quinimmo potest iudex se informare de conditione testis ex officio & ipsum repellere, si inueniet inhabilem, secundum Bal. in l. j. §. si curatores. ff. de mag. cõue. Vtrum autem si testis erat habilis tempore iuramenti & postea efficitur criminosus, tempore depositionis possit repelli. tãgit Arch. 3. q. 5. in c. constituimus & Io. An. in regula, actus legitimi. de reg. iur. in suis mercu. & do. Anto. hic & Moder. & communis conc. est, ꝙ sufficiat inhabilitas tempore testificatus, vt dictum sit nullum. Econtra autem si testis erat inhabilis tempore iuramenti de crimine non fuit exceptum contra eum, secundũ Ioã. An. in d. mercuriali. & idem erit, si inhabilitas superueniat testi post iuramentum & depositionem, quia tunc non irritabitur dictũ testis, ẽt si sui natura talis inhabilitatio trahatur retro ante tempus testificatus, quia in actibus, qui necessario fiunt, sicut testificari, ista fictio & retrotrahitio non consideratur, vt cõualidet vel destruat actum secundum Bar. & Bal. in l. furti. §. j. ff. de infamib. & bene facit quod no. gl. & Doc. in c. sæpe. j. de appel. & ad declarationem præmissi ar. vide quod pulchre ponit Bal. vbi attingit omnes casus prædictos, in c. j. quot testes sint necessarii ad probandum ingratitudinem, in vsibus feudorum. Et aduerte, quia Archi. in c. constituimus, sæpe allegato, dicit ꝙ si notorium est, testem esse factum inhabilem post iuramentum, iudex debet eum statim repellere. Si autem non est notorium, debet eum admittere cum reseruatione disputationis post testes receptos. quod dictum do. Anto. videtur hic reprehendere, referens etiam quædam dicta Pauli, de quibus non curo ad præsens. & allegat Io. An. in oppositum in regula, factum legitime, de re. iu. & in addi. Specu. de teste. §. j. ver. quid si testis. qui dicit, ꝙ dictum talis testis, cui superuenit inhabilitas post iuramentum, est nullum. Sed istud contradicere nõ videtur Archidiacono, qui expresse idem sentit, dum dicit ꝙ disputatio reseruabitur post receptum testem, & eius dictum, videtur secundũ regulam iuris. sicut enim si opponeretur crimen testi tempore iuramenti, reseruaretur regulariter exceptio tempore disputationis, nisi crimen esset notorium, vt in c. ex parte, & in c. præsentium. s̃. eo. ita videtur dicendum, cum crimen superuenit post iuramẽtum ante disputationem, vnde nulla videtur hic contradictio. Secundo principaliter tangunt hic Doct. nunquid ratione infamiæ testis repellatur a testimonio. quorum dicta omnia non attinet referri, sed addendum breuiter, ad quædam est. & primo inquantum Io. And. hic dicit, ꝙ si testis infamis infamia facti non est emendatus de crimine potest repelli indistincte a testimonio propter solam infamiam facti. & hoc dictum nõ videtur posse procedere quia tex. in c. sup eo. s̃. eo. ad hoc vt ratione criminis testis repellatur videtur velle requirere vel quod sit conuictus de crimine vel non conuincatur. Sed per famam vel infamiam facti non dicitur conuictus de crimine, vt patet hic in fi. tex. ibi, Aut grauata sit eius opinio. vbi istud ponitur vt diuersum a conuictione, ergo non videtur posse dici ꝙ sola infamia facti repellat, quia hoc non reperitur iure cautum, sed sola fama regulariter non probat crimen, vt traditur in c. veniens. s̃. eo. Secundo adde inquantum Moder. hic referentes dicta Bart. & Bal. in l. j. C. de sum. tri. & fide catho. dicunt, ꝙ infamis infamia iuris in dubio repellitur totaliter a testificatu, per l. 3. § l. Iulia. ff. de testi. & per l. repetundarum. & l. ex eo. eo. titu. ꝙ sicut s̃. fuit tactum in prin. commenti, non sufficit ad repellendum testem probare ꝙ tempore depositionis sit infamis infamia iuris sed debet articulari & probari ꝙ pro tali habetur, & reputatur illo tempore, vt est gl. no. in l. cum l. ff. de test. & tenet Barto. expresse in l. j. C. eo. titu. & bene facit quod ipse no. in l. ad testium.
26 §. conditionem. ff. eo. † Tertio adde dictis Bar. & Moder. hic, in-
b quantum dicunt ꝙ testis infamis [b] infamia facti in ciuilibus nõ repellitur totaliter, sed aliquando plus, aliquando minus creditur, vt probatur in tex. nostro. aliquando nihil creditur, vt videtur probari in c. licet causam. s̃. de proba. Adde ꝙ Ang. in l. j. in fi. ff. de his qui no. infa. simpliciter videtur tenere ꝙ de iure canonico testis infamis infamia facti non admittatur. quod tenuit ẽt hic dom. Flo. principaliter propter tex. nostrum hic, qui loquitur generaliter de infamia. Sed ista dicta sunt falsa, & contra tex. nostrum in ver. quamuis. Ad rationes domi. Flor. respondet hic do. Abb. sufficienter, vnde dic, vt hic per eum. Veruntamen ad-
27 uerte, inquantum do. Abb. dicit, † ꝙ in causis grauibus non creditur testi infami infamia facti, quia illa æquiparantur criminalibus, vt in c. frequens, de restit. spol. in 6. & l. propter litem. §. j. ff. de excu. tu. allegans Bal. in d. l. j. de sum. Tri. Adde quod Bal. cũ reuerentia, non loquitur in casu isto, quando dicit de causis grauibus, sed loquitur de quadam infamia, quæ cohæret ipsi crimini hoc ipso, quod crimen est commissum, quo delinquens dicitur infamis, etiam si nullus sciat illud delictum, vnde non loquitur de infamia facti, quæ procedit a diffamatione hominũ. vnde sentit satis clare, ꝙ in causis criminalibus & grauibus testis, qui conuincitur de crimine, etiam de iure ciuili, repellatur a testificando, quia est vilis persona, vt l. j. C. vbi Sena. vel cla. & hanc eandem sñiam melius & clarius ipse posuit in auth. si dica-
28 tur. in vlti. col. C. de testi. vbi dicit, † testi criminoso, etiam si non sit damnatus, non esse credendum in causa criminali sine tormentis. Sed ista sua doctrina cum reuerentia, non est vera & ꝯ communem sententiam hic, & in c. super eo. s̃. eo. & ꝯ text. in l. 3. §. l. Iulia. ff. de testi. & alia iura ciuilia, quæ requirunt damnationem & infamiam. Quãtum autem pertinet ad dictum principale do. Abb. dum dicit, ꝙ in causis grauibus testis infamis infamia facti omnino repellitur, potest dici ꝙ hoc dictum est dubium: quia licet quo ad quædam inueniamus ꝙ causæ magnæ æquiparantur criminalibus, vt patet in iuribus. s̃. allegatis, & in c. fi. s̃. de iureiuran. non tñ inuenitur, ꝙ quo ad claritatem probationum, vt debeãt esse luce clariores, sicut in criminibus cãæ magnę æquiparentur criminalibus, immo ꝯrium colligitur expresse ex his, quæ tradit gl. Bar. & Doct. in l. 2. §. edicto. ff. vi bon. rap. vbi concludunt, ꝙ probationes factæ sup crimine ciuiliter
c [c] motu, non faciunt fidem in causa criminali, quia in ea requirũtur probationes perfectiores, & cum non est dubium ꝙ cã furti, verbi gratia ciuiliter mota debeat dici magna cã, quia efficit cõdemnatus infamis, vt l. infamem. de pub. iudi. Pro ista tñ doctrina vr̃ esse casus singularis, quem ibi põderat Bal. in c. j. circa mediũ. in ver. integræ opinionis, quot testes sint necessarij ad probãdum ingratitudinem. vbi patet, ꝙ quia agitur de crimine, qđ habet grauare personam vasalli, licet agatur ciuiliter ad amissionẽ feudi, nihilominus non admittuntur testes infames infamia facti, quia illi nõ possent dici integræ opinionis. vñ vult vbi Bald. no. ꝙ vbicunque in l. reperiretur tale verbum, nunquid admitteretur testis infamis infamia facti. sed quia natura feudorum est exorbitans à regulis iuris communis, debemus seruare in casu

ADDITIONES.

a VIN. GOD. Testes torqueri non possunt nisi indicia contra reum inquisitum præcedant, Rui. consi. 147. num. 6. lib. 5.

b VIN. GOD. Nota ꝙ infamis est testis faciens se criminis participem, quia detegit propriam turpitudinem sui ipsius, Thom. Grammat. decis. 36. nume. 7. 7. & decis 40. nume. 16 & testis infamis ex quo condemnatus ad mortẽ etiam ex inquisitione non est idoneus, consi. 34. num. 2. & 8 lib. 4.

c VIN. GOD. Probatio facta per testes in causa criminali probat in ciuili in eadem instantia & inter easdem personas ficte, Rui. consi. 4. nume. 5. lib. 4.

ſu ſuo,ne extenderetur ad alium caſum.facit optime,quod tradit Bar.in l.in qõnibus.in fi.ff.ad l.Iul.ma. vbi dixit ꝙ licet ad ꝓbãdum crimen læſæ maieſtatis admittantur teſtes infames, nõ tamen computet illud priuilegium ad probandum connexa & antecedentia ad ipſum crimen,& hoc digne ſequitur Bald. in d. auth.ſi dicatur.Item adde inquantum Bar.dicit ꝙ teſtis infamis infamia facti creditur in criminalibus in ſubſidium, ſed cũ tormentis,in l ob carmẽ.§.2.ff.de teſti.Quo ad primum dictũ videtur,ꝙ credatur in ſubſidium,quod videtur eſſe probabile,qm̃ videmus ꝙ etiam ſocium criminis, qui regulariter repellitur a teſtificando,vt in c.j.s̃.de confeſ.& l.fi.C. de accu. & tunc creditur in ſubſidium,quando crimen per alium non poteſt probari,vt eſt caſus no.in c.fi.j̃.de teſti.cogen. quem ibi ponderãt Moder.ad hoc & Bal.ipſum allegat in l. quoniam liberi. C. de teſti. ita poſſumus dicere de iſtis infamibus,qui alias repellerentur,& bene facit tex.cum gl.in c.cum dilecti.s̃.de el.c. Sed vtrum debeat adhiberi tortura,eſt maius dubium, quia ꝯ Bar. videtur eſſe caſus clarus in l.diuus.§.fi.ff.de quæſtio.vbi probatur , ꝙ deportatus,qui producitur in teſtem,qui ſine dubio eſt infamis & infamia iuris & facti , non debet torqueri. & hoc expreſſe affirmat Bar. per illum tex.in l.ex libero.in prin.ff.eo.titu.vbi expreſſe vult, ꝙ neque deportatus , neque alia vilis & abiecta perſona libera poſſit torqueri,niſi in vno de tribus caſibus, quos nũc nõ proſequor, quia non faciunt ad qõnẽ. Et ideo æquo fædere poſſumus conſiderare iſtam veritatem hoc modo, vt dicamus, quę dam ſunt perſonæ infames infamia iuris & etiam viles & inhoneſtæ, propter qualitatem criminis, ex qua reſultat infamia, ver bi gratia pugnantes ad beſtias , hiſtriones , ioculatores & ſimiles & de his loquitur tex. in d.l.ob carmen,in §. 2.ꝙ eis non credatur ſine tormentis.Quædam ſunt perſonæ, quæ & ſi ſint infames infamia iuris, propter quod eius crimen, de quo ſunt dãnatæ , non tñ ſunt perſonæ turpes ex rõne communis ſtatus & exercitij ſui,& in iſtis procedat doctrina Bart. in l.ex libero , ꝙ in ſubſidium credetur eis ſine tormentis,dumtamen cũ dictis eorum cõcurrant adminicula & aliæ probationes, vt eſt caſus no. quẽ ſemper tenebis menti,in c.in fidei,de hæret.in 6.& bene facit tex.& quod ibi in glo. c. per tuas. in ver.denique.j̃.de ſymo. Item adde,ꝙ vbicũque probatio eſt priuilegiata & irregularis, verbi gratia cum recipitur teſtimonium de auditu , vel de credulitate ad inducendum actum magis præiudicij,puta ad ſeparandum matrimonium,probabiliter poteſt dici ꝙ tunc teſtes debent eſſe omni exceptione maiores , & ſic non videatur debere admitti infamis infamia facti, quia illi non dicerentur omni exceptione maiores,ſecundum gl.in c.j.j̃.de conſan.& affi. & traditur per Bal.in l.j.C.qui & aduerſus quos. Pro iſta concluſione bene facit tex.in c.licet ex quadam.s̃.eodem.ibi dum dicitur,exceptis maioribus.& in c.laudabilem in verbo, bonæ famæ. j̃. de frig.& malefi.nec mireris,quia tex.no.dicit in c.tua nos. de conſang.& affi.ꝙ quando probatio debet fieri ꝯ regulas iuris communis,puta per auditum,debet adhiberi maior diligẽtia in examinatione teſtis. Illud etiam ſcias , ꝙ ſi vnus teſtis infamis eſſet coniunctus cum altero, qui eſſet vir grauis & magnæ auctoritatis,defectus eius ſuppleretur per ſocium, vt l.ſi quis argentarijs. §.j.& ibi hoc ponit Bal.ff.de eden.quod Ang.intelligit ibi & re ẽte,niſi teſtis infamis oĩno eſſe repellendus de ſe,quia tunc nihil eſt, quod poſſit ſupplere. vtrum autem valeat conſuetudo vel
a ſtatutum, ꝙ teſtes viles a & abiecti præferantur honeſtis & fide dignis. vide tex.& Anto.de But.ibi, in c.ad noſtram.s̃.titu.proxi. Et quia ſuperius diximus circa principium diſcuſſionis huius materiæ, ꝙ non ſufficit probare , teſtem eſſe infamem infamia iuris, niſi probetur ꝙ tempore teſtificatus communiter pro tali habebatur. Aduerte,quia Bal.in d.l.j.C.de teſta.repræhẽdit iſtã doctrinam Bar.dicit enim,ꝙ cum exceptio infamiæ, quæ proponitur ꝯ teſtem,debet proponi cum expreſſione criminis,ex quo eſt totaꝫfundata ſuper crimine,per ea,quæ habentur in c.præſentium.de teſt.in 6.hoc ipſo ꝙ eſt propoſitum crimen,ex quo dico teſtem eſſe damnatum & factum infamem , præſumitur ꝙ teſtis communiter pro tali habeatur , & ſic non eſt opus aliter allegare & probare.ſed hoc dictum ſuum non procedit ſimpl̃r. & cogitabam hodie,ꝙ vterque poteſt dicere verũ aliquo caſu. nam ſi infamia iuris infertur ipſo iure per legem ſicut in caſib' no.in l.j.ff.de his,qui no.infa.tunc verior eſt opi.Bar.qui ante declarationem criminis ponit crimẽ eſſe occultum, vt in c.cum ſecundum,de hære.in 6.& in c.fi.de præſcrip.eo.lib.& patet de ſe. ſed ſi teſtis factus eſt infamis ꝑ ſnĩam,tunc eſt maius dubiũ,quia licet quo ad partes & iudicẽ ſnĩa inducat notorium,tñ quo ad ꝑ ſump.ſcĩæ & aliorũ,vcꝫ ꝙ omnes ſciant,vel ſcire debeant, diſtinguitur qualitas fori,numerus officialiũ,& multitudo eorũ,ꝙ ſolent intereſſe talibus ſententijs,m̃ gl.ſingularẽ in cle.j. de ſepul. in ver.publice.quam approbant Mod. in c. excep.j̃.de excep. vñ m̃ illam diſtinctionẽ ego dicerẽ, ꝙ vel ꝑſumeretur ſciri ab omnibus teſtem eſſe damnatum,vel non præſumeretur. & ſi tu dicas,ad minus,& ſic hoc non debet probari,debet allegari, ſicut diximus de notorio in cle.appellanti.de appella.in gl.& per loã. And.& Doc.in c.3.s̃.vt lite non conte.reſpondeo, ꝙ illud eſt verũ,qñ expreſſio vel propoſitio alicuius iuris requiritur pro forma iſta.ſed in caſu noſtro iſta forma non requirit̃, quia ſatis eſt ad hoc vt ꝑſumat̃ ꝙ teſtis eſt infamis pro tali habeat̃. vñ dixit alibi Bar.in l.cum quid.ff.ſi cer.pet.ꝙ cũ præſumptio reſultat ex facto tertij,ſatis eſt proponere factum & probare abſque eo ꝙ ꝑſumptio,q̃ reſultat ex facto aliter allegetur.& ad materiã noſtrã vide quod ponit Archi. 2.q.7.c.ipſi Apoſtoli.vbi dixit, ꝙ teſtes infames admittantur ꝯ reg.iur.ꝙ qñ ſit.s̃.diximus. ꝙa nõ debẽt admitti ſine tormentis,quia debent ſemꝑ præcedere aliqua adminicula de delicto,qm̃ ad qõnẽ non deuenit̃ niſi ꝑcedentibus indicijs.l.j. in prin.ff.de qõ.& in c.cũ in ꝓtẽplatione, de reg.iur. vide ẽt notabil̃r in c.inter ſolicitudines.j̃.de pur.cano.& Bal.ipſum allegantẽ in l.Caſſius.ff.de Sena.q̃ vult ꝙ q̃libet ꝑſona poſſit abolere infamiam facti per purgationẽ canonicã , de qua in c.quotiẽs,& in c.conſtitutis,j̃.de pur.cano.qđ dictũ ſi intelligat̃ ẽt de laicis,eſt valde dubium , quia diſpoſitio iſta eſt inducta in clericis,pro quibus magis præſumitur q̃ pro laicis, vt patet in c. decẽtero.s̃.eo.cum ibi no. 11.q.3.c.abſit,cum multis alijs: vnde nõ videtur eſſe eadem ratio, dictum tñ eſſet notabile in ſe. nã de clericis ꝙ auferatur infamia facti per purgationem, etiã quo ad effectum teſtimonij ferendi,dicunt hic Moder.& credo eſſe veriſſimũ,quia ſi permittuntur miniſtrare in ſuis ordinibus ꝓpter hanc purgationẽ,qđ eſt plus.2.q. 5.c.veniam, & in c.cũ in iuuẽtute.j̃.de præſump. multo fortius permittetur,quod eſt minus. In gl.poſita ſuper ver. periurij.diffuſe tractant hic Doc.maxime
b do.Anto.& Moder.nunquid ex periurio b quis infametur ipſo iure vel per ſnĩam.quorum dictis parũ eſt addendum. vnde inquantum do.Flo.hic tenet,ꝙ de iure canonico q̃libet periurus ſit infamis, non ſolum infamia canonica,ſed infamia vera, ꝓ ea quæ tradit glo. in c. querelam.j̃.de iureiur.& in c.peruenit.j.de fideiuſſo. Scias ꝙ do.Abb. Moder. repræhendit iſta dicta multum bene.& vltra ea,quæ ipſe dicit, conſidera ꝙ ſi vera eſt gl.in c.niſi cum pridem.§ pro defectu quoque criminis.s̃. de renun. ꝙ infamis infamia iuris etiam poſt peractam pnĩam nõ habeat executionem officij.contra do. Flo.eſt caſus rotũdus in c.fi. ver. periurij.s̃.de tempo.ordi.vbi tex.dicit expreſſe. ꝙ periurus per acta pœnitentia poteſt in officio ſuſcepto miniſtrare & aſcendere ad nouos ordines,ſi ſit occultus.& ſic patet ꝙ nõ eſt infamis, & ſentiunt hic Doc.ſatis clare,ꝙ periurus de præſenti vel præterito iuramento ſeu aſſert. non eſt infamis,ẽt ſi ſit damnatus rõne ſolius periurij,vt l.2.iuncta.l.de periurio.ff.de crimine ſtellio natus,ſi periurus damnetur iudicio publico tanquam teſtis falſus,vt dicunt hic Moder.& bene.ſed Ang.in l. Lucius. ff. de his qui no.infa.dicit ꝙ ſi periurus damnatur, quia doloſe iurauerit,ſemper condemnatus efficitur infamis,quando poſſet agi ciuiliter ꝯ ipſum actione,quæ infamaret,puta actio de dolo, ita ꝓbatur in l.furti.§.fi.&.ibi per gl.ff.de his qui no. infa. & ſic ſunt declaranda & limitanda dicta Doct.Et aduerte,ꝙ rñſio do.Flo. ad iſtum tex.in prin.dum dicit quod iſtud hic colligitur per ar. & non expreſſe, ꝙ periurus nõ ſit infamis per quod nõ debem' recedere a canonibus expreſſe ꝯdicentibus, non eſt bona, quia ſicut dicitur in c.paſtoralis.in prin.j̃.de appel.ſemper verba,l. & reſcripti ſunt interpretanda ne ſint ſuperflua etiam ſi inducant aliquid exorbitans a iure cõi,vt tradit Bar.in l. 3. §. prætor ait.ff. de dam.infec.vñ bene poteſt ſumi argumentũ ex iſto tex. vt eut teſt ſuperfluitas ad limitãdũ iura expreſſa,vt dũ dñt periurũ eſſe infamẽ,intelligãtur de infamia canoni. Et ad mãm iſtã vide tex. ſingula. cũ gl.& ibi ꝑ Bar.in l.quotiẽs.C.de digni.li.12.vbi ꝓbatur ꝙ licet veniẽs ꝯ factum & iurm̃ ipſo iure ſit infamis , veniẽs tñ ꝯ iurm̃ ſolum,nõ eſt infamis ipſo iure, & hoc eſt qđ dixit hic d.Ant.efficit̃ tñ infamis ꝑ ſnĩam , qđ patet,ꝙa ꝯdẽnatus de periurio ſpoliat̃ de dignitate.& in hoc approbat̃ doctrina Ang.ĩ l. Lucius,q̃.s̃.retuli.Cũ.n.ille proprie dicat̃ periurus,ꝙ eſt in dolo , vt Bal.declarat in l.obſeruare.§.ꝓficiſci.q.33.de offi.procon. & le. ꝙeniens eſt ꝙ ꝯdẽnatus rõne doli ſit infamis,vt s̃.dixi,niſi forte actio ciuilis,q̃ cõpeteret pro periurio, eſſet alia actio , q̃ actio de dolo,& talis q̃ non infamaret,vt.s̃. eſt dictũ.In gl. poſita in ver. ꝯfeſſus. vides hic, ꝙ teſtis ꝯfeſſus vel ꝙictus de crĩe in iudicio crĩali repellitur ex ꝓbationibus in illo iudicio factis,licet iſta cã nõ ſit inter alias ꝑſonas,& agat̃ de crĩe ad aliũ finẽ, qđ vr̃ ꝯ regulas poſitas in c.q̃uis.j̃.de re.iu.& in c.inter dilectos.s̃. de fi. inſtr. vbi eſt ꝓprie caſus in teſte D.Abb.dicit, ꝙ hoc eſt ꝙa agit̃ de leui ꝑiudicio.vñ colligit ex hoc tex.ꝙ teſtis & ꝯfeſſio ꝯ illũ , ꝯ quem fuerũt recepta in vno indicio,faciũt fidẽ in fauorẽ tertiæ ꝑſonæ in alio iudicio. Tu autẽ dicas,hic eſſe caſum no.& mẽti tenẽdũ,

per

ADDITIONES.

a VIN. GOD. Teſtes uiles & pauperes non ſunt omni exceptione maiores, Rui.conſi.150.num.12.lib.5.

b VIN.GOD. Nota quod periurus teſtis a teſtimonio repellitur vt infamis, Rui.conſi.147.num.4.lib.5.

per quem clare probatur, ꝙ sicut sententia lata in iudicio accusationis, vel pro accusatore, vel contra accusatorem prodest regulariter, & nocet omnibus, vt in c. de his, & quod ibi plene, de accu. & l. si cui. & ibi per Bar. ff. eo. titu. & sentit satis clare Barto. in l. 2. §. diuus. ff. de iure fisci. ita vtacta facta in criminalibus licet non sit data sententia nocent & prosunt omnibus, quia cui nocet sententia nocent acta ſm Inno. in c. causam, quæ. s̃. eo. & per hanc rationem ita determinat punctualiter Bar. in l. 2. in vlt. col. ff. iudi. sol. vbi notanter concludit per regulam prædictam, ꝙ qa sententia lata pro primo accusatore prodesset secundo, &c. ita probationes factæ proderunt sibi in diuersa instantia. non solū autem proderunt secundo accusatori, sed cuicunque volenti ꝓbare crimen etiam ciuiliter, vt est casus no. hic. nam dico sic, dicit d. Abb. ꝙ vbi ageretur de leui præiudicio, hoc non videt posse stare, neque respectu partis producentis testem, neque respectu ipsius testis. nam exceptio, quæ opponitur cōtra testem per indirectum dicitur peremptoria, quia si repellatur testis potest ius partis perire secūdum gl. no. in c. ex parte. & in c. j. de excep. vbi patet, ꝙ potest inferre magnum præiudicium ista probatio respectu etiam testis potest leuis esse & etiam magni præiudicij inquātum eius repulsio verisimiliter habet notare seu infamare personam eius de facto. vnde quia non agitur de non leui ꝓiudicio exceptio criminis contra testem debet opponi designādo crimen specifice, sicut si ageretur de crimine ciuiliter, vt in c. præsentium. de testi. lib. 6. ꝙ non est ni si ratione grauis præiudicij vt dicit tex. in l. item exigit. ff. de dolo. & tradit Bar. in l. prætor
29 edixit. §. j. ff. de iniurijs. † Consequenter etiam ponunt hic Inno. & Hostien. illam no. q. vtrum per excommunicationem, a qua
a quis fuit absolutus, a repellatur testis, quasi vel infamis, vel per ipsam excommunicationem prohibetur crimen. & inter alia dicit Inno. & hoc confirmāt omnes, ꝙ excōmunicatus nō est infamis infamia ciuili. quod patet quia post reconciliationem corrigitur illa infamia, vt est casus. 6. q. j. c. illi, qui. in fi. quem allegat Arch. ad hoc in c. determinus. de sen. excom. & hoc etiā suadet natura sententiæ: quæ cum sit medicinalis, vt in c. cum medicinalis. de sent. excom. in 6. ij. q. j. c. nonnulli. debet inferri tantum detrimentum secuta absolutione, vt inquit Bal. allegās dicta Inn. hic, in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his, qui no. infa. & hoc approbant omnes. Sed dubium relinquitur, nunquid testes repellātur hoc casu, tanquam probetur crimē contra eū, propter quod lata est excommunicatio. super quo articulo ex dictis Innoc. & Host. do. Ant. hic, considerat duos casus. Nam aliqn̄ fertur excommunicatio nulla cā in ea expressa, aliqn̄ fertur cum causæ expressione, vt si iudex dicat, excommunico, qa non satisfeciſti de tali crimine, de quo eras culpabilis vel condēnatus, vel mando tibi vt compareas, & nisi comparueris j. tantū tps, excommunico te, vel si dicat, quia fuisti ꝓtumax in nō comparendo, excōico te. Primo casu dicit ipse ſm Doc. prædictos, ꝙ ꝑ excōicatum vel absolutū non probatur crimen vt repellatur tanq̄ testis vel accusator. & ita intelliguntur tex. qui hoc clare ꝓbare videntur. 4. q. j. c. j. & 2. & opi. tenentiū hoc in gl. summæ illius. q. quæ in hoc puncto refert plures opi. & est ratio, ſm eos, qa licet pro snīa excommunicationis, a qua non est appellatū, elapso termino appellādi præsumatur, vt tradit in c. qm̄ ꝑ s̃. de proba. per Inno. & alios, & in c. bonæ. s̃. de elec. Ista tn̄ præsumptio iustificat snīam in cā, de qua agit inter ipsas partes, & quo ad iudicem, qui tulit eam, sed ad præiudicandum excōicato iā absoluto quo ad tertiū, qui obijcit sibi excommunicatio. ista ꝑsumptio non extenditur, vt satis colligitur ex mente dictorū iuriū. & ideo testis vel accusator non repellitur propter hoc. dom. Abb. Moder. addit, ꝙ cum hodie in snīa excōicationis debeat exprimi cā, alias sentētia præsumitur iniusta & sine difficultate relaxatur, in c. j. de sentē. excom. in 6. indubitatum est hodie ꝙ ista snīa non probatur crimen. quinimmo ex illo text. posset inferri ꝙ etiā si cā probaretur per acta, nihilominus testis non repelletur, cuius ꝑrium dicit hic do. Anto. quia cum tex. in d. c. j. inditum dicte velit in odium iudicis sententiam relaxari vt iniustam, apparet quod etiam tollit virtutem probationum. Aliquando iudex excōicat simpliciter expressa causa contumacię. & tunc licet d. Anto. dicat ꝙ excommunicatus absolutus repelletur: do. Abb. dicit ꝙ hoc non est verum nisi quis diu perseueraſſet in contumacia, quasi sentiat ꝙ ꝓtumacia alias sit leue crimen ex quo qs non repellat a testificando, postq̄ est emendatus, sicut ipse supe
b rius dixit esse de æquitate. pro quo facit, quia contumacia b non dr̄ proprie delictum, nisi qn̄ habet originem a crimine, vt l. omne delictum. §. contumacia, & ibi ꝙ Bar. ff. de re mili. Secūdo ꝙ hoc multum facit, quia ꝓtumacia, quę ꝑhitur ex dolo, potest puniri criminaliter. Nam multa possunt imponi pro contumacia non solum officio iudicis, vt dixit Bar. in l. 2. in fi. ff. si quis in ius voc. non ierit. sed etiam per viam accusationis, vt est casus no. secundum Bar. ibi in l. j. §. fi. si quis ius di. non ob. & ꝙ contumacia possit criminaliter puniri tenet expresse Io. An. in addi. Spe. referens dicta Nico. Matta. de iureiur. §. j. vt s̃. ꝓclusum est. & est casus clarus in criminali, ꝙ ille qui potest puniri criminaliter de crimine emendatus non admittitur in criminali, ergo si contumax esset in dolo, quo casu potest imponi mulcta, ista doctrina non videretur tuta. Aliquando iudex excommunicat expressa causa mediata delicti & immediata contumacia, vt cum dicit alicui, si non restituas rem furatam a te Titio, sicut a me fuisti monitus, excōico te. & hoc casu do. Ant. tenet simpliciter, ꝙ per causam expressam in excommunicatione, probetur crimē etiam post absolutionem ab excommunicatione & vere probatur. sed do. Abb. credit istud dictum esse verum, si sententia sit lata in præsentem, qui non appellando videtur sententiam approbare, vt in c. quod ad consultationem. de re iudic. & l. ab eo. C. quomodo & quando iudex. Si vero sententia sit lata ꝑ absentem & ignorantem se esse excommunicatum, tunc quia nō videtur approbata per tacitum consensum, non probabitur crimen, secundum eum. sed ista sua distinctio non videtur probabilis. Primo, quia etiam si sententia sit lata contra absentem, vt currat sibi tempus appellandi, debuit habere notitiam sentētiæ ex postfacto, vt in auth. hodie. C. de ap. not. glo. & sic similiter tacendo videretur approbasse. Præterea, sicut præsumitur pro instrumento sententiæ latæ ꝑ præsentem in præiudicium ipsius, contra quem fertur, ita ad ipsius præiudicium præsumitur pro sententia lata ꝑ absentem, si transiuit in rem iudicatam, vt patet in c. bonæ. s̃. de elec. & tenent communiter Doc. in c. quoniā contra. s̃. ti. proxi. Præterea secundum istam distinctionem haberemus dicere, vel ꝙ contra reum contumacem, quia non potest appellare, vel contra eum qui secundo prouocauit & succubuit, quod in istis non dicitur tacita approbatio sententiæ, sicut dicunt Doct. in simili materia in c. nouit. s̃. de iudi. & in c. quia plerique. s̃. de immu. eccle. ergo non probaretur crimen. quod ego non credo esse verum, tum ratione supradicta, tum quia sicut dicit Barto. in l. ab eo. C. quomodo & quando iudex. ille, qui non appellat a sententia, non videtur vere approbare sententiā, sed ex fictione iuris. vnde etiam in casu, quo quis non appellat, non datur verus consensus non appellatur. Contra tamen istā communem opi. multum facit, quod dicitur ꝙ causa expressa in sententia vere probatur per sententiam, quod nihil aliud est dicere, nisi quia iudici credatur de substantia probationū, quas recepit coram se. Cum enim iudex dicit, quia furatus es, iō te excommunico. si ista tua assertione probatur furtum, ergo statur relationi iudicis de probationib. factis de furto sed istud est falsum, vt in c. quoniam contra. in fi. s̃. tit. proxi. & in c. cum a nobis. s̃. e. ergo ista doctrina non videtur procedere. Quinimmo etiam cum iudex potest procedere sine actis & sine scripturis, non creditur sibi de actis probatoriis, vt tradit d. Ant. in c. Quintauallis. infra de iureiuran. & plene scripsi declarādo dicta Bart. in c. qm̄ ꝑ. præalle. vnde ego non video, quomodo ista dicta procedant, præsertim in snīa excommunicationis, quæ non semp fertur cum tanta causæ cognitione, sicut deberet, & tn̄ valet, vt in c. sacro. & ibi no. j. de sent. excom. vz tamen propter auctoritatem maiorum. hanc opi. relinquo in dubio. In gl. vlt. quę inci
30 pit, s. qn̄ grauata est, &c. † Quærunt hic Doct. si crimen obiicitur testi in cā ciuili, & testis dicit se emendatum de crīe, cui incumbat probatio, vtrum dicenti eum non esse emēdatum, vel testi dicenti se esse emēdatum. Super quo gl. no. 2. q. 7. c. ipsi Apostoli. dicit ꝙ si crimen est manifestum, onus incumbit testi crīoso,
c secus si sit occultum, c de quo nunc non dico, † quia in occultis debemus omnia interpretari in meliorem partem, vt in c. ex tenore. de reg. iur. & in c. ex tuarum. infra de sortileg. cum multis aliis. & hanc sententiam approbat Spec. in tit. de teste. §. primo. ver. item opponitur. Innocen. & Ioan. And. hic sentiunt oppositum etiam in crimine occulto, dum dicunt, quod confessio in positione pœnitentiæ debet probari per sacerdotem, vt dicit gl. nostra, quæ dixit. tamen debet esse iuratus in forma testis, secundum Io. An. satisfactio autem pœnitētiæ, si delictum sit manifestum, dz per alios probari, si sit occultum præsumetur, quia cum satis cām fieri in occulto non posset per aliquem sit quem probari, sicut dicitur in simili in materia denunciationis euangelicæ.

ADDITIONES.

a VIN. GOD. Nota, quando excommunicatus absolutus restituatur ad iura lapsu temporis deperdita. Fely. in c. cum inter. de excep. col. 10. uers. utrum excommunicatus.

b VIN. GOD. Contumacia quotuplex sit, ponit Maran. de or. iud. uer. contumacia. num. 8. & unde dicatur. ibi. nume. 7. & pœna contumaciæ intelligitur commissa contra uerum contumacem, & non contra fictum. Idem in 6. parte, uers. appellatio, nu. 278.

c VIN. GOD. Nota, quod occultatio inducit præsumptionem contra occultantem. Ay. Cra. consil. 578. nume. quinto. quod autem occulta sint in mitiorem partem interpretanda, tradit Barbat. in tract. de testib. in principio. nu. 31. habetur in lib. 8. tract fol. 147.

gelicæ.2.q.j.ſi peccauerit.& c.ir omni.s̃.eo.tit.vnde patet, ꝙ sẽ tiunt etiam emendationem occulti criminis per teſtem debere probari,& volunt ꝙ ad hoc vt quis dicatur emendatus de crimine elegiſſe pœnitentiam non ſufficiat,nec contritio cum confeſſione,ſed requiratur realis peractio pœnitentiæ iniũctæ. & hãc ſententiam approbat hic in effectu do.Ant.& Moder. per regulam, ſemel malus de re. iu. Tu autem adde prædicta text. optimum cum gl.in c.j.j̃.de excep. in ver. ſe probauerint innocẽtes. ideſt emendatos de crimine, exponit ibi gl. & bene. & loquitur
32 ille tex.de crimine manifeſto. Secundo vide tex.ſingu.& glo.ibi etiam Doct.in c.propoſuit.j̃.de cleri.excom.mini. vbi probatur clare, ꝙ ille qui probat aliquem ſemel fuiſſe excommunicatũ, præſumptiue probatur eum nunc eſſe excommunicatum, niſi ille probet ſe abſolutum,etiam ſi ille habebatur pro nõ excom. vt ibi dicitur.& licet Bal.in l.ſiue poſſidetis .C.de probat.dicat ꝯ allegans Io.An.in c.literas. j̃.de præſumpt.maledicit, & contra tex.allegatum.nec Io.An.dicit aliquid in c.literas.ſecundum ꝙ referunt Doct.Moder. Et quia hic in vltima glol.determinatur
33 & recte,ſecundũ omnes,† ꝙ ſi pars obiicit teſti crimen ad eum repellendum,teſtis non poteſt repellere partem obijciendo ei ſimile crimen, quantumcunque criminoſus & infamis admittatur ad proſequendum ius ſuum.& in c.in omnibus.4.q.5. adde ad confirmationem huius concluſionis gl. in cle.j. in ver. Chriſtianos.de teſti.& quod no.Hoſt.& Io.And.in c.Iudæi.s̃.eod.in
34 quibus concludunt,† ꝙ etiam Iudæus,qui eſt infamis,poteſt repellere teſtem Chriſtianum criminoſum. & quia s̃.circa princ. commenti decretalis in notabilibus ego dixi ꝙ iſte tex.in ver.ẽt cum de crimine,&c. poterat intelligi quãdo agebatur de crimine ciuiliter,non ad pœnam applicandam parti, ſed ad remotionem a beneficio: ſcias,ꝙ iſtud non videtur ſimpliciter procedere,quia tex.in c.per tuas.j̃.de ſimo.vt ibi declarat glo. ſuper ver. diſtinguenda.quam omnino videas,etiam in crimine excepto, non admittit teſtem emendatum de crimine, cum agitur ꝓ inquiſitionem ad remotionem a beneficio, & ſic ciuiliter in ſe cõcurrentibus certis aliis qualitatibus, & ſic datur intelligi ꝙ in aliis criminibus non exceptis nullo modo admitteretur. & illam decretalem ad hoc ponderauit gl.6.q.3. c.qui crimen, vñ oportet aliter ſaluare illum ver. quam dixerimus in notabilibus. & dicitur ꝙ illa diſtinctio in ver.vel & ſi, non ſignificat ꝙ non agitur ciuiliter de crimine, cum non ſit proprie ciuilis, ſed ꝙ illæ cauſæ ciuiles tenent primum & præcipuum locum inter ciui-
a les cauſas.& hoc indicat dictio, etiam ,a quæ eſt implicatiua, nã de iure verum eſt,quod dixi,ꝙ quando agitur de crimine ad pœnam applicandam parti,iudicium dicitur mere ciuile, ſeruãtur tamen quædam ſolennitates in libello, quando actio ciuilis infamaret,quæ non ſeruantur in aliis iudiciis ciuilibus,vt l.prætor edixit.in prin.& ibi per Bar. ff.de iniur. per quod datur intelligi, quod dixi,quod tenet primum locum in cauſis ciuilibus.

CAP. LV.

Vltra tertiam. Quarta productio teſtium non datur,niſi ſeruata ſolẽnitate legali,de qua hic in litera . Secunda eſt ibi,niſi
1 preſtito.†No.ꝙ poſt tertiam productionem teſtium lex præſumit dolum & malitiam partis volentis nouos teſtes producere,quæ tamen eſt purgabilis per ſacramentum, vt hic vides,dubitat enim lex,ꝙ ille qui ter produxit teſtes, non diſtulerit hos nouos producere, vt ſubornaret eos: alioquin quare nõ produxit in primis productionibus,ſicut & alios nõ poteſt præſumi.& ideo dixit Lapus allegatione 88. vt refert hic do.Ant.ꝙ ſi in prima,ſecũda,& tertia dila.nulli teſtes eſſent producti, poſſent produci, intellige probato impedimento legitimo ſine iuramento hic poſito,quia tũc ceſſabit ratio ſuſpitionis. Et aduerte,ꝙ licet gl.hic,& in §.ſpatium.3.q.3.capiant tres productiones cum tribus dilat. vnde dicit glo. in illo §.ſpatium.ꝙ j̃.vnam dilationem poſſent fieri mille productiones.tex.tamen ille & in corpore, vnde ſumitur, videlicet in Auth.de teſti.§.quia vero.& in c.ſignificauerunt. s̃.eo. ſimpliciter videntur loqui de triplici ꝓductione,non de triplici dilatione, & quia iſte articulus habet varias opi.dic vt pleniſſime ſcripſi vltra omnes in c.in cauſis. s̃.
2 eo.Secundo no.ibi,neq; per ſe,neq; per alium,&c.† ꝙ paria sũt, partem didiciſſe teſtificata vel ſubtraxiſſe,quia ꝯ eum,qui furatur atteſtationes,inſurgit præſumptio,ꝙ acta fuerit percunctatus.i.ꝙ didicerit teſtificata, & hoc ꝓpter odium delicti, ſicut dicimus in ſi.in l.ſi de poſſeſſione.C.de proba.ſecundum Inno.& Doct.hic.ſed Bar.in auth.at qui ſemel. C.de proba.ſentit,ꝙ iſta præſumptio non oriatur ex odio delicti,ſed potius,quia ille qui ſubtraxit ſubtrahedo reduxit atteſtationes apud ſe, vnde ex hoc quod habuit eas penes ſe,reſultat præſumptio, ꝙ illas fuerit ꝓcunctatus. vnde etiam Doct. concedunt hic, ꝙ qualitercunque acta reperiantur penes partem,præſumptio eſt ꝙ didicerit teſtificata, vt eſt tex.no.cum gl.in c.conſtitutus.s̃.eo. & de iure ciuili probatur in corpore,de teſti.§.quia vero.in ver.editionem acce
3 perit.& in ver.vtpote,in quibus patet, † ꝙ ille qui probatur habuiſſe copiam atteſtationum,& ſic habuiſſe illas penes ſe,præſumit illas fuiſſe percunctatus.& bene facit tex.in l. nõ eſt ferendus.in prin.ff.de tranſ.quem allegat Bald.ad hoc in auth.at qui ſemel,præallegata. Tertio no.ibi, vel fuerit percunctatus . nam per hoc verbum,quod ponitur in corpore in Authẽ.de teſti.di-
4 cunt hic Doct.† ꝙ quia iſtud percunctari, ſignificat perfecte inquirere,vt l.vrbana.§.pernoctare.ff.de verb.ſign.& in c.ſi cõſtiterit.j̃.de accu.neceſſe eſt,ꝙ quis non legat perfunctorie & trãſcurſiue,licet mature & diligenter,vt non poſſit poſtea teſtes ꝓducere,& videntur hic ſentire Inn. & Hoſt. ꝙ in dubio vnica lectio non repetita non præſumatur talis,licet Doct.hoc non declarent. Ex hoc etiam inferunt,ꝙ ſi pars didicit a teſte vel ꝙ ipſe erat teſtificatus non ſufficiat ad excludendum eam,tum ꝙa hoc non cauetur,tum quia vox viua non potuit ſufficienter inſtruere,arg.c.cum perſonæ.in prin.de priui.in 6.vnde videmus ꝙ ad probandum tenorem ſcripturæ aliquando teſtes non admittũtur in ſubſidium,vt traditur in l.ſicut iniquum. & in l. emanci-
5 pat.C.de fi.inſtru.& in c.Albericus.s̃.eo.† Quarto no.ſecundũ Hoſti.quia teſtis met potuit mentiri parti, vt gratiam ipſius ſibi pararet,vt in c.inquiſitionis.§.pe.j̃.de accuſa.vel potuit forte de omnibus non recordari . Si tamen pars fuiſſet præſens examini toti,tunc bene excluderetur a producendo nouos teſtes,& videretur dediciſſe teſtificata,ſecundum glo.no.quam hic alleg.do. Anto.2.q.j.c.in primis.in ver. eo præſente. cui adde ſimilem in l.minime.ff.de legi.& vide quod ſcripſi in c.venerabilis. s̃.eod. & hanc ſententiam ſequũtur Io.de Imo.& alij Mod. licet aliter ſenſerit in c.ſeries.s̃.e.& potuit forte moueri,quia tex.in corpore,in ver.atteſtationes fuerit percunctatus, vñ requirere ꝙ legerit dicta redacta in ſcripturam & illum tex. adducit Bar.in auth. at qui ſemel,ad probandum concluſionem proxime,videlicet, ꝙ non ſufficiat ſi teſtis dixerit parti teſtificatum ſuum, ſi tamen pars fuit pñs & bene potuit intelligere teſtem, eadem rõ vñ eſſe. Pro qua concluſione vide tex.no.in corpore,de teſti.§.quia vero.in ver.illud.ibi diſputationem acceperit. qui tex.vñ ſignificare ſatis eſſe, ſi pars cognouerit diligenter dicta teſtium ex dictis aduerſariorum,licet poſſit reſtringi qñ habuit copiam, & ſic diſputauit cum aduerſariis, alias periculoſum eſſet hoc dicere, ꝙ ex dictis aduerſariorum dicentur didiciſſe,quia pars aduerſa potuiſſet eſſe ita inſtructa ꝙ poſſit in aliquo occultare veritatẽ. cõcluſio tñ vñ vera in ſe,& probat ille tex.ſm Bar.in loco allegato, ſiue quis didicerit atteſtationes pro ſe factas, ſiue atteſtationes aduerſarij,vt ſufficiat,vt ſuper eiſdem argumentis vel directo ꝙ contrariis nequeat teſtes producere,& hoc tenuit Inn.hic,& com-
6 muniter Moder.Quinto no.ibi,nec per dolum, &c. † ꝙ in his,q̃ pendent ab animo,ſicut dolus,malitia & ſimilia, frequenter ſtatur iuramento illius,qui de animo ſuo teſtificatur,ſuper quo vide quod traditur in c.ſi vero.infra de ſen.excom.& in §.aliæ.Inſti.de ac.& in clemen.peruenit.de cenſi.Pondera etiam tex.hic

in quo

ADDITIO.

a VIN. GOD. Et dictio, etiam,poteſt ſtare augumentatiue.Ruin.conſ.57.nume.19.lib.2.

SVMMARIVM.

1 *Quarta productio teſtium,an & quando detur .*
2 *Teſtificata didiciſſe partem vel ſubtraxiſſe,paria ſunt .*
3 *Atteſtationum copiam, qui probatur habuiſſe, an illas percunctatus præſumatur.*
4 *Percunctari,quid ſignificat .*
5 *Teſtis,an poſſit parti mentiri,vt eius gratiam ſibi paret.*
6 *Iuramento teſtificantis de animo ſuo ſtatur in his,quæ ab animo pendent.*
7 *Impedimentum quando eſt in parte,vel in teſtibus, et tota legalis dilatio lapſa eſt,an tertia ſit aſſignanda.*
8 *Condemnato in abſentia iuſte impedito, ſicut competit in integ.reſtitutio, an etiam impedito probare de iure ſuo .*
9 *Terminus legalis,ſemper eſt peremptorius.*
10 *Dilationis primæ in conceſſione,an pars citari debeat .*
11 *Dilationem aſſignare,nulla partium petente,an iudex ex officio poſſit .*
12 *Terminum quidam aſſignant prius ad articulos producendum,quidam ad probandum aſſignãt,in quo articuli producuntur, & examinatur , an dum iudex deliberat vtrum articuli ſint admittendi , terminus ad probandum currat .*
13 *Terminum ad ponendum habens,an termino ſatisfaciat,ſi in termino poſitiones producat,licet intra terminum non faciat reſponderi poſitionibus.*
14 *Terminus probatorius an currat,licet articuli non ſint admiſſi .*
15 *Probare volenti intra prouinciam,vel ex continentibus prouincijs,aut in trãſmarinis,quare tempus aſſignetur,& aſſignato elapſo,quid agendum .*
16 *Dilatio alia impedito,an & quando concedatur,ſi ſit aſſignatus terminus ad declinatoriam excep.probandam.& nu.19.*
17 *Exiſtens in vtero,tanquam natus in integ.reſtituitur.*
18 *Reſtitutio ex capite minoris ætatis competens, eſt fauorabilior .*
20 *Probationis terminus,quando currere incipiat .*

a in quo noīe artis significatur dolus a malitia & similia. 22. q. 5. c. quacunque arte. 46. dist. c. sicuti. aliqñ tñ capitur in bonã part. tem, vt in c. clericus. 96. dist. & quia hic fit mentio de quarta productione, Inn. inter alia hic dixit, ꝙ tunc demum concedit quarta productio, qñ non esset elapsus terminus legitimæ dilationis, de quo fit mentio. 3. q. 3. §. spatium. & in l. j C. de dila. ꝙ nullam habet dubitationem, quia cum ista quarta productio debeat fieri cum competat facultas probandi, non est dubium ꝙ si p̃ lapsum termini dilationis lõgioris assignati a lege aliquis est exclusus a facultate probandi, non poterit quartam productionẽ facere. sed videtur, ꝙ etiã si quis esset exclusus per lapsum primæ dilationis duntaxat, quæ non complecteretur totum tempus, de quo in l. j. C. de dila. adhuc idem esset dicendum, quia cum secũda dilatio non debeat concedi, nisi probato impedimẽto & ex causa, vt l. oratione. ff. de fer. adhuc exclusus a facultate probandi non posset facere quartam productionem. Et si dicas, poterit cum causa tunc facere probato impedimento, certe idem esset, si tota dilatio legalis a principio fuisset assignata, quia etiã post illam ex cã conceditur secunda, vt j̃. videbis. & probatur satis in d. l. j. in fi. in ver. non facile. Potest dici declarando istud dictum, ꝙ mens Inn. fuit ista, videlicet si non sit assignatus totus terminus legalis in prima vel secunda dila. admittatur ista quarta productio & impedimentum probetur per solum iuramentum, ꝙ multi tenent in l. fi. ff. de fer. & in illa l. j. C. de dila. vbi tetigit Bal. & dicetur inferius in explanatione gl. Si vero tota dilatio legalis sit assignata, debeat probari impedimentum aliter q̃ per iuramentum. Subdit tamen Inn. & sequitur loã. An. & do. Ant. hic, ꝙ si pars assignata dilatione legali integraliter fuit impedita per iudicem vel receptorem testium quominus faceret examinari suos testes dabitur sibi restitutio in integ. ex cla generali, si qua mihi iusta cã esse videbitur, per ea, quæ hñt in c. pastoralis. in fi. & in c. de causis. s̃. de offi. dele. & per text. in Auth. vt spon. lar. §. hoc quoq; dicit tñ Io. And. ꝙ tunc faciet pars si de hoc impedimento protestetur. D. Abb. Mod. dicit, ꝙ sine resti. in integ. pro-
b bato impedimento poterit vel dari noua dilatio b vel vetus prorogari, si nondum est finita, sicut dicit tex. in l. j. in fi. in ver. nõ facile. C. de dila. & tenent Doct. hic inferius, & Bar. in l. fi. ff. de fer. & in illa l. j. Tu vero iungendo istam quæstionem, vna cum duabus aliis, quas ponunt hic Inn. & Io. An. quos ẽt sparsim d. Ant. refert, cõsidera duos casus. nam aliqñ quis fuit impeditus negligentia vel facto iudicis seu examinatoris. Aliqñ fuit impeditus, vel eo impedimento respiciente personam testium, quia erant priuilegiati, vel aliter non poterant examinari. primo casu difficultas stat in hoc, vtrum regulariter impeditus facto iudicis seruetur illęsus ipso iure, vel aliter sit opus restitutione. nã si tenemus, ꝙ secundum fatale applonis & primum currat impedito facto iudicis & detur restõ, vt vr̃ tenere Bar. in auth. item si appellatione. C. de temp. ap. & in l. arbitrio. §. j. ff. de dolo. & sequũtur multi Moder. in c. ex ratione. j̃. de app. maxime in cursu secundi fatalis, tunc recte dixit Inn. hic, quia sicut quo ad alios effect⁹ negligentia iudicis in iudicio non conseruat partem illæsam ipso iure sed datur restõ regulariter. ita erit dicendum in termino p̃batorio. Vnde dicit Bald. no. ad propositum in auth. at q̃ semel. in vlt. q. C. de proba. & Ang. in l. fi. ff. de fer. ꝙ qñ est impeditus probare facto iudicis non est danda noua dilatio, sed est restituẽda prior & supplẽda. In hoc tñ est modica dr̃ia, vt j̃. videbitis. maxime cum ista restõ possit concedi a iudice incidenter sine libello ſm Bar. in d. auth. item si appell. Si vero teneres sn̄iam glo. in Auth. de appel. §. sancimus. quam Bal. approbat in d. auth. item si applone, ꝙ impedito ex facto iudicis terminus nõ curreret ipso iure, saltem in secundo fatali, quia non potest dari reparatio p̃ tertium fatale, quod non inuenitur, sicut probare vr̃ tex. nõ violando literam, in illo §. hoc quoq;. nisi haberemus dicere, ꝙ primus terminus non currit ipso iure, & sic non esset opus restitutione vel secunda dilatione quatenus durauit impedimentum sicut dicit Bal. no in l. fi. C. de adul. ꝙ terminus probatorius p̃fixus a statuto non currit ipso iure, quando aliquis fuit impeditus ex facto partis aduersæ. Pro quo est casus & in l. si tamen ipse. ff. de excu. tut. sed quia communior opin. est, ꝙ in casu illius §. hoc quoque, succurratur appellanti per viam restitutionis. iõ dicamus secundum Inn. ꝙ currit iste terminus, sed datur restitutio. & quia Io. An. dicit ꝙ isto casu tutum est protestari, declarando hoc dictum, dicas ꝙ si protestatio contradicit iudicis interpellationi, non solum est tutum, sed necessarium, quia aliter non videretur stetisse per iudicem, nisi post iuramenta testium pars peteret vt examinaret testes, vt l. fi. in fi. C. de adulte. in ver. imminente. & tenet Bar. expresse in propriis terminis, in l. damni. §. Sabini. in vlt. quæst. ff. de dam. infec. sufficeret tamen tunc vnica interpellatio secundum Bart. in l. Titia. §. vsuras. de leg. 2. & est bonus text. & ibi per Bald. in l. properandum. §. finautem vtraque. C. de iudic. & in l. fin. §. vlt. C. de tempo. appel. Si autem intellexit Ioan. An. ꝙ vltra interpellationem factam iudici, pars deberet protestari in actis, ꝙ per eam non stat, tunc fateor ꝙ ista
c protestatio c erit vtilis, sed non necessaria, quia ex quo vere pars impediebatur per iudicem protestari de impedimento, si vere subest, non est necesse, prout plene scripsi in cap. penul. supra de iudi. quibus etiam potes addere istam auctoritatem Ioan. And.
7 † Circa tertium dubium, cum quæritur quando impedimentũ est in parte vel in ipsis testibus, & est elapsa tota dilatio legalis, considera duos casus. nam aliquando terminus legalis assignatur ministerio iudicis, sicut est dilatio de qua in l. prima. C. de dila. Aliquando terminus legalis assignatur ipso iure sine iudicis ministerio, & hunc casum non attingunt hic Docto. Primo casu Innocen. hic, & Moder. dicunt, quòd si impedimentum non est diutius duraturum, potest assignari tertia dilatio, vel prorogari primo causa cognita. Pro qua conclusione est casus clarus in illa l. j. in fi. ver. non facile. supra allegata, quem Moder. allegant hic & bene, & satis est de mente Barto. in l. fin. ff. de fer. Si vero impedimentum est diutius duraturum, tunc ne detur materia parti fingendi impedimenta, vel inducendi, per quæ lites protrahantur in longum, iudex debet ferre sententiam non data alia dilatione, & postea si cessabit impedimentum pars petet rescindi sententiam per restitutionem in integrum ex clausula generali, si qua mihi iusta causa esse videbitur, per ea, quæ habentur in l. mater. in princip ff. de excep. rei iudic. & in l. prima. in fi. ex quib. cau. ma. Ex quo dicto no. domi. Anto. vnum not.
8 valde, † ꝙ sicut illi, qui fuit cõdemnatus in absentia, si iuste erat impeditus, competit restitutio in integrum iuxta ea, quæ plene tradit Bart. in l. fin. ff. de in integ. restitutio. ita illi, qui fuit impeditus probare de iure suo, licet fuerit præsens in iudicio, competit talis restitutio. pro hoc alleg. domi. Anto. glo. in l. si fideiussor. §. in omnibus. ff. manda. vbi glo. dicit, ꝙ si reus reperit instrumẽtum solutionis post sententiam, ꝙ prius ignorabat, vbi esset, cõpetit restitutio aduersus sententiam ex clausula generali. sed illa glo communiter reprehenditur per omnes, vt scribit Bart. in l. si sine. §. j. ff. rem ra. hab. & in l. j. & ibi per Bald. C. de condi. indeb. & plene tradunt Moder. in cap. suborta. infra de re iudica. vnde iste articulus est dubius, & vide quæ scripsi in sim. quæst.
9 3. c. intimauit, supra eodem. † Secundo casu, quando dilatio assignatur a lege, dixit Bal. in l. fin. ff. de fe. ꝙ nunquam conceditur secunda dilatio, quia terminus legalis semper est peremptori⁹, vt l. facta. §. si quis bonorum. ff. ad Trebellia & magis quam terminus hominus, sicut ipse declarat in l. diffamari. C. de inge. & manumis & idem dixit ipse in l. secunda. C. de tempo. appell. & in c. j. §. sancimus. in vltimis ver. quo tem. mi. inuesti. Tu autem dicas, secundum glo. not. in cap. solet. in ver. octo dierum. & Io. And. in cap. primo. de elect. eodem lib. in nouella, super ver. instructos, quòd si aliquis est legitime impeditus saltem per viam restitutionis ex clausula generali, sibi subuenietur. glos. tamen hoc videtur singu. limitare in cap. pia. de excep. in sexto. in ver. octo dierum, quando probatio esset facienda super iure, quod non repellit in perpetuum, sed ad tempus, sicut est excommunicatio, de qua dic vt ibi per Ioan. And. in nouel. & quia domi. Anto. refert in effectu multa dicta Barto. in l. fina. ff. de fer. pro declaratione eorum, quæ dicunt̃ circa concessionem primæ di-
d latio. d † Quæro, vtrum in concessione primæ dila. pars debeat citari. & potest ista quæstio intelligi tam de parte, cui conceditur dilatio, vel assignatur si ipsa sit absens, quam de parte aduersa. Spec. in titu. de citatio. §. nunc videamus. ver. scias. & ver. sed pone, dicit simpliciter ꝙ dila. debet assignari iudice sedente pro tribunali causa cognita & partibus præsentibus per l. a procedẽte. C. de dilatio. postea in ver. sed pone. videtur sentire ꝙ satis sit citari vel esse præsẽtem illum cui assignatur terminus. licet alia pars non fuerit citata neque præsens. sed istam differentiam improbat ibi Ioan. And. super quo vide quod scripsi post domi. Anto. in cap. licet causam. supra titu. proxi. Sed aduerte, quia cum Specu. dicat & referentes eum in c. licet. præallegato, ꝙ dilatio debet concedi iudice sedente pro tribunali, per illa verba videtur restringi dictum suum ad alias dilationes, quia prima dilatio cum fiat cum leui causæ cognitione potest concedi de plano iudice non sedente pro tribunali secundum Bar. in d. l. a procedente. & Ang. in l. fin. ff. de fer. dum dicit ꝙ prima dilatio debet concedi cum causæ cognitione, si est probatoria, sed si est expectatoria, secus, per l. diem proferre. in prin. ff de arbit. sed hæc improbatur, ꝙ dilatio expectatoria assignatur parti absenti. Et

ego

ADDITIONES

a VIN. GOD. Dolus & fraus quibus coniecturis probetur, & an iure probari possit. Rui. cons. 4. nu. 10. lib. 1. & ibidem, nu. 11. Et dolus & fraus in dubio non præsumitur, quamuis alteri fiat præiudicium, quando quis disponit de re sua. Rui. cons. 213. nu. 10. lib. 1.

b VIN. GOD Dilatio, quando datur ad aliquid faciendum, an requiratur sententia, uel denunciatio. Alex cons. 24. col. 2. lib. 4.

c VIN. GOD. Adde, ꝙ protestatio requiritur pro impedimento facti, secus p̃ impedimento iuris. Rui. cons. 77. nu. 2. lib. 5.

d VIN. GOD. Nota, ꝙ dilatio probatoria sine citatione assignata non ualet, nec sufficit notificatio, secus in expectatoria. Rui. cons. 61. nu. 5. & 24. lib. 5.

ego dico indubitanter ꝙ q̃uis possit prima dilatio assignari de plano, & sic non requiratur in ea plena causæ cognitio, citatio tamen requiritur. hoc probat text. clare. in clem. sępe. in verbo, citationes. iuncto § fi. de verbo. sign. dicitur enim in verbo, citationes. ꝙ si papa committit causam simpliciter & de plano & sine figura iudicij, quod est fortius, non debet omitti citatio. in §. fin. dicitur ꝙ idem iuris est, si ex forma alicuius l. siue canonis, debeat procedi modo prędicto. Ex quo patet ꝙ licet lex dicat in causis q̃ non requirunt plenam cãæ cognitionem, posse de plano procedi, ita ꝙ iudex non tenetur sedere pro tribunali, tũ vbi
11 agitur de præiudicio tertij semper citatio est facienda. † Secũdo quæritur nunquid iudex ex officio proprio nulla partium petẽte possit assignare dilationem. super quo dixit Bar. in l. j. C. de dila. ꝙ potest. mouetur primo per illum tex. in versi. verum vrgentissima necessitate. vbi patet, ꝙ satis est causæ propositæ necessarium esse terminum, licet non petatur a parte. Secundo per l. ꝓperandum. §. j. C. de iudi. vbi tex. dicit, ꝙ inuito iudice non licet partibus litem protelare. & sic patet ꝙ etiam si partes negligant iudex ex officio potest impedire litis expeditionem. & hanc sententiam vr̃ sentire gl. j. in c. licet causam. §. ti. proxi. & hoc dictũ sequitur do. Ant. sed ipse idem Bar. clarius & melius loquitur in l. 4. §. hoc autem. ff. de dam. infec. vbi in effectu distinguit, ꝙ aut quæritur vtrum iudex ex officio hanc dilationem possit assignare absenti. & hoc fieri non potest, vt l. properandum. §. & si quidem. in ver. recusante, &c. C. de iudi. & in auth. qui semel. in ver. reo postulante. C. qũo & qñ iudex. aut quæritur vtrum eã possit assignare præsenti & post per iura allegata, & per l. fin. C. vt j. cert. temp. & ratio est ꝼm eum quare assignare dilationem põt, vt lites abbreuientur quod respicit iuris publicam obseruationem, ergo iudex potest supplere ex officio, vt l. 2. §. sed quia. C. de iura. calum. & l. j. ff. de offi. assess. & hanc distinctionem approbat Bal. in l. j. versus finem. C. vt quæ desunt aduo. & per do. Anto. expresse in c. bonæ. el j. s̃. de postu. præla. Sed Iac. But. subtilis doctor, & Bal. referens & declarans in l. fi. ff. de fer. dicit, ꝙ iudex potest assignare dilationem non petenti. quinimmo & inuito, dummodo hoc saltem petat pars aduersa quæ potest petere vt aduersario assignetur terminus ad procedendum in causa, vt in auth. at qui semel. qũo & qñ iud. in authẽ. qua in prouincia. C. vbi de cri. agi oportet. sed neutra partium petente hoc fieri non
12 potest. allegat tex. optimum iudicio meo, in l. 2. in ver. si petantur. C. vt j. cer. temp. & bene facit tex. in l. fi. quem Bart. allegat ꝓ se in verbo partibus imminentibus. C. de dila. & in ver. postulatum. & istud credo verius de subtilitate iuris. Amplius dicit Cy. & not. in l. 2. sæpe allegata. ꝙ si iudex offert parti dilationem vel terminum & pars eam non acceptat pars nihilominus postea poterit dilationem petere, ꝙ Bal. ibi si superueniat noua cã dilationis petendæ. alias vr̃ sibi pars præiudicasse ex sua renunciatione. Sed ista restrictio non vr̃ esse vera, quia licet pars dicat se nolle acceptare dilationem oblatam, non tñ vr̃ dicere ꝙ velit eam repudiare. potest enim forte hoc dicere, quia vult deliberare & instruere se prius ꝙ habeat probare anteq̃ dilationem petat. casus est in l. filij mater. §. j. ff. ad Tertul. vbi patet, ꝙ ille qui ꝺt nolo adire vel nolo hæreditatem, non videretur dicere ꝙ repudiet hęreditatẽ, quia inter ista duo est medium. s. deliberatio vtrum acceptet vel repudiet, sicut subtiliter declarat Bar. in l. si qs suus. ff. de iure delibe. quinimmo ẽt si expresse renunciaret dilationi sibi oblatæ, adhuc non videretur excluſus a dilatione quam postea peteret, quia ista videretur esse alia dilatio ꝓp diuersitatem prioris tpis ipsius dilat. vt l. j. §. sed cum adijcit. ff. de ver. ob. & bene facit tex. & quod ibi per Bar. in l. si vsusfructus in biennium. ff. de vsufru. leg. & quod hr̃ in l. voluntarie. C. de excu. tu. Sed redeundo ad principale dubium dico, ꝙ si iudex ex officio nõ potest hanc dilationem assignare absenti & contumaci qui ꝓ delinquit q̃ ille qui est præsens & negligit, vt l. 2. vt j. cer. temp. prę-alleg. & ꝯ quem est maior præsumptio velit dilatare iudicium. ꝙ patet ex ratione naturali, & ẽt quia videmus ꝙ ille qui semel fuit contumax ẽt si possidebat immobilia ꝓp suspitionem, quæ de eo orta est, non euitat satisdationem de iudicio sisti ꝼm Bart. in l. hæc autem. in prin. ex qui. cau. in pos. ea. & bene facit tex. cũ gl. in c. significauit. s̃. de offi. or. & in c. qm̃. s̃. de appell. & ibi no. multo fortius vr̃ ꝙ præsenti similiter non possit hanc dilationẽ assignare ex officio. & licet reperiatur in certis casibus ꝙ iudex magis faueat absenti q̃ præsenti, hoc est verum in his quæ pertinent ad inquisitionem veritatis modo in his quæ pertinent ad abbreuiãdas lites quas iudex suspicatur protrahi per partẽ. Nec est verum quod dicit Bar. in §. hoc autem. videlicet ꝙ assignatio dilationis pertinet ad iuris publici obseruantiã, quia hoc nõ potest dici nisi de illis quæ respiciunt vel solennitates substantiales iudicij vel quæ sunt introducta principaliter in fauorem publicum, vel de his in quibus si iudex non suppleat iudicium redderetur elusorium, vt dicit gl. no. in c. j. in ver. absentia. de elec. 1̃6. Dilatio autem non est de talib. vnde videmus ꝙ potest ferri sententia diffinitiua ẽt sine assignatione alicuius termini & valet, vt l. si qñ. & ibi per Bal. ff. de dila. possunt enim probationes fieri sine termino vt ibi, & in l. in crimine. ff. de adult. & per Bal. in l. cum a nobis. C. de dila. immo etiam si nulla reperiatur facta ꝓbatio neque assignatus terminus, tamen valet sententia diffinitiua vt declarat Bar. in l. prolatam. in fi. C. de sen. nisi angustia tẽporis excluderet præsumptam causæ cognitionem, secundum eum ibi. Posset tamen dici, ꝙ qñ iudex esset prope finem instantiæ & nihil esset probatum ne haberet ferre absolutoriã ab obseruatione iudicij, forte isto casu hoc posset ex officio partibus præsentibus sicut potest ferre sentẽtiam & expedire causam ex officio nullo pendente, vt tradit singulariter idem Bar. in l. Seius & Augerius ff. ad l. fal. & sequitur Bal. in l. j. in fin. vt quæ desunt aduo. & do. Abb. Moder. in c. venerabilis. s̃. de iud. de iure tamẽ licet ista limitatio sit multum ęqua, non recederem a prius dictis: quia quamuis reipub. interſit lites finiri in genere & ꝓpter hoc statuitur terminus instantiæ, litem tamẽ sic finiri, idest per diffinitiuam sententiam magis quam per lapsum instantiæ principaliter videtur interesse partis & secundario reipublicæ. Non ob. tex. in l. properandum. in fi. prin. quia tex. non dicit simpl̃r, ꝙ sit in potestate iudicis litem expediri, sed ꝙ est magis in potestate iudicis q̃ partis. & sic patet ꝙ etiam ad partem pertinet aliqua diligentia. & cum dr̃ postea, nullus erit tam audax ꝙ inuito iudice litem possit protelare, non significat ꝙ solus iudex possit expedire litem, cuius ꝯrium postea dicit in §. & si quidem, sed ꝙ vna partium instantiæ in vita altera poterit expedire iudicium. nam si illa ratio haberet ꝼm quod dicit Bar. fuisset restringenda qñ iudicium fit partibus præsentibus. quæ ratio ibi generaliter ponitur. quod autem assignatio dilationis non sit de his quę tẽdunt ad iuris publici obseruantiam, satis sumitur ex l. nemo potest. cum materia. ff de leg. j. & ex no. in c. si diligenti. de foro cõpe. illa. n. videntur esse de iuris publici obseruantia, quæ sunt de solennitate necessario requisitæ ad actũ cui partes non possunt renunciare vel quæ sunt inducta principaliter ad vtilitatem publicam, sicut iur̃m calumniæ. & istę solent habere hanc naturã, ꝙ lex semper vult ea seruari, quæ nõ sunt fautricia induciarum terminorum, quæ multa inducta expediuntur sine termino & dilatione, vt s̃. est dictum. Sed quæritur pro declaratione practicæ, quam ponit Bar. in l. fi ff. de fe. & do. Ant. hic, dum dicunt, ꝙ
12 † quidam prius assignant terminum ad producẽdum articulos quidam assignant terminum ad probandum, & in ipso termino faciunt produci articulos & examinant vtrum sint admittẽdi. & nunquid quousque iudex deliberat vtrum articuli sint ad
a mittendi currat terminus [a] agnatis ad probandum. & similis quæstio potest esse si sunt productæ positiones quibus est respõdendum per partem aduersam, quæ forte voluit terminum ad respondendum positionibus vtrum currat terminus probatorius ante responsionem. super quo articulo dixit Bald. in l. quandiu. in vlt. q. ff. de acquiren. hæred. quod terminus non currit in vtroque casu, quia priusquam iudex admittat articulos vel pars respondeat positionibus volens probare est impeditus impedimento iuris. ergo non currit sibi terminus, vt l. 2. §. in omnibus. secundum vnum intellectum. ff. de iudi. & plene per Bar. in l. senatus. ff. de offic. præsi. per Bal. & Ang. in l. 2. §. si quis in iudicio. ver. fin. ff. si quis cau. in l. j. C. de iura. calum. vnde dicit ibi ꝙ terminus probatorius non currit ad probandum excep. donec disputatur, an exceptio sit admittenda. hanc sententiam sequitur glo. singul. in c. cupientes. §. ꝙ si per viginti. in ver. videbitur. de elect. lib. 6. vbi expresse affirmat ꝙ terminus legalis assignatus ad probandum non currit donec pendet cognitio vtrum exceptio proposita admittatur. sed glo. singu. & pulchra in clemen. sæpe. in ver. post dationem articulorum. de verb. signific. aperte tenet contrarium: dicit enim ꝙ iudex non debet assignare ter
b minum [b] ad articulandum & ponendum, & post illum terminum ad probandum successiue, quia ex hoc sequeretur talis absurditas quòd productis articulis vel positionibus in termino tempus curreret ad probandum priusquam responderetur
13 positionibus vel admitterentur articuli. † Ex qua glo. colliguntur duo. primo ꝙ ille qui habet terminum ad ponẽdum vel articulandum, videtur satisfacere termino, si producat articulos vel positiones in termino, licet infra terminum non faciat ad-
14 mitti articulos vel responderi positionibus. † Secundo ꝙ terminus probatorius currit, licet articuli non sint adhuc admissi vel rñsum positionibus. & in hanc sn̄iam inclinat Bal. allegans Dy. in l. si cum ipse. ff. de excusa. tuto. vnde dicit, ꝙ cautela est facere

pronunciari

ADDITIONES.

a VIN. GOD. Nota, ꝙ terminus debet dari unicuique ad suam defensionem faciendam in causa criminali, nisi sit deprehensus in flagranti crimine. Tho. Gram. decis. 36. nu. 53.

b VIN. GOD. Terminus datus ad ponendum seu articulandum, est tantæ potentiæ, ut post eum fieri possit positionis declaratio. Ruin. consil. 109. num. 4. lib. quinto.

pronunciari per iudicē, ꝙ non currat terminus probatorius donec rñsum sit positionib. & ita ad has tollendas difficultates obseruat practica. Tu vero in ista materia dicas, ꝙ qñ iudex deliberat vtrum articuli sint admittendi, aut probabiliter poterat dubitari vtrum articuli essent admittendi vel non. & tunc ēt si iudex aliquos non admittat, propter quod distulit admissionem cæterorum, non currit terminus probatorius, quia pars interea non potuit probare se impeditam impedimento iuris, & idem est & multofortius si articuli de quibus dubitabatur postea fuerunt admissi. Si vero non erat probabilis dubitatio vtrum articuli [a] essent impertinentes vel non admittendi alia ratione. & tunc imputet sibi pars quæ illos articulos deduxit. vnde terminus probatorius curret, vt est tex.no. & ibi per Bart. in l.2. §. hoc solum. ff. ad Tertul. per quem dixit ibi, quod si disputatur super iurō procuratoris & postea iuramentum pronunciatur non legitimum, currit terminus statutus ad faciendum actum sequentem, si exceptio proposita non habeat probabile dubium, alias imputet sibi producens mādatum & disputans super eo, super quo non debebat probabiliter dubitari. & ita etiam distinguit Bal. in l. quæstionem. & in l. ꝯ maiores. in fi. C. de inoffi. testa. Et hanc distinctionem facit domi. meus qui fuit vidit ista duo dicta in d. l. quandiu. si vero loquimur vtrum terminus nō currit anteq̄ sit rñsum positionibus. credo sniam Docto. in l. quandiu, esse veriorem, quia cum pars vtatur permissione iuris, quia inuenit positiones non hūs probare releuetur ab onere probādi, vt in c. j. de confes. lib. 6. & in cle. sæpe. de ver. sig. quia nihil est, ꝙ sibi possit imputari si non voluit probare priusq̄ sciret in quib.
15 releuaretur ab onere probandi. † Successiue quærunt hic Inno. Host. & alij scribentes post eum, quia in l. j. C. de dila. & 3. q. 3. §. spatium, dr, ꝙ volenti probare intra prouinciam, tres menses, si vero ex continentibus prouinciis, sex: in transmarinis vero 10. menses, vtrum si aliquis dicat se velle probare in his tribus locis & patiatur primo labi terminum trium mensium, deinde velit assignari sibi sex menses vt probet extra prouinciam, quibus elapsis petat nouem menses probationibus transmarinis, vtrum sit audiendus. ita ꝙ in effectu habeat decem & octo menses. & ista tempora computentur distincte vt vtrum incipiat currere finito alio, & prius tempus non computetur in parte sequentis, sup quo articulo Io. An. volens concordare opi. Inn. cum opi. Pet. & Cy. in l. j. C. de dilat. in effectu distinguit, ꝙ aut petens dilationes vult probare super eisdem articulis in omnib. locis, vel sup aliis, quos a prin. tempore primæ dilationis præuidere potuit sibi esse probandos, & status causæ vel impossibilitas facti nō ꝺicit, quin alias in locis omnibus possint probari, tunc tēpus computatur in tempore primo in secūda dilatione, quæ assignatur ad probandum extra prouinciam, quæ est dilatio sex mensium, cōputando tres menses primæ dilationis. & sic pro secunda nō habebit, nisi tres menses, & per ꝑns tota probatio dilatio erit 9. mē sium. Et ita loquatur opin. Pet. & Cyn. qui dixerunt, ꝙ tempus computatur in tempore. Si vero vel status causæ, v.g. quia in dilatione concessa intra prouinciam erat probandus articulus p̄iudicialis ad articulos probandos extra prouinciam, vnde non poterat simul & eodem tempore pro ambobus assignari dilatio, & tunc non similiter concurreret, iuxta ea, quæ tradit Bart. in l. fi. ff. de fer. & in l. 2. ff. de re iudi. & gl. in cle. sæpe. in ver. articulos. de verb. sig. ex eo, ꝙ impossibilitas facti excusat, puta quia non poterat simul & semel mittere ad examinandos testes extra prouinciam, & facere examinari in prouincia. vel quia tempore primæ dilationis verisimiliter non potuit præuidere ius, ꝙ nunc sibi est probandum, & superuenit. & tunc procedat opin. Inn. Nec ob. opi. Pet. & Cy. ne terminus videatur currere impedito, & videatur assignatus ei, qui non potest probare, ꝙ esset in iustum. & hanc distin. in effectu sequitur hic do. Anto. & Mod. Tu autem aduerte, quia ex ista doctr. Pet. & Cy. s̄. relata sequeretur, ꝙ ille qui habet probare in istis tribus locis, in duobus ex ipsis cogeretur litigare per procuratorem, vel per nunciū, quia hoc est certum, ꝙ ipse simul pluribus locis esse non posset. hoc autem est ꝯ regulam iurium, de quibus in l. j. §. vlus. ff. de proc. & in c. j. de iud. in 6. nemo. n. cogitur litigare per se, vel p̄ ꝓcuratorem, nisi qñ non potest ipse comparere in iudicio, iuxta l. Papinianus exuli ff. de mino. Sed secundum istam doctri. ille, q̄ est præsens in iudicio, & vult litigare per se, cogeretur aliquam partem processus expedire per alium. ergo istud vr esse incōueniēs. Nec dicas ꝙ forte in vna dilatio. posset expedire per se oēs istos actus, vel in his tribus, computando tempus in tempore transferendo se de loco ad locum, quia cum iudex, pro cuius facto pre sumitur, vt l. 2. C. de offi. ejui. iudi. ex arbitrio suo assignat tātum temporis ad sic faciendum, p̄sumptio est ꝙ minori tpe non possit se expedire, pr̄ertim cum iudex debeat moderari dilationes iuxta possibilitatem probandi pro locorum & personarum q̄titate, vt dicitur in iuribus s̄. alle. Pro ista conclusione Inn. qui simpliciter tenuit, non computari in tempore, facit optime tex. sin. in l. in Senatus. §. q̄q̄. ff. ad Turpil. vbi tex. dicit, ꝙ accusator post abolitionem criminis habet 30. dies ad repetendum accusationem, vt l. aut priuatim. §. fi. ff. eo. Pone ergo, dicebat Iurisconsultus, ꝙ primo facta est abolitio, deinde pendente termino primę abolitionis fiat secunda abolitio, tempus accusandi 30. dierum vel repetendi currit, & numeratur non ex tempore primæ abolitionis, sed ex tempore secundę, & sic patet ꝙ tempus non computatur in tempore, & tñ processus erat ibi faciendus circa idē, & super iure prius præuiso tempore primæ abolitionis, nam si tempus computaretur in tempus, haberemus ibi dicere ꝙ dies primę abolitionis elapsi computarentur in diebus secundę. Sed saluando communem sententiam possumus dicere, ꝙ ibi si tēpus computaretur vt tempus, possit contingere casus, in quo beneficium secundæ abolitionis esset fere inutile. quid. n. si iam cucurrissent 29. dies ante abolitionem secundā, certe secunda abolitio non daret beneficium, nisi vnius diei, vt interpretemur beneficiū legis aliquid operari, in omni casu stat illa dispositio. magis autem vrget ratio, quam s̄. dixi, quia hic ille, qui comparet in iudicio, & est præsens, cogitur litigare per procuratorem. sic possumus dicere saluando communem sententiam, ꝙ sicut iudex ex causa in aliquo actu iudicij potest dominum cogere vt compareat personaliter, vt l. fi. cum materia. C. de procu. & l, si actor malit. ff. eo. ita eꝯ, vt abbreuientur lites, poterit cogere in isto casu vt recipiat & faciat testes recipi per procuratorem, vel nūciū.
16 Sed quærit pro declaratione materiæ, † nunquid dispō istius c. & l. orone. ff. de fer. quæ dicunt, ꝙ impedito concedit alia dila-
b ño, habeant locū, si sit assignatus [b] terminus ad probandū exceptionem dilatoriam. in qua q. Io. An. in addi. Spec. in ti. de teste. §. qualiter. ver. sed nunquid super, &c. cuius dicta sequitur hic do. Ant. in effectu concludit, ꝙ aut loquimur in exceptionib. declinatoriis, quæ repellunt ad tps, aut loquimur in exceptionib. peremptoriis. primo casu impedito non datur secda dilatio p̄ rōnem assignatam ibi p̄ Guil. quia frequenter istæ exceptiones opponunt̄ per calumniam & ad litem protelandam, vt in c. finē litibus. s̄. de do. & contu. & in c. pastoralis. in prin. j̄. de except. & in c. frequens. de resti. spol. in 6. Scdo p̄ tex. quem adducit idem Guil. in c. prudentiam. §. j. s̄. de offi. dele. vbi tex. dicit, ꝙ exceptio excom. dz probari j̄. terminum ꝑtentem. & sic innuit, ꝙ sufficiat vnus terminus. Si vero loquimur in exceptionib. perēptoriis, & tuncille attingant cām principalem, & sint magni præiudicij, aliqñ probentur vna cum principali, vt in c. de testi. s̄. eo. idem erit ddm, ꝙ in probatione negocij principalis, vt concedā-tur plures dilationes impedito. & idem dicit Lapus in alle. suis, si exceptio non sit proprie peremptoria, sed quasi peremptoria, idest per indirectum, sicut exceptiones, quæ opponuntur ad repellendos testes, de quib. dicit gl. in c. ex parte Adæ. & in c. de testi. s̄. eo. & in c. j. j̄. de excep. sed d. Abb. Mod. dicit se credere simpliciter, ꝙ ēt in exceptionibus declinatoriis debeat assignari impedito scda dilatio, quia iura indistincte loquuntur. & quia text. in c. prudentiam, parum facit. licet. n. dicat, ꝙ exceptio dz probari j̄. competentem terminum, nō tñ negatur quin terminus ex cā debeat concedi alius, sicut videmus q̄ l. fin. ff. de fer. dicit, ꝙ in singulis causis vna dilatio est danda ad probandum, & tñ ex cā possunt concedi plures, vt l. oratione. eo. tit. Nec ob. ratio alleg. per Guil. quia illa posset esse cā dandi dilationem breuiorē, sed ꝙ penitus deneget dilatio pp̄ suspitionē calumniæ, vel malitiæ, hoc non est conueniens, si alias a iure concedit, vt in c. licet causam. §. j. s̄. ti. proxi. vr aūt concedi, quia vt dictum est, lex indistincte loquit, ꝙ impedito scda dilatio est concedenda. Tu aūt aduerte, quia hanc doctri. posuit originaliter Inno. in c. prudentiā. §. 6. s̄. de offi. deleg. vbi dicit no. ꝙ ille, qui habuit terminū ad ꝓbandum excōicationem, si dicat se attestationes perdidisse, non tñ dabitur sibi scda dilatio, quia ista est exceptio declinatoria, q̄ repellit ad tempus, non in perpetuum. & sic idem sentit in quacunque alia exceptio. & ita colligit Ange. ex isto dicto, illud referens in l. si quis ex argentariis. §. fin. ff. de eden. Pro ista conclusione est glo. ordi. & magistra, in c. pia. in ver. octo dierum. de excep. in 6. quæ expresse dicit, ꝙ impedito j̄. illum terminum non conceditur noua dilatio, quia exceptio excommunicationis repellit ad tempus, & illam ibi approbat Io. And. in nouella. sed in c. solet. de sen. excom. in 6. referens opi. Bernardi, videtur sentire idem in sententia excom. sed in aliis declinatoriis secus. vnde dixit Bernardus, ꝙ impedito competit restitutio ex clausula generali, si qua mihi iusta causa esse videbitur. Pro ista conclusione multum facit, quod singulariter tradit Archid. 87. distinct. c. in religiosum.

ADDITIONES.

a VIN. GOD. Articuli, an debeant admitti ita uel non, dum prætenduntur impertinentes, ita ꝙ ubi est dubium, ne processus retardetur, posset tunc iudex admittere illos cum protestatione impertinentium, tamen melius faceret uelle plus hoc discutere, quia magis hoc expedit partibus, ne uexentur super fluis litibus, & ideo huiusmodi cautela non seruatur Romæ. Thom. Gram, decis. 45. nu. 5. & ibidem, nu. 6. & 7.

b VIN. GOD. Adde, ꝙ assignatio facta filiis, uidetur facta animo concedēdi in præiudicium, nisi contrarium appareat. Rui. cons. 186. nu. 6 & 8. lib. 2.

religioſum.referens dicta Inn.& Hoſt.in c.coram fœlicis. de reſti.in integ.vbi dicunt,q̃ neq; minor, neq; eccleſia reſtituuntur ad proponendum exceptionem declinatoriam, quæ repellit ad tempus & non in perpetuum.& illam ſolennem doctrinam ſequitur Bal.in l.peremptorias.in vlt.char.C.ſen.reſcin. nō poſſ. ſed reſtō,quæ competit minori ex capite impedimenti per clauſulam generalem,ſi qua mihi iuſta cā,eſt eiuſmodi, vt eſt gl.no. in l.neceſſario.§.j.ff.ex qui.cau.ma.& eſt caſus no.in l.etiam ei.
17 ff. de mino.vbi dr̄,† q̃ illi,qui eſt in vtero, ſubuenitur per reſti.in
18 inte.perinde,ac ſi eſſet natus. Ex hoc collige,†q̃ reſtō competēs ex capite minoris ætatis eſt fauorabilior, quia exiſtens in vtero hr̄ pro nato ſolum in his, quæ reſpiciunt fauorem ſuum, vt l.q̃ in vtero.ff.de ſta.ho.ſed ſi reſtitutio prædicta non eſſet fauorabilior,tunc exiſtens in vtero non deberet haberi pro nato,quia ēt ſi non hr̄etur pro nato, competeret ſibi reſtitutio ex cla generali,vt ibi declarat Bart. Prætereā ꝯ dictum Lapi, quod approbat do.Ant.dum vult,q̃ in excep.oppoſitis ꝯ teſtes,detur ſecūda dilatio,multum facit quod no.Compoſtellanus in c.q̃ ſicut.s̄.de elec.& Spec.in ti.de excep.§.j.ver.ſed pone.& do.Anto.clarius, iſta dicta referens,in c.paſtoralis.j.de except.qui volunt in effectu,q̃ ille qui habuit terminum ad proponēdas excep. criminoſas, poſt terminum non auditur, non ſolum ſi velit iurare notitiam exceptionis ad ſe peruenīſſe de nouo, iuxta formam c.paſtoralis.in fi.de excep.ſed ēt ſi velit probare ignorantiam legitimam propter odium crīoſitatis,quod eſt reſtringendum, quia eſt illaudabile genus intentionis.2.q.7.c.ſi quis epūs.& 6.q.j.c.q̃ crimen.& quia ille,qui obiicit crimē, infert pœnam repulſo inquantum ex repulſione ſolet ſequi infamia facti, vt vidimus in c.teſtimoniū.s̄.eo. vnde adhuc magis dz̄ repelli. Sicut ergo ꝓbā ti impedimentum impedimentū ignorauit non ſuccurritur, vt detur ſibi noua dilatio ad proponendum, ita non vr̄ ſuccurri,vt detur ſibi noua dilatio ad probandum, quia eadem rō vr̄ eſſe.
19 † Pro declaratione iſtius articuli conſidero,q̃ aliqñ ad probādū excep.declinatoriam aſſignatur terminus a l.ipſo iure,aliqñ eſt aſſignandus ab hoīe. primo caſu proprie loquitur glo. in c.pia. Pro cuius intellectu debes ſcire, q̃ qñ aſſignatur alicui termin⁹ legalis,ille terminus ipſo iure eſt præciſe peremptorius, qa non reperitur iure cautum, q̃ tunc ipſo iure poſſit concedi ſecunda dilatio iuſto impedimento.vnde qui vult reſtitui ad terminum, iuuatur ex cla generali,ſi qua mihi,&c.beneficio reſtitutionis in integ.vt expreſſe dicit gl.in d.c.ſolet,& c.pia, & eleganter declarat Pet.& Cy.& Bal.eos referens,in l.j.in vlt.q.C.de requi.re.vñ
a videbatur ex s̄.dictis inferri poſſe, q̃ ſicut minor a & eccl'ia poſt lapſum termini non audiuntur ad proponēdas exceptiones, ita non audiantur petentes reſtitutionem ex cla generali,quia reſtitutio minoris eſt fauorabilis,vt dixi,& eſt caſus no.& ibi hoc ponit Bal.in l.fi.ff.de in integ.reſti.tit.generali.Sed tñ hoc non obſtante q̃ illa opi.ſit vera,&c.tñ ꝯrium ſenſit gl.in l.minor aūt, q̃ omiſſa.ff.de mino.poteſt dici in hoc caſu ꝯrium,vt impedito ꝯcedatur reſtō,quia ſi minor nō proponit exceptionem declinatoriam in termino,multum diſpendium incurrit,ſed ſi propoſitum non probat,condemnatur in expenſis regulariter, vt patet in d.c.pia.& in c.finem litibus,s̄.de do.& contu. minor autē reſtituitur propter intereſſe ſolutis expenſis,ſcd̄m Bart. not.in l.ſi finita.§.ſi forte.ff.de dam.infec.vbi dicit, q̃ quia minor contumax non dz̄ audiri niſi refectis expenſis & præſtita ſatiſdat.iccirco poteſt petere reſtōnem in integ. aduerſus primum decretū, vt traditur in l.ſi qñ contumax.ff.de mino.Nec valet rō Frāciſci Vercel.quam refert Io.An.in illo c.pia,in nouella.dum dicit,q̃ ideo non poteſt dari reſtō,quia poſt lapſum termini eſt quęſitū ius aduerſario pro expēſis,quia adhuc ego dico q̃ ex quo ſubeſt iuſta cā euitandi expenſas, ipſa præſtatio expenſarum eſt cā iuſta reſti. ſi tñ forte minor non eſſet condemnandus in expēſis & ꝓp probabilem cām litigandi,vel quia pars petiiſſet eum nō cōdemnari,& iudex condemnaſſet,poſſet procedere tunc q̃ nō daretur reſtō,ſicut non datur ei qui proponit except.iſtas in termino,quia agitur de modico præiudicio.& optime facit tex. ꝓ iſta concluſione in c.audi'tis.in fi.de reſti.in integ.ibi,ne graui præiudicio eccleſiæ, &c. ſi vero terminus aſſignetur ab hoīe & non a iure, quia tunc impedito non poteſt concedi ſecunda dilatio ipſo iure abſq; reſtitutione,licet nō agatur de graui præiudicio, quod vr̄ requiri in obtinenda reſtit. vt l. ſcio. ff.de mino. vera vr̄ eſſe opi.do.Abb. q̃ impedito poſſit concedi ſecūda dilatio. Iſta con.iudicio meo, probatur ſatis clare in c.paſtoralis.in fi.j.de excep.vbi tex.dicit q̃ ſi aliquis iurat ſe fuiſſe impeditum proponere exceptionem propter ignorantiam admittitur ad opponendum, non ob.lapſu termini. Si ergo tunc non excluditur quis ꝓ terminum ab opponendo,multominus vr̄ q̃ excludatur a probando propter expenſas,in quibus non probans venit condemnandus regulariter, vt dictum eſt. vnde ex mente decre. ſatis vr̄ decidi iſta quæſtio. quia etiam ex generalitate legum dicēdum eſt impedito in primo termino ſm concedi. Sed circa eum,qui oppoſuit excep.criminis ꝯ teſtes remanet dubitatio propter dicta Compo. ſuperius allegata, atque ſequendo communē opi. Docto. hic breuiter reſpondeo,q̃ licet opponens crimina excludatur irreparabiliter per lapſum termini ab opponendo, ratio differentiæ eſt,quia elapſo termino ad opponendum exceptionem criminoſus non poteſt ſubueniri volenti opponere, niſi p reſtitutionem in integ. ex clauſula generali, quia non reperitur iure cautum de alio remedio in iſtis exceptionibus criminoſis, vt colligitur ex dictis do. Ant. in d.c.paſtoralis. reſtitutio autem in integrum non datur ad executionem criminum,vt l.auxiliū. in princ.ff.de mino & iſta eſt ratio,quam aſſignat Spec. in ſim. q.in tit.de reſti.in integ.§.j.ver.ſed pone. reiectio autem teſtis videtur eſſe quædam pœna,vt in c.j.in fi. s̄.de ordi.cog.vnde non eſt mirum,ſi elapſo termino nō ſuccurritur impedito legitime, cur datur reſtitutio ad executionem pœnæ,ſicut nec minori.gl. eſt ſingu.in l.ſi qua militi.in prin. ff.ex qui.cau.ma. ſed quando quis propoſuit exceptionem criminoſam & non probauit,nec eſt opus ſibi reſti.ſi fuerit impeditus,quia ipſo iure poteſt petere ſcd̄am dilationē,ergo admittit̄ ad eā,ſicut videmus q̃ qñ abſens vel minor non poſſunt in integ. reſtitui ad executionē pœnæ,tempus tamen vtile,quod ipſo iure non currit impedito,nō currit abſenti, & in hoc eſt melioris conditionis quam minor propter naturam termini. dicit glo.in d.l.ſi qua militi.& probatur in l.miles. §.locerum. ff.de adulte. ergo aſſignatio ſecundæ dilatio.poteſt peti ipſo iure ſine reſti. temp. dila. probatoriæ reſpectu impediti parum differt a tempore vtili, niſi q̃ illud non currit ipſo iure,iſtud per iudicem reſtauratur parte petente,ſed non per viam reſti.Illud etiam ſcias,q̃ Archi. 13.q.2.in ſumma dicit,q̃ contra Compoſt.in terminis ſuis, & contra Spec. eſt caſus in c.vt circa.de elec.lib.6.vbi videtur probari,q̃ probato impedimento per iuramentum admittitur quis ad opponendum crimen poſt tempus ſtatutum a iure.Nec ob.q̃ in execu. pœnarum dicitur reſtitutio, quia reuera, licet ex repulſione teſtis vel partis communiter ſequatur ſigillatio perſonę & infamia facti, ipſa tamen repulſio, quæ eſt finis principaliter intentus ad minus in teſte non videtur eſſe pœna, & videretur debere attendi, quod principaliter agitur,vt l.j. §. ſi te rogauero. ff.depoſi.cum multis aliis,& hoc ſequitur ibi do.Abb.hunc tamen articulum
20 non determino pro nunc,ſed ſufficit reſponſio præcedens.†Cōſequenter quærunt hic Doct. quando incipiat currere termin⁹ probationis.& vtrum iſtud tempus ſit vtile,vel cōtinuum, poſtquam cæpit currere. Super primo dicunt ipſi, q̃ incipit currere ſtatim ab ipſa aſſignatione termini,vnde caute faciet hūs probare extra locum incontinenti petere literas commiſſionis. Tu autem declara hoc eſſe verum, ſi pars fuit præſens aſſignationi termini,ſi autem fuit abſens,terminus nō currit niſi a die notificationis,ſecundum Bal.& recte in l.ſi ea.in prima lect.C.qui accuſa.non poſſ.ſed alibi ipſe idem Bal. videtur diſtinguere, vt inſpiciamus modum aſſignādi terminum.nam ſi iudex dicit,aſſigno terminum 10.dierum ad probandum,requiritur notificatio,vt dictum eſt. Si vero dicit, aſſigno terminum ad probandū hinc ad 10.dies,vel ab hodierna die vſq; ad 10.dies,tunc videtur q̃ tempus currat incontinenti, vt ponit ipſe in l.j. ff. ſi quis cau. quod dictum mihi non placet, quia quantumcunq; terminus a quo præciſe videatur ſignare q̃ currat incontinēti,dz̄ tamē recipere interpretationem a iure, vt intelligatur hinc ad 10. dies, ſi incontinēti hoc ſciuerit, ſecus ſi ignorauit. vnde reſolues ab iſta die,ſupple ex ſciētia eius,cui terminus aſſignatur,ſicut reſoluimus in auth,hodie,C.de appella.& q̃ iſta reſolutio debeat fieri, allego tibi duo optima iura. primo text. not. in l. 3. §. ſi quis hæredi. ff.de ſta.lib. vbi iuſſus implere conditionem in perſona hæredis poſt certum tempus numerandum a morte teſtatoris, quia conditio in perſona hęredis nō poteſt impleri ante aditionem hæreditatis, ſupple tu ibi a die mortis, ſupple & aditę hæreditatis.& illum tex.ſolēnē alle.Bar.in ſi.q.in l.ſi cui legetur.in prin.ff.de leg.j.&allego ad hoc optimum tex.in l.ſi cui.§.tā diu. iuncta gl.ff.ex qui.cau.ma.vbi tex.dicit,q̃ ſtatim,q̃ cum quis deſiit abeſſe,deſinit cā reipu.Supplet glo.ſtatim interiecto tamen aliquo tempore neceſſario ad componēdas ſarcinulas.& ſic pz̄, q̃ verba quæ ſignificāt tempus, ſtatim currere, recipiunt interpretationē ciuilē ex mente iuris. nam ſi interpretamur, vt dicit Bal.interpellationē ſeu interlocutionē,contineret notoriā iniquitatem,vcz̄ q̃ tempus curreret ignoranti ꝯ l.j. §.annus. qñ act.de
b pecu.eſt anna.& ꝯ no.tex.in l.genero.ff.de his,q̃ no.infa.verba b aūt iuris debent impropriari, vt ſaluetur intētio, vt l. & puto.in prin.ff.fa.er.quia dato, q̃ nullam reciperēt interpellationē, vel interlocutoriam, non valeret ipſo iure, vel eſſet ſine difficultate

ADDITIONES.

a VIN. GOD Adde,q̃ minoribus, mulieribus, militibus, & ruſticis clandeſtinè, quid agentibus, non ſubuenitur,licet tractent de uitando damno. Ay. Cra.conſ.35.nu.12.lib.1.

b VIN. GOD.Nota,q̃ uerba ſecundum formam iuris in ſtatuto appoſita ſunt intelligenda,& quomodo intelligantur.Rui.conſ.64.nu.3 lib.3.

tate retractanda, vt traditur in c. inter cętera. ĩ. de re iu. Aduerte, quia ēt istum terminum probatorium assignatum absenti, Bal. alibi dicit non esse peremptorium, qñ notificatio non fuit facta absenti personaliter, sed ad domum, sicut ipse not. in auth. eiq. in fi. C. de temp. ap. & idem tenet bī in l. j. in fi. C. eo. tit. vnde ſm eum, si notificatio termini fiat ad domū, primus terminus non excludet probare volentem, sed dabūtur alij duo termini, quod non placet. & ꝯrium sentit Ang. expresse in l. fi. ff. de fer. vbi dicit hanc distinctionem inter absentem & præsentem seruandā esse in terminis expectatoriis, sed in terminis probatoriis non, quia lex simplr dicit, ꝙ terminus probatorius nō debet assignari nisi semel, vt in l. fi. & l. oratione. sæpe alle. vnde cōmuniter omnes Doc. hic, & plenissime do. Anto. in c. pastoralis. ĩ. de excep. & in
a d. l. fi. præalleg. simpliciter dicunt, ꝙ oīs terminus probatorius a censetur peremptorius ēt ante lit. conte. Super secundo pūcto dicit hic Inn. & sequuntur communiter scribentes, ꝙ tps istud est continuum, postq̄ cæpit currere, ita ꝙ neque feriæ solennes, neq; repentinæ excipiuntur, vt l. siue pars. C. de dilat. & l. j. C. de fer. & ita transeunt communiter oēs. Sed tu aduerte, qa in feriis repentinis conceditur restitutio ex cła generali impedito ꝓbare, si qua mihi iusta cā, &c. ita concludit Bal. no. in l. 2. in sua longa distinctione. C. de temp. ap. & in l. sed & si per prætorem. §. si feriæ. ff. ex qui. cau. ma. & optime facit ille tex. pro con. præmissa. si. n. impedimentum superueniens ex casu fortuito, vel ex facto iudicis, est cā concedendi secundam dilationem, multo fortius dz subueniri impedito impedimento iuris, ꝙ non potuit ꝓuideri. vnde licet tex. in l. siue pars, dicat ꝙ feriæ repentinæ non subducuntur de dila. intelr ipso iure. est. n. impedimentum iuris efficacius aliis impedimētis, vt l. 2. §. in oībus. ff. de iud. & traditur in l. Senatus. de offi. præsi, per Bar. sed ipse idem Bal. multū subtiliter & pulchre attingēs istum articulum in l. si ipsi. in ver. quarto quæro. C. de testi. refert Hosti. in c. licet causam. s̃. ti. proxi. dicere, ꝙ qñ tota dilatio vel magna pars ipsius incideret in ferias ēt solennes, tunc de mente eius vr esse, ne assignatio termini reddatur inutilis, quā citius incipiat currere post ferias. & ponit exemplum, si assignetur dila. in sabbato præcedente palmas oliuarum, quod dictum Host. Bal. ītelligit, qñ feriæ essent inductæ in honorem Dei, secus si feriæ sint inductæ ob necessitatem hominum, quia tunc si partes cōsenserint termino, vñr tacite egisse, vt illo tēpore procedatur. & dato ꝙ altera pars ꝯdiceret, po-
b terit tñ procedi in feriis inductis ad necessitatem hominum, b quia res vr esse tempore peritura, vt l. eadem oratione. ff. de fer. Et ista dicta credit Bal. esse vera, qñ dila. assignaretur a Principe, a cuius facto nō potest appellari, secus si assignaretur ab illo iudice vel ipso iure a l. quia in primo casu debet pars sibi imputare, cur acceptauit dilat. si est ei assignata ad petitionem alterius partis. & sic sentit, ꝙ pars potest ꝯdicere & ap. ab indiscreta assignatione termini, quod credo esse verissimum, quia istud est in effectu assignare nimis breuem dila. a qua potest appellari, vt in c. j. s̃. de dila. & multofortius debet imputari parti, si tali tpe ipsā dila. petiit. In secundo casu cum terminus est statutus a iure, imputet sibi pars, quæ tali tpe ius suum agendo vel excipiendo deduxit. ex quo potes colligere ꝙ si nihil posset imputari proponēti ius suum. v. g. excipiens de excommunicatione ideo ꝓposuit nunc, quia actor paulo ante egerat, tunc forte esset secus. Illud āt quod dixit Bal. de Principe, potes declarare hoc modo & supplere distinguendo, ꝙ aut Princeps simpliciter assignauit terminū. v. g. 20. dierum. & tunc intelr assignatus terminus post ferias, quia ista interpretatio minus lædit ius commune, vt dr in c. dudum. ĩ. de deci. & in c. j. de rescrip. Si vero assignatio dila. fuit facta ita vt ex verbis appareat ꝙ princeps voluit terminū statim currere dicendo, hinc ad tot dies, vel similia verba, & tūc ne fiat impropriatio verborum, cum saluari pñt, dicemus ꝙ prius vr dispensasse, vt procedatur dieb. feriatis in honorem Dei, ex quo disponit ex certa scientia & mādat fieri actum, qui de iure fieri non potest, per ea quæ hñr in c. præterea. ĩ. ti. proxi. & in l. quidā consulebat. de re iu. & in c. j. de excel. præla. in nouella. & ꝓ ista conclusione adduco tibi no. doc. Bal. qui hoc dicit in terminis fere idem in l. obseruare. §. proficisci. ver. quæro. ff. de offic. procon. & leg. vbi dixit, ꝙ qñ statutum abbreuiant instantiam no. ita ꝙ deductis diebus feriatis communiter causa expediri non posset breuius, intelligitur substuliſſe ferias inductas in honorē Dei. Et ita vr esse tenendum in materia nostra, licet super illa doctrina Bal. forte esset cogitandum, quicquid dixerit Bald. in sua longa dist. in l. 2. in vlt. char. ff si quis in ius voc. non ier. & ad materiam vide, quod ipse ponit in l. j. in fi. ff. de fer.

ADDITIONES.

a VIN. GOD. Nota, ꝙ terminus in termino referente dr repetitum, quicqd est in termino relato. Soc iu. cons. 49. nu. 12. & terminus ad examinandos testes sup inualida scriptura incedendū post ꝯclusum in cā. Affl. dec. 271. n. 1.

b VIN. GOD. Feriati dies ob necessitatē hoīum, qui dicantur, ponit Pet. de Vnzo. in pract. ar. notar. tit. de benefic. ne quis uocetur in ius die fer. nu. 3. & ibidem, nu. 4. feriæ repentinæ quæ sint, habetur in lib. 12. trac. fol. 244.

SVMMARIVM.

1 *Accusatione pendente quis in testem produci non potest in causa criminali.*
2 *Accusati opinio per accusationem grauata dicitur.*
3 *Infamis infamia facti in ciuili, in testimonium admittitur.*
4 *Exceptio contra testem, si est notoria, an post examinationem testis reseruetur.*
5 *Accusatus de crimine, an repellatur ab accusatione.*
6 *Criminosus, & accusatus de causa infami infamia facti, non admittitur ad accusandum.*
7 *Accusatus de graui crimine, si testem accusat, an propter vitandam pœnam talionis præsumatur exponere se periculo leuioris pœnæ.*

CAP. XLVI.

1 NOn debet. † Hoc dicit, Pendente accusatione, non potest aliquis produci in testem in causa criminali. secūda est ibi, cum etiam.
2 Nota primo, † ꝙ per accusationem dicitur grauata opin. accusati. & ex hoc infert hic dom. Abb. ꝙ in omni casu, in quo requireretur integritas status, vel personæ, vel vbi testes requirerentur omni excep. maiores, tales non admitterentur. vide quod diximus in c. testimonium. s̃. eod. Secundo no. ex isto tex.
3 † ꝙ infamis infamia facti admittitur ad testimonium in causa ciuili. nam fortius grauatur opin. accusati, secundum Mod. propter inscriptionem, quam facit accusator ad pœnam talionis, quam ex vocibus vulgi, quod aliquando mētitur, vt in c. Osius. s̃. de elect. & tamen iste admittitur in testem, ergo multofortiꝰ ille. & secundum hāc limitationem debes intelligere dicta Bal. in l. Barbarius, ff. de offic. præto. & Ange. in l. j. C. de reis postul. quæ dicunt ꝙ accu. pendente iudicio, non potest esse testis. Ter
4 tio no. & singu. secundum vnum modum exponendi, † ꝙ quando exceptio, quæ opponitur contra testem, est notoria, sicut est ista, quia aliquem esse accusatum patet per acta, quæ faciūt notorium, non reseruatur post examinationem testis, & sic limitatur tex. in auth. si dicatur. C. de testi. & in c. præsentium. s̃. eo. cū ibi no. & quæ plene scripsi post Doct. in c. ex parte Adæ. s̃. c. sed dom. Abb. Moder. hic dicit hunc tex. posse aliter exponi, vt intelligamus ꝙ ista exceptio reseruetur vsque ad sententiam ferēdam, vt si tempore sententiæ ferendæ adhuc pēdebit accusatio, non credatur testi, si non erit finita accusatio, credetur testi si esset absolutus, secus si sit condemnatus. sed istud dictum, preterquam in casu ibi posito per Io. And. videlicet, quando iudex dubitaret de fraude, non bene probatur iure, & est contra regulā, quia licet post depositionem testis declaretur innocens, & sic purgetur infamia facti, non tamen sequitur ꝙ tempore quo deposuit, non esset infamis. nam sententia condemnatoria vel absolutoria super crimine non trahitur retro, vt l. furti. §. j. in ver. non retro notatur. ff. de his qui not. infam. vnde dixit Bald. in d. §. j. ꝙ si testis condemnatus deposuit ante appel. infra terminum appellandi & postea appellauit & absolutus est, dictum testis non conualidatur, quia satis est, ꝙ tempore depositionis erat inhabilis, idest infamis infamia iuris, ergo eadem ratione videtur dicendum in infamia facti, quæ licet extinguatur nunc per absolutionem, tunc tamen tempore depositionis erat. Est enim regula, ꝙ habilitas testis inspicitur tempore depositionis, vt l. 3. §. lex Iulia. de testi. & l. notionem. § j. de verbo. sig. Quarto no. argum. bonum ex ista litera, ꝙ testis repellitur etiam pro crimine priuato a testificando criminaliter, licet sit emendatus. ęq paratur enim hic actus testificandi susceptui ordinis, qui prohibetur etiam pro crimine priuato. 25. distinct. c. fin. secundum Abb. Moder. hic. tu dic, vt diximus in c. testamento. Vltimo no.
5 † ꝙ accusatus a de crimine repellitur ab accusatione, de quo Mo
a der. remittunt. 3. q. 9. c. neganda. & quod habetur in l. is, q reus. ff. de publi. iudi. Sed aduerte, quod de iu. e canonico cum infames repellantur ab accusando & criminosi. 2. q. 7. ipsi Apostoli. & c. seq. & 6. q. j. c. infames. ego non restringerem hanc decre. ad accusandum, qui recusat, siue accusatorem, de quo loqtur ma-
6 teria dictorum iurium. sed simpliciter dicerē, † ꝙ sicut criminosus non admittitur ad accusandum de iure canonico, ita nec accusatus de causa, quæ est infamis infamia facti. vnde sicut repellitur a testimonio & in criminalibus, ita repellatur ab accusatione, cum ista duo communiter æquiparētur in ista materia. 4. q. 3. c. testes. cum si. In glo. posita super ver. pendente accusatione, super gl. ista & extra gl. Doc. plura scribunt, quorum dictis inter cætera duo videntur esse addenda. Primo in quantum Io. And. hic & Doct. dicunt, ꝙ qñ reus ante accusationem de se factā, vel post accusat testem, illa accusatio in dubio non videtur fieri in fraudem testimonij ferendi ꝓtra se propter pœnam talionis, ad quam

ADDITIO.

a VIN. GOD. Nota, ꝙ accusatus absolutus non potest de eodem crimine ab alio iterum accusari. Alex. cons. 11. lib. 1. & Aret. cons. 58. ubi late.

quam ſe inſcribit. non eſt.n.veriſimile ꝙ tanto periculo ſe ſubij
ciat vt repellat illum a teſtimonio ferendo ꝯ ſe. Adde primo, ꝙ
7 illud non eſt verum indiſtincte.† quid.n. ſi ſit accuſatus de grauiori crimine,certe faciliter poteſt præſumi ꝙ propter vitandā pœnam maioris criminis exponit ſe periculo leuioris pœnæ,ſup ponendo ſe ad pœnam talionis.deinde tamen ſubiungit,ꝙ ſi iudex ſuſpicetur de fraude,poteſt ſtatuere terminum reo accuſanti teſtem.ꝯ.quem accuſat.ſuam proſequatur,iuxta id quod dicit in ſi.in c.frequens.in fi.de reſti.ſpol in 6. vel recipere teſtem reſeruato euentu adhibendæ fidei in ſententia ferēda in iudicio, in quo teſtis eſt accuſatus & interim differetur pronunciatio in
a cauſa,in qua reus eſt accuſatus,[a] qui accuſauit teſtem producēdum. Tu vero in iſta materia conſidera,ꝙ aliquando reus poſt accuſationem inſtitutam contra ſe, vel ſaltem ordinatā ſeu præparatam accuſat teſtem contra ſe producendum,& tunc in dubio præſumitur hoc facere in fraudem, ne dicat contra ſe teſtimonium.caſus eſt ſing.& pulcher,in l.j.§.ſi ſeruus.& ibi ꝑ Bart. ff.de quæſt.in ver.tempore cognitionis cæptæ.& ita decidit Bal. in terminis noſtris,in auth.ſi dicatur.C.de teſti.& ideo hoc caſu iſte teſtis non repelletur,quia mutauit cōditionem ſuam ex facto partis,contra quā producitur,in quo præſumitur eſſe fraus. vnde non erit opus remediis Ioan.An.tunc.Si vero reus teſtem contra ſe producēdum prius accuſauit quam ipſe accuſaretur, & tunc ſi ſubeſt ſuſpitio fraudis,quæ tamen non faciat præſumptionem plene probantem fraudem eſſe, in arbitrio iudicis eſt, vtrum credat & quantum credat.caſus eſt not. & ibi per Barto. aliquid in ſi.q. in l.j. §.cum quis. ff.de quæſtio. ibi enim aliquis detulerat aliquos facinoroſos priuſquam ipſe nominaretur, & dubitabatur vtrum poſtea contra ipſum crederetur illis delatis per ſe in iudicem. & diſtinguitur ibi, ꝙ hoc eſt in arbitrio iudicis.& in iſto caſu placet duplex cautela Io.An.ſ.allegata, quam poſuit Nico.de Matta.& Bal.refert in auth.ſi dicatur.C.de teſt. vbi etiam allegat no.per Ioan.An.hic, licet non reſtringat ſe ad ſuſpitionem fraudis,ſed ita debet intelligi.Secundo adde dictis Innoc.hic, & aliorum, inquantum dicunt ꝙ in criminibus excep. ſicut eſt crimen hæreſis,læſæ maieſtatis, & alia, quæ refert hic domi.Anto.& Specu.in titu.de accuſatore,teſtes non admittuntur ſi ſunt criminoſi vel infamati, vt in tex.noſtro, niſi contra perſonam infamatam de crimine, vel concurrentibus aliis adminiculis,quia tex.2.quæſtio.j.c.in primis,non apparet ꝙ loquatur in criminibus excep.& tex.in c.per tuas. infra de ſimon. loquitur in crimine ſimoniæ, ꝙ non perficeretur omnino quo ad teſtes admittendos crimini hæreſis & læſæ maieſta. vt patet in c.licet Hely.verſus fi.eod.tit.tu vide text.ſingu.de hoc, qui id probat in terminis in c.in fidei.in fi.de hære.in 6.vbi tex.dicit, ꝙ in crimine hæreſis admittuntur teſtes excommunicati & participes criminis,dummodo numerus teſtium & coniecturę veriſimiles,aut qualitas teſtium,vel illorum, contra quos deponūt, faciat præſumi ꝙ falſa non dicant.& ſic vides,ꝙ ſufficit vel perſonam eſſe infamatam, vt ibi exemplificat glo. vel ꝙ concurrat numerus teſtium & coniecturæ veriſimiles.& per illum tex.poteſt dici,ꝙ in talibus teſtibus criminoſis vel infamibus non ſufficerent duo teſtes etiam concurrentibus coniecturis veriſimilibus,& ſic intelligo ſing.doctrinam Hoſti.quam refert Ioā.And. in nouel.in c.vt officium.de hære.lib.6.dum dixit,ꝙ in cauſa hęreſis non ſufficiunt duo teſtes. nam quando teſtes eſſent criminoſi,vel infames,illud dictum ſatis probatur in d. c.in fidei.licet autem in criminibus exceptis admittantur teſtes tales ad probādum crimen,ad excuſationem tamen accuſati & inquiſiti requruntur teſtes idonei adeo,ꝙ domeſtici non admittuntur,etiam ſuper his,quæ fiunt in domo,vel alias admitterentur, iuxta not. in c.in literis.ſupra eod.caſus eſt no.& vnicus in c.filij. in fin. de hære.lib.6.

ADDITIO.

a VIN. GOD. Accuſatus licet poſſit contrarium ſuum accuſare,uel pari, uel maiori crimine, dummodo ipſum crimen ſit præiudiciale primo crimini: attamen fuit iuri communi derogatum in Regno Neapolit. ut refert Tho. Gram.deciſ.53.per totum.

COMMENTARIORVM FRANCISCI ARETINI

in Secundum Decretalium

FINIS.

FRANCISCI DE ACCOLTIS ARETINI

In Quinti Decretalium Titulum, de Accusationib. Inquisitionib. & Denunciationib.

ACVTISSIMA COMMENTARIA,

Vincentij Godemini, præter cæterorum Iurisconsul. apponi solitas, Adnotationibus illustrata.

SVMMARIVM.

1 *Iudicijs, in criminalibus qualiter procedatur.*
2 *Exemplar & exemplatum, quid sit.*
3 *Accusatio quid sit. & nu. 4.*
4 *Accusatio, quare ab inquisitione distinguatur.*
5 *Accusatio, an sit eadem species officij iudicis, officium inquisitionis, & officiũ per quod in materia accusationis proceditur.*
6 *Actio ciuilis ad pœnam, quæ oritur ex maleficio, quare ex æquitate naturali vult delicta puniri.*
7 *Obligatio naturalis quædam est, non oriens ex consensu.*
8 *Accusatio, an dicatur ius distinctum de per se.*
9 *Eequitas naturalis dictat, vt potius læso principaliter satisfiat, quam reipub.*

De Accusationibus. Rubrica.

Ontinuatur Rubrica ista ad præcedentes hoc ordine, dictum est. s̃. tit. proxi. de iudicijs ciuilibus & mixtis, quę pertinent ad ius personarũ, sicut est cum accusatur matrimoniũ vel spõsalia, & fit diuortium vel separatio thori, aut cum sponsalia dirimũtur, vt patet. s̃. in titu. de diuort. & q ma. accus. pos. cum multis alijs. & prius in libris præcedentibus fuerat dictũ

1 de iudicijs, quæ intentantur respectu rerum, seu iurium. †Et qa
a in iudicijs[a] criminalibus proceditur ad instar ciuilium, vt l. absentem. ff. de pœnis. ideo conuenienter postq̃ compilator po-
2 suit exemplar, †vnde sumitur forma iudicij criminalis, debuit poni ipsum exemplatum, quia illud natura præcedit, & istud sequitur, vt l. in testamento. ff. de condi. & demon. Et ista cõtinuatio est de mente gl. & clarius ponit eam Bal. non tamen ita perfecte, in rubrica. C. qui accus. non pos. Et de materia primi reme
b dij, quod ponitur in rubrica. s. de accu. [b] habetur plene in Decretis, 2. q. 7. per totum. 6. q. j. similiter per totum. 2. q. j. c. in primis.
c vbi bonus casus. & 2. q. 5. De inquisitione[c] autem traditur. 2. q. j. c. primò semp. 81. dist. c. si qd vero. & in c. Deus omnipotens.
d j. q. j. De denunciatione[d] aũt traditũ in d. c. primò semper & in 2. q. j. c. si peccauerit. Cuius materiam plene scribunt Moderni in c. nouit. s̃. de iudi. nos dicemus aliquid cum gl. in c. qualiter, el.
3 2. j̃. eo. Et omissis alijs, quæ ponunt hic Sũmistæ, †quæritur de noua & subtili q. pro intellectu primæ partis rubricæ, vtrum ac
e cusatio[e] sit ius distinctum de per se, ita q̃ non sit actio neque officium iudicis, an vero sit idem, quod iudicis officium. Sup quo duplex fuit opi. Prima Bar. qui dixit in l. cum lex. in vlti. col. ff. de fideiu. & in l. imperiũ. ff. de iur. om. iudi. & in extrauaganti, quoniam nuper. in verbo, merebitur q̃ accusatio, cum non sit actio. & Instit. de pub. iudi. in prin. necessario est officium iudicis, qđ nullam præsupponit obligationem, quia non reperitur præter actionem, & officium iudicis ex obligatione prexistenti, vel vbi non præexistit obligatio, aliquod tertium ius per viam agendi, quo quis sibi debitum consequatur. Et per hoc infert ipse singu
f lariter, q̃ in criminalibus si statutum[f] denegat audientiam accusatori, ipso iure tollitur officium iudicis, quod sibi competebat, & per consequens iudicium est nullum etiam parte non opponente. De qua q. dicemus tibi in c. j. j̃. eo. sed Bal. in d. l. imperium, in l. placet. C. de peda. iu. in pe. col. dicit q̃ accusatio nõ est officium iudicis, sed est ius radicatũ in parte differens ab actione & officio iudicis. Mouetur, quia si esset officium iudicis, non
4 distingueret̃ † ab inquisitione, quæ est officium iudicis, quo cri
mina puniuntur, vt in c. licet, & in c. per tuas. j̃. titu. proximo, de
simo. vt l. si idem. C. de codi. & quia si esset iudicis officiũ, & sic idem cum inquisitione, accusator superueniens posit inquisitionem formatam posset inhærere primo processui absque eo, q̃ nouam porrigeret accusationem, quod non est verum, secũdũ Dy. & alios in l. si maritus. §. sinautem extraneus. ff. de adul. Sed
5 istis rõnibus respõdet̃ faciliter, †quia fateor, q̃ accusatio est officium iudicis, sed tamen dico q̃ non est eadem species officij iudicis officium inquisitionis & officium, per quod proceditur in materia accusationis, quia primum officium non radicatur in parte aliquo modo, sed iudex in eo procedit nemine postulante, sed secundum radicatur in parte, quia non potest intẽtari, neque deduci in actum, nisi parte petente, vt l. rescripto. §. si quis accusatorem non habens. ff. de mun. & hon. & in 2. q. j. c. in primis, & in c. qualiter. el. 2. j̃. eo. Vnde primum non dicitur habere istas actiones, sed secundum, sic, vt in c. 2. s̃. de of. iudi. Et ista est causa, propter quam licet accusatio sit officium iudicis, distinguitur tamẽ vt species officij ab inquisitione, sicut actiones sunt quidem eiusdem generis inquisitionis, omnes competunt p̃ iudicio ciuili & pro p̃sequendo ciuiliter id, quod debẽtur, vt Insti. de act. in prin. & tamen quia differunt specie inter se, quoniam alia est actio depositi, & alia commodati in instantia cæpta sup
vna specie actionis non potest deduci actio, vt in c. examinata. & ibi plene, s̃. de iudic. & l. habebat, cũ si. ff. de insti. Fortius autẽ
6 facit̃ pro ista opi. †quia sicut ex maleficio oritur obligatio natu
g ralis, ex quo oritur actio ciuilis ad pœnam ex æquitate naturali, quæ ex bono & æquo vult puniri maleficia, vt l. j. in princ. ff. de furt. & Insti. de ob. quæ ex de. nas. §. j. & tradit Bar. in l. ex hoc iure gentium. ff. de iusti. & iu. & gl. no. & ibi plenius per Bal. & Ange. in l. seruus. ff. de his, qui no. infa. ita videtur q̃ etiam ad puniẽdum crimen criminaliter, pari ratione & multo fortius oriatur obligatio naturalis & etiam ciuilis, & ex quo lex vult punire delicta & statuit pœnam, vt Insti. de obli. in prin. quia magis fauemus reipu. quam priuatis hominibus, vt in auth. res quę, in fi. C.
7 com. de le. †Et vt intelligas hoc ar. scias, q̃ vltra obligationẽ naturalem, quæ oritur ex consensu, de quo in l. Stichum. §. naturalis. ff. de sol. est quædam alia obligatio naturalis, quæ non oritur ex consensu, sed quia æquitas naturalis suggerit aliquẽ debere

ADDITIONES.

a Iudicjis. Facit glo. Insti. de pub. iu. in prin. Bar. in l. accusatorem. ff. de pub. iud. & Bal. in l. 1. in 3. col. C ne ex del. defunc.

b Accusationis. Vide per Inno. in c. veniens. infra. eo.

c De inquisitione. Vide Bar. in l. 2. §. si publico, in 2. 3. & 4. col. ff ad l. Iul. de adul. & Ang. in rep. l. si vacantia. C. de bon. va. lib. 10. tangunt Doct. in c. super literis, de rescrip. Bal. Ang. & Raph. in l. si seruus plurium. ff. de leg. 1.

d De denunciatione. Vide Bar. in l. diuus. ubi Alex. in addit. latissime, ff. de custo. & ex. reorum. & per Bar. in l. 1. C. de hirenarch. lib. 10.

e VIN. GOD. Accusatio qualiter incipi seu formari debeat ponit Placent. in trac. de accul. in 1. titu. quod habetur in lib. 3. trac. fol. 126. nu. 2. & ibi qualiter accusatio sit exequenda, num. 3.

f Statutum. Adde quod istam quæstionem sequitur Bal. qui eam lati. examinat in disputatione sua quæ incipit, statuto ciuitatis cauetur quod fænerator, &c. & de isto statuto uide per eundem Are. in c. nulli episcoporum, in 1. col. uer. & per istam gl. dicit. infra, eo. adde Bar. in l. omnes. C. de fund. prim. lib. 11. ubi uult quod ista exceptio introducta per statutum quod pars non debeat audiri impedit litis ingressum, & uide Hostien. in c. pastoralis, de iudi. & Angel in consi. 130. ubi dicunt quod ualet lex uel statutũ denegans audientiam alicui, propter suum delictum, tamen Ang. in d. consi. subdit quod non ualet statutum denegans iustitiam, ut singu. dixit Inno. in c. quæ in ecclesiarum, de constitu. adde etiam Ang. in l. si non speciali. C. de test. & in l. . C. de bo. uac lib. 10.

g Fortius autem facit. Vide Bal. in l. post decisionem. C. de furt. & in auth. ad hoc. in 6. q C. de usuris. 10, Fab. in §. ius autẽ gentium, Insti. de iu. naturali gen. & ci. adde & Mat. in no. suo 47. incipi. no. q̃ actiones facit. etiam ad illud glo. reputata singu. in c. tuæ fraternitatis. 12. q. 2.

bere obligari, vt ſubtiliter declarat Bar. in l. Iul. verum. ff. de cō. inde. in q. illa, quomodo ex ſententia condemnatoria oriat̃ obligatio naturalis, & ex hoc capite naſcitur obligatio naturalis in delictis, vt clare ſentit Bart. in l. non ſolum. §. iniuriā. ff. de iniur. non enim datur conſenſus delinquentis in pœnam ſaltem talis, ex quo poſſit ſurgere nālis obligatio primo mō, i. ex conſenſu, vt optime declarat Bal. repræhendēdo glo. ibi poſitam in l. j. §. beſtias. ff. de poſt. & iſtis rationibus fortaſſe motus, licet nō alleget in l. vna. ff. de con. ex le. in pe. col. expreſſe ſentit, q̄ accuſatio ſit ius diſtinctum de per ſe, ita q̄ non ſit officium iudicis. &
8 poteſt defendi ſubtiliter iſta opi. diſputando. † Sed quia non reperimus in iure per viam agendi diſtinctū aliquod ius ab actione, & officio iudicis, credo opi. Bar. in d. l. cum lex, magis eſſe de mente iuris, quam etiā probo per tex. in l. bona fides, circa prin. ff. depoſi. vbi tex. vult q̄ ſi ille, qui depoſuit aliquam rem, antequam repeteret depoſitum fuit deportatus, & poſtea quæritur
a cui debeat reddi depoſitum, vtrum fiſco ª ad quem pertinēt bona deportati, vel ipſi deponenti ex ratione naturali & iuris gentium, debet reddi deponenti & non fiſco, quod nō eſſet verum ſi obligatio naturalis ex æquitate iure naturæ induceretur pro pœna applicanda fiſco in iudicio criminali, quia tunc æquitas illa q̄ depoſitum debeat reddi deponenti, confunderetur p̄ maiorem æquitatem, quæ dicitur maior, quia prodeſt pluribus, q̄ vellet pœnam imponi delinquentibus. Non ob. quod dictum eſt obligatione naturali, ex qua oritur actio ad conſequendam
9 pœnam ciuiliter, † quia æquitas naturalis magis dictat, vt iniuriam paſſo ſatisfiat, qui eſt principaliter læſus, quam ſatisfiat rei publicæ, quæ læditur mediante perſona, cui iniuria irrogatur, vt probatur in l. ſed ſi vnius. §. filio. ff. de iniurijs. Et q̄ accuſatio ſit ius differens ab officio iudicis, tenet Bar. expreſſe in extrauaganti. ad reprimen. in verbo, accuſationem. Pro quo facit, quia accuſatio dicitur eſſe remedium ciuile, vt l. 2. §. deinde Cornelius, & ibi hoc tenet Bal. ff. de ori. iur. ergo videtur non eſſe officium iudicis, quia illud videtur eſſe iuregentium, quo tempore omnia manu regia expediebantur, vt in d. l. 2. circa. prin. Sed poteſt dici, q̄ pro tanto dicitur de iure ciuili, quia noua forma in modo accuſandi eſt introducta a iure ciuili, ar. l. j. §. cum adijcitur. ff. de verbo. oblig.

ADDITIO.

1 VIN. GOD. Fiſci probationem ubi defenſiones inquiſiti reddunt dubiam iudicis motus debet ſe incli are in mitiorem partem, Thom. Gra n. deciſ. 26. num. 18. Vtrum fiſco facit etiam pro iſta deciſione, quia in dubiis eſt iudicandum contra fiſcum. tex. eſt in l. non puto. ff. de iu. fiſ quem tex. ad hoc reputat ſing. Mat. in no. 72. quod incipit, nota unam regulam. Adde Andre. Bar. & d. Iaſon. in l. ulti. C. qui adm. in prin. poſt Bal. in l. 3. §. ibidem ff. ad exhi..

SVMMARIVM.

1 *Iudicio in criminali ante omnia primo diſcutiendum eſt de perſonis, vtrū ſint legitimæ.*
2 *Exceptioni opponendæ contra iudicem, an videatur renunciaſſe aliquis opponens contra actorem vel accuſatorem, priusquam contra iudicem.*
3 *Exceptiones, ſi ſimul proponantur, & in ordine ſcripturæ, & propoſitionis præcedat exceptio contra perſonam accuſatoris, & ſequatur exceptio contra perſonam iudicis, quid faciendum. & nu. 4.*
5 *Iudex, an & quando ex officio ſuo etiam parte non opponente poſſit repellere accuſatorem, quando illi liqueret de inhabilitate ipſius accuſatoris.*
6 *Terminus excludens exceptionem partis, an excludat officium iudicis. & nume. ſeq.*
8 *Iudici, quando notorie conſtat agentem ſine actione agere, licet ex ſuo delicto reus ab exceptione repellatur, tamen agentem repellit.*
9 *Exceptio inhabilitatem accuſatoris reſpiciens, an proponi debeat ante litem conteſta.*
10 *Exceptiones accuſatoris inhabilitatem reſpicientes, ſi tempore debito non opponantur, an proceſſus valeat. & nu. 11. & 12.*
13 *Exceptio iſta, tu non es procurator, quia miles, quocunque caſu omiſſa ſit poſt litem conte. an opponi poſſit.*
14 *Exceptiones merita cauſæ tangentes, quare facilius reijciuntur, quam aliæ.*
15 *Excluſio, quæ ſit fortior hominis, an legis.*
16 *Ignorantia per iuramentum probatur, niſi contra ipſum ſcientiæ eſſet præſumptio.*
17 *Proceſſus nunquid valeat, ſi perſona eſt inhabilis parte non opponente, an vero ſit nullus ipſo iure. & quid ſi per acta liqueat nu. 24. 25. & 26.*
18 *Accuſare non valenti propter qualitatem perſonæ rei accuſati, competit facultas accuſandi ipſo iure. & nu. 20.*
19 *Exceptio præſcriptionis, an accuſationem nullam reddent.*
21 *Dictio, omni modo, quid ſignificet.*
22 *Bannitus, quòd non audiatur agendo, vel accuſando, ſtante ſtatuto, eo agente ipſo iure proceſſus eſt nullus.*
23 *Verba non audiatur, quid importent.*
27 *Mulier ab accuſando repellitur, niſi ſuam vel ſuorum proſequatur iniuriam.*
28 *Prohibitus accuſare, nunquid poſſit eſſe promotor inquiſitionis. Et quid ſi a iudice deputatus eſt inquiſitionis promotor. nu. 31.*
29 *Diſpoſitio de homine facta reſpectu certæ qualitatis vel officij, trahitur ad habentem diuerſam qualitatem nomine, ſed eandem re.*
30 *Exceptio inhabilitatis, quæ repellit accuſatorem, an denunciatorem publicum repellat.*
32 *Diſpenſari cum teſte criminoſo, vt admittatur, an poſſit.*
33 *Inhabilitas accuſatoris ſuperueniens, vtrum eum impediat a proſecutione accuſationis.*
34 *Criminoſus condemnatus de crimine, vtrum tam de iure ciuili, quam canonico, repellatur ab accuſando. & nu. 37.*
35 *Argumentum de teſte ad accuſatorem, quando valeat.*
36 *Teſtis in delictis nunquam repellitur a teſtimonio, neque accuſator ab accuſando, niſi ſit infamis, vel iure, vel per ſententiam.*
38 *Infamis infamia facti, an de iure canonico accuſare poſſit, & quid de iure ciuili, nu. ſeq.*
40 *Teſtis infamis infamia facti, an repellatur.*
41 *Infamis infamia iuris, an accuſare poſſit.*
42 *Delicti nomen omne genus criminis complectitur.*
43 *Adultus maior 14. an. an, & quando poſſit accuſare.*
44 *Adulto conceſſum videtur, quod de pupillo prohibetur.*
45 *Teſtis maiorem requirit idoneitatem, quam accuſator.*
46 *Pupillus, & adultus ad Reipublicæ vtilitatem, opus nouum quare non poſſunt nunciare.*

CAP. I.

SI legitimus. Exceptio inhabilitatis Perſonę poteſt opponi ad proceſſum. Vel ſic & clarius. In iudicio criminali quærendū eſt
1 ante omnia de habilitate p̄ſonæ. † No. primo ex iſto tex. ſecundū vtrūque intellectum, q̄ in iudicio criminali ſicut & in omni alio iudicio, primo & ante omnia diſcutiēdum eſt de perſonis, vtrum ſint legitimæ. concor. tex. 2. q. j. c. in primis, & in l. ſi quæramus. ff. de teſt. Eſt autem adeo hoc verum, vt etiam ſi ſimus in iudicio ſummario, & exceptio reſpiciens inhabilitatem perſonæ requirat altiorem indaginem, nihilominus ſit admittenda contra regulam poſitam in l. 3. §. ibidem. ff. ad exhi. Iſte eſt caſus nota quem ibi ponderat Bartho. ad hoc, in l. 2. in fi. C. de edi. di. Adria. tol. & clare ponit Bar. in l. fi. ff. pro ſuo, in vlti. q. pro qua concluſione eſt caſus nota. de iure canonico, in c. prudentiam. §. ſexta. s̄. de offi. deleg. vbi tex. dicit, q̄ exceptio excommunicationis, quæ opponitur ad perſonam in iudicio, poteſt probari vel incontinenti, vel. j. competentem terminū, niſi dicas, & reſtringas tex. ad iudicia ordinaria, quæ non ſunt ſummaria, ſed tex. loquitur ſimpliciter. Quod autem dicitur in decre. noſtra, q̄ ante omnia quærendum eſt de perſona accuſatoris, debet intelligi per reſpectum ad cauſam principalē, de qua poſtea quærit̄, non per reſpectum ad alias exceptiones declinatorias, quia in ipſis perſonis locus eſt exceptionib. quæ reſpicinnt
2 p̄ſonā iudicis. † nā ſi aliq̄s opponat p̄ actorē vel accuſatorē priuquā p̄ iudicē, uidebit̄ renūciaſſe exceptioni opponēdæ p̄ iudicē.
3 † Vn̄ ēt ſi iſtę exceptiones ſimul p̄ponant̄ in ordine ſcripturæ, & p̄poſitionis præcedat exceptio p̄ p̄ſonā accuſatoris, & ſequat̄ exceptio contra perſonam iudicis, reducemus ordinem ſcriptu ræ ad ordinem iuris. Primum probat̄ in c. inter monaſterium. & ibi hoc no. Inno. s̄. de re iudi. & in l. fi. C. de excep. & traditur plene per Bar. & alios in l. ſi conuenerit. ff. de iu. om. iu. & in l. nō videtur. ff. de iud. & plene per Cano. in d. c. inter monaſterium. ſecundum dicit nota. Bar. in l. quidam, conſulebat. ff. de re iudi.
4 † Sicut autem ª prius cognoſcendum eſt de exceptione rei op-
a poſita ad perſonam, ita cognoſcendum eſt de replicatione actoris, quæ excluderet exceptionem propoſitam a reo. Exemplum 2. q. 7. c. ſi hæreticus. & c. ſe. iſte eſt caſus nota. & ibi per Bal. in l. quoniam Alexādrum C. de adul. & tradit Bal. in l. j. §. Offilius. ff. ne quis eum. ſecus eſſet ſi replicatio actoris contra exceptionē inhabilitatis non reſpiceret ipſam exceptionem inhabilitatis, ſed merita cauſæ, ſic intellige gl. no. in c. cupiētes. §. ſi vero, in ver
5 bo, compareat, de elec. lib. 6. quam hic allegat do. Anto. † Secun
b do no. ſecundum alium intellectum, q̄ quādo iuduci ᵇ notorie liquet de inhabilitate accuſatoris, poteſt ex officio ſuo etiā parte non opponente repellere accuſatorem. Et hoc eſt q̄ dicit gl. no. quam ſemper Cano. allegant in c. quærendum. 2. q. 7. & melius in c. alicui. licet Inno. ſenſerit oppoſitum & non recte in ca. cum I. & A. s̄. de iudi. & hic tenet do. Anto. & Moder. Eſt autē hoc adeo verum, q̄ etiam ſi pars ſit excluſa a proponendo declinatoriam contra inhabilitatem perſonæ per lapſum termini, iuxta c. paſtoralis. s̄. de excep. nihilominus iudex poſſit inhabilē
6 repellere, † quia terminus excludens partē, non excludit iudicē,

ſecundum

ADDITIONES.

a Sicut autem. Vide omnino Bar. in l. 3. §. ſed & ſi ſtipulator, el 2. & ibi Doc. ff. de eo per quem fac. erit & do. intelleximus de adul.

b Adde quod faciunt in ſimili quæ tradunt Doct. & maxime do. laſ. in l. 1. in glo. in uer. libellis. ff. de offic. aſſeſ. ubi uolunt quod iudex poſſit etiam parte non opponente ineptum libellum dentibus lacerare.

ſecundum Bal. no. in l. 2. §. ſed quia. C. de iura. calum. & hoc tenet do. Anto. in terminis in d. c. paſtoralis, allegat gl. in verbo, q̃rendum, in c. in primis. 2. q. 1. quæ loquitur de teſte, & in ſi. caſu, quod dictũ poteſt eſſe verum in termino aſſignato ab homine: ſed in termino iuris. i. ſi lis fuerit conteſtata, tunc ſicut pars non poteſt obijcere declinatoriam, ita nec iudex qui ſuccedit loco partis. ita ſingulariter tradit Bal. & Ang. in l. filius. §. veterani, vbi dicũt eſſe calum. ff. de procu. Hoc autem quod iudex poſſit repellere inhabilẽ accuſantem, eſt limitãdũ ſingulariter ex his, q̃ tradit Inno. & Moder, referentes eum in c. intimauit. s̃. de teſti. vbi voluit, q̃ ſi pars repellitur ab excipiendo cõtra perſonã actoris vel teſtis, propter delictum ſuum, tunc iudex non poſſit ſupplere vicem partis. intellige ad vtilitatem ipſius partis, licet ſibi conſtet de inhabilitate perſonæ. ſecus ſi iudex vellet ſupplere defectum partis, quæ repellitur ad vtilitatem tertij. ita tradit Hoſt. ſingulariter, & ſentit d. Anto. in c. quia fruſtra. j. de vſur. & ideo forte poſſet attentari, q̃ cum inhabilitas accuſatoris & repulſio ipſius accuſatoris inhabilis in iudicio reſpiciant vtilitatẽ publicam, quia tales perſonæ inhabiles repelluntur ex cauſa honeſtatis publicæ, vt colligitur ex tex. 2. q. 1. c. prohibentur, & l. qui accuſare. ff. de accu. forte iudex ipſe poſſet ſupplere, licet pars excludatur ab opponendo, vt optime probat tex. in ſi. & ibi per gl. & Doct. in c. forte, de elec. lib. 6. † Illud etiam ſcias, q̃ quando iudici notorie conſtat, agentem agere ſine actione: tunc licet reus excludatur ab excipiendo propter delictum ſuum, iudex tamen poterit agentem repellere, ne alioquin cogatur ferre ſententiã iniquam, ſecũdum Bar. qui ita no. in l. ſi. §. ſi ſtipulator. ff. de eo, per quem fa. erit. † Tertio no. q̃ exceptio reſpiciens inhabilitatem accuſatoris, eſt dilatoria ſeu declinatoria. Et ex hoc infertur, q̃ debet proponi ante litem conteſtatam, ita q̃ non poteſt proponi poſt, vt in c. inter monaſterium. de re iudi. & in §. veterani. s̃. allegato. † Item ex hoc ſequitur, q̃ ſi iſtæ exceptiones nõ opponantur tempore debito, valet proceſſus & non eſt nullus ipſo iure. & hãc ſnĩam tenet hic do. Ant. & Mod, allegãt Bar. ita tenẽtẽ in l. j. §. accuſationẽ, ff. ad Turpil. & hoc dicit d. Ant. eẽ verũ, ẽt ſi exceptio inhabilitatis liq̃ret ex actis, & eſſet notoria iudici, p̃ tex. & qđ ibi p̃ ſo. An. in vlti. gl. in c. pia. de excep. lib. 6. vbi patet, q̃ lz aliqs ſit notorie excõicatus, vz tñ iudiciũ, ſi pars & iudex nõ repellit. Hoc tamen dictum limitat hic do. Abb. Mod. † quando ille, qui habet exceptionem, per quam repellitur accuſator ſciuit hanc exceptionem ſibi competere ante litem conteſtatã. ſecus ſi ignorauerit probabiliter tale ius ſibi competere, qa tũc poterit eam opponere, per ea quæ habentur in gl. & per Archi. 2. q. 6. §. exceptio. vbi gl. hoc tenuit expreſſe, & per tex. in c. nulli. & in c. vt circa, in ſi. de ele. lib. 6. & in c. ad audientiã, el 2. s̃. de reſcri. Sed tu debes ſcire q̃ gl. ordinaria tenuit contrarium expreſſe in c. paſtoralis, vlti. gl. s̃. de excep. & ibi plenius de hoc articulo, vbi Doc. concordando opinio. in effectu cõcludunt, † q̃ ſi poteſt imputari culpa alleganti ignorantiam, quia non fecit diligentiam ſuam ante litem conteſtatam, vt ſciret exceptionem ſibi competentem, tunc non audiretur poſt litis conteſtationem, vt in c. innotuit. ver. nec probata cogimus. s̃. de elec. & ſatis colligitur in d. cap. vt circa. Si vero nihil poteſt imputari, & tunc ſit verum q̃ poſſit proponi iſta exceptio. Mihi autem videt̃ de ſubtilitate gl. in c. paſtoralis, eſſe veriſſimum ſimpliciter & indiſtincte in iſtis exceptionibus declinatorijs, quæ non ſunt magni p̃ iudicij, ſicut potes exemplificare in l. reum criminis. & in l. militem. C. de procu. Moueor primo per tex. ſin. in l. filius, §. veterani. in verbo, quocunque caſu. ff. de procu. vbi tex. dicit, † q̃ quocunque caſu ſit omiſſa iſta exceptio, tu non potes eſſe procurator, quia miles, non poteſt poſt litem conteſtatam opponi, ergo non diſtinguimus ex qua cauſa non ſit oppoſita exceptio. Secũdo adduco tibi gl. ſin. quæ hoc dicit, & illam ibi approbat Bald. expreſſe, in l. qui procuratorem dat. §. j. ff. de procu. Et ſicut hoc eſt verum ex parte rei, q̃ propter ignorantiam poſt litis conteſtationem non ſuccurritur ſibi, ita eſt verum ex parte actoris, vt ſi aliquid habeat petere ſibi fieri per reum ante litem conteſtatam, verbi gratia, ſatiſdari de iudicato ſoluendo non audiatur lite conteſtata, licet alleget ignorantiam. Gl. eſt no. & pulchra, q̃ ibi approbat Ang. in l. de die. §. ſi ſeruus, qui ſa. cog. Et multum placet mihi ratio gl. in d. c. paſtoralis, vt ſit finis litium. i. vt lites non prorogentur. Vbi vero eſſet exceptio declinatoria magni p̃ iudicij, verbi gratia exceptio recuſationis iudicis, vel alia pars p̃ iudicij, vel ſi. ſeu maioris, tunc ſequerer diſtinctionem Doct. in d. c. paſto. Nec mireris de iſta diſt. quia & alibi reperitur, † q̃ exceptiones non tangentes merita cauſæ facilius reijciuntur, quã aliæ, vt patet in l. ſi fideiuſſor. §. quædam. ff. man. & ex his quæ tradit do. Anto. referens dicta Barto. in c. j. s̃. vt li. non conteſta. in illa q. vtrum procurator habens mandatum cum libera poſſit renunciare exceptionibus declinatorijs, de qua Bar. poſuit in l. ſi. in prin. ff. de his, quæ in frau. cre. Non obſtant iura allegata per Moder. hic, & in c. paſto. quia illa iura non loquuntur de termino litis conteſtationis, † qui quidem terminus, quia iam iudicium eſt initiatum, vt facilius expediatur lis & vt non pereant acta iudicij præterita, fortius excludit quam terminus extraiudicialis, de quo in dicto c. vt circa. vel quam terminus hominis ante litem conteſta. quia fortior eſt excluſio legis quam hominis, vt l. facta. §. ſi quis bonorum. ff. ad Trebel. Sed poſito q̃ iſta opinio Modernorum eſſet vera, videlicet q̃ ignorantia poſſit allegari & probari poſt litem conteſtatam, † debes dicere q̃ tunc ignorãtia probaretur per iuramentum, vt probant iura ſuperius allegata, niſi eſſet præſumptio ſcientiæ contra ipſum allegãtem, quia tunc deberet aliquid probari veriſimile vltra iuramentum ad præſumendum ignorantiam & etiam iurare, vt inquit glo. no. in d. c. innotuit, quam ſequitur do. Anto. in illo c. paſtoralis. licet aliter dixerit gl. no. & non bene. 12. q. 2. c. q̃ & humanis. vbi videtur velle q̃ etiam ſi ſit præſumptio contra ignorantem, ſufficiat probare ignorantiam per ſolum iuramentum, quod forte poſſet procedere ad euitationem pœnæ, vt eſt gl. no. & menti tenenda in c. 2. de temp. or. lib. 6. † Sed reuocatur in dubium id, quod dicunt hic Docto. ſuper iſto eleganti articulo, nunquid proceſſus valeat, ſi perſona eſt inhabilis parte non opponente, an vero ſit nullus ipſo iure? ſuper quo articulo procedendo cõcluſiue ſine diſputatione, conſidero q̃ aliquando accuſatio nõ procedit propter priuilegium perſonæ accuſati, vel qualitatẽ ipſius. exemplum ſi non poteſt accuſari aliquis, quia eſt in magiſtratu. Item ſi non poſſunt accuſari duo ſimul in eodem libello, iuxta. l. hos accuſare. §. lege Iulia. ff. de ac. & tunc fatẽdum eſt q̃ valet iudicium, ſi pars iſtam exceptionem non opponat, nec poteſt eam opponere poſt li. conteſt vt eſt caſus in d. l. hos accuſare. §. hoc beneficio. & ibi hoc no Bar. & in prin. illius l. & idem dicit glo. in 2. exemplo. s̃. poſito in l. ſi accuſatoribus. C. de accuſa. & ibi per Doc. & eſt ratio huius deciſionis, quia vt ait ſin. Iuriſcon. in l. j. §. accuſationem ver. an hoc interſit. ff. ad Turp. † qũ quis non poteſt accuſare, non propter inhabilitatem ſuam, ſed propter qualitatem perſonæ rei accuſati, competit facultas accuſandi ipſo iure, ſed accuſanti ob. exceptio. & ideo non eſt mirum ſi proceſſus valet, quia ipſo iure competit facultas accuſandi. Ex qua concluſione ſic declarata infertur contra id, quod dixit Bal. in l. non dubium, in vlti. q. C. de leg. vbi voluit q̃ quando de exceptione competẽte aduerſario liquet in actis, ſemper accuſatio eſt nulla, licet pars non opponat. quod dictum vbi accuſatio competit ipſo iure non procederet: quia quãdo quis accuſat duos in eo, libello, exceptio iſta, q̃ accuſatio non poteſt fieri, eſt notoria iudici, & tamen procedit iudicium, vt dicitur in d. l. ſi accuſatoribus. Nec ob. premiſſis tex. in d. §. accuſationẽ, circa prin. vbi videtur innui, vt inferius dicã, q̃ exceptio præſcriptionis reddit accuſationem nullam. quia ego dicam, ibi eſſe caſum ſingularem, † q̃ quamuis præſcriptio non tollat actionem ipſo iure, ſed elidat, tollit tamen accuſationem criminalem ipſo iure. Et iſto modo poterit procedere, quod dicunt Doc. Moderni in c. ad aures. s̃. de præſcrip. q̃ præſcriptio tollit actionem ipſo iure, ſicut videmus in ſi. q̃ actiones deſcendentes ex delicto facilius tolluntur ipſo iure quàm aliæ per pactum, vt l. ſi tibi. §. quę dam. ff. de pac. Et licet Bar. dicat contrarium, q̃ exceptio preſcriptionis non tollit ipſo iure ius accuſandi, vt ipſe no. in l. abſentem, in fi. ff. de pęn. hoc videtur verius per d. §. accuſationẽ. † Aliquando facultas accuſandi non competit alicui ex perſona ſua, quia eſt inhabilis ad accuſan. & tunc Iuriſconſultus expreſſe teſtatur in illo ver. an hoc interſit, q̃ non competit facultas accuſandi ipſo iure. Et ideo probabiliter poteſt dici, q̃ ſi de inhabilitate accuſatoris conſtat ex proceſſu, vel aliter eſt notoria, q̃ ẽt ſi iudex non repellat accuſatorem, proceſſus erit nullus ipſo iure. Et hoc dicit tex. in d. §. accuſationem, in tribus locis, in princ. ibi, plene nulla, &c. In ver. † omnimõ remouet, quę dictio idem ſignificat q̃ ipſo iure, vt eſt glo. or. in c. fi. de offi. deleg. lib. 6. verſ. finem. & caſus in c. iudex. eo. titu. & in l. j. §. ſi peculia, & ibi per Bal. ff. depoſiti. Tertio idem probatur in d. §. in ver. vocetenus accuſauit, in quo oſtenditur manifeſte q̃ præter verba, accuſatio nullam habet vim. & ad illum tex. cum inducitur in contrarium

ADDITIONES.

a VIN. GOD. Nota q̃ inhabilem eſſe & nõ eſſe paria ſunt. Cathald. de Buon compag. in trac. de pot. ſecul. & eccle. c. 87. num. 1. habetur in lib. 10. trac. fol. 177. & inhabilis impedimentum non præſtat. 10. Lecir. in trac. de primoge. q. 4. lib. 3. habetur in lib. 12. trac. fol. 155. num 2.

b Adde Bar. aliter loquentem in l. ſi maritus, la. 2. in §. præſcriptiones ff. ad l. Iul. de adul. & in l. abſentem, ff. de pæ. adde etiã quæ tradit Rom. in l. 1. §. occiſorũ, ff. ad Sil. poſt Bal. in l. ſi eũ, in prin. ff. ſiqs caut.

c Ex parte actoris. Adde bene facere quia non debet licere actori quod reo non licet l. non debet actori. ff. de re iu. de quo vide per Dy. in regula, non licet, de reg. iur. lib. 6.

VIN. GOD. Ideo actor repliçãdo de iure tertii excluſiuo opponere nõ põt, Rui. cõſi. 88. nu. 1. li. 3. ſecus in reo in ſua exceptione, Rui. cõſ. 48. nu. 12. lib. 4.

d Adde an & qñ ignorantia poſſit allegari & quãdo noceat p̃ do. in l. iuris ignorantia, & in l. pe. C. qui adm. & per Barb. Fely. & Mod. in c. 2. de conſti.

VIN. GOD. Adde q̃ ignorantia banni publici allegari non poteſt nec allegans admittitur ad probandum, Thom. Gram. decif. 36. nu. 34.

rium a Bar. reſpondetur breuiter, ꝙ in ver. effectum habere potuit accuſatio. tex. loquitur, quando mulier accuſat in caſu permiſſo, non in caſu prohibito, ſicut ſatis ibi oſtenditur ex verbis, ſuper quo vide quod plene ſcripſi in ca. fraternitatis. s̄ de teſti. Item non ob. tex. in prin. dum dicit, qui præſcriptione ſubmoueri poterat; quaſi innuat quod ſit opus exceptione. quia ad hoc reſpondeo, ꝙ illa verba, non ſignificant hoc, ſed oſtendunt ꝙ ſi reus voluiſſet opponere, non fuiſſet amplius iudicatum, quia accuſator fuiſſet repulſus incontinenti, vt in caſu noſtro. & quãdo Iuriſconſultus dicit ꝙ iſta accuſatio eſt penè nulla, & ſic ꝑ-
a pter dictionem penè, [a] videtur ſignificare, ꝙ aliquo modo valeat: dicas ꝙ ideo adiunxit verbum, penè: quia ſi nõ fuit oppoſita exceptio, & de ea non conſtitiſſet iudici, proceſſus valeret, vt j. dicam. Item quia prima facie accuſatio non petebat in forma, vnde & ſi non habebat eſſe, habebat tamẽ formam eſſe prima facie, ſicut dicimus in l. ſi quis legatum, in prin. ff. de fal. Et ꝙ proceſſus in illo. §. accuſationem. fuerit nullus ipſo iure, tenet Bart. expreſſe in extrauaganti, ad reprimendum, in gl. ſuper verbo, accuſationem, in vltimis verbis. Nec ob. dicit ipſe ibi, ꝙ eſt neceſſaria abolitio, quia etiam pro accuſatione nulla debet peti abolitio vt l. libellorum. §. quod ſi libelli. ff. de accu. Et ſic reſpõdet ad tertiam rationem ſuam in §. accuſationem. Sicut autem iſtud eſt dubium, vtrum accuſatio ſit nulla ipſo iure, quando inhabilitas accuſatoris cauſatur a iure ciuili, vt dictum eſt, ita quando cauſaretur a iure gentium, puta in ſeruo, indiſtincte verum eſſet iudicium eſſe nullum, etiam ſi exceptio non liqueret iudici ex actis, ſecundum Bal. in rubrica. C. qui accu. non poſ. allegat optimum tex. in l. non idcirco. §. fi. ff. de iudi. Sed ſuppoſita communi opi, pro vera, quæ tenet ꝙ proceſſus non ſit nullus, hoc videtur eſſe limitandum, quando lex ſimpliciter prohibet aliquem
22 accuſare. † Sed ſi ſtatutum [b] inhabilitaret accuſantem denegan-
b ſibi audientiam, verbi gratia, ſtatutum dicit ꝙ bannitus non audiatur agendo vel accuſando: tunc Bar. tenet ꝙ iudicium ſit nullum ipſo iure in l. cum lex, in vltima quæſtione. ff. de fideiuſ. & ita intelligit & declarat eum Bal. in l. non dubium. prælegata. Hanc ſententiam tenuit diſputando Iac. de Are. quem refert & ſequitur Ioan. An. in addi. Specu. in titu. de ſententia. §. iuſta. in quadam addi. Eandem ſententiam diſputando publice ſecutus eſt Bal. proſequendo multos caſus in diſputatione quæ incipit, Statuto ciuitatis cauetur ꝙ fœnerator &c. quem refert & ſequitur elegantiſſime Pe. de Anch. in regula, ea quæ fiunt, in 4. carta, de reg. iur. Sed iſta limitatio & differentia non videtur conueniens. quia iſta verba, ꝙ accuſator non poſſit accuſare, quo modo loquendi communiter vtuntur iura, vt patet in ca. prohibentur, ſæpe allegato. idem important ꝙ ille accuſans nõ audiatur, vt eſt caſus nota. in cle. conſtitutionem. §. ceterũ. de electio. iuncto. c. vt circa. eo. titu. lib. 6. Præterea hoc idem probatur. 2. q. 7. c. ſi qui ſunt. & c. alieni. & c. quærendũ. nam in c. ſi qui ſunt, dicitur expreſſe ꝙ accuſator non eſt audiendus, ſi ſit infamis, criminoſus, &c. & in c. quæren. dicitur ꝙ non recipiuntur tales. & in c. alieni ꝙ non debent ſuſcipi. i. nõ debent audiri. & cum dici-
23 tur ſecũdum Bar. in d. l. cum lex. † ꝙ iſta verba non audiatur, tollunt ipſo iure officium iudicis. concedo & addo ꝙ etiam ꝑ iſta verba quis non poſſit accuſare, ipſo iure tollitur officium iudicis vel ius accuſandi. vt eſt caſus in d. §. accuſationem. Reiecta igitur iſta differentia dicimus ſimpliciter, ꝙ qualitercunque lo-
24 quatur lex vel ſtatutum, † ſi liquet, vel peracta, vel aliter notoria de inhabilitate accuſantis proceſſus erit nullus ipſo iure. Et ex iſta concluſione reſultat ſingulariter correlarium, quod eſt tale,
25 † licet in iudicio ciuili, qñ pars agit ſine actione, quæ non competit ipſo iure, valeat iudicium parte nõ opponẽte & iudice nõ repellente, vt l. vbi pactum, cum materia. C. de tranſact. ſecus tamen eſt in criminalibus. & poteſt eſſe rõ differentiæ, quia in ciuilibus iudex non tenetur ſupplere, licet poſſit, & ideo non tantum peccat, ſi patitur procedere iudicium, ſed in criminalibus iudex, qui admittit accuſationem illicitam punitur, vt eſt caſus nota. & ibi ꝑ Bal. in l. 2. C. vt nemo pri. Vel poſſumus dicere, ꝙ in criminalibus fauemus magis reo quam in ciuilibus, quod patet quia iudex poteſt producere probationes ex officio ad defenſam rei, vt l. ſi non defenduntur. ff. de pœn. quod non licet in ciuilibus regulariter, vt l. 4. §. hoc autem. de dam. infec. cum mate-
26 ria. † Aliquando, & eſt tertius caſus, non opponitur de inhabilitate, nec de ea conſtat peracta. Et tunc dicendum eſt ꝙ proceſſus valet, per tex. in l. ſi maritus. §. præſcriptiones. ff. de adulte. quem allegat Bar. ad hoc. ſed quia ille text. poſſet aliquo modo euitari, reſtringendo eum ad exceptiones, quæ competunt reo ex perſona ſua, & quæ non tollunt ius accuſandi ipſo iure, ideo do tibi tex. clarum hoc probantem in l. 2. §. qui hoc dicit. ff. de adulte. iuncta. l. ita pudor. C. eo. nam maritus eſt inhabilis ad accuſandũ, qui fuit particeps turpitudinis, vt in d. l. ita pudor. & tamen non poteſt repelli poſt litem conteſtatam, & valet proceſſus, vt in d. §. qui hoc dicit. Et ad iſtam partem bene facit gl. quã hic allegat do. Anto. in l. reum criminis. C. de procu. & iſto mo-
do procedit tex. nota. in cle. conſtitutione. in fi. de elec. qui vult ꝙ licet pars non debeat audiri, valeat tamen proceſſus, ſi nõ opponitur contra ipſam. Et quia multæ aliæ perſonæ ſunt inhabi-
27 les, quam illæ de quibus dicitur in gl. † ideo dicendum eſt vnũ
c verbum circa mulierem, [c] quæ repellitur regulariter ab accuſando, niſi proſequatur ſuam vel ſuorum iniuriam, vt in c. prohibẽtur. ſæpe allegato, videlicet ꝙ mulier, quæ accuſat prælatũ ſuũ de crimine, ſatis dicitur proſequi ſuam vel ſuorum iniuriam, vt admittatur ad accuſandum, vt eſt caſus ſingularis in c. indẽnitatibus. §. verũ. de elec. lib. 6. † Sed quæritur pro declaratione ma-
28 teriæ nunquid ille qui prohibetur accuſare, poſſit eſſe promotor inquiſitionis. In qua q. Io. An. & Archi. dixerunt ꝙ ſic in c. indẽnitatibus. §. j. de elec. lib. 6. & idem dixit Bald. quem allegãt ali qui Moder. in rubrica huius titu. in l. j. C. ſi tutor non geſ. per illum tex. Facit optime quod tradit Ang. in l. quæſitum. ff. de in ius voc. Tu autem ĩ iſta q. diſtingue, ꝙ aut promotor inquiſitionis eſt voluntarius, & facit ſe partem iudicij, & tunc repellitur ſicut accuſator, quia iſte dicitur vere pars & aduerſarius & cum ipſo conteſtatur lis & ipſe ſolus poteſt expedire proceſſum quãdo aſſiſteret accuſatori. Primum tradit Hoſtien. & omnes Doc. in c. cum clamor. s̄. de teſti. Secundum probatur in c. cum dilecti. & ibi plene. j̄. de pur. cano. Tertium in l. j. §. incidit. ff. ad Turpil. & in l. ſenatus. in prin. eo. titu. vnde quia habet in effectu virtutẽ accuſatoris eo fortius videtur excludi, ſi non inſcribit ſe ad
29 pœnam talionis. & ſic minus eſt cautum reo & reipublicæ, † ga diſpoſitio facta de homine reſpectu certæ qualitatis, vel officij, trahitur ad habentem diuerſam qualitatem nomine, ſed eandẽ re, vt l. ex facto, & ibi per Bal. ff. de neg. geſt. facit optime tex. & quod ibi per gl. in verbo vicarios. in cle. j. de renũc. Bar. in l. diu⁹.
30 de cuſto. reo. ad propoſitum dicit, † ꝙ omnis exceptio inhabilitatis, quæ repellit accuſatorem, repellit denunciatorem publicum, qui tamen non ſe inſcribit ad pœnam talionis. Si vero promotor inquiſitionis non ſit particeps actorum iudicij, ſed ſimpliciter inſtruit iudicem vel accuſatorem extraiudicialiter, & tunc vera ſit iſta opi. per ea quæ traduntur per gloſ. & Docto.
31 in l. ob hæc verba. ff. de his, qui no. infa. † Si vero promotor inquiſitionis deputaretur a iudice, quod poteſt fieri, vt in c. olim. j̄. eo. & tradit Hoſti. in d. c. cum clamor. tunc quia iſta non dr̄ pars iudicij, ſed nudus miniſter iudicis, & poteſt remoueri ad nutũ iudicis. forte ſimiliter poſſet admitti, ſi iudex ex certa ſcientia eũ
32 deputauit, maxime quia ſicut iudex maior, puta eps, † poteſt diſpenſare cum teſte criminoſo, vt admittatur ad teſtimonium, vt ſingulariter tradit Inn. & ibi Moder. in c. cum te. s̄. de re iudica. ita videtur poſſe diſpenſare cum accuſatore inhabili, niſi eſſet infamis. vbi autem iudex deputaſſet eum ignorans ipſum eſſe talem, poſſet allegari inhabilitas per partem ad eum non repellendum præciſe, ſi iudex vellet eum confirmare, ſed quia forte iudex cognita inhabilitate remoueret eum. Secũdo quærit do.
33 Abb. & aliqui Moderni, † vtrum inhabilitas ſuperueniens accuſatori impediat eum a proſecutione accuſationis? & concludũt, ꝙ non, per l. is qui reus, in fi. ff. de publ. iudi. & ſunt dicta Bart. in l. Vrannius. in fi. ff. de fideiuſ. Quibus adde tria breuiter. primũ eſt, ꝙ eandem ſententiam confirmat Io. And. ſolenniter in ti. de accuſatore. ſuper rubrica, in vlt. q. per eadem iura. Secundum eſt ratio decidendi, quia ille, qui ſemel cæpit accuſare, cum eſſet habilis, idcirco poteſt proſequi accuſationem, quia neceſſitatur quodammodo propter periculum pœnæ, in quam incideret, ſi deſereret accuſationem, vt eſt bonus tex. in l. qui cum maior. §. j. ff. de bo. lib. Sed forte poſſet dici, ꝙ ideo non incideret in pẽnã propter impedimentum ſuperueniens, ex quo culpa vnde oritur impedimentum non fuit præordinata ad caſum iuxta materiam. l. quod te. ſi cer. pe. & c. j. s̄. de commodato. Tertio adde ꝙ eo caſu quo accuſatio non eſt nulla ipſo iure, quod quando ſit. ſupra. dixi, ſi ſuperueniat econtra accuſatori a principio inhabilitas pendente iudicio priuſquam ſit repulſus procedit iudicium, nec poterit repelli, vt tradit Bal. no. in l. per diuerſas, circa medium commenti. C. mandati. In glo. j. ibi, quia ſi ſit criminoſus, &c. reuocatur hic in dubium per do. Abb. Mod. & alios
34 ſcribentes, † vtrum indiſtincte tam de iure ciuili, quam de iure
d canonico, criminoſus [d] non damnatus de crimine repellatur ab accu-

ADDITIONES

a Dictionem penè. De iſta dictione uide extra de elec. c. dudum, ad fi. & quod iſta dictio reſtringat, uide tex. in §. ius autẽ gẽtiũ, inſti. de iure na. gẽtiũ & ci.

b Sed ſi ſtatutum. De iſta q. uide no. in rub. in prima col. uer. & omiſſis aliis. & infra eo. ĩ c. nulli cẽporũ, ĩ 1. col. & Lu. Ro. ĩ cõſ. 20. & Barb. in rub. de excep. Bal. ĩ l. 1. C. de pat. po. & ĩ l. peremptorias. C. ſen. reſcin. ñ poſ. & ĩ l. plane, de pet. hær.

c VIN. GOD. Nota ꝙ mulieres plerũq; ĩperite loquunt. Afflict. deciſ. 244. nu. 2. & iõ minis & pcib. facile ĩducunt ad alienãdũ. idẽ Afflict. deciſ. 260. pⁿ nu. 2.

d VIN. GOD. Criminoſus. Adde uidẽdũ de materia Spe ĩ ti. de acc. & ĩ ti. de crimĩib. §. 3. uide et Pe. de Anc. ĩ conſ. 306. & adde q̃ tradit Bar. ĩ l. 1. §. accuſatore. ff. ad Turp & Bal. ĩ rub. C. q̃ ac. in 3. col. & in l. eũ, in prin. ff. ſi qs cau. & p Lu. Ro. ĩ l. 2. §. occiſorũ. ff. ad Sile. Adde ꝙ criminoſus delictũ Thom. Gram. deciſ. 36. num. 30. & ideo interdicitur ei etiam appellatio. ibidem num. 31.

accusando? Et sic circa hunc primum articulum concludit do. Io.de Imo. & do. Abb. ꝙ de iure ciuili non repellitur criminosus, nisi sit condemnatus de crimine, sicut dicimus de teste in c. 35 super eo.& in c.testimonium.s̃.de testi.† Nam communiter iura videtur arguere de teste ad accusatorē, vt patet.4.q.3.c.testes. & in c.fi.s̃.de testi.& ita dicit glo.esse arguendum, vbi est eadem ratio, in l.qui iudicio pu.ff.eo.& ibi per Bar. Sed quidam Docto. Mod. hic in effectu concludunt contrariū, videlicet ꝙ etiam de iure ciuili crimen simpliciter obiectū & probatum repellat accusatorem. Et primo pro hoc adducit glo.not.quam ibi probat Bar.in d.l.qui iudicio.quę fundat se per tex.in l.3.§.lege Iulia.ff. de testi.transposita in §.item lege Iulia.4.q.3.vbi tex.dicit,ꝙ dānatus propter pecuniam acceptam causa testimonij dicēdi, vel non dicendi, vel conuictus de illo crimine, repellitur a testimonio.& sic patet ꝙ sufficit sola probatio sine sententia propter alternatiuam positam in tex.Secundo inducit tex. in l. accusator. ff.de præuari.vbi dicitur ꝙ præuaricator conuictus de tali crimine non accusat, & sic sufficit conuictio sine damnatione. Non ob.dicit ipse l.athletas.§.calūniator.ff. de infamib. quia fatetur ꝙ ad irrogandum infamiam iuris requiritur sententia, vt ibi. sed ista consequentia non valet ſm eum, iste non est infamis, ergo non prohibetur ab accusatione, vt patet in l. qui accusare, in fi.cum l.se.ff.de accusa.cuius dicta possunt esse vera aliquo ca 36 su.vnde pro concordia opi. distingue, ꝙ in omnibus delictis †regulariter testis non repellitur a testimonio, neque accusator ab accusatione, nisi sit infamis ipso iure, vel per sententiam, vt dicit tex.in l.qui accusare, in fi.ibi, propter delictum repellūtur vt infames.vnde pondero ꝙ delictum nō excludit regulariter, nisi mediante infamia.hoc tamen fallit in criminibus quæ directo, vulnerant fidem accusatoris vel testis, sicut est crimen, quando quis accipit pecuniam propter testificatum, quādo instituit falsam accusationem, vel præuaricatur in ea.vnde non intelligunt mentē luriscon.in d.l.qui accusare,& in l.se. quia postquam dixit, ꝙ quidam excluduntur propter delictum vt infames, subiūgit inter alia, ꝙ quidam repelluntur propter præsumptam calūniam, vt qui subornati falsum testimonium dixerunt. quidam quia acceperunt pecuniam ob accusandum vel non accusandum, vel quia instituerūt duas accusationes, qui prohibentur ab accusatione propter quæstum, quasi lex suspicetur de eis ꝙ calūniose non agant in accusando vt lucrentur. Vnde in illis casib⁹ clare apparet, ꝙ non requiritur damnatio ad eos repellendos, quia si fuissent damnati, erant infames.vnde satis poterāt repelli prætextu infamiæ.ergo non erat opus assignare istas alias causas seu rationes, quæ cum assignentur pro sufficientibus, apparet ꝙ solæ sufficiant sine infamia. & de talibus criminibus loqtur gl.in d.l.qui iudicio.& Bar. ibi. Vnde ego alias scribendo, & in c.licet causam.col.4.vers.12.collige, de probatio. ostendi per 37 multa iura & auctoritates,† ꝙ etiam de iure ciuili poterat repelli propter periurium vel falsum, quia directo vulnerabat fidem testis, licet damnatus non esset de crimine. Et ista distinctio est verissima, si bene prospicias dicta iura. De iure autem canonico clarum est, ꝙ criminosus repellitur ab accusando. 2.q.7.c. quęren.& in c.ipsi Apostoli.non solum si aliquis accusat clericum, sed etiam si accusat laicum in foro canonico, vt videtur probare tex.in verbo, quemcunque.6.q.j.c.qui crimen.& 2.q. 7 cap. alieni.Sed dubitatio relinquitur, pro quo crimine repellatur testis & accusator.de quo dic vt annō præterito pleniſſime scripsi in c.testimonium.s̃.de test.nu.16. & magis in quadā additione, quā feci ad prius scripta.In eadem gl.ibi, infames. sentit hic ista 38 gl. ꝙ †infamis [a] infamia facti non possit accusare. Et de iure ca- a nonico credo hanc gl. verissimam, quam confirmat gl. Io. 2. q. 7.c.ipsi Apostoli.& ita tenent hic do.Abb.& Ioan.de Imo.quia iura repellunt non solum criminosos, sed etiā suspectos de crimine, vt in c.si qui sunt,& in c.testes.in verbo, absque vlla suspitione. 2.q.7.sed nō potest negari ꝙ laborans infamia facti de crine, vtique est suspectus de crimine, quod patet, quia tanquam suspecto indicitur purgatio, vt in ca cum P.j. eo. & 2.q.5. c. infamia, & c.presby.cum multis alijs.ergo patet ꝙ infamia facti repellitur. Pro ista conclusione vltra Doct. do tibi casum clarum in c.fi.s̃.de testi.vbi dicitur, ꝙ accusatus de crimine, quia eius fama est tolerata de facto, vt ibi dicit gl.& bene, repellitur ab accusatione & testimonio. Pro hoc etiam facit tex.in d.c.quæren. in fi.in verbo, viles personæ.& in d.c.testes.in prin.in verbo, absque vlla infamia. & sic videtur comprehendere diuersas spe- 39 cies infamiæ, iuris. s. & facti. †Sed relinquitur dubium de iure ciuili, vtrum taliter infamis repellatur ab accusando. Et super hoc dicit Bar ꝙ non repellitur, quia hoc nō reperiretur iure cautum, vt ipse no.in l.qui accusare. ff. de accu. Specu. contradixit sibijpsi in isto arti.in titu.de accusatore.§. j. ver. item quid si suspectus.& ver.item quid de his. nam in primo ver. vult, ꝙ infa- b mis [b] infamia facti repellatur, iuxta sententiam Gof.in cap.omnipotens.j. eo.quam ibi approbat Ioā. And.in alio ver.dicit idē ꝙ Bar. ꝙ non repellitur Do.Anto.hic concordando ista dicta dicit, ꝙ tam de iure ciuili, quam de iure canonico istud est arbitrarium, quia attenta qualitate infamiæ facti, quæ est multiplicis qualitatis, vt tradit Bar.in l.j.C.de sum.trini.& fi.ca.& ipsa accusatione.i.crimine de quo quis accusat & alijs circunstantijs, iudex posset repellere & admittere infamem de facto Mod. tenent hic de iure ciuili cum Bar.in d.l.qui accusare.tum propter rationem suam, tum quia edictum de accusando est prohibitorium.vnde quilibet censetur permissus accusare, qui non reperitur prohibitus, Institu.de publi.iudi.§.j.& in d.l.qui accusare. Tu autem considera in ista materia, ꝙ videtur reperiri de iure ciuili cautum duplici modo, ꝙ infamis infamia facti non semper repellatur ab accusando.& præmitte, vt dixi, quod accusatus de crimine pendente accusatione habet grauatam exrimationem, vt dicit tex.in d.c.fi.de testi.& 1.distin.c.tantis Daniel. & in c.omnipotens.j.eo.vnde de isto dicitur in l.neganda. C. q ac. non pos. quod potest accusare extraneum de maiori crimine, quam ipse sit accusatus & non de minori vel pari, secundum intellectum, quem approbat Bart.in l.is qui reus. in secunda lect. ff. de publi. iu. ergo reperitur de iure ciuili, quod infamis infamia facti aliquando repellitur ab accusando. Præterea si eo casu quo repellitur testis repellitur & accusator, vt dicunt glos. & 40 Bar.in d.l.qui iudicio.†certum est ꝙ in criminalibus testis infamis infamia facti repellitur præterquam in subsidium, & tunc creditur sibi cum tormentis, vt communiter concludunt Doc. in c.testimonium. s̃. de testi.ergo eadem ratione repelletur accusator: quia tamen tex.omnino in l.neganda, non excludit infamatum infamia facti, placet mihi opi.domi.Ant.de iure ciuili, quod istud sit in arbitrio iudicis, vbi non est determinatū specialiter, sicut in l.neganda. Pro ista conclusione facit optime, qa c sicut declarat gl.in l.nonnulli. ff. de accu. ideo pauper excluditur ab accusando, quia est persona suspecta propter vtilitatem ipsius.vnde si prohibetur probus & industriosus admittitur.Sed quis dubitat, ꝙ infamia malorum morum similiter debet reddere accusatorem suspectum, ergo debet esse in arbitrio iudicis 41 vt dixi.†Et quia approbatur pro regula hic & in iuribus allegatis, ꝙ infamis infamia iuris repellitur ab accusando: aduerte, qa quidam Moderni hic sentiūt, ꝙ istud sit verum in infamia, quæ oritur ex sententia in iudicio criminali lata, secus si sit lata ex iudicio ciuili.allegat Inno.in c.qualiter & quando, in fi.j. eo. & Bald.referentem ipsum in l.in re mandata.C. mand.qui dicunt ꝙ infamia, quæ infertur ex iudicio criminali, est fortior quam il lata ex iudicio ciuili. Sed tu vide Bald. qui clarius & latius ponit in l.qui deposit.C.depos.i. vbi similiter declarat dicta Innoc. pro qua doctri. facit optime quod dixit Cyn. in addi.& Guil.de Cu.in l.j.§.hoc edicto.de postu.quos refert Bald. in l.Cassius.ff. de senato.qui volunt ꝙ infamis ipso iure vel per sententiam latam in iudicio ciuili non prohibeatur esse procurator, licet secus sit, si sit condemnatus in iudicio criminali.sed gl.sing.in l.q iudicio, in prin.ff.de accu.quam ibi multum no.Bar.dixit, quod condemnatus iudicio publico, non potest accusare etiam si prosequatur iniuriam propriam contra regulam positam in c.omnibus.4.q.6.& in c.decętero, s̃.de testib.secus si sit cōdemnatus in iudicio criminali priuato, quam Bar.ibi relinquit sub dubio. & si illa gl.esset vera, multo fortius videretur dicendum ꝙ infamis ex iudicio ciuili non esset repellendus ab accusatione, sicut condemnatus iudicio criminali.sed neutrum dictum placet. Et primo debes ponderare tex.in l.qui accusare, in fi.ff. de accusa. 42 dum dicit ꝙ infamis propter delictum repellitur,& c.†nam no d men delicti, [d] cōplectitur omne genus criminis, immo etiā aliquid vltra crimen, vt l. j. vbi per glos.C. si aduer. deli. Quinimmo etiam appellatio criminis, [e] quæ est strictior, comprehendit dolum commissum in contractu, qui purgatur per actionē ex contractu, vt est casus in l.j.§.j.ff.de cri.stel. iuncta.l.j. in fi. ff. de pig. act. Si ergo infamia, quæ infertur condemnato in actione depositi vel mandati, exēpli gratia dicitur prouenire ex delicto, vt dictum est, ergo comprehenditur sub verbis.l. qui accusare.sæpe allegatæ.nam illud dictum gl.in l.qui iudicio, dum dicit ꝙ condemnatus publico iudicio, licet possit accusare cū pro sequitur suam vel suorum iniuriam, nō tamen potest accusare in

ADDITIONES.

a Infamis,&c. Vide pro intelligentia quæ tradit Lu.Rom.in l.de pupillo, in prin. ff de ope.no.nun.Ang.in l.2.ff.eo.Saly.in l.2.C.de accu.

b VIN. GOD. Adde quod infames sunt lusores per constitutionem Regni, & prohibiti testificari & testamentum facere, Thom. Grammat. decis. 40. nume.7.

c Pauper. Vide quis dicatur pauper, per glo.in auth. præterea.C.vnde vir, & vx. Imol.& Abb.in c.Odoardus, de sol.Adde etiam Lu. Rom. in l.si constante. ff. sol.mat.& in consi.382.& per Pet.de Anch.in consi.417.

VIN. GOD. Adde ꝙ vt quis dicatur pauper relinquitur arbitrio iudicis Dec. consi.142. nume.6.lib.1.& ibi num.4 quando paupertas repellat quem a testimonio.

d Delicti. Vide in proposito Bar.in l.2.& in l.itaque fullo.ff.de fur.

e Criminis. Vide de materia Bar.& Doc.in l.transigere.C.de transa.

in casibus exceptis, in q̃bus alij infames ad accusandũ admittun
tur ꝙincitur manifesta rõne: quoniã, si in illis casibus exceptis
admittatur seruus ad accusationem, vt dicitur in l. famosi. ff. ad
l. Iul. maie. multo fortius debet admitti condemnatus publico
iudicio. quia vt s̃. fuit dictum, fortior est inhabilitas iurisgentiũ,
quam inhabilitas ciuilis. & probatur ista consequentia in l. is q̃
reus, in fi. ff. de publi. iudi. vbi patet ꝙ condemnatus publico iu-
dicio, licet sit infamis, potest reaccusare suum accusatorem, & ta
men si perdidit libertatem non potest, vt ibi dicitur, & sic appa
ret ꝙ maior est inhabilitas seruitutis quam infamiæ. vnde sim-
pliciter videtur concludendum, ꝙ etiam infamis iudicio publi-
43 co, possit accusare in casibus exceptis. † Et q̃ hic do. Abb. Mod.
a diffuse tractat, vtrum adultus a maior 14. annis possit accusare,
intellige vltra casus, in quibus permittitur accusatio pupillo, de
quibus in l. 2. in fi. ff. de accu. ideo videndum est breuiter de ve-
ritate huius arti. in quo fuerũt tres opinio. principales. Vna fuit
Azo. in d. l. 2. quam approbat Odo. & Bal. in rubrica. C. qui ac-
cusa. non pos. ꝙ adultus indistincte possit accusare cum aucto-
ritate curatoris. Et hanc opinio. sequitur do. Abb. hic, per l. cla-
rum. C. de aucto. præstan. Idem quia si speciale est in accusatio-
ne aduiterij, ꝙ minor. 25. annis non auditur, vt l. si maritus. §. lex
44 Iulia. ff. de adulte. ergo regulariter potest minor accusare. † Ter-
tio, quia quod prohibetur de pupillo, videtur concessum adul-
to, vt in l. si minor. ff. de ver. obli. sed accusatio prohibetur pupil
lo, vt l. qui accusare. sæpe allegata, ergo videtur concessa adulto.
Non obstat secundum eos, ꝙ maior. 14. & minor. 20. ann. non
potest testificari. quia ad hoc respõdetur dupliciter, & primo ꝙ
licet repellatur a testimonio, non tamen sequitur, ergo & ab ac
45 cusatione, † quia maior industria & idoneitas vel sufficientia re-
quiritur in teste, quã in accusatore, propter maius præiudiciũ,
quod infertur reo. vnde attenta ista ratione, sicut ista consequẽ
tia non est bona, aliquis admittitur ad accusandum, ergo admit
titur ad testificandum, vt dixit tex. in c. licet Heli. j. de simo. & in
c. per tuas, eo. titu. quia si conceditur minus, non sequitur, ergo
conceditur ꝙ est plus. Ita ista consequentia econtrario non erit
bona, testis repellitur a testimonio vel non admittitur, ergo nõ
admittetur ad accusationem, quia cui negatur id, quod est plus,
ergo negat̃ quod est minus, non sequitur. & vide gl. tu Canoni-
stain c. cum in cunctis, in princi. s̃. de elec. quod traditur in l. cui
pacto. ff. de ser. expor. Vnde secunda opin. quæ fuit in ista ma-
teria, distinguens inter adultum, qui non attingit. 20. annum, vt
nõ admittatur ad accusandum, & eum qui excessit annum. 20.
vt admittatur, non videtur procedere, secundum Abb. Moder.
Primo, quia non est eadem ratio de teste ad accusatorem, vt di-
ctum est. Secundo, quia vt ait Bal. in illa rub. in accusatione de-
fectus industriæ & consilij minoris potest suppleri per curato-
rem, vt dicitur in d. l. clarum, in fi. sed non sic cum testis exami-
natur, quia examinatur in secreto, remoto curatore, vt in c. vene
rabilis. s̃. de testi. vnde non æque bene potest instrui, sicut in ac-
cusando. Tertia fuit opi. Ang. & Saly. qui latissime disputãt istũ
articulum vltra omnes, in l. 2. C. qui accu. non pos. dicentium ꝙ
adultus nullo tempore admittitur ad accusandum, nisi prose-
quatur suam vel suorum iniuriam. quod deducunt principaliter
duplici ratione. Primo per rationem positam in tex. in d. §. lex
Iulia. Dicit enim Iurisconsultus ꝙ ideo lex Iulia prohibuit minorem
25. annis accusare specialiter de adulterio, quia habuit suspectã
ætatem eius propter lubricum consilij, & quia non videbat̃ suf-
ficiens ad tantam rem. sed ista ratio videtur esse vniuersalis, quo
ad omnes accusationes criminales, & maxime quo ad illas, quę
sunt maioris præiudicij quam crimen adulterij vel æqualis. er
go cum ratio sit vniuersalis, generaliter habebit locum in omni
casu, vt l. illud, in fi. ff. ad leg. Aquil. & l. illud. C. de sacrosan. eccl.
cum multis alijs. & in c. cum dilecta. s̃. de confir. vti. vel inuti. Se
cundo dicit Ange. ꝙ quando minor accusans non prosequitur
iniuriam propriam, tunc istud ius accusandi nõ est in patrimo
nio aliquo modo, sed extra administrationem patrimonij. Aut
ergo dicis quod admittat̃ solus ad accusan. & hoc est falsum, &
contra l. clarum, de aucto. præstã. Aut dicis ꝙ admittatur cum
curatore, & etiam istud non potest fieri, quia in his, quæ sunt ex
tra administrationem bonorum, non solum auctoritas curato-
ris non attenditur, vt l. cum in vna. §. tutor, de appel. sed etiam
tutoris auctoritas, vt l. fi. ff. de cur. fu. & ista fuit ratio Bart. in l. de
46 pupillo, in prin. de no. op. nun. vbi in fi. q. dicit, † ꝙ pupillus adul
tus nõ pũt nunciare nouũ opus ad vtilitatem reipublicæ, quia
nec possent soli, cum sint inhabiles personæ, nec cũ tutore vel
curatore, quia eorum auctoritas in istis non attenditur. Nõ ob,
dicit Salyc. in d. l. hi: ꝙ minor. 25. annis & maior. 20. admittitur
ad testimonium, ergo debet admitti ad accusationem: quia ista
argumentatio esset bona, si respiceremus præiudicium ipsius ac
cusati, quia non est dubium ꝙ plus præiudicatur sibi per testẽ,
quam per accusatorem, sed regulariter minor inhabilitatur ad
iudicium magis in fauorem sui, quam in fauorem aduersarij,
vel in fauorem reipu. in isto casu. Sed magis præiudicatur mino
ri accusando quam testificando propter pœnam talionis, quã
potest timere vt in l. fina. C. de accusatio. & propter condemna
tionem expensarum & multa alia. ergo licet admittatur ad te
stimoniũ, nõ admittetur ad accusandum, vt videtur ꝓp̃ pericu-
lum supradictum. Super ista materia videntur ponendæ tres ꝙ-
clusiones pro concordia opi. Prima conclusio est, ꝙ adultus cu
iuscunque ætatis potest accusare prosequendo suam vel suorũ
iniuriam. Ista conclusio probatur in illo. § lex Iulia. in fi. in ratio
ne sui, quæ est generalis quo ad omnem ætatẽ, licet tex. in prin-
cipali dicto possit restringi ad maiorem 20. annis & minorem
25. Secundo probatur ex tex. nota. iuncta glo. parua in l. auxiliũ.
in prin. ff. de minor. vbi patet, ꝙ minor adultus potest agere pro
iniuria ciuiliter & criminaliter. Tertio hoc confirmatur, quia
b mulier[b] potest prosequi suam & suorum iniuriam accusando,
vt in l. 2. ff. de accu. ergo multo fortius adultus. tenet consequen
tia, quia in prosequendo ius publicum, fortius admittitur adul
tus quam mulier, vt patet in l. popularis actio. iuncta. l præcedẽ
ti. ff. de popu. actio. Secunda conclusio erit talis, vltra Doct. Mi-
c nor [c] annis. 17. nõ potest aliquo modo accusare, licet sit maior
14. si non prosequitur iniuriam suam vel suorum, vt dixi. Ista
conclusio probatur subtiliter sic. Adultus minor annis 17. non
potest agere populari actione in fauorem publicum, vt est casus
in l. popularis actio. præallegata, & tenet glos. in l. de pupillo, in
prin. sæpe allegata. sed lõge minus periculum est in actione po
pulari, quam in accusatione. Item maius emolumentum pu-
pilli, quia pœna imponenda applicatur sibi, vt l. si cui. de verbo.
signific. ergo si prohibetur ab agendo actione populari in fauo-
rem publicum, multo fortius ab accusatione. facit optime text.
in l. j. §. in vnum. & quod ibi no. ff. de post. Tertia conclusio, ab
annis 17. vltra minor non potest accusare cum auctoritate cura
toris, secundum Ang. & Saly. rationibus prædictis. Et videtur
eorum opi. verior de iure per rationem tex. in d. §. lege Iulia. cui
male potest responderi. nam illa ratio Ang. non videtur bona,
qui secundum eam sequitur, ꝙ adultus non posset accusare ꝓ-
sequendo iniuriam propriam, quoniam actio quæ competit ad
vindictam, non computatur in patrimonio, vt l. quæsitum. &
ibi per Bar. ff. de sep. vi. & l. cum emancipati. §. emancipatus. ff.
de col. bo. Sed tex. in §. lege Iulia. magis vrget. Nec ob. secundũ
Saly. verbum specialiter positum ibi in tex. quia illud verbum
non significat ꝙ illud sit specialiter inductum in adulterio con-
tra iuris, vt intelligit ibi gl. & communiter Doct. sed hoc signifi
cat ꝙ lege Iulia specialiter. i. nominatim & indiuidualiter exp̃s-
sit quasdam species inhabilitatis, sicut dicimus in l. item apud
Labeonem. §. conuicium. ff. de iniur.

ADDITIONES.

a VIN. GOD. Adultus an possit accusare vr̃ ꝙ non ex ea quæ ponit Rui. cõsi. 117. num 18. lib. 3. & Ias. in consi. 107. in fi. lib. 4.

b Mulier. Adde d. Alex. in consi. 14. in 3. uolu. & Ol. in consi. 195.

c VIN. GOD. Adde ꝙ minor cum non possit per se, nec potest ad id per ꝓ-
curatorem constituere, Soz. consi. 254. uisa. uer. 1. ratio, lib. 2.

SVMMARIVM.

1 *Actus substantiam ad cognoscendum, ipsius nominatio non attenditur.*
2 *Conuentio nomen, interpellationem etiam extraiudicialem significat.*
3 *Accusare licet plures possint, non tamen denunciare.*
4 *Dictio nunc, & dictio olim, quid significent.*
5 *Lex iubens aliquam solennitatem præcedere actum iudiciale, omissio illius so-
lennitatis reddit iudicium nullum.*
6 *Actor forensis agens, si ex statuti forma fideiussionem præstare debet, antequã
agat, si satisdatio omittitur, iudicium an sit ipso iure nullum.*
7 *Fideiussio in casu Statuti, non est ab actore offerenda, nisi a reo petatur.*
8 *Causæ episcoporum, si agitur de depositione ab episcopatu, vbi tractandæ sunt.*
9 *Concilium prouinciale de episcopi causa cognoscere, non autem diffinire potest.*
10 *Archiepiscopus quilibet, & eius absentis Vicarius pro criminibus alias pœ-
nas præter depositionem suo episcopo irrogare potest. & nu. seq.*
12 *Archiepiscopus, vel primas, nunquid sicut non potest cognoscere causam epi-
scopi, cum agitur ad depositionem, ita non possit pronunciare.*
13 *Primas, quãdo cum concilio prouinciali de causa, sicut potest cognouit, vtrum
pronunciare possit episcopum esse deponendum.*
14 *Potestas, si statuto cauetur, quòd vltimo mense condemnare non possit, nun-
quid poterit pronunciare reum absoluendum, vel condemnandum. & quid
si pronunciet super exceptione peremptoria committendo eam. nu. 16.*
15 *Remedia superflua, & nihil conferentia, inducenda non sunt.*
17 *Denunciatio, vel monitio præcedens, an requiratur, quando ciuiliter agitur,
& quæ.*
18 *Interpellatio extraiudicialis in actionibus, quem effectum operetur. & an vna
vel plures requirantur. nu. 23.*
19 *Testes falsos producens dolose, vtrum simul accusari possit cum ipso teste falsũ
deponẽte, & vtrũ ipsi testes plures numero possint simul accusari de falso.*
20 *Actus plures ad eundem finem tendentes, vnum & idem negotium esse cen-
sentur.*
21 *Producens testes falsos de omnibus vno libello accusari potest.*
22 *Percutientes plures simul, an de eodem delicto intelligantur accusati.*

CAP.

CAP. II.

a SI quis[a] episcopus. Denunciator criminis non debet audiri nisi monitione præmissa. vel sic. Si denunciatio fit de crimine, nō præmissa monitione, & postea fit monitio, procedet monitio, vt ex nunc, & non vt ex retro. vel sic, secundum tertium intellectum: Qui accusat episcopum, debet eū monere, alias non procedit accusatio. h.d. Prima lect. est melior omnibus: nam secūda, licet no. vt j. dicemus, minus applaudet literæ, quæ dicit, non olim, sed nunc causa deferatur, ex quo datur intelligi ꝙ non agitur de ratificatione primi processus, sed dicitur ꝙ ante monitionem non debet offerri denūciatio. secus si dixisset tex. non olim, sed nunc prosecutio denūciationis fiat,
1 vel denunciatio vires sumat. Non diuiditur aliter. † No. primo, secundum primam & secundam lec. ꝙ ad cognoscendum speciem vel substantiam actus, non attenditur nominatio ipsius actus, sed qualitas expressa in dispositione, in qua fit mentio illius actus. vides enim hic ꝙ licet fiat mentio de accusatione, ga tamen dicitur ꝙ debet interuenire monitio fraterna, verbum accusatio, exponitur. i. denunciatio, quæ largo modo accusatio dicitur. 2. q. 7. c. accusatio. & c. si quis ergo. facit ad ea, quæ tradit Bar. subtiliter in disputatione sua, Publicanus quidam. & in l. cō
2 tem. §. qui maximos. ff. de public. † Secundo no. ibi, charitatiue
b conuentus, &c. secundum do. Abb. quod verbum [b]conuentio, significat interpellationem extraiudicialem, sicut iudicialem, licet de communi vsu loquendi conuentus dicatur interpellatus iudicialiter, cui est standum, vt in cap. ex literis. s̄. de spon. & l. librorum. §. quod tamen Cassius. de leg. 3. vnde si quis promitteret non conuenire aliquem sub pœna, secūdum proprietatem verbi, satis esset interpellare extraiudicialiter. sed aliud de com
c muni vsu, vt dictum est. Et verum est, ꝙ conuentio [c] est nomen generis, vnde Imperator in l. omnes. in fi. C. de præscrip. 30. an. volendo significare citationem iudicialem, vocat eam conuentionem iudiciariam, quasi sit & alia conuentio extraiudicialis. iura tamē in diuersis locis verbum conuentionis, simpliciter interpretatur pro conuentione iudiciali, vt patet in l. 2. §. omnes, in tribus locis. ff de iud. & in auth. & consequenter. C. de sentē. & interlocu. posset tamen dici, si non cōstaret de communi vsu loquendi, ꝙ istud verbum acciperetur secundum subiectā materiam, & vbi materia esset indifferens comprænderet cōuentionem iudicialem, & extraiudicialem, per ea quæ dicta sunt.
3 † Tertio no. ꝙ licet plures[d] non admittantur ad accusandum, vt
d l. si plures. ff de accu. admittuntur tamen ad denunciandum. &
e sic in hoc denunciatio [e] non est similis accusationi, valet tamen processus pluribus accusantibus, si non opponitur per partem, secundum gl. in l. si accusatoribus. C. de accusati. super quo vide bonam gl. & tex. in c. quotiens, s̄. de pur. cano. in verbo, accusationibus & tex. in c. 2. j. de collusio. Quarto no. ibi, non olim,
4 sed nūc: duo, quorum secundum est valde pulchrum. † Primū de significatione istius dictionis nunc, & olim, quia vna significat tempus præsens, & alia tempus præteritum. s. dictio olim.
f De prima[f] vide quod traditur in tex. & gl. in cle. j. de concess. præben. & in c. præterea. s̄. de ap. & in l. 2. in prin. de condi. & demō.
g [g] De secunda vide quod plene scribit Bart. super rub. de no. ope.
5 nun. & in l. eius qui in prouincia. ff. si cer. peta. † Secundo colligitur ex isto ver. fm secūdū intellectū, ꝙ vbicunque lex actū iudicialem iubet præcedere aliquam solennitatem, omissio illius solennitatis reddit iudicium nullum. vides enim hic, quia primo denunciationem non præcessit monitio, sicut debebat, illa habetur pro non facta, & debet fieri noua denunciatio. quod facit ad no. q. quā ponit Bar. in l. si tutor. in fi. C. in qui. ca. in inte-
6 restit. non est ne. vbi voluit † ꝙ si ex forma statuti actor forensis agens debet præstare fideiussionem, antequam agat si omittitur satisdatio, iudicium est nullum ipso iure, quod etiam ponit Ang. no. in l. postquam. §. Imperator. ff. vt le. no. ca. pro quibus facit optime ista decre. licet aliter videatur sensisse Bald. in si. q.
7 in l. qui crimen. C. qui ac. non pos. † Aduerte tamen, quia in casu statuti fideiussio non est offerenda ab actore nisi petatur a reo vt singulariter decidit Ang. in terminis consilio suo. 60. in ordine. quod loquitur de modo cessantium & fugitiuorum. adducit intercętera duo iura simul iuncta. vz. l. mutus. §. pœna. ff. de ꝓ-
8 cu. iuncta. l. Pomponius. §. rati. eo. titu. † Quinto & vltimo no. ibi, ad primates causę eius, secundum vnum modum exponendi, ꝙ causæ episcoporum si agitur de depositione ab episcopatu, sunt tractandæ in concilio prouinciali, vbi debet esse patriarcha vel archiepiscopus, si prouincia non habet patriarcham vel primatem, vna cum. 12. episcopis prouincialibus ad minus, vt ꝓbatur. 3. q. 7. c. accusatus, & c. quamuis, & c multum stupeo. & per glos. 2. q. j. c. primates. & ea. causa, & q. 6. c. decreto. intellige
9 tamen † ꝙ concilium prouinciale potest de causa episcopi cognoscere sed non diffinire, vt dicitur in dictis iuri. Archiepiscopus autem vel primas, solus nullo modo potest cognoscere. de qua materia plene tradit Inno. in c. graue. s̄. de præben. & in ca. sicut. s̄. de elec. pleniſſime do. Anto. in c. j. s̄. de iudi. vbi omnino vide. & do. Abb. Moder. in c. non potest, de re iudi. Sed si ille tex. intelligatur de causis, in quibus nō agitur de depositione ab episcopatu, tūc potes intelligere primates. i. patriarcham, seu primatem solum vel etiam archiepiscopum, qui licet non sit primas, est tamen iudex ordinarius illius episcopi, vt in c. sane. s̄. de so. compe. & in c. duo simul. s̄. de offi. or. secundum Docto. & hic,
10 & bene. † nam quilibet archiepiscopus potest pro criminibus alias pœnas irrogare episcopo suo, præter depositionem. 12. distin. c. de his, in fi. & ibi per glo. & per eandem in d. c. primates. & probatur in c. sacro. de sen. excommu. & in c. Romana. de offic. ordi. lib. 6. † vbi patet, ꝙ etiam vicarius archiepiscopi absen-
11 12 te archiepiscopo idem potest. † Sed quæritur hic per do. Abo. Mod. nunquid sicut archiepiscopus vel primat non potest cognoscere, nec diffinire causam episcopi, cū agitur ad depositionem, ita non possit pronunciare eum deponendum. & allegat gl. 2. q. 6. c. biduum. in verbo, deportandum. quæ dicit quod archiepiscopus potest. Tu adde aliam gl. quæ idem dicit in legato sedis apostolicæ. 16. q. j. cap. frater noster. sicut videmus ꝙ præses licet non posset deportare, potest tamen pronunciare aliquē esse deportandum. Item, qui non potest mittere in possessionē, potest pronunciare aliquem esse mittendum, vt l. cognitio. §. vt bonorum. ff. de offi. eius cui manda. est iurisdict. Ipse autem tenet hic oppositum, quia cum archiepiscopo nulla penitus competebat cognitio istius causæ, si non potest cognoscere, non potest pronunciare. ꝙ autem nulla penitus competat cognitio, probatur. 5. q. 4. c. j. Et profecto in solo archiepiscopo vel primate ista q. parum habet dubitationis. nec credo istam fuisse mentē
13 illarum glossarum. † Relinquitur ergo dubitatio, quādo primas vna cum concilio prouinciali cognouit de causa, sicut potest, vt s̄. diximus, vtrum post cognitionem vna cum concilio pronunciare episcopum esse deponendum. & hanc q. attingit do. Ant. diffuse in cap. j. s̄. de iudi. in qua dicit Arch. tenuisse idem, quod dixerunt prædictæ gl. quas etiam ibi allegat in c. accusatus. 3. q. 6. & in c. si quis suadente. 17. q. 4. Sed ipse tenet ibi oppositum, dicens quod ista op. est contra omnia iura dicentia, ꝙ conciliū prouinciale potest cognoscere, sed non diffinire, vt in d. c. accusatus. & c. quamuis. & c. multum stupeo. 3. q. 6. & 5. q. 3. c. 2. Et istā opi. sequitur do. Abb. diffusius in ca. non potest. s̄. de re iud. Sed potest responderi, saluando dicta Arch. & gl. ꝙ licet illa iura prohibeant concilium prouinciale diffinire causam episcopi, non tamen videntur prohibere ꝙ pronuncient episcopum deponēdum, quia aliud est deponere, & aliud pronunciare deponēdū, vt est casus in l. prima iuncta l. fi. C. si aduer. lib. & ibi per glo. & Bal. & est gl. in l. fi. C. vbi & apud quem. Vnde dixit Bar. no. ad ꝓ
14 positum in l. solent, in prin. ff. de offi. procon. & leg. † ꝙ si ex forma statuti potestas vltimo mense non potest condemnare vel absoluere, poterit tamen pronunciare reum absoluendo, vel cō demnando, quod videtur sequi Bal. in l. j. ff. de iu. om. iud. in primo cōmento. Sed ipse idem Bal. in l. nec quicquam. §. vbi decre. ff. de offi. procon. & leg. in vlti. car. col. pe. & in illa l. solent, in prin. fatetur ꝙ ista re vera sunt diuersa quo ad formam & quo ad esse formale. dicit tamen ꝙ prohibita condemnatione. aut oportet dicere ꝙ videbitur prohibita ista via pronunciandi modo prædicto, ne per indirectum cōcedatur alicui quod directo non competit, contra. l. fraus & l. contra legem. ff. de legib. Aut quod si prædicta via non est prohibita ad minus superior vel successor non teneatur stare huic sententiæ. Et idem sentit in effectu eleganter in l. si quis filio exhæredato. §. eius. ff. de iniu. & rupto testa. Et quodcunque istorum dicas, modica differentia est. probabilibus tamen videtur esse dicere, ꝙ iudex non possit
15 taliter pronunciare, † quia remedia superflua & nihil conferentia, non sunt inducenda, vt l. hæc stipulatio. §. diuus, ff. vt leg. no. ca. & l. qui bis idem. ff de ver. obli. Quod autem ista pronunciatio no possit sic fieri, vt necessario obtineatur, patet quia si esset

necessario

ADDITIONES.

a Si quis. Facit tex. in c. cum dilectus, infra eodem.

b Conuentio. Adde tex. in l. si conuenerit. ff. de iu. om. iu. Bar. & Doc. in l. lecta ff. si certum pet. & in l. sciendum. ff. de verbo. obli.

c VIN. GOD. Adde quando conuentio partium executionem paratam habeat, Rui. consi. 135. num. 11. lib. 5 & de conuentione facta inter regem regni & sanctam Romanam ecclesiam, uide Thom. Gram. decis. 29. num. 13. & decis. 60. num. 17.

d Plures de hoc. Vide gl. in c. accusatoris, & ibi Arc. 2. q. 1. & per Inno. in c. olim super verbo idoneo. infra, eo.

e VIN. GOD. Nota quando denūciatio noceat denunciato, Rui. consi. 122. num. 13. lib. 5. & ibidem nume. 14. quando fit de una causa ad aliam non est porrigenda.

f De prima. Vide & Bar. in l. si ita stipulatus in prin ff. de uer. obli.

VIN. GOD. Hæc dictio olim, significat tempus præteritum & officium finitum, Amad. de castel. in trac. de sindic. in uerbo, olim. num. 41. habetur in lib. 6. trac. fol. 16.

g De secunda. Adde etiam Bar. in l. 1. in prin. ff. de ope. no. nun.

necessario seruanda, ista esset interlocutoria, quæ habet vim dif
16 finitiuę, † sicut quando iudex pronunciat super exceptione peremptoria admittendo eam, secundum glo. in cle. cum a repulsione. de app. Quicquid ergo dicitur de diffinitiua, etiam de ista videretur dispositum, per ea, quæ habentur in c. peruenit. s. de ap. & in l. intra vtile. cum ibi no. ff. de mino. In glo. ibi, cum agi-
17 tur, &c. Doct. hic communiter concludunt, † q̃ quando agitur ciuiliter, non requiritur denunciatio vel monitio præcedens, p̃terquam cum sit denunciatio euãgelica vel iudicialis, vt in isto tex. & idem si agatur criminaliter secundum gl. in c. licet Hely. j. de simo. Quorum dictis adde inquantum do. Abb. hic dicit, q̃
18 † interpellatio extraiudicialis in actionibus ciuilibus, operatur hũc effectum, videlicet q̃ debitor postea citatus in iudicio si cõfitetur debitum, debet condemnari in expensis factis pro citatione & libello, secus si non fuisset interpellatus. Primo alleg. Guil. in l. omnes. C. de epis. & cle. & Ange. in l. debitores. C. de pig. & dic q̃ idem dictũ Guil. refert Anto. de But. in c. nouit. in vlt. char. s. de iudi. Amplius dixit Ange. & no. in l. si reus paratus. ff. de p̃cur. referens eadem dicta Guil. q̃ non solum tenebitur reficere expẽsas factas in citatione & libello, sed etiam in præparatoriis: verbi gratia in collectis instrumenti a notario in pecuniis datis aduocatis, & si. hoc tamen videtur dupliciter limitandum. Primo, q̃ habeat locum in debitore, qui potest cõueniri iure actio
a nis, secus si officio iudicis, quia interpellatio extraiudicialis [a] nõ constituit in mora in his, quæ officio iudicis debentur, vt est casus no. & ibi per Bar. in l. cum postulassem, in prin. ff. de dam. infec. & tenet idem Bar. in l. veluti. ff. de eden. Secundo videtur limitãdum, nisi creditor post interpellationem nimis festine egerit non relinquendo spatium debitori ad inueniendum pecuniam, iuxta l. sciendum. ff. de vsu. quinimmo dixit Iac. But. sing. in l. & si post tres. ff. si quis caut. q̃ si contumax purgat cõtumaciam iucontinenti non debet condemnari in expensis, quod tamen ibi Bal. & Ang. non admittunt. Et ista sufficerent ad declarationem gl. Sed quia tex. dicit hic q̃ plures admittuntur ad denunciandum, tangunt hic do. Abb. & alij Doct. Mod. nunquid istud sit verum indistincte, q̃ ad accusandum plures non debeãt admitti, licet admittantur ad denunciandum. de quo dic, vt plene per Bar. in l. si plures. ff. de accu. ego aliquid dicam vbi melius cadit in c. olim. post Inno. j. eod. Quid autem sit econtra, vtrum vnus possit accusare plures. dic vt plene scribit Bart. in l. hos accusare. §. lege Iul. ff. de accus. & in l. cum rationibus, per Cyn. &
19 alios. C. qui accu. non pos. † Et tangunt hic aliqui Mod. illam q. quam ponit hic Ang. in l. si plures. ff. de accus. vtrum in eodem libello quis possit accusare testes, qui deponunt falsum & producentem ipsos. quæ quidem q. recte intuẽti diuiditur in duas. nam primo est videndum, vtrum producens testes falsos, intellige dolose & scienter, possit accusari simul cum ipso teste falsũ deponente. Secunda, vtrum ipsi testes plures numero possint simul accusari de falsitate. Super primo consuluit Dy. q̃ producens testes possit accusari vna cum teste, per l. j. C. si reus vel ac. mor. fu. concurrunt enim hic ista duo delicta ad eundem finem & sunt facta communicato consilio, quia producens est quodammodo loco mandantis, vnde possunt accusari simul, quia censetur idem factum, iũxta regulam, quæ ponitur in l. hos accusare. §. lege Iulia. ff. de accus. Pro ista conclusione est casus in terminis, quem ibi Bar. no. in l. athletas seruus. ff. de fal. vbi patet, q̃ simul fuit accusatus cohæres qui procurauit falsum fieri & procurator falsitatis. Ad idem tex. optimus, & ibi hoc etiam ponit Bar. in l. nihil. §. fin. ff. de adult. Et ista conclusio est vera in effectu quam etiam ponit & probat Ioan. And. in titu. de accusatio. §. j. Sed dubium remanet in 2. quæst. in qua Io. An. in addit. prædicta qui solus eam attingit, distinguit secundum d. suum in ll. q̃ aut isti testes dixerunt falsum communicato prius consilio simul, & tunc dicitur vnum delictum. & omnes possunt eodem libello accusari. Pro qua cõclusione vide tex. & quod ibi p̃ Bar. in l. si familia. ff. de iu. om. iu. Si vero non communicauerunt simul istud consiliũ deponendi falsum, & tunc dicit q̃ quia quilibet testis examinatur de p̃ se, & sic vnusquisque delinquit seorsum ab altero & ex interuallo, dicentur plura delicta, & per cõsequeus non poterunt accusari eodem libello, ar. l. illud. in fi. ff. ad l. Aquil. Sed istud secundum dictum cũ responso nõ placet,
20 † quia ex quo isti testes delinquunt ad eundẽ finẽ & in eadẽ cã, satis videtur q̃ ratione vnitatis causæ & finis dicantur committere vnum delictum, sicut dicimus q̃ plures actus tendentes ad vnum finem, dicuntur vnũ negociũ. verbi gratia cultura agri p̃ vno anno, licet habeat diuersos actus, vt arare, serere & similia, dicitur tamen vnum negociũ, vt traditur in l. si pupilli. §. fi. ff. de ne. gest. & in l. Pomponius si negocijs, eo. tit. Inde est q̃ dicimus q̃ plures tutores administrantes circa idem, dicuntur habere administrationem connexam, vt no. in l. j. C. de transi. Non ob. tex. in l. illud. in fi. quia fateor in illo casu, q̃ vulnerans prius & postea occidens ex interuallo punitur pro duobus delictis separatis, quia propter interuallum temporis nõ præsumitur cõmisisse primum delictum ad finem occidendi, sicut commisit secundum, intellige occidẽdo. tunc cũ fo occidit: sed si constaret plura facta licet ex interuallo fieri ad eundem finem sicut constat in casu nostro, eadem ratio est vt diceretur vnũ delictũ vel duo
21 connexa. † Et adde ad materiam, quod tradit Bal. in l. quicunq; C. de seru. fug. & vbi dixit q̃ producens falsos testes & falsam
22 scripturã dr̃ posse accusari de omnibus vno libello. † Et aduerte, ne erres, quia qñ plures insultant vnũ & percutiũt eũ vel qñ plures testes deponũt falsum, quantũ ad imponendam pœnam singulis insolidũ dicũtur esse plura delicta, si delinquunt homines liberi, vt plene declarat Bar. in l. si integra. ff. ad l. Cor. de sic. in l. j. in prin. si fa. fur. fe. dica. Quod ergo dicit Bar. in d. §. lege Iulia. q̃ plures percutientes simul dicunt accusari de eodem delicto, est intelligendum. i. de eodem facto & connexo, ex quo tamen tot oriuntur delicta, quot sunt personæ delinquentes. potest tamen saluari dictum Ioan. An. quando plures testes deponerẽt falsum circa articulos penitus diuersos, qui nõ essent ꝯnexi, quia tunc dicta eorum non concurrerent proprie in eundẽ finem. Hoc non affirmo pro nunc, sed vide tu tex. & quod ibi
23 no. in si. in l. scire debemus, in prin. ff. de verbo. obliga. Tangunt etiam hic aliqui Moder. vtrum interpellatio siue monitio ex-
b traiudicialis sufficiat vna, [b] vel requirantur plures. de quo dicam alibi plenius, plura addens vltra Docto. pro nunc vide glo. no. in cle. j. de hæret. in verbo, requisiuerit. & aliam in clem. j. de deci. in verbo, facta, in c. si episcopus. 18. distin. & in c. cum circa, s. de offic. deleg.

ADDITIONES.

a VIN. GOD. Nota q̃ licet alias per interpellationem quis constituatur in mora, tamen illud est uerum quando quis eligii uiam interpellationis, secus vero si eligit uiam iudicii. Marci. Anto. Bau. in trac. de mora. q. 3. nume. 22. q̃ habetur. in lib. 1. fol. 234. Quando autem interpellatio dicatur in loco incõgruo. Tract. idem in eodem titu. in 3. parte. num. 7. eo. lib. fol. 237.

b Vna. Adde gl. in c. cum causam, & ibi per Inno. s. de offi. dele. & per Inno. in c. cum nobis olim, de elec. Ant. in c. tua nos, de testa. Lu. Ro. l. de pupillo. § si qs ipsi prætori. ff. de ope. no. nuncia.

SVMMARIVM.

1 *Religiosi prælatum proprium, an denunciare possint.*
2 *Conuersi ecclesiæ laicæ personæ sunt ecclesiasticæ.*
3 *Culpa & reatus qualiter differant.*
4 *Omissio in prelato peccatum est mortale.*
5 *Iurisdictionem habens per successionem, ea priuari non potest. non sic prælatus ex collatione habens.*
6 *Superior ter requisitus, vt faciat actum quem facere tenetur, eius negligentia habetur pro recusatione expressa.*
7 *Laicus ad denunciandum clericum de crimine, an admittatur.*
8 *Coacte testis testificatus & citatus, magis integer quam sponte veniens, præsumitur.*
9 *Testis, si a parte non citatus, a iudice producatur, sponte testificari præsumitur.*
10 *Ecclesiæ causa cum agitur, satis est citare immediate illius rectorem ad quem prima defensionis causa pertinet.*
11 *Dominus vel superior. pro suo interesse, an voluntarie comparere possit, & subditum suum defendere. & nu. seq.*
13 *Vtilitas publica in consequentiam veniens, non consideratur.*
14 *Iudicis condemnantis aliquem præstare in instrumento non producto contentum, sententia non valet.*
15 *Dispositio dicitur esse certa per se, vel per relationem ad aliud.*
16 *Condemnatio, si actor probauerit sibi deberi, valet. & quid in sententia absolutoria nu. seq.*
18 *Sententia diffinitiua incerta non valet, licet interlocutoria sic.*
19 *Sententia, an continere debeat verbum, condemno, vel absoluo.*
20 *Sistere in iudicio qui promisit, an possit ad pœnam euitan. per suum fideiussorem defendi.*

CAP. III.

a Illa[a] præpositorũ. Ad denũciandum vel accusandum p̃latum admittuntur religiosi subditi. h. d. vel sic, Crimina sunt discutienda cum his, quorum interest. in prima ponitur præfatio, & factum decisum: in secunda. ibi, si ve-
1 ro, ponitur thema & responsio ad q. † No. primo q̃ religiosi possunt denunciare prælatum proprium, quia ipsorum maxime dicitur interesse. & ponderat hic d. Abb. q̃ tex. dicit aliquis, demõstrando, q̃ verbum generaliter potest intelligi de quocunq; existente in monasterio, siue sit monachus, siue conuersus. Adducit tex. cũ gl. in c. ex eo, quod. in fi. de elec. lib. 6. † Tu vide tex. & gl. qui dicunt, q̃ istæ sunt personæ ecclesiasticæ etiam si sint cõuersi ecclesiæ laicæ, in c. parrochianos. & in c. non dubium j. de sent. excom. & 27. q. j. c. vt lege continentiæ. & quod plene scribit do. Anto. sup ipsis in ca. 2. de fo. competen. † Secundo no. ibi,
3 ad

ADDITIO.

a Illa. Pro intelligentia uide d. Aiex. in l. ait prætor. § si iudex. ff. de re iu. adde etiã & intellige istum tex. ut nouissime per d. Fe. in c. eam te, de rescrip.

8 *Criminis notorij exceptio, an opponi possit contra petentem restitutionem beneficij licet eo non sit priuandus. & quando præmiatur. num. 10.*
9 *Confessio in iudicio summario facta, nocet in plenario.*
11 *Exceptio notoria defectus proprietatis, an & quãdo excludat agentem possessorio recuperandæ. & num. 12.*
13 *Confessio eneruat præsumptionem ex sententia orientem.*
14 *Sententia in beneficialibus lata, an transeat in rem iudicatam.*
15 *Commenda simpliciter facta de beneficio an reuocari possit. & nu. 17. & 18.*
16 *Commenda quid sit.*
19 *Commẽdatarius simpliciter deputatus ad tempus, nũquid faciat fructus suos.*
20 *Collegia, vel singulares personæ ex priuilegio vel consuetudine ius custodiendi ecclesiam vacantem habentia fructus, in vsus suos non conuertunt licet titulum administrandi habeant.*
21 *Bulla Papali concedente beneficium in commendam, si exprimatur q̃ commendatarius faciat fructus suos videtur constitutus possessor in rebus beneficij.*
22 *Missus in tenutam si Statuti forma ex primo decreto lucretur fructus, videtur constitui possessor.*
23 *Confessio facta in iudicio criminali accusatore absente, an noceat confitenti.*

CAP. XII.

1 Si constiterit. Clericus † ebriosus potest priuari beneficio, si añ dormitionem post ebrietatem celebrauit. h. d. secunda est ibi, si de hoc. tertia est ibi, cęterum. No. primo, q̃ beneficium, quod possidetur a clerico, in dubio non præsumitur concessum in commendam, sed in titulum perpetuum, vn-
2 de qui allegat commendam, debet probare. † Collatio autẽ beneficij sub conditione, vel ad tempus, non potest fieri, nisi per sedem apostolicam, secundum gl. in c. si gratiose, de rescrip. lib. 6. & in c. j. de cape. mo. eo. lib. 7. q. j. pastoralis. sed commenda bene potest fieri per inferiorem a Papa, de qua dic, vt plene in tex. & gl. in c. nemo deinceps. de elec. lib. 6. Pro cuius gl. intellectu,
a dum dicit q̃ commendatarius [a] non facit fructus suos, sed tenetur eos seruare deductis sumptibus, vide quod eleganter tradit Ioan. And. in titu. de dispensatione. §. nunc vidẽdum. ver. illud,
3 in addi. Specu. † Secundo no. q̃ crimen ebrietatis [b] per se, nõ est
b crimen dignum depositione. vnde si ebrietas non sit frequens,
c non est peccatum mortale, [c] sicut no. in §. ea. 25. distin. & in ca. a crapula. & in c. clerici. s̃. de vi. & ho. cle. tex. tamen in ca. j. de reliq. & ven. san. videtur ponere pro regula, q̃ sit peccatum mortale. de quo vide plenius per Tho. in secunda secundæ, in tracta-
4 tu de gula. † Tertio tene menti pro primo hunc tex. q̃ si presbyter celebrat post cibum sumptum ante dormitionem, istud dicitur crimen graue, & dignum depositione a beneficio: celebrando tamen sine dubio consecrat, quia hoc non repugnat institutioni sacramenti, cum fuerint instituta in cęna. de quo vide qđ traditur in tex. & gl. de conse. distin. 2. liquido. 75. distin. c. quod
5 a patribus. † Quarto & vltimo no. q̃ [d] spoliatus pendente appel-
d latione debet restitui [e] ante omnia, etiã si opponatur sibi in causa beneficiali notorius defectus proprietatis, vel notorietas criminis, propter quod deberet beneficio priuari, secũdum diuersos intellectus. Vides enim hic in ver. post appella. q̃ ad concedendum restitutionem huic presbytero, alterum istorum sufficit, aut q̃ non constiterit de aliquo, aut q̃ sit spoliatus post appellationem. ex quo datur intelligi manifeste, q̃ etiam si constaret de crimine notorie & per confessionem petentis restitutionem, nihilominus restitutio esset facienda p̃ viam attentati, iuxta c. non solum, de app. lib. 6. quod est valde no. & plenius declarabitur in gl. & ita referunt hic quidam Moderni quosdam no. ex isto tex. Sed hoc videtur contra ea, quæ no. sing. Inno. in c. bonæ. s̃. de ap. vbi voluit, q̃ etiam quando petitur restitutio per viã attentati, obstet petenti exceptio, q̃ habet ius commune cõtra se, iuxta c. ad decimas. de rest. spoli. lib. 6. & sic exceptio notorij non iuris sui. Vnde aliqui Moder. hic dicunt concordando, q̃ iudex ex officio potest restituere spoliatum pendente appellatione, licet habeat ius contra se, & sic notorie constet de non iure suo, sed ad petitionẽ partis hoc non potest facere iudex. Et fuit ista distin. do. Anto. in d. c. bonæ. Sed do. Abb. Moder. ibi dicit, q̃ aut opponitur petenti restitutionem officio iudicis notorium præsumptionis, verbi gratia q̃ petens se restitui habet ius commune contra se. & tunc simpliciter dicamus q̃ agenti officio iudicis ad reuocandum attentata, ista exceptio non potest opponi, vt tenuit Lapus in alleg. suis, & est no. limitatio ad c. decimas, præallega. aut opponitur exceptio veri notorij, puta quia aliqd est notorium euidentia facti, vel per testes, vel per confessionẽ partis. & tunc dicamus, secundum eum, q̃ ista exceptio impediet reuocationem attentatorũ. Sed istud dictum videtur exp̃s̃e contra istum tex. inquantum non obstat, q̃ de crimine liqueret per confessionem, vel per probationes, nihilominus non denegatur restitutio spoliato post spoliationem. Et ideo potest dici melius, q̃ attentata pendente appellatione a diffinitiua iudiciali, indistincte reuocantur, etiam si notorie constet de iure petentis, sed attentata pendente appellatione extraiudiciali, vel iudiciali interposita ab interlocutoria, non reuocantur. Est enim appellatio iudicis interposita a diffinitiua fortior quam prædictæ appellationes, vt patet ex tex. & ibi no. in c. non solum. de appel. lib. 6. Aduerte tamen, quia si fuit hic appellatum a diffinitiua lata super priuatione beneficij, istud non colligeretur, secundum 3. lec. do. Abb. qui voluit, q̃ restitutio denegetur, si crimen est notorium, quamuis adhuc priuatio pro crimine non sit secuta. sed etiam si tenemus alias lec. quæ præsupponunt, q̃ appellatio fuit secuta, vel priuatio in primo casu decre. tũc istud no. nõ colligeretur hic, quia licet crimen esset notorie probatum p̃ cõfessionem, vel per probationes in causa criminali, tamen quando a sententia priuationis fuit appellatum, priuatio fuit suspensa, vel extincta, secũdum gl. no. in c. sæpe. s̃. de appel. vnde si post appellationem appellans fuit spoliatus, quamuis constet notorie de crimine suo, quia tamen adhuc non est priuatus, iõ posset petere se restitui ad administrationem beneficij. & hoc non faceret priuilegium, quod conceditur in reuocando attentata.
6 † Sed quia criminosus, quantumcunque notorius, ante suã priuationem potest retinere beneficium suum regulariter. 8. q. 4. c. nonne. & in c. cum non liceat, in gl. ordi. s̃. de p̃scrip. nisi dicere mus q̃ reuocatio attentatorũ peteretur post appellationem desertam, quo casu notorium esset clericum esse priuatum, nec habere ius in beneficio. Sed hoc diuinat ad tex. & propterea nõ crederem quod ista reuocatio attentatorum deserta appellatione posset impetrari, ex quo de directo contradiceret' executioni sententiæ, quæ transiuit in rem iudi. In gl. magna in fi. ista positio casus ostendit, q̃ presbyter iste agebat interdicto recuperandæ possessionis. & quod prætextu notorij criminis probati contra ipsum repellitur. Sed istud videtur falsum, quia agenti interdicto recuperandæ, non potest opponi exceptio criminis, quinimmo nec exceptio defectus proprietatis & tituli, vt in ca. item cum quis, & in c. literis. s̃. de restitu. spolia. quatuor so. ponũtur ad istud contrarium. Prima est de mente Ioan. An. & gl. qui supplet ad istũ tex. q̃ iste clericus non solum fuit conuictus & confessus, sed etiam condemnatus & priuatus beneficio, & legitime facta executio, & tunc respondetur ad contrarium, † q̃ quãuis exceptio respiciens proprietatem non possit opponi contra
7 agentem possessorio recuperandæ, potest tamen opponi ista exceptio, q̃ quis non de facto, sed iuste & rite fuit spoliatus, qa ista respecit possessorium de directo, sicut illa, non debes restitui, qa nunquam possedisti, vel quia nunquam fuisti spoliatus. de quo vide gl. in c. a d decimas, de resti. spolia. in 6. & tex. in c. olim, el. 3. eo. titu. in antiquis. Vtrum autem si iudex, qui rite tulit sentẽtiam, executus est eam non seruato iuris ordine, tunc competat
f remedium spoliato, sicut si esset spoliatus † non interueniẽte iudice. vi. quod plene scribit do. Anto. in c. conquerente, de resti. spolia. & quod tradit Bar. in l. sequit. §. si rem. ff. de vsucap. & in l. iuste possidet. de acq. pos. Sed ista sol. videtur diuinare ad tex. & propterea laborat eo. morbo, quo sequẽtes, de quo dicetur' ī secunda so. Vnde alij dixerunt, & est secunda so. q̃ hic oppo. exceptio defectus proprietatis notorij, quia iste presbyter beneficio fuerat priuatus per sententiam, quæ transiuerat in rem iud. vñ licet regulariter exceptio cernens proprietatẽ in iudicio recuperandæ non possit opponi, istud est verum, nisi sit notoria, qa tunc in beneficialibus & spiritualibus obstat, vt est casus in d. c. ad decimas, & no. Inno. in c. constitutus, s̃. de fil. presby. & plene

per

ADDITIONES.

a Commendatarius. Adde Alexan. in l. Lucius. ff. depos. ubi dicit quod commendatarius non facit fructus suos. & quid sit commenda. uide Hostien. in c. dudum, el. 2. de elec. § insuper. & no. per Ioan. And. de sup. neg. prę. in c. 2. in 6. & per Archi & Ioan. And. in c. nemo de elec. lib. 6.

b VIN. GOD. Nota q̃ ebrietas a culpa non excusat, quamuis pœnam leuiat. Lod. Molt. in trac. de retrat. sen. pil. in primo dubio. habetur in lib. 4 trac. fol. 60. nume. 4.

c Mortale. Vide hoc per Alb. de Ros. in l. 1. C. si quis imp. mal. & per Doct. supra, de ui. & ho. cle. in c. a crapula. & vnde habuerit principium ebrietas uide gl. in l. 1. in uer. iurisgentium. ff. de his qui sunt sui uel ali. iu. quæ allegat tex. in c. die 6. 35. distin.

d VIN. GOD. Adde q̃ spoliatus debet restitui & contra tit. & bona fide possidentem, Rui. consi. 46. num. 6. lib. 1. tamen non restituitur si obstat exceptio dominii quando postea esset difficilis recuperatio, Rui. consi. 42. nu. 10. li. 4.

e Debet restitui ante omnia. Ad istam reg uide d. Car. in cons. 54. inci. lite in causa rũ apostolico palat. uertẽte &c. & in cõsi. 75. in c. uenerãde pater &c. adeo quod possessor non intelligitur priuatus sua possessione propter hoc secundum Pet. de Anch. in suo consi. quod incip. missio in possessionem &c. plus dico quod etiam habens ius in re si intrat possessionem nõ citato possessore ẽt cum auctoritate iudicis cadit a iure suo iuxta. l. si quis in tantam. & l. memine rit. C. unde ui, secundum Pet. de Anch. in consi. 126. incipit, de pluribus speciebus, &c. quem refert & sequitur Lu Bo. in rep. §. nihil commune, in 11. col. in fi. & se. ff. de acqui pos. & ibi Doc. examinant istam regulam latissime ubi uide & maxime per do. Ial. ibi in 4. col. ver. iuxtam glossam.

f VIN GOD. Spoliatus non restituitur quando causa proprietatis salua non remanet, Rui consi. 37. num. 1. lib. 4. quod non procedit quando ad principẽ spectat executio contra inferionem, nec ubi scandalum non timetur uel sequi non potest. ibidem num. 3.

per Doc.in c.literis.s.de resti.spolia.Sed & ista so.similiter diuinat, & propterea ꝙfundit noua ratione & forti.quia si hic fuisset lata sententia,quæ transiuisset in rem iudi.tunc etiam si non constaret per testem,vel per confessum de crimine, quia sententia faceret ius, satis appareret de defectu iuris petentis restōnē. Sed contrarium dicitur expresse in tex.nostro in ver. cæterum, & etiam satis in ver.siue hoc,præcedenti.ergo impossibile est dicere,ꝙ hic fuerit lata sententia. Et per easdem rationes videtur posse impugnari,3.so.quam hic dedit Innocē.dicens,ꝙ hic erat actum petito. in quo secundum regulas iuris potest opponi q̄libet exceptio per quam concluditur aliquem non habere ius in beneficio quod petit.secus si illa exceptio concludit aliquem esse priuandum iure.quod habet in beneficio vt ipse Inno.plenius not.in ca.inter dilectos j̄.de excess.præ. Vnde Doct. Moder.
8 ponunt quartam so,dicentes,ꝙ hic non erat lata sententia. †Et ad contrarium respōdent ꝙ exceptio criminis notorij potest opponi contra petentem restitutionem beneficij,licet pro crimine quis non sit priuatus sed priuandus. Nam secundum eos, ex quo crimen est notorium, iudex potest remouere a beneficio clericum absque accusatore & sine iuris ordine, vt in c.euidentia.s.eo. & 2.q.j.c. de manifesta.& in c.ad nostram. s̄.de iureiur. & quia si clericus petatur priuari beneficio,multofortius potest excludi a restitutione, quia turpius ejicitur, &c.vt in ca. quemadmodum.s̄.de iureiur. Et quia infamibus non patet accessus ad beneficia,vt in c.inter dilectos. præallegato. Sed ista lec. non videtur posse procedere de iure,quia quando crimē deducitur per viam exceptionis,& sic incidenter ad repellendum, quantū cūque tale crimen sit notorium, puta per confessionem partis, non pōt imponi pena,quæ debetur pro crimine,vt dicit gl.ord. in l.si filium.C.de lib.causa.& no.Bar.in l.si confessus. ff. de custo.reo.& Bal.in l.quod cuitandi.C.de condi.ob tur.causam.& multo fortius idem est quando crimen esset notorium per probationes.Super quo vide quod plene ponunt Doc.in ca.j. s̄. de excep.& in c.cum dilectus.§.fi.s̄.de ord. cog. Nec potes dicere, quod ista superius allegata loquuntur, quando quis est confessus crimen in iudicio ciuili,secus si primo esset confessus in iudicio criminali, & confessio nunc produceretur in iudicio ciuili, quia ista differentia posset habere locum in probationibus & testibus,quæ factæ in iudicio ciuili non faciunt fidem in causa criminali ad puniendum crimen,iuxta ea, quæ plene tradit Bart. in l.2.§.hoc edicto. ff. vi bo. rap. Sed in confessis ista differentia non procedit. Vnde dicit Inno.no.in c.cum dilectus, præallega-
9 to,†ꝙ confessio facta in iudicio summario, nocet in plenario. & tenet do.Anto. in c.causam,qnæ.s̄.de testi. Saluando istā lec.
10 possumus dicere,† ꝙ speciale sit in istis causis beneficialibus, qđ licet crimē sit deductum ciuiliter & in iudicio ciuili, tū sine nouo processu & noua instantia iudex si crimen est notorium posset punire,& priuare aliquem beneficio, sicut multa alia sunt specialia in talibus causis propter officium iudicis, quod superabū dat in fauorem animarum vel ecclesiarum, vt patet in c. cū nobis olim.§.his igitur.s̄.de elec.& in c.constitutus, in fi. s̄. de appel.& ī c.si forte.in tex.& gl.de elec.lib.6. Vel potes dicere quin to loco,tenendo secundam solu.s̄.positam,hic esse casum sing.
11 & pulchrum,† ꝙ exceptio notoria recuperandę,si sit notorium inductum ex probatione vel confessione partis, vel per euidentiam rei,vel quia quis habeat ius commune contra se, quæ est
12 fortissima præsumptio,vt in c.j.de præscri.lib. 6. †secus est, si sit notorium præsumptionis,ꝙ oritur ex sententia,quę transiuit in rem iudicatam,quia cum per hanc præsumptionem non videatur æque constare de non iure partis,sicut per præcedentes qualitates,dicemus ꝙ sola auctoritas sententiæ non repellit agentē possessorio recuperandæ.& ista est causa,quare hoc mandatur inquiri,vtrum crimen sit probatum per testes, vel per confessio-
13 nem.nam † confessio a eneruat præsumptionem,quæ oritur ex
a sententia,vt tradit Inno.in c.quia plerique, de immu. ecc. Et si pars,quæ obtinuit sententiam,patitur probari contra ipsam, re tractatur sententia,vt plene declarat do.Anto.& Moder.in cap. quoniam contra.s̄.de proba.Ex quibus patet,ꝙ fortius ostendit ius partis per ista duo, quam per auctoritatem sententiæ. Posset etiam defendi illa secunda so.alio modo,ꝙ hic non staretur sententiæ, nisi pateret de crimine per confessionem vel per te-
14 stes,† quia sumus in beneficialibus, in quibus dixit Inno. sing. in c.cum Ber s̄.de re iudi.ꝙ sententia lata in eis, nunquam trāsit in rem iudicatam.Sed illa doctrina communiter non approbatur ibi.& dato ꝙ esset vera,ibi loquitur quando agitur de titulo beneficij,vtrum sit legitimus, vel non, non quando clericus priuatur propter crimen.vnde magis placet saluatio præcedēs, cum qua potest teneri secunda solu. quæ est notabilior cęteris. Sed etiam prima & 3.possunt saluari.vel potest teneri.4. so.Mo dernorum.In glos. in verbo, commendare. ibi,& ita licite huic
15 presbytero poterit auferri,&c. Tenet gl.ista satis expresse,ꝙ† cō menda facta simpliciter de beneficio,possit reuocari quandocū que ad libitum concedentis.& idem tenuit.21.q.j.c.si plures.& Inno.in c.dudum.s̄.de elec. Sed contrarium tenuit gl. in c. nemo.de elec.lib.6.nisi sit finita causa propter quam fuit facta.do. Abb.hic concordat, ꝙ aut commenda fuit facta temporaliter, & cum causa,& tunc non potest reuocari causa non finita. aut fuit facta sine causa,& tunc potest reuocari pro libito.Sed ista distinctio videtur modicę vtilitatis, quia regulariter per inferiorē a papa commenda ecclesiarum non fit sine causa saltem vtili,vt no.in d.c. nemo, Præterea etiam si commenda fiat cum causa, ꝙ hoc non videtur impedire potestatem reuocandi,quia episcopus potest custodire ecclesiam per se, vel alium æque idoneū, iuxta c.cum vos.& ibi no. s̄.de offi.ordi. & quod traditur plene
16 in c.bonæ.s̄.de appell. †Vnde si commenda b nihil aliud est,quā
b depositio,vt videtur sonare verbum, & natura ipsius,quia commendatarius est custos & non facit fructus suos, vt infra. videbis,non apparet ratio cur non possit reuocari,sicut videmus, ꝙ quamuis actor non constituitur a tutore sine causa, vt l. decreto.ff.de admi.tuto.& traditur in l.neque.C.de procur. potest tamen reuocari ad libitum tutoris,eriam si sit constitutus a pupillo cum auctoritate tutoris,vt no.declarat Bart.in l.actor.ff.rem ra.habe.Nec video, ꝙ commenda beneficij sit aliquid plus quā simplex depositum,si verum est,vt j̄,dicetur,ꝙ commēdatarius non lucretur fructus,licet Io.And.aliud dicat in nouella in d.c. nemo,defendendo gl.suam,quem sequūtur ibi Pau. de Leaza. & aliqui Moder. nam primo conuenit verbum ad contractum depositi,vt probat gl. nostra. Secundo conueniunt qualitates, quæ faciunt contractum depositi. ex quibus maxime cognoscitur essentia contractus,etiam si nomen non conueniat,vt l.insulam.ff.de præscrip.ver.l.si vno.ff.loca.& plene per Bar. in disputatione sua quæ incipit,Publicanus quidā,&c. & in l. j. §. quod ait prætor.ff.de superfici.Et pro ista conclusione facit iste text.q simpliciter dicit, ꝙ commendatarius potuit a commendante spoliari non distinguendo,vtrū causa esset finita,vel non. Quinimmo probat iste tex. sing. ꝙ dummodo spoliatus sit verus cōmendatarius & non intitulatus,licet contendat se intitulatum, etiam antequam liqueat esse commendatarium,potest expelli propria auctoritate.Et sic deciditur illa quæstio no. in vno mēbro,quam posuit Bald.in l.2.ver.decimo quæro. C.de seruit.& aqua.& Bar.in simili q.in l.creditores. C. de pigno. in sua repe-
17 titione.†Sed tamen volens reuocare commendatarium, hoc faceret malitiose, vt afficeret commendatarium damno sine aliqua causa,vel subtraheret sibi mercedem laboris sui,quia forte nondum erat consecutus expensas pro victu temporis præteriti, posset adiri superior commendantis, vt refrenaret malitiam ipsius,ita dicit sing.Inn.& Host.in c.insinuante.s̄.qui cle. vel vo. & Ioan.And.in c.præsenti.de offi.ord.lib.6.& do.Abb. Moder. in c.ad nostram. de confir. vti. vel inuti.in quæstione de monacho,qui habet beneficiū manuale,quod potest reuocari ad libi
18 tum superioris.†Illud autem est certum, ꝙ quando commēda esset facta ex aliqua cā,finita illa cā ipso iuro censeretur commēda esse reuocata.Vnde non posset commendatarius amplius administrare fructus, vel res beneficij, vt colligitur ex his, quæ tradit Bar.in simili,in l.solent, circa medium commenti.ff. de tut. vbi dixit, ꝙ quando actor vel curator creatur propter aliquam necessitatē ad supplementū tutoris,finita cā creationis finit ipso
8 effectus cauſatus ex lite. ſ. inimicitia, &c. † Vtrum autem q̃ inimicitia cauſatur ex culpa ipſius accuſati, vel ipſius ꝺ quẽ teſtis produeitur, habeat locum iſta decre. ꝙ accuſator repellatur ab accuſando, vel teſtis a teſtificando, ponit hic do. Abb. plene, & in effectu concludit ꝙ regulariter in repellendo teſtem iudicẽ, vel accuſatorem non diſtinguitur, vtrum repellens ſit inimicus ex culpa ſua vel non. quia ſp poteſt repellere dummodo ſit inimicitia capitalis. alle. Archi. in c. ſtatutum. de reſcri. li. 6. & ita tenet Inn. in c.cum I. & A. ſ. de re iud. licet gl. in iudice ſentiat cõtrarium in c. vt debitus. ſ. de ap. Pro iſta concluſione adducit ꝛ ſi l. j. de his, qui. vt indi. vbi probatur, ꝙ ſi libertus detulit patronum, qui exercebat merces illicitas, priuatur legato ſibi relicto in teſtõ, licet habuerit præmium a fiſco, & ſic patet ꝙ inimicitia ꝺcta propter culpam teſtatoris, nihilominus priuat libertum legato. Sed in illa materia hoc dictũ eſt falſum, quia eſt caſus ſin. quem ibi no. Bar. in l. cum tabulis. §. fi. ff. eo. ti. ꝙ inimicitia ſupueniens culpa teſtatoris non priuat legatarium legato. & ita no. Bal. in l. eam quam. C. de fideic. Non ob. tex in l.j. quia ſecundũ Bart. ibi, licet factum liberti eſſet iuſtum de ſtricto iure, erat tñ inhoneſtum attenta æquitate propter reuerentiam, quam debebat patrono. dicit tñ allegando doctri. Bart. in l.j. §. cum quis. ff. de quæſtio. ꝙ quando inimicitia cauſatur ex culpa accuſati vl illius, ꝺ quem producitur teſtis, ſicut teſtis non ſemper admittitur, ita non ſp repellitur, ſed eſt in arbitrio iudicis quando repel
9 lat & qñ non. Tu dic clarius, † ꝙ teſtis regulariter & accuſator repellatur, niſi probabiliter ex coniecturis poſſit probari, ꝙ iſta inimicitia fuiſſet ꝺcta in fraudem, vt aduerſarius excluderet ab accuſatione vel teſtimonio. præſumeretur autem fraus ſi poſt litem motam vel præparatam inimicitia iſta cauſaretur ex culpa partis, vt dixi, vt eſt caſus ſolennis, qui hoc probat in verbo, cognitione ſuſcepta, in l.j. §. ſi ſeruus. ff. de quæſtio. ſecũdo principali reſpon. bene facit tex. & quod ibi no. in c. fina. de renunc. in 6. vnde in repellendo accuſatorem ego dicerem, ꝙ ſi inimicitia fuit ꝺcta ex culpa accuſati, vel poſt accuſationem cæptã ante litem conteſtatam, vel ante accuſationem tempore quo iam parabatur accuſatio, præſumatur fraus per text. in d. §. ſi ſeruus. & per ea, quæ habentur in ſimili materia in l. poſt ꝺctum. ff. de dona. vbi autem non poſſet probari veriſimiliter ſuſpitio fraudis, non credo, ꝙ haberet locum arbitriũ iudicis, quia tex. q relinquit hanc rem in arbitriũ iudicis in illo §. cum quis, ſimpliciter conſiderat rõnem ipſius fraudis, quę potuit adhiberi ad eui
10 tandum iudicium vel punitionem crĩs. Hinc dixit ſing. Ioã. An. in addi. Spe. in ti. de arbitro. §. finitur. iuxta fi. ꝙ † inimicitia ſuperueniens poſt compromiſſum factum ex culpa partis, quę offendit arbitrum, non impedit quin arbiter poſſit ferre ſentẽtiam, ne pars ex dolo ſuo lucretur. circa quod vide quod no. Bar. in l. non diſtinguemus. §. cum quidam. ff. de arbit. Quicquid tamen ibi ſenſerit, credo dictum Io. An. eſſe verum per tex. in d. §. ſi ſeruus. & §. cum quis. Et ad prædictum artic. vide Bal. referentẽ dicta Bar. in d. §. cum quis. in auth. ſi dicatur. C. de teſti. & qđ not. Io. An. in nouella, & Mod. in c. fi. ſ. de teſti. & ibi etiam aliquid ſcripſi in ſi. q. Et ad materiam iſtam adde duo no. quæ ſufficiẽt
11 pro nunc. † Primum, ꝙ q̃is in iſta materia requiratur inimicitia capitalis, quia leges & canones ita vñr ſentire, ſicut dicetur in c.cum oporteat. j. e. in alia diſpõne tñ, ſi fiat mẽtio de inimico, intelligitur quilibet inimicus, ſm gl. no. in c. 2. de procur. li. 6. ſ. in
12 verbo, inimicus. †Illud etiam ſcias, ꝙ non ſolum inimicus repellitur vt dictum eſt, ſed ẽt reconciliatus, qui olim fuit inimicus, qñ eſt de recenti reconciliatus, quia adhuc præſumitur durare aliqua particula inimicitiæ. caſus eſt no. in c. accuſatores. 3. q. 5. & tenet no. Gui. in ti. de iudi. dele. §. ſupereſt. ver. item ꝙ quondam, quem ita declarat ibi Io. And. in addit. Et ad materiam de cohabitante inimico vide tex. & quod ibi per Bar. in l. ſciẽdum. §. j. ff. de lega. & tex. in ſi. & ꝙ ibi per Bal. in l.j. C. ſi rect. prouin. &
13 in l.j. C. ne li. po. & ibi per Bar. Quærit ẽt hic Vin. † qui dicantur
d proprie cohabitantes. [d] Et reſpondet, ꝙ dicuntur illi q non paruo tpe manent apud aliquem, ſecus ſi paucis diebus hoſpitarẽtur penes eum, per l. licet. §. pe. nau. cau. ſta. & ita ſequuntur hic Doct. ſecundum eum. Sed tex. in l.j. §. habitare. de his qui deie. vel effu. ſecundum eum videtur velle, ꝙ ille dicatur habitare in loco

ADDITIONES.

a Præſumitur amicitia. Vide no. tex. in c. deinceps. 88. diſtinc. & do. Abb. in c. cum ſuper. in 2. col. de off. dele. & elegantiſſime M. Cicero. in ſuo diuino lib. de amicitia, per totum, & maxime circa finem.
VIN. GOD. Amicitia æquipollet affinitati, & poteſt amicus agere pro amico ſine mandato. Rui. conſ. 100. nume. 1. lib. 4. Ideo habetur eccleſiaſtici. c. 6. Amicus fidelis protectio fortis, qui autem inuenit illum, inuenit theſaurum.
b Secundo no. Adde benefacere, quæ tradit Bal. in l. 1. C. ſi quacunque prædi. pote. poſt gl. in c.cum ſuper. de off. dele. & in c. Adrianus. 63. diſt. & Bal. l. prĕſcriptione. in 12. col. C. ſi contra ius uel uti. publ.
c Inimici capitales, qui dicantur, uide Barba. in c. accedens. ut lit. non conte. faciunt quæ tradit Bart. in l. 1. uer. quæro quid de ignorante. ff. de his quibus ut indig. & Bal. in c. porro. quæ fuit prima cauſa inueſti. & in l. reſcrip. C. ſi contra ius uel uti. pub. uide etiam Inn. in c.cum I. & A. de re iu. uide d. Iaſ. latiſſime in l. apertiſſimi. C. de iu. in 2. col. in uer. & dicit gl.
VIN. GOD. Adde eundem Iaſ. in l procuratoribus. nu. 4. C. de procu. & inimicitia an & quando dicatur grauis, & quæ repellat, & non repellat teſtes, remittitur hoc iudicis arbitrio. Thom. Gram. deciſ. 34. nume. 28. & uide deciſ. 86. num. 5.
d Cohabitantes. Vide Bar. in l. prima. §. primo. ff. de libe. agnoſ. & in l. cum de lanionis. §. Sabinus. ff. de fun. inſtruc. & in l. prima. §. habitare. ff. de his, qui deie. uel effu.

oco qui habet ibi domicilium, ideſt qui eſt ibi cum familia perpetuo manſurus, per l. ciues. C. de inco. & hoc videtur tenere ibi Bar. & idem ſentit, licet non ita clare in l. cum de lanionis. §. quidam. ff. de fun. inſtru. Pro qua concluſione videtur caſus in l. j. §. domum. ff. de lib. agn. & iuxta l. 3. §. totiens. de dam. infec. 14 dicitur enim in §. totiens. ꝙ † ſi aliquis debet citari ad domum vel denunciari, verbum domus, ſignificat habitationem citandi. modo in §. domum, dicitur ꝙ illa dicitur eſſe domus alicuius, in qua conſtituit larem pro matrimonio, ideſt in qua habitat cum familia & vxore, & ſic videtur ſignificari locus domicilij, iuxta no. in d. l. ciues. Sed contrariam ſententiam tenent Archid. & Io. An. in c. pen. de ver. ſig. lib. 6. vbi volunt, ꝙ etiã in materia priuilegiatiua ille dicatur habitare, qui eſt in loco ad tempus, dummodo non ſtet in loco ad momentum temporis vel paucis diebus, vt dixit Vinc. & in hac concluſione videtur reſi- 15 dere Bal. in l. j. in pen. col. ff. de ſta. hom. † vbi quærit, ſi aliquis legat habitationes ſuas, quid veniat per iſtud verbum habitare. & finaliter dicit, ꝙ iſtud eſt verbum frequentatiuum, quod ſignificat vt quis frequenter & non paruo tempore ſtet in loco. vnde infert ibi, ꝙ non veniat ſub iſto nomine, domus, quę eſt in rure, quam quis habitabat tempore peſtis. vnde ſatis patet ex verbis ſuis, ꝙ iſtud verbum verificatur in habitante non modico tempore in loco, licet ibi non habeat domicilium. Et hãc concluſionem credo eſſe veriſſimam, quia iſta quęſtio clare deciditur pro iſta parte in l. lege Cornelia. §. domum. ff. de iniur. vbi Iuriſconſultus declarat, ꝙ ille qui eſt in certo loco ad tẽpus, v. g. ſtudiorum cauſa, tamen dicitur habitare, & ſimiliter ille, q habitat certo tempore anni villas ſuas. Nõ obſtat tex. in §. habitare, † quia verbum domicilium, ibi poſitum, non ſignificat nomen iuris, ex quo quis poteſt conueniri in loco, vbi dicitur habe- a re domicilium, [a] ſed ſignificat vſum frequentem & continuationem facti, qui vſus appellatur domicilium, vt clare demonſtrat Iuriſcon. in d. §. domum, circa prin. iunctis ver. ſeq. pro iſta concluſione bene facit tex. in l. 3. cum gl. C. de inco. lib. 10. quæ clare ſentit, ꝙ aliud eſt habitare, & aliud habere domicilium. & tex. in d. §. habitare ibi, dum dicit, tantiſper, quaſi dicat ꝙ ille dicitur habitare, qui non paruo tempore manſurus eſt in loco. & ad tex. in l. j. §. domum, iuncto. §. totiens, poſſumus reſpondere dupliciter, ꝙ ad conſtitutionem domicilij non ſufficit ſola habitatio cum familia, vt patet ex l. ciues. C. de incolis. vel dic ꝙ illa interpretatio fit ibi ex mente legis propter ſubiectam materiam, loquitur tamen ibi de proteſtatione, quæ habet inſtar cuiuſdam citationis. vnde ſicut quis debet citari in loco domicilij, ita & denũciari in caſu ipſius edicti. & hæc pars videtur verior, licet iura ſint ſatis ambigua in iſta materia. Non obſt. tex. in illo §. quidam, vel §. Sabinus. quia illud procedit propter præſumptam mentem teſtatoris, qui præſumitur magis habere reſpectum ad locum, vbi quis eſt perpetuo manſurus, quam vbi habitat temporaliter.

A D D I T I O.

a VIN. GOD. Domicilium ex facto & uoluntate conſtituitur, maxime ſi maior pars facultatum ibi transfertur. Rui. conſ. 58. num. 10. lib. 3. & domicilii appellatione, in dubio intelligitur de domicilio habitationis, uel magis principali. Rui. conſ. 59. nu 9. lib. 3.

S V M M A R I V M.

1 *Pœnitentia ſolennis propter ſcandalum, an omitti poſſit.*
2 *Inſtituens accuſationem iuſtam non ad conſeruationem boni publici, ſed odio & appetitu vindictæ, peccat mortaliter.*
3 *Occidens plus punitur, quam membrum abſcindens.*
4 *Occidere aliud eſt, & aliud mutilare.*
5 *Accuſare an liceat occiſorem, quem de delicto pœnituit, maxime ſi accuſator hoc facit, ne hæreditate defuncti priuetur, quia non vindicauit mortem ipſius.*
6 *Accuſationem propter crìminoſam in qua tamen accuſator obtinuit verum, ſicut imponitur pœna in foro pœnitentiæ, ita imponatur pœna in foro contentioſo.*
7 *Membrum debilitatum aliud eſt, & aliud mutilatum.*
8 *Debilitatus dicitur is, cui membrum abſcinditur.*

CAP. VIII.

Accuſaſti. Inſtituẽs accuſationẽ calũniosã vl malo zelo peccat, & imponit ſibi pnĩa, de qua hic ĩ tex. ſi re° ex accuſatione ẽ punit°. h. d. ſa ibi, ſinaũt. No. primo ibi, niſi ꝑ pace, &c. ſm 1 vnã exceptionẽ, q̃ hic ponit Vin. † ꝙ ꝑ vitãdũ ſcãdalũ ꝑt omitti pnĩa ſolennis, vel alterari, q̃ dz ĩponi ꝑ delicto. & ſic eſt argumẽtũ, immo quaſi caſus, ꝙ iuſta cã moderandi pęnã ex arbitrio. l. qd ergo. §. pęna grauior. ff. de ijs q̃ no. infa. de quo in c. de cauſis. de offi. dele. & in c. j. j̃. de delic. puer. p̃t eſſe timor ſcandali, vel ipſius euitatio. Hoſt. tñ dixit no. in c. 2. j̃. de malefi. ꝙ ꝓnis poſitis in magna dignitate, q̃ multũ erubeſcerent in ſuſtinendo publicas pnĩas, poteſt indulgeri diſpenſatiue, vt pnĩa commutetur & alteret. facit ꝙ hr̃ in c. 2. j̃. de no. op. nunc. & in c. niſi cũ pridẽ. 2 §. pro ſcandalo. s̃. de renun. † Secundo no. ſecundum expoſitionem Inn. & in eo. ver. ꝙ ille, qui inſtituit accuſationem iuſtam, non ad conſeruationem boni publici, quod hic appellatur pax, ſed odio & appetitu vindictæ, peccat mortaliter, & eſt afficiendus magna pœnitentia, vt hic vides. facit optime text. 23. q. 4. c. ea vindicta, & ea. cauſa q. 5. c. cum miniſter. & plenius declarabi- 3 tur in glo. Tertio no. & tene menti, ꝙ magis delinquit occidens hominem & plus debet puniri quam abſcindens membrũ hominis. vnde in cle. ſi furioſus. de homi. occidere & mutilare mẽbrum ponuntur vt diuerſa & verum eſt. vnde dicit Bar. in l. 2. ff. de pub. iud. ꝙ abſciſſio membri non eſt pœna capitalis. ille tñ q percutiẽdo abſcindit membrum de iure debet decapitari, quia lege Cornelia punitur non ſolum occidens, ſed etiam qui doloſe deuenit ad actum proximum facti, vt l. is qui cum telo. ff. ad l. Cor. de ſica. & ita declarat Bald. in terminis in c. j. §. homicidiũ. 4 circa prin. de pa. iur. fir. in vſib. feu. † In pœna autem, quæ imponitur pro homicidio per ſtatutum, non eſſet ſic, quia cum aliud ſit occidere, & aliud ſit mutilare, & vnum ſit longe minus altero, ſtatutum quod non punit niſi actum perfectum, nullo modo comprehenderet iſtum, vt patet ex his, quæ no. Bart. in l. j. §. diuus. ff. de ſic. In gl. ſuper verbo, per tuam, ibi, calumnioſe. ſentit iſta gl. expreſſe, ꝙ ſi accuſatio inſtituta ſit vera, accuſans nullo modo puniatur in foro conſcientiæ. Sed hoc dictum videtur ꝺ tex. non impropriando literam in ver. niſi pro pace. vbi tex. vult ꝙ ſolum quando quis accuſat bono zelo. i. propter rem publicam, non debeat imponi pœnitentia. vnde vt exce. ſtet proprie, oportet intelligere principium literæ ẽt in vera accuſatione. & hanc expoſitionem approbat hic Inn. & communiter Doct. vt dicamus, ꝙ qui inſtituit veram accuſationem propter odium, & vindictam, non propter vtilitatem publicam puniatur in foro pœnitentiæ, vt hic dr̃, quia etiã ille qui facit actum licito animo vlciſcendi, peccat. 23. q. 4. c. ea vindicta. & ea. cauſa. q. 5. c. cũ 5 miniſter. † Sed quærit hic Vinc. vtrum liceat accuſare occiſorẽ, quem pœnituit de delicto, maxime ſi accuſator hoc facit, ne priuetur hæreditate defuncti, quia non vindicauit mortem ipſius, iuxta l. j. cum materia. C. de his, qui. vt indi. & vr̃ inclinare, ꝙ nõ liceat, quia non vr̃ eſſe in bono zelo, qui accuſat pœnitentem. 23. q. 5. c. j. 2. & 3. Io. An. hic, & communiter Doct. tenent op. qa licet aliquis ſit punitus in foro pœnitentiæ, non tamẽ ſequitur, ergo non poteſt puniri in foro contentioſo, ſecundum gl. in c. de his. s̃. eo. & ibi diximus. Sed ꝺ hoc facit, quod no. gl. 23. q. 5. in ſumma, quæ dicit per iura proxime allegata, ꝙ ſi aliquis eſt correctus de crimine, vel paratus corrigi, non dz occidi vel debilitari in foro contentioſo. Sed poteſt dici, ꝙ vel illa glo. intelligitur de honeſtate & condecenti, non de neceſſitate, ſicut dr̃. 11. q. j. c. te quidem. & in c. magnæ. s̃. de voto. Vel dicamus ꝙ hoc non licet clericis, vt. ſ. eorum cã aliquis correctus debilitetur vel occidatur. nam ipſi ad pœnam ſanguinis non poſſunt accuſare, neque non correctum. Vel potes dicere, ꝙ illa glo. non procedat, ſi proprie intelligatur. q̃r etiam quærit hic Pet. de Anch. vt refe- 6 runt aliqui Mod. † vtrum ſicut propter accuſationem criminoſam, in qua tñ accuſator obtinuit, imponitur pœna in foro pœnitentiæ, ita imponatur pœna in foro contentioſo. & in effectu vr̃ inclinare, ꝙ ſic. Sed iſtud dictum nõ videtur poſſe ſtare de iure, quia ſicut abſolutoria lata pro reo tranſit in rem iudicatã in fauorem ipſius, non ſolum quo ad eundẽ accuſatorem, ſed quo ad oẽs, vt vidiſti plene declaratum in c. de his. s̃. eo. ita vr̃ ꝙ ſnĩa cõdemnatoria rei in cauſa criminali, per q̃ in effectu actor fuit abſolutus a pœna talionis, tranſeat in rem iudicatam in fauorẽ actoris, & ſic ꝙ amplius de calumnia eius nõ poſſit quæri. ergo non poterit puniri in foro contentioſo. Quid aũt ſit in iudice & teſte, quorum alter tulit ſnĩam iniquam, vt accuſatus occideretur, alter tulit falſum teſtimonium. Vide in iudice tex. in l. lex Iulia. §. fi. ff. ad l. Iul. rep. quem alleg. Bal. in l. j. C. ex del. defun. & in l. j. in prin. ff. ꝙ quiſq; iur. dic, ꝙ puniatur ea. pęna. de teſte ponit Bal. in c. j. §. homicidium, de pa. iur. fir. Et ad vtrũq; dictum vide tex. & quod ibi per Bar. in l. j. in prin. & in §. j. ff. ad l. Cor. de ſica. In gl. vltima in verbo debilitatus. Quidam Moder. reprehendũt 7 hic iſtã gl. & non bene iudicio meo, † quia licet aliud ſit mem- a brum [a] debilitatum & aliud mutilatum, ideſt detruncatum, vt plene declarat Bar. in l. j. ff. de pub. iu. & Docto. in c. j. qui cle. vel vo. & in c. cum illorum. j̃. de ſen. excom. vbi plene ponit d. Abb. 8 Iſta tamen locutio eſt propria & vera, ꝙ † ille cui abſcinditr mẽbrũ dicatur debilitatus non dico in mẽbro ſed in toto hoĩe vt in l. ſi fugitiui. C. de ſer. fugi. Et iſto mõ loquitur gl. nr̃a & optime.

A D D I T I O.

a Membrum debilitatum. Adde quomodo cognoſcatur, per Bar. in l. 1. §. is. ff. ne quid in flu. publ. uide etiam per eundem Bar. nonnulla in l. non ſunt liberi. ff. de ſtatu homi.

VIN. GOD. Adde, ꝙ mẽbrum nullum abſcindi nõ dẽt niſi ſola manus. Placent. in trac. de accu. ti. 7. nu. 29. ꝙ habetur in lib. 3. tract. fol. 129.

S V M M A R I V M.

1 *Iudex ſine accuſatore, an & quando procedere poſſit.*
2 *Notorium quid requirat.*

CAP.

CAP. IX.

VIdentia. Super notorio iudex procedit sine accusatore. Non recipit diuisionem, quia breuis est.† No. ex regula huius canonis, ꝙ super notorio iudex potest ex officio supplere, sicut dicitur in c.ad nostram.el 3.s̃.de iureiur. quod quidam Doct.Mod.hic intelligũt de notorio facti permanentis, quia illud dicitur proprie euidens, sicut dicit gl.in c.2.de ver. sig. lib.6. Vel de notorio facti transeuntis, quod tamen non transiuit momento, sed habuit permanentiam aliquo tempore. nam notorium facti transeuntis incontinenti, cum sit probandum coram
a iudice, requirit ordinem iudiciarium, secundum eos. Tu vide[a] de materia, quod plene scribit do.Anto.in c.cum dilectus. s̃.de consue.& in c.bonæ.de postula.præla.& quod tradit glo.& Docto.in c.ad nostram.s̃.de iureiur.& quia gl.tua dicit hic, vt j̃. vi-
2 debis, ꝙ † in notorio nihil requiritur nisi sentẽtia. Addit hic Io. And.in nouella, supple & citatio, de quo quia est solennis articulus, dic vt plene tradunt Moder.in c.ad nostram, præall. & in c.olim cum.s̃.de re iu.& in c.vestra.de coha.cle. & per Bal.in l. cum fratrem.C.de his quibus vt indig.

ADDITIO.

a Vide de materia Alexan.in l.absentem.in apost.ad Bart.ff.de pę.& Bal.in l.presbyteri.C.de epis.& cle.Innoc.in c.ex insinuatione.de appel.& do.Ant.in c. olim.infra de uerb.oblig.

VIN. GOD. Notorium dicitur, quicquid in iudicio probatum est, Thom. Gram.decis.36.nu.37.

SVMMARIVM.

1 *Iudex ex officio suo, an accusatorem repellere possit, si sibi constaret de inhabilitate.*
2 *Testis semel testificatus contra aliquem in causa criminali, si idem testificari vellet in diuersa instantia, an repelli debeat.*
3 *Testificatus contra aliquem in causa criminali ex necessitate, & mandato iudicis, vtrum in alia causa, tanquam inimicus repellendus sit.& nu.seq.*
5 *Iudex qui tulit sententiam contra partem in vna causa, quando recusari possit vt suspectus in alia.*
6 *Necessitas faciendi aliquem actum, excusat aliquem, vt non videatur calumniari.*
7 *Testis de necessitate testificans in causa criminali, an repellatur tanquam inimicus iudicando qui ex necessit facit officium suum.& nu.9.*
8 *Inimicitiam ad contrahendam necessitas attenditur, vt quis non videatur offendere.*
10 *Frater & consanguineus offensi, non solum præsumitur esse inimicus offendentis, sed frater offendentis præsumitur inimicus offensi.*
11 *Inimicitiæ exceptio accusatorem, etiam in criminibus exceptis, an repellat.*
12 *Offensio vni de cognatione facta, an videatur omnibus vsque ad certum gradum facta.*
13 *Pœna an committatur, si promitto te non offendere sub pœna, & offendo fratrem tuum.*
14 *Vxori illata iniuria, quomodo marito etiam illata videatur.*
15 *Laicus, an admittatur ad accusandum de simonia commissa in beneficio, sicut in ordine.*
16 *Laicus clericum criminaliter, vtrum possit accusare super crimine notorio, nõ excepto.& nu.20.*
17 *Declinatoriæ exceptiones, an & quando accusatorem repellant, reo de crimine confesso.& nu.seq.*
19 *Confessione facta, an procedatur super notorio, in quo iuris ordo non requiritur.*
21 *Criminosi & infames, vbi in criminibus exceptis ad testimonium admittũtur, non faciunt fidem nisi aliquę coniecturę legitime concurrant.*
22 *Laici alias infames & inhabiles, sicut in criminibus exceptis, possunt testificari contra clericos diffamatos, ita possunt testificari super his, quę non discernunt immediate crimen sed sunt preambula ad crimen.*
23 *Testes infames, si statuto cauetur, quòd super adulterio produci possint, an produci possint ad matrimonium probandum, sine quo adulterium esse non potest.*
24 *Fideiussor, si promittat rem pupilli saluam facere pro tutore, qui nihil gerat, an committatur stipulatio.*
25 *Probandi facultatem per iuramentum, si statutum confert, vel potentia appellandi tollatur, intelligitur in omnibus pertinentibus ad illam causam.*
26 *Dispositio exorbitans contra regulas iuris ad antecedens, & preambulum tollendum extenditur, per quod illa posset impediri.*
27 *Simonia commissa in beneficio, an sit crimen exceptum.*
28 *Accusatio criminalis pro priuato crimine ad pœnam tendit corporalem, an solus prosequens suam vel suorum iniuriam, admittatur ad accusandum.*
29 *Clericus, an in subsidium per honestas mulieres purgari possit.*
30 *Laici in causa criminali, pro clericis admittuntur.*
31 *Testis debet deponere pro vtraque parte.*
32 *Clerici & laici innocentiam suam per testes domesticos, an purgare possint.*
33 *Testes domestici, an meliores sint, quam alij in criminibus, quę in domo committuntur.*

CAP. X.

CVm P.Manconella. Laici, vel inimici repellũtur ab accusatione clericorum. secunda est ibi, cumque. tertia est ibi, sed vtrique. Nota primo ibi, quia
1 laicus erat, &c. † ꝙ iudex potest repellere accusatorem inhabilẽ ex officio suo, cum sibi notorie constat de inhabilitate, de quo plene diximus in c.j. s̃.eo. Vtrum autẽ simpliciter ex officio suo posset repellere testem inhabilem. dicemus plene in c.inquisitionis, ver.aut etiam. infra eo. vbi est casus no. Secundo no.ibi, quia in testimonium illius, esse sin.& tene menti, iuncta gl. posi
2 ta super illo verbo, ‖ quod testis a repellitur, qui semel testificatus est contra aliquem in causa criminali, non solum si sit testificatus in alia causa, sed etiam si sit testificatus in eadem, in diuersa instantia. quod multum limitat gl.4.q.3.§.item in criminali. præsumitur enim ex testificatu in causa criminali inimicus, & ideo repellitur ab accu. vt hic, & in c.meminimus. j̃. eo. & a te-
3 stificatu, vt l. produci.ff. de testi.† Sed reuocatur in dubiũ istud no. vtrum indistincte procedat, quia si aliquis est testificatus cõtra aliquem in causa criminali, & hoc fecit ex necessitate & mãdato iudicis, iuxta no.in c.dilectorũ. s̃. de testi.& in l.si quando. C.de testi. videt, ex quo testificatus est ex necessitate, ꝙ nõ sit repellendus postea in alia causa tanquam inimicus, quia necessitas faciendi aliquid excusat ab offensa, vt l.post lega. §. aduocatus. ff.de his, qui. vt indi.& l.qui cum maior.§.si patris & §.fi. ff. de bo.li. propter quod d.Pe.de Anch. hic, & do.Abb. Mod.post eum, in teste concludunt esse distinguendum, quod aut sponte testificatur. s. nõ coactus a iudice: & tunc procedat iste tex. quẽ d.Abb.reputat sing.ꝙ testis in vna causa criminali, in alia repellatur tanquam inimicus capitalis ab accusando & a testificãdo. & sic intelligatur.l.produci.ff.de testi.Si vero coactus & ad mandatum iudicis testificatur, tunc non repellatur in alia causa tan
4 quam inimicus ratione. s̃. dicta. ipse tamen † posset repellere illum, contra quem testificatus est tanquam inimicum, si vellet eum accusare vel in eum testificari, quia licet testis offenderit eum ex necessitate, ipse tamen præsumitur prouocatus, quia ad causandum inimicitiam non attenditur, vtrum quis iuste fuerit offensus, vel non, vt plene scripsimus in c.repellantur. s̃. eod. Facit optime tex.23.q.5.c.non est crudelis.in fi. Et cum hac distinctione intelligit gl.4. q.3. §.item lege Iulia. quæ tenet secundum eum, ꝙ testis potest produci in alia causa contra illum, ꝫ quem fuit testificatus prius in iudicio criminali. Et illam sentẽtiam sequitur Gui.in Spec.in tit.de teste.§.j. ver. item ꝙ in alia. Hanc etiam distinctionem. s̃. positam sentiunt Host. & Io. An. & clarius ibi Moder.in c.fraternitatis in 2.gl.s̃.de testi.licet glo. ibi simpliciter teneat, ꝙ testis repellatur a testimonio, si semel testificatus est contra reum in causa criminali. quam gl. etiam videtur sequi Bar.allegans duo iura ista in dicta.l.post leg.§. his ver.ff.de his qui. vt indig. Sed pro distinctione do. Pet.& d.Abb. multum facit vna ratio, quam adducunt Moder.in illo.c. frater
5 nitatis. quia † si iudex qui tulit sententiam cõtra partem in vna causa, non potest recusari tanquam suspectus in alia, nisi pars recusans doceat se iniuste grauatã, vt l.j.& ibi per Bar. ff. apud eũ à quo quis appel.& plene per Io.An.& alios in c.ad hæc, & in c. proposuit. s̃. de ap. ergo eadem ratione & fortiori non repelletur testis, quia facilius repellitur iudex quam testis, secundũ gl. in c.cum R. s̃.de offi. dele. Sed in contrarium valde faciunt, primo ista iura hic, & in c.meminimus. quæ non distinguũt, vtrũ testis fuerit coactus vel nõ. similiter in d.l.produci, & multo fortius ratio, quia si reus ex testificatu quantumcunque necessario videtur prouocari & effici inimicus testificantis, ex hoc solo ꝙ testificans sciat se illum offendisse capitaliter, & per consequẽs ꝙ ille est suus inimicus, præsumitur & ipse prouocari contra ipsum, quia inimicum suũ capitalem nemo præsumitur eligere. Vnde adhuc remanet ratio, propter quam iste testis repellat. & ideo forte de iuris subtilitate ista opi. esset verior. Pro cuius intellectu aduerte, quia si constat accusantem accusare bono zelo.i.pro pace publica, non potest dici ꝙ iste quia sponte accusauit, dicatur fecisse propter odium, & sic præsumatur inimicus accusati, ex quo causa motiua fuit bonum publicum, & tamen iste semper repellitur tanquam inimicus, vt in tex. nostro & in c.cum oporteat, j̃.eo.& in §.si vero odiosus. in Auth.de testi. vñ ergo potest nasci ista inimicitia, nisi ex eo quod dixi, quia quamuis accusator accusans ex bono publico, per hoc non possit censeri

ADDITIO.

a Testis repellitur. Faciunt, quæ tradit Bal.in c.si vasallus in primo.tit. si de feudo fuerit contro.& in c.1.§.similiter, in titu.qui.mo.feu.ami.post Bar.in l.si stipulatus. §. Grisogonus.ff.de uerbo. oblig. uide etiam Io. in mercu.in regula frustra, faciunt etiam quæ no. s̃.eo.in c.repellantur.

VIN. GOD. Adde ꝙ testes qui reprobantur per repulsam criminosi si ex diuersis delictis, si non apparent ex eis condemnati non repelluntur & hoc de iure ciuili & non canonico & sic seruatur in terris Imperii non in terris ecclesiæ. Thom.Gram.decis.34.num 29.

ſeri inimicus, præſumitur tamen prouocari contra illum, quem ex accuſatione debet credere ſibi eſſe inimicum capitalem. & ꝑ
6 hoc reſpondetur ad iura primo inducta, quia fateor † ꝙ neceſſitas faciendi aliquem actum, excuſat aliquem, vt non videat̃ calumniari, vel iniuſte offendere, ſed non inducit, vt per hoc offendens capitaliter non cenſeatur capitalis inimicus ratione. s̃. dicta, & ad tex. in c. ad hęc, cum ſi. s̃. allegatis, poſſit reſpõderi ꝙ reſtringuntur, quando iudex iudicauit in cauſis ciuilibus, ex ꝗbus non oritur inimicitia, ſicut ex cauſis criminalibus. Sed quia iſta eſt magna reſtrictio ad illa iura ſimpliciter loquẽtia, ſequamur opi. communem & diſtinctionem. s̃. poſitam. Aduerte tamen,
7 quia d. Pe. hic cum s̃. dixerit, ꝙ † teſtis qui ex neceſſitate teſtificatur in cauſa criminali non repellitur poſtea tanquam inimicus iudicando, qui ſimiliter ex neceſſitate facit officium ſuum, vt l. munerum. §. iudicandi. ff. de mu. & ho. dicit totum oppo. videlicet ꝙ ſi fert ſententiam in cauſa criminali efficitur inimicus of-
8 fenſi & conſanguineorum ſuorũ. mouetur, † quia ad cauſandã inimicitiam non attenditur, vtrum offendens iuſtè vel iniuſtè offendatur. allegat. l. j. ff. de ijs qui. vt indig. quidam Mod. adducunt pro iſta. l. poſt legatum. §. ſunt qui putant. ff. eo. tit. Tu dic idem in iudice quod in teſte per s̃. dicta, maxime per no. in c. ad hæc, & in c. propoſuit. licet enim ad contrahendam inimicitiã non attendatur iuſtitia vel iniuſtitia cauſæ offendendi, attenditur tñ neceſſitas, vt quis non videatur offendere, vt expreſſe ꝑbat tex. in d. §. aduocatus, & in l. qui cum maior. s̃. alleg. Nõ ob. tex. in § ſunt qui putant, vbi dicitur ꝙ iudex qui tulit ſententiam contra teſtamentum, non poteſt conſequi legatum ex eo, quia ſicut recte & clare declarat ibi Bar. ſin §. p̃cedenti, licet iudex cogatur iudicare, non tamen cogitur ſic iudica. vnde iudicando inique contra teſtamentum videtur voluntarie deliquiſſe, & priuatur legato, quod ei aufertur, non quia iudicet, ſed quia male
9 iudicet. † Ad propoſitum ergo noſtrum aut vis excludere iudicẽ quia iudicauit, & non potes, quia iſte eſt actus neceſſarius: aut vis excludere ꝗa male & inique iudicauit, & ꝓpter hoc præſumtur inimicus, & potes, vt in d. c. ad hæc, & c. propoſuit, ſecundũ
10 communem intellectum. Tertio no. ꝙ † non ſolum frater, & conſanguineus offenſi præſumitur eſſe inimicus offendentis, vt l. lex Cornelia. §. j. & ibi per Bart. ff. de iniur. & per eundem in l. qui teſtamento. §. j. ff. de teſt. ſed etiam frater & conſanguineus
a [a] offendentis præſumitur eſſe inimicus offenſi. Et vſque ad quẽ gradum conſanguinitatis tranſeat offenſio vel inimicitia, vide tex. cũ gl. & quod ibi no. Bar. in l. 3. §. ſi inimicus. ff. de ſuſ. tu. Et vide ꝙ ſolenniter tradit Ioan. An. in c. poſtremo. s̃. de ap. & Bar. in d. l. lex Cornelia, & quod ipſe not. pulchre in l. ſi ſtipulatus. §.
11 Griſogonus. ff. de verb. obli. † Quarto & vltimo no. ſingulariter, ſecundum Moder. ꝙ exceptio inimicitiæ repellit accuſatorem, etiã in criminibus exceptis, quamuis reus ſit infamatus de crimine. ad idem optimus tex in c. per tuas, in ver. nos vero. j̃. de ſy. qui tex. idem dicit eſſe in teſtibus, quod hic determinatur de ac
12 cuſatore. Et quia. s̃. diximus in 3. no. ꝙ † offenſio facta vni de cognatione, videtur illata omnibus vſque ad certꝙ gradũ, eſt ſciẽdum ꝙ in hoc eſt differentia inter perſonas & perſonas quæ offendũtur, nam ſi offenditur perſona de cognatione, quæ vel ꝑ qua non competat mihi actio iniuriarum, exemplum ſi offenditur frater in materia ſtricti iuris, & in qua verba ſunt ſumen-
13 da proprie, offenſio facta illi non videtur facta mihi. vnde ſi †, ꝑmitto te non offendere ſub pœna, & offendo fratrem tuum, nõ committitur pœna, ſecundum Dy. & Bar. in l. ſi ita ſtipulatus. §. Griſogonus. s̃. alleg. & Bald. in c. j. §. ſimiliter, in vlti. col. qui. mo. feu. am. Et hanc concluſionem approbat Io. And. in mer. ſua in regula, fruſtra. de reg. iur. Si vero offenditur perſona, pro qua cõperet mihi actio iniuriarum, puta vxor, filius vel ſeruus. tũc Bar. ſentit & Bal. in locis allegatis, ꝙ committatur ſtipulatio pœnalis perinde, ac ſi ego eſſem offenſus. Quod dictum poteſt intelligi eſſe verum, quando quis promitteret non offendere aliquẽ ſimpliciter, vel quando ſtatutum & diſpoſitio ſtricti iuris loqueretur de offenſa facta alicui ſimpliciter: ſecus ſi loquereꝫ de offenſa perſonali vel perſonaliter facta, quia iſta verba de ſui proprietate videntur importare, ꝙ offenſio fiat immediate in perſonam, vt probatur in ſi. in c. j. de iudi. lib. 6. Facit optime, quod ponit Inno. & Moder. in c. nuper. j̃. de ſen. excom. & Bart. in l. licitatio. §. quod illicite. ff. de pub. & ita ſing. determinat Ioan. An. in illa ſua Mercu. in ſecundo membro. vbi dicit ꝙ promittens nõ offendere aliquem perſonaliter vel realiter, non incidit in pœnam ſi offendit vxorem illius, quem promiſit non offendere. &
b tamen pro iniuria illata vxori [b] competit actio marito, vt in l. j.
14 in fi. & l. ſe. ff. de iniur. & ratio ſecundum eum, † quia iniuria illata vxori, videtur illata marito, non vere, ſed ficte. ſtipulatio autẽ debet intelligi in caſu vero, quia eſt ſtricti iuris. In gl. poſita ſup verbo, laicus. ibi, reſpondeo quia erant inimici. Iſta ſo. gloſ. repræhenditur communiter ab omnibus, quia ſummus Pontifex hic repellit accuſatorem, non quia inimicus, ſed quia laicus. Vnde Vin. ſoluit alio modo & melius, ꝙ hic tempore accuſatio nis correctæ clericus nondum erat infamatus, ſed infamia fuit ſecuta ex accuſatione, ſicut dicitur in gl. in c. at ſi clerici. in prin. s̃. de iudi. Vel potes dicere, & tertio, & eſt noua ſo. ꝙ tex. iſte lo
15 quitur † de ſimonia commiſſa in beneficio, in quo cum ſit minor quam ſimonia commiſſa in ordine, vt plene videbis in c. tã ta. & in c. per tuas. j̃. de ſimo. non admittitur laicus ad accuſandum, ſicut cum ſimonia fuit commiſſa in ordine. Vnde in iſto caſu dico, ꝙ non eſt crimen exceptum, quod probo, quia in c. veniens. s̃. de teſti. ſimpliciter dicitur, ꝙ in tali ſimonia non admittitur in teſtem ſocius criminis, & tamen in criminibus exceptis ſocius criminis admittitur, vt in c. in fidei, de hære. lib. 6. & ꝑ gl. in c. j. s̃. de confeſ. & 15. q. 3. c. nemini, & in l. fi. C. de acc. Et quia
c hic traditur diffuſe per Moder. an laicus [c] poſſit accuſare clericũ criminaliter & in ipſum teſtificari, quærendum eſt ſuper iſto ar
16 ticulo de duabus q. † Prima, vtrum laicus poſſit accuſare clericum criminaliter ſuper crimine notorio non excepto. Secũda vtrum ſicut in criminibus exceptis laici alias infames & inhabiles poſſunt teſtificari contra clericos diffamatos, vt dicit gloſ. ita poſſint teſtificari ſuper his, quæ non diſcernunt immediate crimen, ſed ſunt præambula & pertinentia aliquo mõ ad cauſam criminis. Super prima q. ſenſit gl. & do. Anto. clarius in c. ex parte Adę. s̃. de teſti. vbi iſte articulus tangitur, ꝙ laicus admittatur ad accuſandum. & eſt ratio ſecundum eum, quia laici remouẽtur ab accuſatione clericorum, ſquia præſumuntur ꝙ moueantur malo zelo, tanquam clericis infeſti. 2. q. 7. c. laicos. & in c. clericis. de immu. ecc. lib. 6. Sed iſta ratio ceſſat in crimine notorio, quia ex quo crimen eſt notorium inimicitia non videtur poſſe aliquid nocere clerico. ergo videtur admittendus, ſicut dicimus ꝙ quando iudex procedit ſuper notorio, non poteſt recuſari tã quam ſuſpectus, quando pœna eſt determinata a iure, vt eſt caſus, & ibi per Moder. in c. propoſuit, in fi. s̃. de ap. & no. gl. in c. j. de offi. delega. lib. 6. & Archi. 3. q. 5. c. quia ſuſpecti. & Bart. in ſi. q. in l. ſi quis forte. §. j. ff. de pec. Sed huic rationi, ſequendo ſententiam Moder. ſqui tenent contrarium in c. ex parte, præalle. ego ibi reſpondi, ꝙ licet videatur ceſſare ratio mali zeli, non tamen ceſſat alia ratio aſſignata in d. c. laicos. & c. ſe. 2. q. 7. ratio. ſ. reuerentiæ, quia non debent laici illos accuſare, quorum vitam altiorem nolunt imitari, quæ ratio reuerentiæ adhuc videtur durare. Nunc vero conſiderans diligentius proſpexi ꝙ hic poterãt conſiderari duo caſus. nam aliquando laicus accuſat clericum, & prius quam repellatur, vel a iudice, vel a parte, reus fateꝫ crimen, & tunc quæritur vtrum laicus poſſit poſt confeſſionem repelli. Aliquando laicus accuſat de crimine notorio aliter quã per confeſſionem. Primo caſu dixit Bal. & eſt dictum ſingulare, & nouum in iſta materia, in l. criminis, in vlti. col. C. qui accuſ.
17 non poſ. ꝙ † exceptiones declinatoriæ non repellunt accuſatorem, poſtquam reus eſt confeſſus de crimne, niſi ſit exceptio in competẽtiæ iudicis, quia illa ſemper poteſt allegari. vnde infert ibi, ꝙ ſi ex forma ſtatuti reſeruant̃ exceptiones declinatorię poſt litem conteſtatam & reus confitetur crimen, non poſſunt allegari, ne per verſutias & ſubtilitates partis excludatur punitio criminalis. allegat tex. in l. ita pudor. C. de adult. & in l. quamuis in dubitati. C. eod. Sed illa iura non probant iſtam concluſionem, quia ego fateor ꝙ vt facilius puniantur crimina, lex poteſt tollere quaſdam exceptiones declinatorias. ſed hoc nõ poteſt iudex, qui non habet poteſtatem tollendi legem, vt l. j. §. j. ff. ad Turp. Et ita reſpondetur ad l. ita pudor. Non ob. tex. in l. quamuis. ꝗa ſecundum verum intellectum ibi exceptio declinatoria nõ debebat admitti, quia lis erat conteſtata. vnde ſi poſt litem cõteſtatam potuiſſet admitti, ita potuiſſet proponi liquidato negocio, ſicut ante. Et de intellectu illius. l. videbis plene in c. veniens. j̃. e.
18 Facit tamen melius prima facie, quam lex ita pudor. † Vnde tu potes dicere & melius, ꝙ exceptio declinatoria, quę repelleret accuſatorem, poteſt quidem opponi poſt confeſſionem, quando eſſe talis naturæ ꝙ redderet officium vel iudicium retro nullum, vel eſſet reſeruata a ſtatuto, vt in caſu Bal. iuxta. l. licet. ff. de iudi. & in c. in noſtra. s̃. de procu. ſed tamen iudex ex officio ſuo,

quia

ADDITIONES.

a Conſanguineus offendentis. Adde Ang. in conſi. 248. inci. in ſplendidiſſima ciuitate Flor. & idem etiam tenet dom. Alexand. in conſi. 23. col. 5. ver. non ob. in 2. vol. & vide ſupra, eo. in c. repellantur.

b VIN. GOD. Nota quod uir & uxor reputantur una & eadem caro & ſunt ſocij diuinæ & humanæ domus, Thom. Grammat. deciſ. 45. nume. 13. & deciſ. 73. nume. 2.

c An laicus. Vide de materia Fel. in c. de cætero, de teſti. faciunt quæ tradit Abb. in c. quod Dei timore. de ſta. mo. & in c. ex parte, de teſti. & Anto. Corſ. in ſuis ſingu. in uer. accuſatio.

VIN. GOD. Nota quod laicus clericum nominans in iudicio aduocat eo caſu iudicium coram iudice eccleſiaſtico. Thom. Grammat. deciſ. 21. nume. 3. & ſcias quod laicorum ſtatutum etiam in fauorem eccleſiæ non valet quia canoniſtę non concedant ut laici poſſint mittere falcem in meſſem alienam. Thom. Gram. deciſ. 31. num. 8.

quia crimen est notorium per confessionem, non obstante inhabilitate accusatoris, poterit reum condemnare, vt tradit Bar. no. in l. confessus. ff. de custo. reo. & Inno. in c. qualiter. el. 2. ĩ. eo. & ibi dicemus plenius de articulo. Vbi autem exceptio declinatoria nõ solum repelleret accusatorem, sed extingueret crimẽ: verbi gratia, exceptio præscriptionis, adhuc esset magis dubium dictum Bal. ꝙ si esset reseruata statuto non posset opponi, vbi si esset talis, ꝙ ex forma iuris redderetur iudiciũ retro nullum: qa licet appareat de crimine commisso per confessionem, punitio tamen eius est elisa præscriptione temporis, vt l. j. §. accusationẽ. & ibi per Bar. ff. ad Turpil. vnde non videtur ista defensio posse auferri reo. Et vide super isto art. quod ponit Dom. meus in l. j. §. occisorum. ff. ad Sil. qui allegat Bal. in reportatis suis, siue collectis, in l. genero. ff. de his, qui no. infa. qui tenuit in effectu, ꝙ licet constet de crimine per confessionem, nihilominus non potest accusatus vel inquisitus puniri, si reus potest ostendere præscriptum esse contra cognitionem criminis, quia paria sunt satisfactum esse de crimine, & pœnam solutam & præscriptum esse cognitioni criminis, vt est casus no. secundum eum, in l. sed. si vnius. §. sed si ante. ff. de iniur. Sed Dom. meus dicit hoc dictũ non procedere per ea, quæ tradit idem Bald. in l. properandum. in fin. princ. C. de iudi vbi dixit sing. ꝙ si finita est instantia, vel deserta, potest tamen ferri sententia, si reus confitetur debitum
19 vel delictum, † quia post confessionem proceditur super notorio, in quo non requiritur ordo iuris, vt in c. ad nostram. ĩ. de iureiur. & in c. euidentia. s̃. eo. Sed ista doctrina est multum diuersa a casu nostro, quia per peremptionem instantiæ non permittitur ius accusandi. vnde non est mirum, si stante crimine puni bili reus potest puniri fatendo delictum, sed per præscriptionẽ contra cognitionem criminis tollitur in effectu ipsa punitio delicti, vt in §. accusationem. præal. Vnde auferre istam defensionem reo est æqualis præiudicij, sicut si auferes excepti onem ꝑemptoriam. Vnde Bar. dicit in l. Titia. de accu. ꝙ interlocutoria, quæ fertur super ista exceptione declinatoria, non potest procedi in accusatione, quia præscriptum, vel quia offensus poterat impune offendi, habet vim diffinitiuæ. Quinimmo dixit Bal. in l. si eum, in prin. ff. si quis cauti. & in l. nõ dubium. in fi. C. de leg. ꝙ si constat ex actis, ꝙ sit præscriptum contra cognitionem maleficij, iudicium est nullum ipso iure, & sententia, in quo tamen Bar. sibi contradixit in l. absentẽ. in vltima quæstione. ff. de pẽn. Et de veritate huius puncti non determino pro nunc, sed concludo in effectu, in q. nostra, ꝙ non obstante confessione, exceptio quæ impediret totaliter cognitionem criminis, licet nõ redderet iudicium retro nullum, posset opponi quando exceptio declinatoria reseruaretur a statuto, sicut ponit Bald. Et attende, quia quando exceptio declinatoria esset talis naturæ ꝙ redderet iudicium retro nullum, etiam Bald. voluit in d. l. criminis, ꝙ possit opponi non obstante confessione. Tu dic per omnia, vt s̃. dixi. Circa secundum videtur esse casus singu. in l. j. C. de quæstio. ꝙ iste accusator laicus debeat admitti, vbi probatur ꝙ licet
a libertus [a] non admittatur in causa criminali ad testificandum contra patronum, admittitur tamen quando crimen est factum notorium per alias probationes. Cessant enim tunc præscriptionis inuidia. i. odium, propter quod inducitur exceptio. ex quo liquet, patronum esse criminosum. communiter tamen gl. & Docto. ibi intelligunt, ꝙ quamuis reus possit condemnari per alias probationes legitime factas, probationes tamen liberti non valeant & non admittantur, & secundum hoc ibi esset casus propopi. Moder. quam credo esse veriorem. Nam licet delictum clerici sit notorium, donec tamen non est remotus ab ordine, debetur sibi reuerentia. 8. q. 4. c. nonne. & in c. cum non liceat, & ibi ꝑ
20 gl. s̃. de præscrip. † Circa secundum principalẽ articulum ꝑmittẽdum est pro euidentia, ꝙ quamuis laici in criminibus exceptis admittantur ad accusandum clericos cum distinctione posita in glo. ista. non tamen sic admittantur ad testificandum contra ipsos in omnibus exceptis, sed admittuntur in crimine hæresis, & læsæ maiestatis, etiam si agatur criminaliter de dictis criminibus, vt in c. in fidei, de hæreti. lib. 6. & tradunt Mod. in c. veniẽs. s̃. de testi. & bene facit tex. 79. distin. c. si quis papa. In crimine autem simoniæ dic & distingue, vt traditur per gl. & Docto. in c. ꝑ
21 tuas, & in c. licet, de si. Secundo præmittẽdum est, † ꝙ in illis casibus, in quibus crimino si & infames admittuntur ad testimoniũ in criminibus exceptis non creditur eis, nisi concurrant aliquæ coniecturæ legitimæ. casus est no. & ibi hoc dicit glo. in c. ꝑ tuas.
22 ĩ. de si. † In socio autem criminis, vt credatur sibi in istis criminibus exceptis vltra adminicula & coniecturas requiritur ꝙ iudex ex numero testium vel ex qualitate deponentiũ vel ex ꝑsona eorum, contra quos deponitur, verisimile sit eos non mentiri. casus est singu. in c. in fidei. §. fin. de hæret. lib. 6. His breuiter præmissis venio nunc ad q. in qua Bar. in l. in quæstionibus. ff. ad l. Iul. maie. dixit, ꝙ non admittuntur testes inhabiles in criminibus exceptis nisi ad probandum crimẽ immediate, intellige vel coniecturas, per quas probatur crimen, sed ad alia præambula connexa, vel dependentia non admittuntur. allegat gl. in ca. per tuas, ĩ. de si. vnde infert Bal. referens ista dicta in auth. si dicatur,
23 in vlti. col. C. de testi. † ꝙ si statuto cauetur, ꝙ sup adulterio possint produci testes infames, illi testes non poterunt produci ad probãdum matrimonium cõtractum inter vi. & vxo. sine quo non potest esse adulterium. Sed ista conclusio in crimine læsæ
b maiestatis, [b] & alijs criminibus exceptis, in quibus procedit ad instar criminis læsæ maiestatis, vt in c. sane. 15. q. 3 & c. vergentis, in fi. ĩ. de hæreti. non videtur procedere, quia cum tex. in l. in quæstionibus. ff. ad l. Iul. maie. dicat ꝙ in causa huius criminis vel in hoc crimine, admittuntur famosi, &c. per ista verba videtur comprehendi, quicquid ad crimẽ læsæ maiestatis pertinet, vt l. cum hi, in prin. ff. de transac. & l. cuicunque. §. non tamẽ, & ver. sequen. ff. de instit. act. Nec dicas, ꝙ illa iura loquunt in materia fauorabili vel indifferenti, quia idem est in materia stricti iuris, in qua casus fictus non comprehenditur sub ver. casus est no. & ibi per Bal. in l. Lucius. §. Paulus respon. ff. de admi. tuto. iuncta l. 3. §. illud. ff. rem pup. sal. fore quæ sunt duæ. ll. singu. in
24 ista materia. dicitur enim in §. illud. ꝙ † si fideiussor promittit rẽ pupilli saluam fore pro tutore, & tutor nihil gerat, stipulatio nõ ꝓmittitur, licet tutor possit ꝙueniri perinde, ac si gessisset, qa stipulatio stricti iuris, quæ loquitur de tutore administrante, non verificatur in casu ficto. i. in eo, qui habetur pro administrante. & tamen fideiussor, qui taliter per stipulationem promisit, non solum teneretur pro his, quæ principaliter pertinent ad administrationem, sed etiam pro dependentibus & connexis, vt dicit tex. no. in d. §. Paulus respondet. ita ergo videtur dicẽdum in ꝓposito. Facit optime tex. in l. si quis officij, in prin. ff. de ri. nup. Pro ista conclusione videtur esse decisio Bar. in l. solent. in fi. de ali. & ciba. leg. quam refert & sequitur Bal. in l. j. C. de re. credi. &
25 iureiur. vbi volunt in effectu, ꝙ † si statutum confert facultatem probandi per iuramẽtum, vel tollit potentiam appellandi in aliqua causa, intelligatur istud statutum in omnibus pertinentib⁹ ad illam causam consequenter vel antecedenter. secus si statutũ dicat, ꝙ quantitas dãni illati possit probari per iuramentum, qa tunc cætera non poterunt iuramento probari. Pro ista conclusione facit optime tex. in l. j. §. nepos. ff. si quis a pa. fuer. ma-
26 nu. † vbi probatur, ꝙ dispositio exorbitans contra regulas iuris extenditur ad antecedens & præambulum tollendum, ꝑ quod illa dispositio posset impediri. Et quamuis ista multum vrgeãt, saluando tamen dicta s̃. allegata possumus dicere ꝙ in terminis q. nostræ materia est exorbitans & odiosa simul, quia tendit ad punitionem rei in atrocissimo crimine. vnde minus debet extẽdi, quam si non esset ita odiosa, vt dicit gl. not. in simili, in clem. vt hi, qui. in verbo, eisdem, de ẽta. & quali. & bene facit tex. in c. statutum. de elec. li. 6. & in l. sed sciendum. ff. de paricid. Et alias consulendo seruaui hanc distinctionem in causa multum ardua. Et quia in prin. istius commenti declarando fi. gl. nostræ dixi ꝙ ad istum tex. poterat dari secunda so. videlicet ꝙ ideo laic⁹ hic fuerat repulsus, quia simonia erat commissa in beneficio, & non in ordine, consideraui hodie diligentius & inueni ꝙ glo. in
27 c. veniens. s̃. de testi. & communiter Docto. intelligunt, † ꝙ etiã simonia commissa in beneficio sit crimen exceptum, licet hoc non probetur expresse in aliquo canone ꝙ meminerim. quia tamen tex. in c. licet. & in c. per tuas, simpliciter dicunt ꝙ istud crimen comparatur crimini læsæ maiestatis, tutius est tenere communem opin. reiecta illa tertia sol. seq. solu. Vincen. Et pro illa communi videtur casus. 15. q. 3. sane. vbi dicitur ꝙ tam ille, qui recipit pecuniam pro ordine episcopali, quam ille qui recipit pecuniam pro eligẽdo aliquem in episcopum, potest puniri ad instar criminis læsæ maiestatis. Et sic patet, ꝙ etiam si simonia
c committatur aliter quam in ordine proceditur, vt in crimine [c] læsæ maiestatis. Sed ad illum tex. posset respõderi dupliciter, vel ꝙ electio est præambulum cõsecrationis: & ideo sic statutũ esset expresse in ea, vel ꝙ quãtum ad illum casum verba illius cõstitutionis, quæ est lex ciuilis, non reperiantur approbata a canone. ergo lex illa non erit seruanda, cum disponat super spiritualibus & mere ecclesiasticis criminibus. 86. distin. c. bene quidem. & plene in c. ecclesia sanctæ Mariæ. s̃. de consti. & in c. j. ĩ. de no. op. nun. Communis tamen opin. videtur tenenda per supradicta. Item adde ad dicta Moder. hic inquantum referunt dicta
28 gl. & Bar. in rubrica. ff. de popu. act. Ipsi dicunt † ꝙ qñ accusatio crimi-

ADDITIONES.

a VIN. GOD. Adde ꝙ libertus patrono & parentibus ipsius alimenta præstare tenentur, Rui. consi. 144. num. 11. lib. 5. & ibidem num. 13. ꝙ libertorum filii licet ingenui, reuerentiam debent patronis parentum.

b Crimine læsæ maiestatis. Vide circa istam materiam per eundem. in consi. 29. in 11. colum. facit quod dixit Bal. in auth. si dicatur, in ult col C. de test.

VIN. GOD. Crimẽ læsæ maiestatis ꝙ incurrere dr̃ qui iurisdictioni ac potestati imperii suppositus ab eius obediẽtia se subtrahit & ꝑ ipsum se ꝑparat. Thom. Grã. decis. 6. nu. 4. & 5. & uide ibi. nu. 8. & num. 16.

c VIN. GOD. Nota ꝙ simoniacus de crimine simoniæ cõdẽnatus nõ appellat. Maran. in trac. de ord. iud. in 6. par. ver. appellatio, nu. 287.

criminalis pro crimine priuato tendit ad pœnam corporalem tunc solus ille qui prosequitur suam iniuriã vel suorum admittitur ad accusandum: ꝙ licet in libello accusatorio ista qualitas non exprimatur, valet tamen iudicium nec cẽsetur libellus ineptus esse, dummodo in processu probetur ꝙ accusator prosequitur iniuriam suam vel suorum. ita determinat sing. Ioan. And. in addi. Spec. in tit. de accusationibus. §. huic formæ. In gl. posita sup verbo cum tribus. ibi ꝙ si habet bonos laicos, &c. Adde glo. in c. cũ in iuuẽtute. in fi. j. de pur. cano. & in c. in decima. 19. q. 2.
29 quæ dicunt † ꝙ in subsidium ꝙ etiam bonas mulieres purgari poterit. Et pro conclusione gl. bene facit tex. secundum Io. An. in c. omnibus. 2. q. 5. & in c. clerici. 81. distin. vbi est gl. sing. secun
30 dum d. Abb. hic, ꝙ † laici in causa criminali admittuntur ꝑ clericis. & præponderat eorum probatio negatiua fauore absolutionis probationi affirmatiuæ quæ fit ꝑ parẽ numerum testiũ. Et ad hoc adducit Bal. singulariter illam gl. in l. data opera. C. q ac. non pos. Sed de negatiua dic vt plene scripsi in c. cũ causam. §. de testi. & vt traditur in c. j. de arbi. lib. 6. De dicto autem do. Abb. hic potest esse dubium, quia gl. ibi non loquitur expresse, quando agebatur criminaliter, vnde potest intelligi cum agitur ciuiliter de crimine, quo casu laici admittũtur contra clericum pro clerico, vt in c. quoniam. & in c. tam literis. §. de testib. dictum tamen in se non videtur verum: quia, vt §. diximus in alio articulo, laicus non admittitur contra clericum, vel quia ꝓsumuntur moueri malo zelo. & ista ratio cessaret, quando clericus produceret eum. 4. q. 3. c. si quis testibus, & in l. si quis testibus, C. de testi. Sed alia ratio est propter reuerentiam, quæ debetur a laicis ipsis clericis, quia nõ debent illos arguere, quorũ vitam nolunt imitari. & attenta ista ratione videtur ꝙ laicus nõ possit produci a clerico in testem in causa criminali, ne si productus in iudicio pro clerico aliquid deponeret contra clericũ,
31 possit ei nocere, quia † testis debet deponere pro vtraque parte, vt in c. de testibus. in fi. §. de testi. & in auth. sed iudex. C. de epis. & cle. Casus est no. & ibi gl. in l. pridem. C. de quæsti. & clarius per gl. no. in l. nulla iuris. ff. de legi. Hoc etiam colligitur ex his, q̃ no. tradit Bar. in l. in legibus. ff. de testi. vbi omnino est videndũ Et super ista vltima glos. quærunt hic aliqui Moder. vel dicunt,
32 † ꝙ laici & clerici possunt purgare innocentiam suam. i. probare in iudicio se esse innocentes per testes domesticos qui alias sunt minus idonei. allegant Specu. hic dicentem in titu. de inq. §. j. ver. sed nunquid ea. allegat ibi Specu. tex. 2. quæstio. 7. c. cum pastoris. & in 2. q. j. c. de manifesta. Adducunt etiam no. per Bar. in l. j. §. si quis vltro. ff. de quæstioni. & tex. in l. si non defen-
33 datur. ff. de pœnis. † Tu autem aduerte, quia in criminibus, quę committuntur in domo, verum est ꝙ ad excusandũ crimen meliores sunt testes domestici quam alij. quinimmo præferuntur alijs. Casus est singu. secundum Bar. ibi in l. quotiens. C. de nau. lib. 21. & sufficiunt dicti testes non solum ad excusationem criminis, sed etiam ad condemnationem alterius, secundum Bar. to. in l. si quando, in fin. C. vnde vi. & in l. j. in fin. ff. fur. aduer. nau. &c. Sed in alijs criminibus, quæ æque bene præsumuntur posse sciri per extraneos, sicut per domesticos, non est intelligenda doctrina Specu. quia illi regulariter non sunt integri testes, vt l. etiam. C. de testi. & in c. literis. eo. titu. & ibi plene. & ꝙ ita debeat intelligi Specu. patet per iura, quæ allegat. quia dicta duo iura loquuntur de conuersatione & vita domestica episcopi vel prælati, & melius præsumitur sciri per domesticos & familiares. pro istis bene facit tex. 13. quæst. 3. cap. de prudentia. Et vide ad materiam quod no. Io. And. in titu. de teste. §. j. ver. item ꝙ est domesticus.

SVMMARIVM.

1 *Monachus, quamuis ex obedientia promittat Abbati fidelitatem, an tamen impediatur eum accusare. & nu. 4.*
2 *Promittens aliquem non offendere, intelligitur nisi iusta causa superueniat.*
3 *Promittens aliquem non offendere, an ipsum bannitum offendere possit.*
5 *Veniæ in concessione, an partis citatio requiratur.*
6 *Monachus accusans de licentia abbatis sui, alium quam abbatem proprium, vtrum a monasterio expensas habere debeat. & quid si clericus secularis prælatum suum. nu. 8.*
7 *Monachus sicut clericus secularis, quando pro alio aduocatus esse potest, salarium non percipit.*
9 *Dispositum in monacho, an habeat locum in clerico seculari.*
10 *Qui prius debeat admitti ad accusandum, an monachus, an secularis clericus.*
11 *Agens sine mandato si succumbat, vel cum generali, & non speciali, non repetit expensas.*
12 *Sumptus litis, qui non potest repetere nisi in vno casu, an si vincat, vel succumbat, possit pendente lite petere sibi expensas ministrari.*
13 *Abbas mittens monachum ad studium, an teneatur sibi expensas facere. & num. 26.*
14 *Monachus, si est in studio de licentia abbatis, & habeat prioriam manualem vnde viuere possit, vtrum tunc monasterium obliget, si monachus redditus inutiliter consumpsit.*
15 *Abbas monacho, etiam intra tempus probationis expensas debet, necessarias tamen, non commodas. nu. seq.*
17 *Abbas & eius successor, mittens monachum ad studium, an obligetur ad expensas.*
18 *Monachus, si in studio ægrotet, an pro medicinis conueniatur eius pater, an monasterium.*
19 *Ingrediens monasterium, an retineat ius successionis in bonis paternis.*
20 *Nepos filij emancipati, cui quærat.*
21 *Auus filios ex masculo, & non ex fœmina, an alere teneatur.*
22 *Naturæ, & patriæ potestatis vinculis, simul iunctis concurrentibus, an ius patris naturalis extinguatur.*
23 *Mulier dum seruit viro, a patre non petit expensas, & si dotem non dederit.*
24 *Legitima loco alimentorum succedit.*
25 *Alimentis mulieri relictis, dum steterit cum filijs, an religionem ingrediendo illa amittat.*
27 *Monachus alimenta sibi promissa, vel relicta, an exigere possit.*
28 *Iudex, an suis expensis mittat Notarium pro recipiendis testibus ad ipsos testes, si producens est notorie inops.*
29 *Vxor accusans matrimonium, an pendente accusatione expensas a viro petere possit.*

CAP. XI.

a EX parte tua. [a]Monachus non prohibetur ab accusatione Abbatis, sed ab accusatione aliorum, & debent sibi subministrari expensæ ad prosequendam accusationem. secun-
1 da est ibi, quibus siquidẽ. No. primo, † ꝙ quamuis monachus ex obedientiã promittat fidelitatem Abbati suo & reuerẽtiam, sicut dicitur in iuramento fidelitatis. 22. q. 5. c. de forma. & in c. ego enim. §. de iureiur. tamen per hoc non impeditur accusare suum prelatum, quia si accusat bono zelo, secundum eum, in hoc non dicitur facere contra ipsum, sed pro ipso ad eius emendationem. 22. q. 4. c. ipsa pietas. 5. q. 5. c. j. & 2. 45. distin. c. q emẽdat. Tu adde, ꝙ etiam si hoc non prodesset accusato, dum tamẽ prosit reipublicæ, satis est, vt non videatur compræhendi sub iu
2 ramento. † vnde qui promittit, aliquem offendere, intelligitur nisi iusta causa superueniat. l. quæro. §. inter locatorem. ff. loca. ideo dicit Bar. in l. qui seruum. ff. de ver. obli. & in l. eleganter. §.
3 fi. ff. de pig. ac. † qui promittit, aliquem non offendere, potest illum offendere si postea sit bannitus. & hoc tenet Ioan. And. in mercuriali sua in regula, frustra. de reg. iur. & in addi. Specu. super rubrica, de homicidio. vbi est videndum. & ego multa dixi de hoc in c. intimauit. supra de testi. Secundo no. ibi, sunt nul-
b latenus [b] repellendi, &c. nam per illam dictionem vniuersalem
4 videtur probari, † ꝙ indistincte & simpliciter monachus est admittendus ad accusandum Abbatem & si videtur, ꝙ quantum ex hoc monacho non sit adhibenda aliqua causæ cognitio in admittendo ipsum ad accusandum. & per hoc videt confundi sing. doctrina Arch. quam ipse posuit. 2. q. 7. cum pastoris. & refert hic do. Abb. qui dixit, ꝙ monachus non ꝑt accusare abbatẽ, nisi prius petita venia & licentia. Nam iste tex. simpliciter videt velle, ꝙ præcise debeat admitti, & sic non vr seruari cognitio aliqua, ꝙ sit monachus. & hoc forte est verius de iure. quia si monachus in isto casu ꝓpararetur filio, tunc non posset aliquo mõ accusare abbatem, sicut filius non ꝑt accusare patrem, vel eꝯ, vt l. si magnum. cum l. seq. C. qui ac. non pos. vnde placet hic doct. Inn. qui dixit, ꝙ iudex dꝫ adhibere aliqualem causæ cognitionẽ priusq̃ admittatur ad accusandum. quæ tñ cognitio, ꝑm eum, fiet per iudicem parte non citata, sicut dꝫ fieri in omnib. aliis, qui volunt accusare priusq̃ admittantur ad accusationem. Sed
c de aliis accusatoribus, [c] ꝙ possit iudex inquirere ex officio parte non citata, non credo esse verum, quia iudex nõ repellit accusatorem ex officio, nisi qñ ꝓstat ex actis de ipsi⁹ inhabilitate, vt ꝺt glo. 2. q. 7. c. quæren. & c. si qui sunt, & dixi in c. j. §. eod. de monacho autem posset hoc esse verum, si deberet petere veniam priusquam

ADDITIONES.

a Ex parte tua. De materia istius text. uide latissime Archid. in c. accusatus. 3. q. 2. Vinc in c. fi. infra eo. Archi. in c. si quis ex his. 2. q. 7. Specu. in titu. de inquisi §. ult. pet totum. uide no. decisionem Rotæ in decisione 293. quæ incipit, Item quod monachus, & in decis. 323. in ordine nouissi no.
VIN. GOD. Adde, quando monachus factus episcopus episcopatui acquirat. Bero. q. 83. nu. 1. & in d. q. Multa de monacho tractantur. quando autem monachus agere possit pro iniuria sibi illata. Nic Boer. q. 121. nu. 10.

b Nullatenus. Adde quod uerbum nullatenus, est canon latę sententiæ, gl. est elegans in Auth. si qua mulier. C. ad Senatusc on. Vell. quam reputauit singu. do. Car. in c. super literis. de reser, & sequitur ibi And. Barb, & in repe. sua. c. testimonium. de test facit etiam gl. in cle. j. in uer. nullatenus. & quod ibi uoluit do. Ant. de But. de sequest. poss. & fru. & quod uolunt Mod. in c. quia frustra. in uer. nullatenus andiatur. de us. & facit tex. in c. constituimus. in uer. nullatenus. 3. q. 5. & uide etiam Ang. in l. si quæramus. ff. de testa & ibi etiam per Io. de Imo. adde Gemin. in c & Romana. §. cum ad præfatam in quarto no. in fi. de app. in 6. & in eo. c. 1. §. sententias.

c VIN. GOD. Adde in materia accusatoris, siue delatoris, dictum Domit. Imper. qui delatores non castigat, irritat. Polid. Vir. prouer. 238. Qualiter autem puniatur. Barb. in tract. de testib. nu. 28. habetur in lib. tract. fol. 147.

priuſquam accuſaret, vt dixit Archi. quia cõceſſio veniæ ſit cauſa cognita, vt l. ſed ſi hac. §. ait prætor. ff. de in ius voc. In hac tamen conceſſione non requiritur citatio partis, quia vbicunque aliquid debet fieri coram iudice priuſquam aliquis vocetur in ius, etiam intelligitur ꝙ poſſit fieri parte non citata, alias etiam illud non poſſet fieri, quia per citationem pars vocaretur in ius, vt l. quamuis. ff. de in ius voc. & ita decidit ſing. Io. And. in addi. Specu. in titu. de iureiur. ſuper rub. & Bal. in d. §. ait prætor. Facit optime, quod no. ponit Bart. in l. extat, in fi. ff. quod me. cauſa. Et iſto modo poteſt intelligi Inno. hic dum dicit, ꝙ iudex cognoſcit, vtrum monachus ſit admittendus parte nõ citata. Tertio no. regulariter, monachum non admitti ad accuſandum, qa qualiter intelligatur, dicetur in ſecunda gl. In gl. j. ibi, debet habere expenſas. concludit gl. hic in fi. ꝙ ex quo monachus procurat bona monaſterij accuſando prælatum ſuum, debet habere
6 expenſas monaſterij, & ſimiliter Abbas qui ſe defendit. † Sed ꝑ declaratione gl. videnda ſunt breuiter duo. Primo, quid ſi monachus accuſat de licentia Abbatis, alium quam Abbatem proprium, vtrum debeat habere expenſas a monaſterio. Secundo, quid ſi clericus ſecularis accuſat prælatum ſuum. Sup primo dixit gloſ. no. 2. q. 7. c. cum paſtoris. & refert hic, do. Anto. ꝙ nõ debet habere expenſas, quamuis poſſit accuſare de licentia Abbatis, vt ſuperius concluſit gl. Sed hoc dictum in addit. non placet do. Anto. quia ex quo accuſando procurat vtilitatem monaſterij, videtur eſſe eadem ratio, vt poſſit repetere expenſas, vt in ca. cum pro cauſa. s̃. de procu. & in c. vt præteritæ. s̃. de elec. optime facit quod tradit Arch. 63. diſt. c. ſi forte. & gl. & Ioan. And. in c. cupientes. §. ſi vero, de elec. lib. vi. Tu potes diſtinguere, & breuiter, ꝙ aut monachus accuſat principaliter pro vtilitate monaſterij, & immediate: & tunc debet habere expenſas, vt l. ſocium, qui in eo. §. fi. cum l. ſeq. ff. pro ſocio. Vnde dicit tex. not. in l. mulier in opus ſalinarum. ff. de capti. ꝙ expenſa, quæ ſit per prælatum ad vtilitatem reipu. debet reſundi per fiſcum, & ita refert Bal. in l. j. in prin. ff. de iuſt. & iu. Aut monachus accuſat, vel agit
7 non principaliter ad vtilitatem monaſterij, ſed pro homine valde amico monaſterij, vel pro miſerabilibus pſonis, pro quibus poteſt agere de licentia Abbatis, vt ſingu. declarat Ioan. And. in mer. ſua in regula, in argumentum, de reg. iur. & ponit Inno. de amico in c. cum I. & A. s̃. de re iud. & tunc poſſit procedere gl. in
8 ca. cum paſtoris. Et aduerte & tene menti † ꝙ eo caſu, quo monachus poteſt eſſe aduocatus pro alio, non poteſt percipere ſalarium, nec etiam clericus ſecularis. Caſus eſt ſingu. 15. queſt. 2. c. vnico. & no. Io. An. in loco præallegato. † Circa ſecundũ Doc. communiter concludunt hic, & Specu. valde eleganter, in titu. de inquiſi. §. fi. ver. j. ꝙ ſi presbyter ſecularis habet vnde faciat expenſas, non debet habere ſumptus, ſed ſi ſit pauper, tunc debet habere ſumptus, ſi denunciat crimẽ ſui prælati, quia ad hoc
9 tenetur 2. q. 7. c. qua propter. Si vero accuſat, non debet habere expenſas, quia exercet genus illaudabilis intentionis, ea. cauſa, & q. c. ſi quis epiſcopus. do. Ioã. de Imo. hic dicit, idem eſſe in clerico, quod in monacho, vt referunt hic quidam Moder. ſed quibus rationibus dicat, idẽ eſſe, non adducunt. † Tu ergo conſidera in iſta materia, ꝙ diſpoſitio facta de monacho, vel de religioſo, etiam in materia pœnali, extenditur ad clericum ſecularem, vbi eſt eadem ratio, niſi agatur de reſtringendo vel tollendo ius quæſitum alteri. Primum dicit gl. no. in cle. j. de reſcrip. in verbo, reſidentes. ſecundum glo. quam reputo ſingu. in iſta materia, in cle. j. in verbo, regulares. de ſup. negli. præla. Diſpoſitio. n. facta de clericis regulariter non trahitur ad laicos, quando impo nit pœnam, vel aliter eſt odioſa, gl. eſt no. & ibi per Ioan. An. in c. ſciant cuncti. de elec. lib. 6. Videndum eſt ergo, hoc præmiſſo, nunquid eadem ſit ratio in clerico paupere accuſante, quæ eſt
a in monacho? [a] & videtur ꝙ non, quia licet vtriuſque interſit habere bonum prælatum, magis tamen videtur intereſſe monachi, tum quia cohabitant cum abbate, tum quia fortius eſt ſibi ſubiectus. & licet hoc ſit verum, ſi tamen conſideras ex alio ca-
10 pite, † ad accuſandum regulariter facilius admittitur clericus q̃ monachus, vt patet ex iſto tex. & ex nota. in c. præcedenti, omnibus ſimul conſideratis videtur eſſe eadem ratio tã in admittendo clericum, quam monachum, vnde ſicut nõ conſideratur in monacho, ꝙ illaudabile genus intentionis exerceat, ita non debet conſiderari in clerico paupere. Aduerte etiam, quia Specu. in loco præallegato, ver. quid ſi canonicus, videtur ſentire multum clare, ꝙ quamuis clericus beneficiatus, qui accuſat ad vtilitatem eccleſiæ ſuæ, non poſſit ante factum petere expenſas, poteſt poſtea eas repetere, ſi obtinuit in cauſa, quia conſtat quod geſſit vtiliter negocium eccleſiæ. Et econtra poſſet dici, ꝙ ſi clericus pauper non fecerit expenſas in principio accuſationis, ſed forte mutuatus eſt pecuniam pro proſecutione accuſationis, deinde ſuccubuit in cauſa, ꝙ non poterit iſtas expenſas repe
11 tere ab eccleſia, quia qui agit † ſine mãdato & ſuccumbit, vel cũ mandato generali & non ſpeciali, regulariter non repetit expenſas, ita tradit gl. ibi eleganter Ang. in l. liberto. §. lit. ff. de neg. ge.
12 & in l. actoris. ff. de procu. † Et aduerte, quia regulariter qui non poteſt repetere ſumptus factos in lite in omnem euẽtum ſed in vnum caſum, verbi gratia ſi vincat, vel ſi ſuccumbat, non poteſt expenſas ſibi miniſtrari pendente lite, vt tradit ſolenniter Bar. in l. venditores. circa medium, ff. de verbo. obli. ſed in monacho & clerico paupere hoc permittitur propter inopiam. Et adde ad materiam, quod no. Bal. in l. etiam. C. man. quem hic allegant aliqui Moder. In gl. 2. in fi. Doc. Moder. communiter repræhen
13 dunt iſtam glo. dicentes, † ꝙ ſi Abbas mittit monachum ad ſtudium, iu dubio videtur ſe obligare ad expenſas factas in ſtudio, ſicut pater videtur ſe obligare ad expenſas filij, iuxta. l. ſed Iulianus. §. proinde. ff. ad Mace. & l. fi. C. e. ni forte Abbas proteſtaretur tempore profectionis, ꝙ nollet teneri ad expenſas. & ita tradit Ioan. And. poſt Archid. in c. 2. ne cler. vel mo. lib. 6. & tangit Arch. in c. cũ paſtoris, præallegato. quos refert hic do. Abb. & bene. Cuius dictis & aliorum addunt hic aliqui Moder. ꝙ ſi monach⁹ fecit expẽſas ſibi de pecunijs ſibi collatis aliunde quã a monaſterio, tũc nõ ꝑt eas repetere à monaſterio, qa cũ qcqd acqrit monachus acqrat monaſterio, ſi monachus repeteret expẽſas, poſſet repelli a monaſterio ꝑ regulã, dolo facis, de reg. iur. ita pronunt Dñi de Rota, ſm eos deciſio. ſua 281. quæ incipit. Itẽ ꝙ monachus, quod tamen ipſi Moder. dicunt intelligendum, niſi monachus pro alendo ſe accepiſſet pecuniam ab altero, vel eſſet factus debitor alterius, quia res fuerunt ſibi creditæ. nam tũc poſſet repetere a monaſterio, vt eas ſolueret creditoribus, allegat Bart. ita diſtinguentem in filio in l. libertis. §. j. de ali. & cibar. leg. nec aliud volunt. dicunt ꝙ pro expenſis monachi obligatur monaſterium etiam ſine mandato ſpeciali & hoc dicit gl. expreſſe in c. non dicatis. 12. q. j. vbi vult, ꝙ mutuum factum monaſterio
14 obliget monaſterium, quando eſt factum in ſtudio. † Quid au-
b tem eſſet, ſi monachus [b] erat in ſtudio de licentia abbatis, q̃ habebat prioriam manualem, & ex redditibus illius prioriæ, vnde poſſet viuere, habebat: vtrum tunc monaſterium obligeẽt, ſi forte monachus redditus illius priorię cõſumauit inutiliter, vel male diſſipauit. nam tunc dicendum eſſet, ꝙ tunc non poſſet petere expẽſas, ſicut dicimus in filio, qui poterat ali ex redditibus peculij, quod adminiſtrabat, vel ex legitima ſibi aſſignata a patre ſuo in vita, ꝙ ſi diſſipat peculium. vel legitimam, non poſſit petere a patre alimenta, ſecundum Bal. no. in auth. cõtra rogatus. C. ad Treb. Et licet iſtud dictum in filio ſit dubiũ, quia contrarium tenuit ipſemet in l. j. §. ius naturale. ff. de iuſti. & iu. In monacho tamen exiſtente in ſtudio habet magnam æquitatẽ, ſaltẽ ſi creditor ſciebat ꝙ monachus haberet peculium particulare.
15 † Illud etiam ſcias in iſta materia, ꝙ monacho Abbas debet expenſas non ſolum profeſſo ſed ẽt j. tempus probationis. ſecus eſt in incluſo in monaſterio ad pœnitentiam peragẽdam, vt no.
16 Archi. & Ioan. And. in c. beneficium, de regula. lib. 6. † Debet autem expenſas neceſſarias non commodas. i. ſine quibus non poteſt viuere, ſecundum gl. no. in c. j. in verbo, penuria, de ſta. mo. lib. 6. niſi forte conſuetudo ſit in monaſterio ſuper modo expenſarum, ſicut dicit Bal. de veſtitu, in l. j. §. ſed ſancimus. C. de lati.
17 lib. tol. † Sicut Abbas, qui mittit ad ſtudium, videtur obligari ad expenſas monachi, ita & ſucceſſor ſuus in abbatia, niſi reuocet licentiam, ſicut tradit Bal. per illum tex. ꝙ expenſas cæptas a patre de filio in ſtudio tenentur ſucceſſores perficere. Sed quæritur de pulchra. q. quam format Specu. in titu. de ſalarijs. §. fin.
18 ver. quid ſi monachum. † nunquid ſi monachus exiſtens in ſtudio infirmatur & efficit debitor pro medicinis, vel medico, poſſit conueniri eius pater naturalis, qui teneretur ipſum alere, ſi non eſſet monachus, vel potius monaſterium. Et videtur dicendum ſecundum eum, ꝙ pater ipſe teneatur, ſi expenſæ ſint factę ex contemplatione ſua: verbi gratia, quia medicus credit ſibi cõtemplatione patris, vel mercator credit ſibi merces ſuas eiuſdẽ
19 contemplatione, argu. l. ſi pupilli. in prin. de neg. ge. † Nam licet filius, qui ingreditur monaſterium, exeat poteſtatem patris, & tranſeat in poteſtatem abbatis, ſecundum glo. in l. ſi ex cauſa. §. Papinianus. ff. de mino. retinet tamen ius ſuitatis, & ſucceſſionis in bonis paternis, & debet habere legitimã, vt l. Deo nobis, & ibi per Bal. C. de epiſ. & cle. Legitima autem videtur concedi pro alimentis, vt in Auth. de tri. & ſe. §. j. ergo ſi cut debet habere legitimam poſt mortem, ita & alimenta in vita. & iſta rõ prima facie multum vrget. ſi vero creditor contraxit cum monacho contemplatione monaſterij, & tunc agatur contra ipſum monaſterium, ſicut dicimus in d. l. ſi pupilli. in prin. & in d. l. ſed ſi ego. In dubio autem dicit conſiderandam eſſe qualitatem ꝑſonarum credentium monacho, vbi videndum cuius contemplatione videaẽ facta expenſa, ſiue pecunia, vel merces credita monacho.

ADDITIONES.

a VIN. GOD. Monachorum appellatione in materia odioſa non veniunt cõ uerſi, Rui. conſi. 153. nu. 2. lib. 3.

b VIN. GOD. Nota ꝙ monacho litiganti cum Abbate alimenta ſunt præſtãda, Soz. iu. conſi. 8. audio, num. 3. li. 3.

monacho. Tu vero aduerte,quia videtur esse casus no. q̃ solũ monasterium teneatur,in l.pe.cum gl.sua.ff.de adop.vbi proba tur q̃ si filius naturalis adoptatur,pater naturalis non teneatur amplius ad alimenta sed adoptiuus.quia transiuit a potesta. sua in potestatem alterius. Sed ad illum tex potest responderi q̃ secundum iura fforum filius adoptatus non habebat legitimam in bonis patris naturalis. vnde non est mirum si ao eo non debebat ali.sed hoc non est in monacho,quia licet transeat in potestatem monasterij & liberetur a patria potestate retinet ius successionis & petitionis legitimę in bonis patris,sicut dictum est. Sed q̃ monachus possit petere alimenta a patre,videtur probari ex his,quæ tradit no.Cy.post laco.de Are.in l.fi.C.de alen.libe. cuius dicta refert & approbat Bart. in l.pen.in prin. ff. de lib.agno.
20 in quibus locis in effectu concludunt, q̃ † nepos filij emancipati.i.filius suus,qui est nepos respectu patris sui, debet petere se alià patre,nec põt petere ab eo,in cuius est potestate, & cui q̃rit quicquid quærit iure patriæ potestatis.ergo similiter videtur dicendum in casu nostro,q̃ quamuis monachus transeat in potestatem monasterij & absoluatur a potestate patris ita, q̃ quic-
a quid quærit,quærat monasterio, nihilominus debet alià patre, quia ratio sanguinis est fortior in patre, super qua fundatur ius præstandi alimenta filio, vt l.si quis a liberis, in prin. ff. de liber. agnos.Et aduerte,quia ista ratio difficilis concludit, q̃ non solũ monachus põt petere alimenta a patre naturali,si vult, vel a monasterio si sibi videtur, vt sentit Specu.in loco allegato,sed q̃ nõ possit petere alimenta a monasterio viuente patre.& si illa opi. Bar.& Cy.est vera,multum obstat ista decisio volenti tenere oppositum Sed tamen euitando ipsam, possumus dicere q̃ inter auum ex vna parte, & monasterium ex alia sunt aliqua differmia,quoniam in successione nepotis pater præfertur auo, vt in auth.defuncto.C.ad Tert.Sed in successione monachi monasterium præfertur patri, quia omnia bona monachi transeunt ad monasterium. 19.q.j.c.vnico.& inc.in p̃sentia.s̃.de proba.Itẽ auus obligatur nepoti ad alimenta propter filium, vt l. dedit dotem.ff.de col.bonorum.ergo non est mirum, si prius obligatur ipse filius,ex quo auus tenetur propter ipsum.Præterea licet illa opi.in auo sit communis,non tamen videtur vera, quia contra
21 tex.in d.l.pen.iuncto fi.ipsius.l.† Dicit enim tex. in prin. q̃ auus tenetur alere filios ex filio masculo, postea adiungit q̃ filios ex filia fœmina non tenetur alere,nisi pater ipsorum filiorum sit inops.ex quo fi. manifeste apparet,q̃ in nepotibus filij masculi, etiam si pater sit diues,auus tenetur ad alendum eos.Nam si distinctio posita in fi.tex.deberet etiam seruari in prin.cur nõ posuit eam in primo responso,sicut in secundo. Confirmatur ista conclusio ex tex.multum no.in l.cum in adoptiuis.§.si vero. C.
22 de adop.vbi tex.eleganter dicit,q̃ quando † in persona vnius cõcurrunt duo vincula,ius vel vinculum naturæ & vinculum patriæ potestatis, ista duo vincula simul,iuncta extinguunt ius patris naturalis in totũ.Ita ergo dicemus in proposito.q̃ ex quo in auo cõcurrit ius potestatis & charitas sanguinis. quamuis charitas sanguinis sit minor in auo quam in patre, attenditur tamẽ magis propter aliud vinculum sibi cohęrens & isto modo respondetur ad rationem Bar.in l.pe.Sed redeundo ad quæst. nostram,tu posses dicere q̃ quamuis in q. prædicta auus teneatur ad alimenta,& non pater,non tamen videtur inferri, q̃ idem in monasterio,in quo vna cum potestate & subiectione non concurrit charitas sanguinis. vnde q. remanet dubia.Sed tamen in ipsa videntur posse poni duæ conclusiones. Prima conclusio sit ista,Donec monachus seruit in monasterio, a solo monasterio potest petere expensas,& non a patre.Ista conclusio proba-
23 tur a fortiori,& sic:quia† donec mulier seruit viro, quamuis nõ potest petere expensas a patre,sed a viro,cui seruit,secundũ Bar. in l.q̃ in vxorem.C. de neg.gest.& Specu.no.in titu.qui filij sint legi.§.j. ver.nunc dicamus.ergo multo fortius idem etiã in monacho, qui non solum seruit monasterio.sed etiam est in potestate abbatis.& quicquid acquirit acquirit monasterio. Et propter dictã conclusionẽ de vxore vide Bal.& Moder. qui idem tenent,in l.si cum dotem.§.sinautem in sæuissimo. ff. solu. matri. Secunda conclusio,quæ est magis dubia,est ista, etiam si mona
b chus nullas operas exhibeat monasterio b propter infirmitatẽ vel aliam iustam causam,non potest petere alimẽta a patre, nisi in subsidium,quando monasterim esset inops,& non sufficeret ad expensas Ista conclusio probatur ex ratione, quæ assignatur in tex.in si. casu,in l.cum in adoptiuis,circa mediũ. C. de adop. vbi Imperator dicit,q̃ ideo pater adoptiuus non tenetur relinquere aliquid filio adoptiuo,secundum illa tempora, quia qcquid acquirit filius adoptiuus, acquirit patri naturali, quasi dicat q̃ secundum naturam, qui sentit emolumentum debet sentire onus.Præterea leges simpliciter dñt,q̃ seruꝰ debet alià dño vt l.2.ff.de his q̃ sunt sui, vel alie, iur.& l.seruo.ff.de neg.gest.Et idem in monacho, qui æquiparatur seruo. 54. distin. c.vltimo. & in c.cum olim j.de priuil. Non ob. q̃ monachus succedit pa-
24 tri naturali,& debet habere legitimam, †q̃ succedit loco alimẽ torum, vt dictum est: quia illud est inductum sicut satis ostendit tex.in l.Deo nobis.C.de epis.& cle. & ne filius retrahatur a religionis ingressu.Vnde dicit singu. Guil. in Specu. in titu. qui
25 fil.sint leg.§ j.ver.quid ipsa velit,q̃ † si mulieri relinquuntur alimenta,donec steterit cum filijs ingrediendo religionem,nec p.. dit relictum alimentorũ, ne retrahatur a vita contemplatiua. Vel potes dicere,q̃ præstatio alimentorum in hoc casu, differt a legitima,quia cum illa debeatur post mortem patris in tali lucro,quod debetur patre non viuo, non debet fieri compẽsatio, alias consideratio emolumenti,quod posset prouenire patri ex persona filij. Sed in alimentis, quæ filius percipit in vita patris, potest admitti ista consideratio, vt si patri nihil quæritur lucri ex persona filij, sed monasterio, pater non teneatur ad alimen-
26 ta.†Et quia diximus referendo dicta Doct. q̃ si Abbas protestatur monacho eunti ad studium, q̃ non vult sibi facere expensas, non tenetur tunc ad expensas. Adde q̃ istud idem dicit glo. no. in filio,in l.item si filius.§.quod dicitur.ff.ad Maced. quam approbat Bal.no.in l.Macedoniani.in prin. C.eo. Ego tamen dicebam, q̃ si monachus non consentit expresse huic protestationi, ex quo existens in studio de licẽtia habebatur pro seruiente monasterio, vt in c.relatum.de cle.non resi.& in l.quæsitũ.in prin. & ibi per Barto. ff. de le. 3. saltem poterat petere expensas,quas
c fuisset habiturus dom.& idẽ forte possumus dicere in filio choc
27 tamen non determino pro nunc. † Et vtrum alimenta relicta,
d vel promissa monacho, d possint exigi per ipsum monachum, an vero competat ius petendi monasterio.vide quod no.Bar.in l.cum hi.§.eam autem.in fi.ff.de transa.& in l. seruos ad custodiam.ff.de ali.& ciba.le. In gl vltima,quæ incipit, argumentũ, &c.Super isto articulo dic, vt plene scripsi vltra omnes, in c. si q̃ testium.s̃.de testi.vbi videas.Vnum tamen,in quo ibi tenui cõ-
28 tra Specu.& Vin.est emendandum, videlicet q̃ si † iudex mittit notarium pro recipiendis testibus ad ipsos testes, & persona q̃ debet testes producere, est notorie inops, iudex mittere debet notarium suis expensis.nam illud dictum videtur verum de iure,quicquid ego scripserim in c.si q̃. testiũ.quia notarius, q̃ mittitur ad recipiendos testes,In hoc actu repræsentat personã iudicis, vt l.iudex,& auth.ibi posita.C.de fi.instru. Sed quando habet proficisci extra locũ,vbi cognoscit, tenetur proficisci suis expensis,si persona quæ debet subministrare expẽsas, est notabiliter inops, vt est casus no.in c.statutum.§.insuper.de rescrip. lib.
29 6.ergo idem in persona,quæ ipsum repræsentat. †Dicunt etiam Doc.hic allegantes Guil.in Specu.in titu.de inquisi.§.fi.q̃ si mulier accusat matrimonium.i.petit separari a viro tanquam male coniunctam, pendente ista accusatione,debet petere expensas a marito. & istud est indubitanter verum, quando mulier ipsa dedisset dotem mariro vsque ad quantitatem reddituũ dotis vt satis clare probatur in §.finautẽ in sæuissimo, prælleg. Sed si nullam dedisset dotem, vel expẽsa excederet redditus dotis,tũc hoc dictum non procederet,si mulier possit se alere aliũde, vel ab alio de iure posset petere alimẽta, vt distinguit Bar.in l. quod in vxorem, prælle. Et primum dictum optime facit ad no. per Mod.in l.insulam.§.j.ff.sol.mat.& in l.salubriter.j.de vsu.

ADDITIONES.

a VIN. GOD. Hinc est q̃ monasterium ingressurus non potest in fraudem illius renunciare hæreditatem, Rui.consi.204.num.11.lib.1.

b VIN. GOD. Adde q̃ si quis ingreditur ad hoc vt fraudetur fideicommissarius monasterium,ei non nocet.Barb.consi.18.num.7.lib.2. & ibidem nu. 8.simoniacus si habeat priuilegium a Papa ut possit testari fideicommissarius recuperat ius fideicommissi,quia viderur feciſſe in fraudem.

c VIN. GOD. Adde quando pater incipit pro filio expendere in studio utrũ patre mortuo debeat perficere studium de communi fratribus inuitis. Alex. consi.76.& 77.lib.4.& de libris empris filio, Alex.consi.149.col.fi.lib.7.

d Monacho.Faciunt ad istam quæst. quæ tradit Barto. latissi. in tract.minoricarum.cuius dicta pro maiori parte reassumit Bal.in auth. ingressi. C. de sacro san.eccl.aliquid per Bal.in l.priuilegia.eo.titu.unde per Fed.de Se.in consi.22. & in consi.75.& in consi.202.per Bar.in l.legatum.ff.de cap.dim.ali quid etiã per Bal.in l.1.C.qui ad lib.pu.nõ pos.& in l.seruo alieno, in fi. principii. ff. de le.1.& per Ang.& Moder.in l.Stichum §.stipulatis. ff de ver.obli.& per do. Ias.in l.cum hi.§.eam tranſactionem in fi.ff.de transa.& latissi.per præstantissimum meum do.Hiero.Butig.in l.si longius.§.fi.ff.de iud.& per do.Ias.in l.1.in 3.col.ver.2.facit.ff.de his qui sunt sui vel alie.iur.

SVMMARIVM.

1 *Clericus ebriosus beneficio priuari an possit.si ante dormitionem post ebrietatem celebrauerit.*
2 *Collatio beneficij ad tempus,an fieri possit.*
3 *Ebrietatis crimen per se,non est depositione dignum.*
4 *Celebrans post cibum sumptum,ante dormitionem,an graue crimen committere dicatur.*
5 *Spoliatus pendente appellatione,an ante omnia restitui debeat si defectus prorietatis opponatur,vel criminis notorietas.*
6 *Criminosus quantumcunque notorius,an ante suam priuationem possit beneficium retinere.*
7 *Exceptio respiciens proprietatem,quamuis non possit opponi contra agentem possessorio recuperandæ,an possit si quis recte fiat spoliatus, opponi.*

Cri-

ad culpam reatumque eius pertineat. nam culpa hic dicit, secũ dum Doct. omne genus peccati, quod committitur sine dolo, reatus autem dicit peccatũ cũ dolo, sicut distinguitur in simili inter delictum & crimen. 81.dist. c.j. & in regula, peccatum.de reg.iur.in glo.& in l.j.C.si aduer.delic.† Et per hoc arguunt hic 4
Mod.q Abb.potest remoueri ab administratione etiam ꝓpter
a negligentiam. [a] Est enim omissio peccatum mortale in prælato, secundum glo.in c.ea quæ.s̃.de offic.archi. Tu vide tex.& qđ ponit ibi do.Abb.in c.ea quæ.s̃.de sta.mon.& in c.siquis Abb. 8.q.2.& glo.singu.in c.grandi.s̃.de sup.negl.præla.lib.6.quæ di- 5
cit no. † q ille, qui habet iurisdictionem vel administrationem per successionem, non potest priuari propter negligentiam. sed prælatus, qui habet eam ex collatione, bene potest. & vide gl.in c.dictum, 81.dist. quæ similiter vult prælatum posse remoueri ex negligentia. Bal.tamẽ no.in auth.statuimus. C.de epis. & cle. referens ibi dicta Pet.& Cy. dicit, q de iure ciuili administrator vel iudex habens iurisdictionem propter negligentiam, non po- 6
test remoueri ab officio, nisi in casu illius auth.† Gl.autem sing. & pulchra in cle.dudum.de sepul. dicit, q quando superior est ter requisitus, vt faciat actum, quem tenetur facere, negligentia ipsius habetur pro recusatione expressa, & sic erit maius delictũ quã simplex negligentia. Tertio no.ibi, quorum interest, secun dum vnum modum exponendi, quem ponit hic Inn. q quãdo agitur de crimine ꝯ personam ecclesiasticam, superior ipsius de bet interesse. quod qualiter sit intelligendum, dicemus in gl.in 7
lec.seq. † In glo.posita super verbo, interest.ibi, aut parrochiani. dubitatur hic per Mod. nunquid laicus admittatur ad denunciandum clericum de crimine. & sicut vides glo.tua hic, & in c. qualiter.el 2.in fi.glo.magnæ.j̃.eo.& in c. venerabili. s̃. de offic.
b deleg.concludunt, q laici parrochiani admittuntur, [d] quia interest ipsorum habere bonum prælatum, ar.c.plebs. 63. dist. & 2.q.2.c.qua propter. vnde glo.no.in c.vt circa. in verbo aliquid, de elect.lib.6.dicit q ꝯ personam electi nó potest opponere crimen vel defectus laicus, qui non est de diœcesi vel parrochia episcopi vel beneficiati. Et ista est communis sententia, quã sequitur do. Ant.in c.ex parte Adæ.s̃.de testib. licet Moder. eum aliter hic referant. & quia super isto articu. plenissime scripsi in d.c.ex parte. multa addens vltra Doct. ideo pro nunc solum declarabo duo dicta ex his, quæ ibi sunt posita. Et primo inquantũ
c d.Abb. Mod. hic dicit, q quamuis laicus [c] possit testificari ciuiliter de crimine ꝯ clericum, vt in c.quoniam. & in c.tam literis. s̃.de testi. non tamen sequitur, vt dixit Fed.consi.suo 23. ergo p̃t
8 denunciare clericum de crimine. † Nam testis, qui testificatur coactus & citatus, præsumitur esse magis integer q̃ ille, q venit sponte ad testificandum, vnde non est eadem ratio in vtroque. 2.q.7.c.laicos. & quod ibi no. Nam debes aduertere, q ista ra-
9 tio differentiæ non videtur sufficiens, † quia si testis produceretur a parte non citatus a iudice, satis diceretur sponte testificari, & voluntarie offendere clericum. Casus est in l. post lega. §.his vero.& ibi per Bar. ff.de his qui.vt indig. & in l. qui cum maior. §.sed si testificatus. ff. de bo. lib. Et idem esset, si testis citatus a iudice non cogeretur testificari ex priuilegio, q qñ sit, dic vt in c.dilectorum. s̃.de testi.cog.& in l.inuiti.ff.de testib. Nam tunc comparendo & non excusando se similiter spontanee deponeret secundum Bar.no.in d.§.his vero. licet aliud tenuerit & nõ bene in authen.presbyteros.C.de epis.& cle.super quo vide ibi Bal.& in l.libertorum. C.de testi. Præterea zelus malus, quem præsumitur habere laicus in clericum, vr̃ cessare propter fraternam monitionem, quæ debet præcedere denunciationẽ canonicam, & est actus charitatis, vt videbitis in c.cum dilectus. j̃.eo. Alia ergo ratio quærenda est, de qua dicendum, vt in d.c.ex parte. Illud ẽt scias, q speciale est in crimine dilapidationis rerũ ecclesiæ, vt in subsidium quilibet laicus admittatur ad denunciandum, licet non sit parrochianus, ſm Abb.Mod.in d.c.ex parte, p̃ tex.12.q.2.c.non liceat.in verbo, quælibet ecclesiastica persona, & in c.si quis presbyterorum, in fi.de reb.ec.non alie. Sed cum illa iura dicant de persona ecclesiastica, capiẽdo verba proprie, non comprehenderent laicum. 17.q.4.c.quisquis. & not. in c.si quis suadente, ea. causa & q. vnde forte illa iura non probant hoc. In gl.posita super verbo, quorum.ibi, s.factum suorum. Ista expositio communiter non approbatur, sed illa quæ est in gl.se. vt intelligatur de denunciantibus crimen, quorum interest denunciare. Et ſm hanc posui casum in litera. Tertiam dedit hic Inn. q tex.intelligitur de prælato denunciati siue accusati, quod dictum potest intelligi dupliciter, vno modo q prælatus taliter denunciati debeat citari. Et hoc non admittunt Doc.Mod.quia solum de accusato vel denunciato reperitur, q est citandus, vt in c.qualiter.§.debet igitur.j̃.e.3.q.9.in c.omnia. & c.caue. Pro ista conclusione Mod. vide quod plene tradit Innoc.& Doct.in
10 c.cum deputati. s̃.de iudi.vbi concludunt, † q cum agitur causa ecclesiæ, satis est citare immediate rectorem ecclesiæ, ad quem prima causa defensionis pertinet, licet non citetur superior, ad quem pertinet mediate. Pro ista conclusione vide casum no. in c.cum venerabilis.§.2.de sen.excom.lib.6.vbi patet, q si contẽditur inter partes de excommunicatione iniusta ad earum præiudicium, superior non est citandus. facit quod tradit Innoc. & ibi dixi in c.sæpe.supra de appel. facit optime tex.in l.j.§ denunciari.ff.de vent.inspi.& quod tradit Barto. in l.is cum quo.ff.de aqua plu.arcen.in illa q. vtrum quando agitur ꝯ hæredem substitutus sit citandus. † Secundo modo potest exponi, vt dominus
11 vel superior pro suo interesse possit ipse voluntarie comparere & defendere subditum suum. Et hoc modo intelligendo dicendum est, q potest, & est vera doctrina Innocẽ. quamuis crimen sit tale, in quo accusatus non posset comparere per procuratorem, iuxta no.in c.veniens. j̃.eo. & licet dictum Inn. relatum ad tex.non loquatur in tali casu, quia tex. loquitur cum agitur per viam denunciationis & sic ciuiliter: hoc tamen tenet Bar. vt refert hic d.Abb.in l.pen.§.ad crimen.ff.de publ.iud.vbi voluit, q sicut dominus potest in iudicio capitali defendere seruum pro suo interesse, vel pater filium: ita possit episcopus vel aliquis superior suum subiectum, licet alias procurator nõ admitteretur.
12 † Quod etiam sequitur Bal.in l.reos.C.de accu.& est solenne dictum limitans no.per gl.in c.auctoritatem.de præb.li.6. quæ dixit, q pro iniuria illata subdito, non potest agere dominus vel superior regulariter, & no.Inn.in c.dilecti.s̃.de ap. nam illud est verum, quod non potest agere, potest tamen ipsum defendere, ẽt in iudicio capitali. potest etiam accusare criminaliter pro iniuria illata subdito, quia sua interest, vt tradit Bart. ita distinguens in l.j.§.fi.ff.de iniur. Addit etiam hic do.Abb. q exceptio ista, q bannitus vel occisus fuerit bannitus & potuerit impune occidi, potest opponi per quemlibet de populo ad defensam rei, qa respicit vtilitatem publicam. allegat Bart. qui hoc tenet in l.vbi pactum, C.de transa. Tu considera, q ista exceptio, per alium q̃ per accusatum, potest allegari dupliciter. Vno modo tanquam per procuratorem habentem mandatum, & tunc vtrum hoc fieri possit, est magna difficultas, de qua dicemus tibi in cap. veniens.j̃.eo. Alio modo vt per quemlibet de populo, & tũc istud dictum relinquitur dubiũ, quia licet ille qui proponit exceptionem banni, proponat aliquid ad vtilitatem publicã, hoc tamen est in consequẽtiam, quia prima & principalis vtilitas pertinet
13 ad reum, qui defenditur. † ergo vtilitas publica, quæ venit in cõsequentiam, non videtur considerari, vt l.2. in fi. ff. ad municip. & per Barto.in l.j.ff.solu.matr. De hoc tamen dicetur plenius in d.c.veniens. & vide ad materiam Ange.in l.quos prohibet.ff.de postu. & in l.reos.C.de accusatio. In gl.vlt.quæ incipit, hoc sem per debet continere diffinitiua Docto. ex ista glo. arguunt hic,
14 † q si iudex condemnat aliquem ad præstandum id, q continetur in tali instrumento, & instrumentum illud non sit productũ in actis, non valet sententia, quia sententia debet certificari per acta, allegant Io.And.istud tenentem in tit.de sententia. §.qualiter.ver.quid si iudex. & addit do. Ant.de But.non hic, sed in c. cum venerabilis. s̃.de exceptio. nouam rationem, quia dicit ipse quando iudex refert se ad instrumentum non productum apparet, q fert sententiam sine causę cognitione, quia iudicat prę textu instrumenti cui non fuit imposita fides in iudicio iuxta l. fin. C. de fide instrum. ergo non valet sententia ex quo notorie apparet quod per medium de quo non cognouit iudex fertur. & hæc est communis sententia Doct. in illo c.cum venerabilis. licet Inno.ibi teneat oppositum, cuius doctrinam sequitur Bal. in l.3.in vltima col.C.de senten.quæ sine certa quantita. & plenius, licet ibi non alleget Innoc.in l.j.C.de sent.ex peri.reci. Mouetur primo per tex.in l.ait prætor.§.si iudex. ff. de re iudica. qui hoc probat nihil subaudiendo ad literam. Secũdo per regulam
15 communem, quæ dicit, † q dispositio dicitur esse certa per se, vl per relationem ad aliud, vt in l.certum.ff.si cert.pet. Confirma-
16 tur ista conclusio, † quia si valet ista sententia lata sub conditione intrinseca, condemno te si actor probauerit sibi deberi, prout no.Ange.in l.non quemadmodum.ff.de iudi.& videtur esse communis opinio contra glos. in l. cum iudex. C. de senten. de qua vide per Bald. in l.j. ver. fina. C. qui accusa. non pos. videtur posse dici quod sicut valet sententia, quæ est incerta, vtrum

id quod

ADDITIONES.

a Propter negligentiam. Adde tex.in c.licet Hely.infra de simo.& quod negligẽtia sit delictum, facit gl.in c.siquis Abb.18.q.2.& glo in c.contrarius infra de re.iu.& gl.in c.sæpe.in gl.fi.12.q.2.uide etiam d.Maria.Soc.in consi.2.3.col. in prin.post gl in c.ea quæ.de off.Archid.

VIN. GOD. Nota, q negligentia non imputatur ei, qui non fecit, q non releuat, & nihil prodest. Rui.cons.42.nu.8.lib.4. Quando autem teneantur officiales de negligentia, uide Amod.de Castel.in trac.de findic. Item de eo, &c. nu.69 habetur in li 6.trac.fol.17.nu.69.

b Admittuntur. Vide gl.in c.Maximianus.81.dist.& gl.in c.ut circa.in uer. aliqui. & ibi Dominicus in 4.col.latissime examinat.de elec.l.b.6.

c VIN. GOD. Nota, q laicus clericum nominans clericum in iudicio, aduocat eo casu iudicium coram iudice ecclesiastico. Thom.Gramma. decis. 21. nume.3.

id'quod inducitur ſub conditione, ſit debitum, ex quo liqdatio reſeruatur & ſuſpenditur in futurum, ita videtur valere iſta, in qua debitum eſt incertum, quantum ſit, ex quo eius liquidatio reſeruatur in futurum per productionem. ſ. inſtrumenti faciendam in iudicio. nam quando iudex condemnat modo ſupradicto, ego non intelligo vt hoc ipſo videatur approbare inſtrumẽtum tanquam verum, de quo non fuit diſcuſſum in iudicio, ſed ꝙ ita demum ſtetur inſtrumento, ſi apparuerit iudici validum, & ſic videtur poſſe ſaluari doctrina Inn. ab argumento do. Ant. & hoc eſt, quod dicit Bal. no. in l. peremptoria. C. ſen. reſcin. non
17 poſ.† vbi vult, ꝙ quando reus abſoluitur ſub cõditione ſi probauerit, probatio facta poſt ſententiam trahatur retro, & ſic retro videatur fuiſſe cognitum. Præterea ſicut dicebam in voce, ſi reꝰ condemnatur ad petita in libello, ſi actor probauerit, licet ſentẽtia prima facie videatur certa, poſſet tamen contingere ꝙ eſſet incerta, puta ſi actor probauit non de tota ſumma, ſed de aliqua parte, v.g. de quinquaginta, nam reſpectu illius partis iudex videretur condemnaſſe ad illam ſummam, quæ probabitur, & tamen communiter tenetur, ꝙ illa ſententia poſſit ferri ex iuſta cauſa, vel etiam vbi non ſubeſt cauſa, licet non debeat terri, ꝙ lata teneat, vt plene ſcribit Bal. in l. admonendi. ff. de iureiur. & in l. non dubium. C. de legib. & eſt caſus in ſimili vna cum gl. in l. a diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iud. quam gl. alle. Ang. ad hoc in d. l. non quemadmodum. s̃. alleg. Vnde articulus relinquitur ſatis dubius. finaliter tamen non recedo a ſententia communi, quam etiam Ang. approbat, & Io. de Imo. poſt eum, in l. ſi cõuenerit. in prin. ff. de re iud. Moueor principaliter, quia ſnĩa per quam iudex condemnat reum actori, ſi actor probauerit in certa quantitate, peccat in vno dum taxat, videlicet quia fertur ſub conditione, continet tamen quantitatem certam prima facie. ſed quando iudex condemnat ad id, quod in tali inſtrumento continetur, hic eſt conditio & incertitudo, quia videtur condẽnare, ſi inſtrumentum hoc dicat, vt l. Stichum, qui meus erit. ff. de leg. j. & in illa quantitate, de qua inſtrumentum loquitur. vnde maiori vitio laborat iſta ſententia, quam ſententia lata ſuper certo, licet conditionaliter. Præterea ſententia lata ſub conditione, quæ facit incertum, an hoc ſit debitum, licet non debeat ferri, tamen lata tenet. 2. q. 6. §. biduum. ſed ſententia incerta in q̃ti tate, vel in qualitate rei, non valet ſimpliciter, vt l. 3. & fina. C. de ſen. quæ ſine cer. quant. vnde patet, ꝙ magis eſt vitium incertitudinis, quod eſt in quantitate, vel qualitate rei, q̃ illa incertitudo, quæ cauſatur ex appoſitione conditionis, ſcilicet an aliquid ſit debitum. vnde licet valeat ſententia illa, cõdemno te ſi actor probauerit, non tamen debet valere iſta. Nec obſt. ꝙ etiam illa poteſt habere incertitudinem in aliquo caſu, quia ſatis eſt, q̃ pri
18 ma facie ſit certa in eo, quod petitur. † Licet autem ſententia b
b diffinitiua incerta non valeat, valet tamen interlocutoria, quia qua ratione iudex poteſt interlocutoriam corrigere, eadem rõne poteſt & declarare. Caſus eſt ſing. ſecundum Inn. ibi & Mod.
19 in c. auditis. s̃. de proc. † Et quia tex. noſter, & etiam gl. dicit, ꝙ sẽtentia debet continere verbum abſoluo, vel condemno, tangũt hic aliqui Mod. nunquid ſi reperitur tota ſentẽtia ſcripta, & deficit verbum, condemno, in illa ſcriptura poſſit ſaluari ſentẽtia, quando ex præcedentibus verbis & ſequentibus apparet, ꝙ iudex voluit cõdemnare. De qua q. vide Bar. in l. præſes. C. de ſen. & in l. j. §. j. ff. de hære. inſtit. quam allegant hic iſti Mod. vide ẽt Bal. qui eleganter loquitur in l. errore, in fi. C. de teſta. & Ange. in l. terminato. in vlt. q. C. de fruc. & lit. expen. Et ad materiã noſtram vide tex. no. in l. inter Caſtellianum. ff. de arbit. vbi probatur, ꝙ quando iudex declarat ſuper iure partium, ſatis videt condemnare vel adiudicare, licet hoc formaliter non dicat. Et quia in præcedenti gl. referendo dicta Bar. & Moder. diximus, ꝙ ſuperior dominus & pater poterant comparere in iudicio criminali ad defenſionem ſubditi filij vel ſerui, licet procurator non poſſit interuenire, adde tex. ſing. ſecundum Bar. & Ang. ibi in l. ſi eũ. in prin. ff. ſi quis caut. iuncta l. 2. §. j. eod. tit. in quibus ſimul iun-
20 ctis probatur, † ꝙ ille, qui promiſit ſe ſiſtere in iudicio, licet nõ poſſit comparere per procuratorem, vt euitet pœnam, poteſt tamen defendi per fideiuſſorem ſuum, cuius intereſt pœnam non committi.

ADDITIO.

a VIN. GOD. Adde, ꝙ ſententia, quæ miſericordiam negat, minime ſententia dici poteſt: melius enim eſt, ut quis reprehendatur de miſericordia, quam de rigore. Thom. Gram. deciſ. 93. nu. 3.

SVMMARIVM.

1 *Reus pendente accuſatione, vel denunciatione ad dignitates, an promoueri poſſit.*
2 *Condemnatus de crimine appellatione pendente, non prohibetur adminiſtrare.*
3 *Accuſatus pendente accuſatione, infamis infamia facti dicitur. & an repellatur a teſtimonio. nu. 5.*
4 *Accuſatus de crimine ad dignitatem eccleſiaſticam, an eligi poſſit.*
6 *Officialis eſſe prohibitus prætextu certæ qualitatis, ad aliud officium prohibitus eſſe videtur.*
7 *Dignitatis eſſentia, ex electione & acceptatione duobus extremis iunctis, quando perficitur.*
8 *Promotus accuſatione pendente, licet poſtea a crimine abſoluatur, ab adminiſtratione remouendus eſt.*

CAP. IIII.

a Omnipotens a Deus. Accuſatus vl de nunciatus de cri-
1 mine non debet promoueri. ſecunda ibi, valde. † No. primo, ꝙ pendente accuſatione vel denunciatione reus non poteſt promoueri ad dignitates eccleſiaſticas, quia cẽſetur eſſe grauata eius opinio. concordat tex. in l. reus delatus. de mune. & hono. 81. diſtinct. c. tantis Daniel. licet autem remoueatur ab honoribus conſequendis, non tamen remouetur a iam habitis, nec ab eorum adminiſtratione, vt eſt caſus clarus
2 8. q. 4. c. nonne. † Quinimmo etiam ſi ſit condemnatus de crimine pendente appellatione non prohibetur adminiſtrare ſecundum gl. in c. ſæpe. de app. & plene tradit Barto. in l. furti. §. j. ff. de his, qui no. infa. & hoc eſt generale in quolibet infamato de facto, vt non cenſeatur ſuſpenſus ab adminiſtratione dignitatis iã ſuſceptæ, nec debeat remoueri vel ſuſpendi, niſi ſecundum formam. c. 2. j. de purg. cano. & c. ſi mala fama. 2. q. 5. & ita plene diſputat Io. An. in c. j. de accu. li. 6. quem refert do. Ant. hic. Tu vide gl. ordinariam & quod ibi notatur in c. cum non liceat. s̃. de
3 præſcrip. Secundo no. † ꝙ accuſatus pendente b accuſatione di-
b citur eſſe infamis infamia facti. & ideo eſt, quòd nõ poteſt accuſare vel teſtificari de iure cano. vt in c. fi. & ibi per gl. s̃. de teſti. In gl. poſita ſuper verbo, nunciantur, quærunt hic Doct. pro declaratione materiæ, de duabus q. † Prima eſt, vtrum ſicut denuncia
4 tus vel accuſatus de crimine non poteſt conſecrari in epiſcopũ, vel ſuſcipere ordines, vt hic, & in c. fi. s̃. de teſti. ita non poſſit eligi ad dignitatem eccleſiaſticam. & finaliter ſequendo dicta Hoſti. hic, & in c. accuſatum, j. de ſimo. diſtinguũt, ꝙ aut quęrimus de inquiſito de crimine, aut quærimus de accuſato vel denunciato. Primo caſu indiſtincte repellitur inquiſitus, nec poteſt eligi, quia inquiſitio non fit niſi præcedente infamia, vt in c. qualiter. el 2. j. eod. & in c. licet Hely. j. de ſimo. vnde quia infamatus de facto repellitur a dignitate acquirenda, vt l. 2. C. de digni. lib. 12. & in c. inter dilectos. j. de excel. præla. non eſt mirum, ſi non poteſt eligi. Secundo & tertio caſu concludunt, ꝙ aut accuſatus vel denunciatus erat prius infamis infamia facti, & tunc ſimiliter non poteſt eligi eadem ratione, ſecus ſi aliter non erat infamis. Sed iſta dicta ſunt valde dubia, quia cum text. hic prohibeat denunciatum honorari ſub iſto verbo, ſine dubio videtur prohiberi poteſtas eligendi, quia per ſolam electionem, maxime acceptatione ſecuta, dicitur acquiri dignitas aliquo modo, vt in c. hic. s̃. de transla. præla. & in c. ſuper his. & ibi videbis. j. eo. & probatur de iure ciuili in l. Publius. in prin. ff. de condi. & demon. & plene declarat Bar. in l. abſenti. in prin. ff. de dona. & in l. pen. vbi
5 omnino vide. ff. de teſtam. mili. † Præterea ſi aliter infamis infamia facti non poteſt eligi, vt ipſi fatentur, quare non repellitur accuſatus vel denunciatus de crimine, cuius opi. ex hoc ſolo dicitur eſſe grauata, vnde repellitur a teſtimonio & ab accuſando, vt in c. fi. s̃. allegato. niſi forte dicas, ꝙ minor infamia facti eſt illa, quæ ſurgit ex pendentia accuſationis, quam quæ ſimpliciter ex opinione communi bonorum virorum diuulgata, vel ex aliis modis, cum multi ſint modi inducendi infamiã facti, quos proſequitur Bar. in l. j. C. de ſum. tri. & fide cath. Sed iſtud non videtur poſſe dici, quia ego habeo de iure ciuili, ꝙ accuſatus de crimine nõ poteſt accuſare extraneum de crimine minori, vel pari, vt l. neganda. C. qui accu. non poſ. ſecũdum intellectum Bart. in l. is, qui reus. ff. de publ. iudi. Et tamen de aliis infamibus infamia facti hoc non reperitur de iure ciuili, vt ſcribit Bar. in l. qui accuſare. ff. de accuſa. Pro iſta deciſione multum facit, quod ponit ſingulariter Io. And. in titu. de accuſa. §. ſequitur, in addi. ma
6 gna, in verſi. eſt & alia quæſtio. vbi concludit, † ꝙ prohibitus acceptare officium prætextu certæ qualitatis, vel prohibitus eſſe officialis, videtur etiam prohibitus eligi ad illud officium, ꝑ tex. in c. cum in cunctis. §. inferiora. iuncto §. clerici. s̃. de elec. vnde prohibitus hic honorari pendente accuſatione, ſiue videat̃ prohibitus acceptare electionem, ſiue ſimpliciter fieri prælatus, vl̃ prohibitus eligi, ita ꝙ ſi ſit inhabilis tpe electionis, non valet ele
7 ctio, licet poſt illud tempus ceſſaret inhabilitas. † Et eſt rõ, quia cum

ADDITIONES.

20 tex. in l. pen. in prin. ff. de pub. iudi. & in l. 2. C. de aboli. † in quib. probatur, secūdum eum, q̃ iudex potest supplere defectum ac-cusatoris, & prosequi processum inchoatum solus. Et idē dicit probari secundum intellectum suum, in l. libellorum, §. fi. prę-alle. & ibi hoc ponunt. Tu aduerte, quia in ea. l. inter accusato-rem. in illa q. vtrum reus non comparens censeatur contumax, si accusator non accusat contumaciam suam, & est absens, ipse dicit, q̃ si secundum consuetudinem Italiæ iudex habeat licen-tiam ab accusatore prosequendi processum in sua absentia, suf ficiet præsentia iudicis, qui reputet reum contumacem. Sed nó habita ista licentia necesse erit, q̃ accusator compareat & accu-set contumaciam. Et sic expresse vult, q̃ iudex in absentia accu-satoris non possit supplere defectum ipsius, licet contrarium te-neat expresse in l. is qui reus, circa medium commenti. ff. de pu. iu. vbi voluit, q̃ etiam si non detur expresse sibi licentia a parte, possit supplere vicem accusatoris absentis, & idem dixit & no. in extrauaganti, ad reprimendum, in glo. super verbo, neglexe-rit. vbi contradicit his, quæ dixit in l. inter accusatorē. j. q. proxi-me allegata. Sed quicquid ipse dixerit, dictum suum in d. l. inter accusatorem, videtur esse verius, quia si iudex absente accusato-re nondum deserta accusatione per ipsum possit prosequi pro-cessum vice accusatoris ex officio, sequeretur q̃ posset absol-uere vel condemnare reum, etiam non citato accusatore, sicut po test, quando est data licentia sibi a partibus procedēdi in absen-tia ipsarum, vt est gl. no. & ibi hoc ponit Bar. in l. diem proferre. §. si quis litigatorum. ff. de arbi. & idem tenuit in l. si accusatori-bus. C. de accusa. Sed istud est contra tex. in d. l. si accusatoribus. ergo, &c. Præterea ego video, q̃ quando inquisitio fit cum pro-motore voluntario, qui substantiat in se iudicium, vt dicit Ho-stien. in c. cum clamor. s̄. de testi. non valet processus factus lite non contestata cum promotore, vt est casus in c. cum dilecti. j̄. de purg. cano. & traditur in c. quoniam frequenter. §. in aliis. s̄. vt li. non conte. Sed hoc non esset dicendum, si ista doctrina es-set vera, quia saltem absente promotore iudex ipse posset pro-cedere ex officio & contestari litem, sicut dicit Bart. in d. l. is qui reus. ergo videtur q̃ ista dicta non procedant. Non obstant iura allegata per ipsum, quia dato q̃ probarent illud, q̃ dicit, de quo videbimus in secundo casu, loquuntur tamen, quando accusa-tor fuit exclusus a iudicio. Vñ sicut illo casu iudex posset subro-gare sibi nouum accusatorem, qui prosequeretur iudicium ex eadem instantia, vt est casus fin. secundum vnum intellectum, & ibi hoc no. Bar. in l. 2. C. de delat. li. 10. ita poterit ipse supple-re propter vtilitatem publicam defectum accusatoris exclusi. Sed quando accusator non est exclusus, licet sit absens, nō vide tur conueniens, vt iudex possit supplere defectum suum, qa est remedium promptum, q̃ accusator ipse citetur ad prosequen-dum assignato sibi termino, post quem si nō veniat, excludetur
b ipse. & tunc iudex[b] forte poterit supplere, vt dicit tex. in d. l. qui crimen. & in l. ab accusatione. §. destitisse. ff. ad Turpill. Facilius enim admittitur quis ad accusationem post primam accusatio nem extinctam, siue desertam, quam pendente prima accusa-tione, vt dicit tex. no. in l. hi tamen omnes. §. fi. de accusa. Pro ista conclusione facit optime, quod traditur in l. si maritus. §. si nau tem extraneus. ff. de adulter. vbi concludit Bart. & communiter Do ct. q̃ superueniente accusatore legitimo cessat inquisitio iā formata tanquam remedium extraordinarium, & videbis in c. qualiter. j̄. eo. ergo multo facilius debet impediri a principio iu dicis officium subsistente adhuc accusatore. Pro ista conclusio-ne est casus, non cauillādo literam, in l. libellorum. §. fi. de cuius intellectu dicetur in secundo arti. hanc conclusionem tenet ex-presse Bar. in l. 4. §. hoc autem. ff. de dam. infec. vbi dixit per d. l. libellorum, q̃ absente accusatore non potest sequi absolo diffi-nitiue de reo, sed solum ab obseruatione iudicij. & sic simplici-ter tenet, q̃ iudex non possit absoluere ab obseruatione iudicij. & sic etiam dicit, q̃ in locum accusatoris non potest recipere te-stes absente accusatore. Super secūdo articulo, communis opi.
c est, q̃ iudex[c] desistente accusatore ex quacunq; cā possit ipse p̄ sequi processum & inire. & ita vī probari de iure canonico in c. 2. de collu. ibi per Inn. Sed quicquid sit de iure canonico, vel de iure ciuili, Bar. tenuit idem esse in l. si maritus. §. si negauerit. ff. de adul. & in l. transigere. C. de transac. idem tenuit & prolixius in l. pe. in prin. ff. de pub. iu. & in l. libellorum. §. fi. præalle. alleg. tex. in d. l. pe. in prin. & in l. 2. in fi. C. de aboli. & in d. §. fi. quæ iu-ra, si recte inspiciantur, non probant opi. suam, quia text. in l. pe. loquitur non de prosecutione iudicij, sed de executione senten-tiæ, vt patet in tex. res ab alio iud. posito in tex. Et iō hz aliā lect. quæ vī verior. tex. in l. 2. C. de aboli. non dicit, q̃ iudex prosequa tur ex officio, sed q̃ accusator cogitur persistere in accusatione, si non petit abolitionem ex iusta causa. Nec potes dicere, q̃ ac-cusator non debet admitti tanquam suspectus, quia hanc suspi-tionem tollit metus pęnæ talionis, si non probauerit accusatio-nem, propter quem præsumitur, q̃ fideliter litem peragat. Præ-terea iudex ipse poterit assistere & non pati accusatorem dolo-se versari, vt in fin. q. respondet Bald. in l. quædam, in princ. ff. de eden.

ADDITIONES.

a Iudex. Ad accusatorem adde Bar. post gl. in l. Papinianus. in §. j. ff. de in offic. te sta. & in extrauag. ad reprimendum. in uer. neglexerit. & per Imo. in d. l. inter accusatorem. & in c. licet. de loca. & adde meliorem tex. in l. quamuis indubi tati. C. de aduo.

b VIN. GOD. Iudex potest, & debet pro reo supplere, quando uidet actori a-ctionem non competere, & etiam in instrumento impugnato se fundare. Rui. cons. 190. nu. 9. lib. 1.

c VIN. GOD. Quando iudex potest etiam parte non petente in iudicio inqui sitionis condēmnare ad damnum, & interesse. Goz. cons. 103. nu. 7.

de eden.quinimmo accusatore p̃sente poterit testes ꝓdncere, vt tradit Bart.in dispu. sua,§. allegata, & Bald. in l.presbyteri.C.de epis.& cler.Tex.autē in l.libellorū in fi. probat ꝯ ipsum, ꝙ reus est absoluendus ab obseruatione iudicij de necessitate,si hoc postulet.& ita illum tex.intelligit Bar. in illo §. hoc autem iudiciū. Nec obst.ꝙ in illo §.fi.ꝓmittitur repetitio rei.j.30.dies,prosecutio veteris instantiæ per alium accusatorem vel per iudicem, secundum eum,quia ille intellectus manifeste repugnat text. qui dicit,ꝙ repetitio fiet ex integro.& sic patet ꝙ non potest fieri ꝓsecutio veteris accusationis.& hoc bene ponderat Io.de Imo.in l.inter accusatorem,prælegata. Sed tamen pondera diligētius illum tex.& fortius, quia si iudex potest prosequi veterem instātiam,& finire iudicium loco accusatoris, ergo non est prius facienda absolutio ab obseruatione iudicij, quasi accusator defecerit,quia immo non deficit, ex quo iudex subrogatur loco ipsius.Præterea accusatore mortuo,cum quantum ad eum sit finita accusatio ipso iure, respectu ipsius absolutio ab instantia iudicij esset superuacua.vt ergo operetur aliquid, dicamus ꝙ ex eadem instātia nullus poterit prosequi iudicium accusationis,sed bene poterit de nouo alius accusare,vel iudex inquirere, faciendo nouum processum,vt ibi tangit Bar. Et si tu dicas,quomodo restringitur potestas accusandi.j.30.dies. ꝯ l. querela. C. de fal. Respondet,vt dicit Io.de Imo.in d.l.inter accusatorem, ꝙ speciale est illo casu in fauorem rei, vt qui vult repetere accusationē abolitam per mortem, vel impedimentum accusatoris, agat j. 30.dies.& ista opi.videtur verior de iure. sed alia est cōmunior & seruaretur in practica.Et ad ea,quæ diximus in gl.ista de pœna desistentis ab accusatione, adde ꝙ licet ante litem contestatam in multis casibus quis non possit desistere,semper tamē potest corrigere & emendare libellum vsque ad litem contestatā, sicut posset in ciuilibus,per l.edita.C.de eden.ita dixit gl.quam Bal.reputat sing.in l.si maritus.§.si negauerit,de adul.& allegat eam diffuse hoc declarans in l.accusationem,in vlt.q. C.qui accu.non poss. Et ad text. quem allegaui tibi contra communem sententiam in l.j.C.ad Turp.respondet, vt ibi per gl. Et ꝙ per solam inscriptionem auferatur facultas desistendi, est casus in l.2. C.vt j.cer.temp. Et ꝙ non requiratur, ꝙ reus sit detentus & sub custodia probat tex.in l.fallaciter. C.de calum. Et ad materiam vide Bal.in l.j.C.vt infra cer.temp.

S V M M A R I V M.

1 *Promoueri patiens se ad dignitatem ecclesiasticam,cum sit inhabilis, committit crimen graue.*
2 *Intrusus,quis dicatur.*
3 *Prælatus ecclesiam suam subijciens Principi seculari contra eius priuilegia, crimen depositione dignum committit.*
4 *Princeps secularis in temporalibus suam intentionem de iure communi fundatam habet,vt pro his ecclesia homagium sibi facere debeat.*
5 *Citatio,quod aliquis compareat die feriato,an fieri possit.*
6 *Reus citandus vbi est valdè remotus,iudex etiam in causa grauissima & criminali peremptorium in prima citatione assignare potest.*
7 *Viarum discrimina allegans,an excusetur a comparendo coram iudice.*
8 *Procurator in causa criminali, etiam vbi agitur de depositione ab ordine, an interuenire possit.*
9 *Contumax per iudicem nouo genere pœnarum, vltra refectionem expensarum,mulctatur.*
10 *Citatus ad petitionem accusatoris inhabilis,de cuius inhabilitate non constat euidenter,si non comparet,an sit contumax.*
11 *Infamia ex accusatione minus legitimi accusatoris,si oritur, purgatio indicitur post accusatorem repulsum, an orta præsumatur, & grauata accusati opinio.nu.seq.*
13 *Procurator in populari actione ex parte actoris,quando interuenire possit.*
14 *Actionis popularis commodum agenti applicatur,& actio per litis contesta. propria efficitur.*
15 *Procurator in causis criminalibus, vel ciuilibus, an & quando interuenire possit.*
16 *Accusare licet quilibet de populo potest a princip.in crimine publico, an postq̃ accusauit,alter possit.*
17 *Agens ciuiliter in duobus casibus singularibus vltra cæteros, non potest procuratorem constituere.*
18 *Exceptio declinatoria in iudicio criminali,quæ contingit crimen per procuratorem,vtrum opponi possit cum suis expensis.nu.seq.*
20 *Notorium ab onere probandi,sed non proponendi releuat.*
21 *Iudex an supplere possit partis defectum in opponen.exceptionem notoriam.*
22 *Crimen quantumcunque notorium,iudex incompetens non punit.*
23 *Causa dispositionis propter notorij qualitatem actui adiunctam cessante,cessat & ista dispositio.*
24 *Procurator ad proponendas exceptiones ante litem contest. etiam non satisdans,est legitimus.*
25 *Principaliter quod agitur,in omni dispositione attenditur.*
26 *Tutorem ad remouendum,cum ciuiliter agitur, an & quando in consequentiã possit tutor puniri criminaliter.*
27 *Exceptio declinatoria,defensionis appellatione,an contineatur.*
28 *Ex,dictio,quid significet.*
29 *Exceptio banni,an sit exceptio declinatoria,& vtrum sit peremptoria, & possit opponi in vim declinatoriæ, nu.seq. & quid si statutum dicat, punietur exceptio peremptoria. nu.31. & an opponi possit etiam post sententiam. num.38.*
32 *Exceptio,quæ causatur ex qualitate personæ agentis, declinatoria appellatur.*
33 *Exceptio peremptoria,non declinatoria per bannum paratur.& quid quando statutum permittit bannitum impune occidi nu.seq.35.& 37.*
36 *Probare contra instrumentum,& contra præsumptionem ex illo orientem, diuersa sunt.*
39 *Accusatus vel inquisitus de crimine capitali, si statuto cauetur, quod nō possit aliquam exceptio proponere, nisi compareat, vtrum erit aliquod remedium, si velit per procuratorem proponere exceptionem banni, vel aliam declinatoriam.*
40 *Exceptio euidentis calumniæ,ineptitudinis libelli,exceptioni comparatur.*
41 *Appellationis remotio præcise in rescripto facta, non tollit quin ex iniquitate notoria appellari possit.*
42 *Excipiendi facultate,per superioris priuilegium ablata,etiam fundata in naturali æquitate exceptio tollitur.*
43 *Excipere prohibitus,non videtur prohibitus proponere exceptionem concludentem,agentem non habere ius ipso iure.*
44 *Statutum si ad ius commune reducatur,superfluum non videtur.*
45 *Iudicis officium,quando sit defensio.*
46 *Reus impeditus probabili impedimento,sed non præcise necessario, vt puta nō audet comparere propter inimicitias capitales,an quilibet excusator etiam sine mandato admittatur.*
47 *Periculo se obijcere nemo præsumitur in dubio. & quid in actu de natura non illicito.nu.seq.*
49 *Defensor cum mandato,procurator vocatur.*
50 *Defensor absque mandato,quando admittatur.*
51 *Exceptio loci non tuti,si a reo opponitur,quando tollatur,si iudex offert securitatem.*
52 *Locus securus esse dicitur non solum pro reo, sed etiam pro testibus aduocatis,& alijs personis necessarijs.*
53 *Reus citatus, quādo dicontumacia propter hostilitatem excusari non habeat.*
54 *Impedimentum,quod facile remoueri potest,non est iustum.*
55 *Procurator ad articulum vnum constitutus,non tenetur per satisdationem legitimare personam.*
56 *Exceptiones declinatoriæ,an & quando sine mandato proponi possint.*
57 *Reus qui personaliter comparere habet,licet ex statuti forma nullam proponere possit defensionem,tamen incompetentiæ potest.*
58 *Procurator, quare sit, ꝙ tam ex parte rei, quam actoris non admittatur in causa relegationis.& nu.seq.*
60 *Præsentia dictio, de proprio significatu personarum præsentiam importat.*
61 *Carceratus non præsumitur ita diligens,sicut procurator expeditus.*
62 *Procurator in causis grauioribus,quare non admittatur.*
63 *Iudex in alijs causis a relegatione infra partem volentem comparere,personaliter cogere potest.*
64 *Interesse publicum a priuato, quando est inseparabile, iuri publico renunciari non potest.*
65 *Relegationis in causa,an possit interuenire procurator.*
66 *Pœna minor,an imponatur honestioribus,quam humilibus, in quantumcunq; atroci crimine,& in personis illustribus, quandoque maior relegatione imponatur.*
67 *Exilium proprie,quid.& quid relegatio.nu.69.*
68 *Iudicium publicum,quid.*
70 *Lex generalis sequens, vel præcedens restringitur per legem specialius disponentem.*
71 *Procurator,si non potest constitui ab homine in facientibus pro se tantum, an hoc a lege iuduci possit.*
72 *Procurator,sicut non interuenit in capitali causa,an ita in integ. restitntio per eum non peti possit.*
73 *Reus per procuratorem in capitali causa non confitetur crimen.*
74 *Procurator in causa capitali pro carcerato,vtrum interuenire possit.*
75 *Reus vinculatus in causæ examinatione apud acta audiri debet.*
76 *Diligentia in officiali præsumitur.*
77 *Appellandi actus,non est proprie actus iudicialis.*
78 *Seruus ad defensionem,non debet admitti,nisi in subsidium.*
79 *Consors pro consorte,in criminali procurator esse potest.*
80 *Procurator ex parte rei,vel accusatoris,vtrum si non repellitur, valeat processus ipso iure.*
81 *Iudex & reus,an accusatori remittere possint pœnam calumniæ.*
82 *Crimine in priuato, quòd non possit accusare criminaliter,pars non pacisci tur, licet iniuriam quo ad actum ciuilem remittat.*
83 *Accusatore absente,& reo præsente iudicio,p reo liquidato,an reus ipse absolui possit,licet accusatus non possit de calumnia puniri.*
84 *Reus,quamuis sit absoluendus in omnem euentum, siue sententia præiudicat alijs,siue non,vtrum absolutoria contra accusatorem præiudicet alijs.*
85 *Iudicium an sit nullum,quando procurator interuenit a principio ex parte accusatoris, vel rei.*
86 *Sententia lata pro vno in causa,in qua agens non petit sibi aliquid dari, sed a iudice declarari,an prosit omnibus.*
87 *Reus quamuis absens,non possit damnari in causis a relegatione supra,an possit diffinitiue absolui.*

88 *Iudex in iudicio plenario, si protulit sententiam, in qua dicit se summarie cognouisse, sententia est nulla ipso iure.*

89 *Dictio penitus, quid importet.*

90 *Actus factus per procuratorem, in quibus casibus prohibetur constitui, si nō opponatur, an valeat.*

CAP. XV.

VEniens. Qui iurauit aliquem nō accusare, ab eius accusatione repellitur. Vel sic & plenius. In causa criminali procurator non admittitur ad disputandum de crimine, sed ad exceptiones declinatorias non tangentes crimen, & iurans non accusare aliquem, repellitur ab accusando. Et sunt duæ partes principales. Secunda est ibi, cum igitur. In prima ponitur factum. in secūda

1 pronunciatio. † No. primo [a] ibi, cum esset filius sacerdotis, ꝙ ille

a qui patitur se promoueri ad dignitatem ecclesiasticam, cum sit inhabilis, committit crimen graue & depositione dignum. sup quo vide quod tradit no. Bar. in l. j. & 2. C. si seruus, aut li. ad decurio. aspir. & quod no. in c. sciscitatus. s̄. de rescript. Secūdo no.

2 ibi, † intrusus, &c. ꝙ ille dicitur intrusus [b] in beneficio, qui in eo

b est in possessione de facto, & cuius titulus est nullus. Et de virtute huius verbi vide per Hosti. in c. in literis. s̄. de resti. spol. & tex. cum gl. in c. tanta. & in c. ad aures. j̄. de excess. præl. & in c. cum iā dudum. s̄. de præb. Et qualiter illegitimus non possit promoueri ad episcopatū, vide tex. & quod ibi no. in c. innotuit. s̄. de elec.

3 † Tertio no. ibi, Homagium duci Boemiæ, ꝙ prælatus subiiciens ecclesiam suam in aliquo principi sęculari contra priuilegia ꝓpria ecclesiæ, committit crimen grauissimum, dignum depositione. Quid autem sit homagium, [c] & quid importet, vide glo. ordinariā in cle. pastoralis. ver. rursus. in verbo, homoq; ligius, de re iud. & quod no. in c. fi. j̄. de reg. iur. & in c. ex diligenti. j̄. de

c simo. Et quia iste tex. dicit, ꝙ episcopus fecit ꝯ priuilegium ec-

4 clesiæ, seu arguit hic Host. † ꝙ Princeps sęcularis in bonis temporalibus intentionem suam habet fundatam de iure communi, vt pro his ecclesia debeat sibi facere homagium. ad idem 8. dist. c. quo iure, & in c. nimis. s̄. de iureiur. vbi de hoc. Sed Doct. Mod. intelligunt & bñ, ꝙ ecclesia pro rebus, quas habuit a Principe sęculari, tenetur facere homagium, i. promittere obedientiam & subiectionem, si eas habet in feudum, sicut traditur in c. solitæ. de ma. & obe. 18. dist. c. si episcopus. secus si bona sint libere collata ecclesiæ, vel simpliciter, non in feudum. 10. q. j. c. nouerint. & 16. q. 7. filiis. ver. fi. Pro ista conclusione vide optimum tex. & ibi glo. in c. vnico, circa medium, de statu mona. lib. 6. vbi tex. faciens mentionem de homagio præstando per moniales, dicit, si habent illud prę̄stare Principi sęculari ratione feudi. & sic

5 tacite innuit, ꝙ ex alia causa non præstetur. † Quarto no. ibi, ad

d festum, &c. ꝙ citatio [d] potest fieri ꝙ aliquis compareat ad diem feriatam, & saluatur ista citatio, secundum Doc. i. post ferias immediate primo tēpore iuridico. de quo in c. fi. s̄. de feriis. Quin-

6 to no. ꝙ † vbicunq; reus citandus, est valde remotus, iudex etiam in causa grauissima & criminali potest assignare peremptoriū in prima citatione. de quo in c. j. s̄. de dilat. & in c. cum dilecti. s̄.

7 de do. & contu. † Sexto no. ibi, discrimina viarum. ꝙ allegans discrimina viarum. i. periculum, non excusatur a comparendo coram iudice. secus si allegaret periculum itineris, quia esset transiturus per locum inimicorum, vt in c. accedens. el 2. s̄. vt li. non

8 conte. & no. in c. ex parte. s̄. de app. Septimo no. ꝙ etiam vbi agitur de depositione ab ordine, non potest interuenire procurator in cā criminali, potest tñ interuenire a proponēdo exceptionem declinatoriam, per quam accusaror repellitur ab accusando, dummodo illa exceptio non contingat crimē. & in hoc iste tex. est valde no. & probat vnum membrum dist. Bar. q̄ ipse posuit in l. pe. §. ad crimen. in pe. col. ff. de publ. iud. de quo dicetur

9 plenius in gl. Octauo no. † ꝙ vltra refectionem expensarum ꝓtumax pōt puniri per iudicem nouo gñe mulctæ, quia licet sit absolutus a iudicio propter inhabilitatem accusatoris, cogitur tñ ꝓparere ꝑsonaliter coram Pontifice. & q̄uis in text. nostro non deprehendatur, ꝙ iste contumax refecerit expensas, dz tñ p̄supponi, ex quo declaratur fuisse ꝓtumax, iuxta materiam c. finem

10 litibus. de do. & cont. † Vltimo no. & semper tenemenți, ꝙ citatus ad petitionē accusatoris inhabilis, de cuius inhabilitate non ꝓstat euidenter, si non ꝓparet, est ꝓtumax, & pōt puniri ꝓtumacia sua, ēt postq̄ est detectum accusatorem fuisse inhabilē. & sic ampliatur l. 2. ff. si quis in ius vo. & l. siquis ex aliena. ff. de iudic.

11 fm Mod. hic. † Colligeē t ex fi. huius decre. ꝙ ex acusatione minus ltīma, si oritur infamia, indicitur purgatio post accusatorē repulsum. Ad idem tex. & gl. vlt. in c. cum P. s̄. eod. Vtrum autē

12 † in dubio ex accusatione minus legitimi accusatoris prę̄sumat̄ orta infamia, & grauata opi. accusati. tex. vr̄ probare, ꝙ non, fm so. Host. in c. memini mus. s̄. eo. & ibi fuit dictum. Ille tñ tex. loquitur de inhabilitate, quæ surgit rōne inimicitię, quia inimicis & maliuolis non est credendum, vt in c. qualiter. in verbo, a maliuolis. j̄. eo. Sed videtur esse eadem ratio in qualibet inhabilitate, per quam quis iudicatur illegitimus accusator. vbi autē quis ab accusatione voluntarie destitisset, in dubio præsumeret̄ potius remanere suspitio quædam, quam plena infamia, vt in c. licet, in fi. s̄. eo. In glo. posita super verbo, criminali, diffuse tract̄at hic Doct. vtrum in causis criminalibus vel ciuilibus possit interuenire procurator, quæ est materia multum vulgaris apud legistas. & quia gl. posuit hic plurimas fallentias, quæ loquuntur, cū agitur ciuiliter de crimine, dicunt Doct. & bene, ꝙ non sunt ꝓ-

13 prie exceptiones a regula. † Et inter alia, dum gl. dicit, ꝙ in actio-

e ne [e] populari nō potest interuenire procurator ex parte actoris, nisi quando vna cum interesse publico est coniunctum interesse priuatum, vt dicit tex. in l. licet, in prin. ff. de procur. Quæritur de ratione decidendi in hoc casu. & assignat glo. paruula in d. l. licet, duas rationes. Prima ratio est, quia agit causa publica, non propria ipsius agentis, ergo non potest constitui procurator, q̄ constituitur regulariter a domino causæ, vt l. j. §. vlus. ff. de proc. Secunda ratio est, quia cum quilibet de populo possit agere nomine suo, frustra constituitur procurator ad id, quod ipse habet

14 æquale ius, vel idem. † Et quia istæ rationes cessant post litē contestatam in actione populari, quia commodum actionis popularis applicatur agenti, & actio efficitur propria per litis contestationem, vt l. si cui. ff. de ver. sig. tenuit Bar. in d. l. licet, & Mod. hic referentes eum, ꝙ post litem contestatam, etiam ex parte actoris, poterit constitui procurator. Et ex hoc infert ipse ibi, ꝙ ex

15 † parte accusatoris in causis criminalibus non poterit interuenire procurator indistincte, siue imponatur pęna pecuniaria, siue corporalis, quia agit causam publicam, non propriam, quæ nō efficit̄ propria per litis contestationem, quia pęna non applicat̄ sibi, sicut in actione populari. Et hoc idē sentit clare in l. pe. §. ad crimen, circa prin. præall. vbi referens dicta Iac. de Bu. cuius fuit ista ratio, dicit ꝙ ista ratio est bona in accusatore, qui non prosequitur suam vel suorum iniuriam, & sic videtur sentire satis clare, ꝙ accusator in crimine publico, etiam si pro eo imponatur pœna a relegatione citra, non possit constituere procuratorem, quando non prosequitur suam, vel suorum iniuriam. Sed ista dicta cum reuerentia, non videntur vera, & contra illa videtur casus in l. j. §. plane. ff. an per ali. causæ ap. vbi Iurisconsultus expresse dicit, ꝙ in causa appellationis accusator potest constituere procuratorem, sicut accusatus. nisi ergo restringas tex. illum ad casum, cum prosequitur suam vel suorum iniuriam, ibi est casus ꝯ istam opi. nec videretur esse ista restrictio de mente litęræ, quia Iurisconsultus ibi in facultate constituendi procuratorem solum facit vim in hoc, vtrum causa sit pecuniaria, vel corporalis. Secundo pondera tex. in §. ad crimen, in ver. multo magis. dum dicit, quod multo magis repellitur procu. ex parte rei, quam ex parte accusatoris. sed hoc non esset verum, si accusator repelleretur ex eo, quia agit causam publicam & non suam, vt ostendam. ergo hoc non est dicendum. ꝙ autem ita sit, patet, quia sicut declarat Bar. & alij in d. §. ad crimē, circa prin. omnes aliæ rationes, quæ repellunt reum a constitutione procuratoris in causa crīali, habēt locum in actore. si ergo vltra illas rationes adiungatur etiam ista ex parte accusatoris, fortius repelletur accusator, q̄ accusatus. Vnde potest dici saluando istud dictum in aliquo casu, ꝙ ante litem contest. accusator qui nō prosequitur suam vel suorum iniuriam, indistincte non p̄t constituere procuratorem, sed post lit. contest. poterit cōstituere procuratorē, quia satis est, ꝙ sit effectus dñs instantię, licet ꝯmoditas cāę non

16 ptineat ad eū, vt possit substituere alterū loco sui, vt in c. j. de ꝓcu. li. 6. & l. nulla. & l. neq;. C. de ꝓcu. Itē licet † qlibet de populo possit accusare a principio in crīe publico, vt Insti. de publ. iud. §. j. post q̄ tñ vnus accusauit & factus est dñs iudicij, alter nō posset accusare, vt l. hi tñ oēs. §. fi. ff. de accu. vnde cessant rōnes assignatæ in glo. in actione populari. Si quis tñ vellet tenere simp̄r, ꝙ etiam ante litem contest. accusator possit constituere procu. a relegatione citra, etiam q̄ non prosequitur suā iniuriā, posset

ADDITIONES.

a No. primo. Adde ad hoc notabile, ꝙ uoluit Bal. in l. Imperialis. §. fi miles. C. de nu. ubi per illum tex. dicit, ꝙ si papa promouet spurium in episcopū ex certa scientia, uidetur eum legitimare, & sic limita istum text. faciunt quæ tradūt Ang. & Imo. in l. quidam consulebant ff. de re. iud. uide etiam Ro. in sing. 680. incl. lex, Barbarius. & Ant. Corse. in suis sing. in uerbo, Error communis. d. Iaſ. in l. 1. in prin. C. de test. & d. Fel. in c. Rodulphus. in 28. col. uer. & gusta. de rescri. & in c. ad probandum. in 3. col. uer. Limita secundo. de re iud.

b Dicitur intrusus. Adde tex. 7. q. 1. c. factus. et de uirtute istius, uerbi intrusus, habes tex. in c. cum uenissent. de rest. in integ. et tex. in 1. 72. dist. & in c. sup. 63. dist. ubi intrusus episcopus non habetur pro episcopo, faciunt nota ta ꝓ Bar. & Doc. in l. meminerint. C. unde ui.

VIN. GOD. Nota, ꝙ intrusus non habeat uerum prælaturæ titulum, etiā si post papa eum ignorans intrusionem promoueret. Pet. a Biax. in tit. directorium elec q. 8. nu. 2. ꝙ habetur in lib. 8. trac. fol. 24.

c Quid āt sit homagiū. uide no. ī c. 3. ī prī. d̄ ista. mo. et ī cle. d̄ iureiu. c. 1. & plene ī Sp. d̄ feu. §. nūc d̄ hōagiis, et uid̄ ī c. nimis. de iureiu. et ī c. grauē. d̄ excess. ꝓl.

d Q̄d citatio. Adde, citatio facta die feriata nunquid ualeat ꝓ Bart. et Doc. inl. 1. §. nunciatio. ff. de ope. no. nun. et faciunt ad istud notabile quæ tradit Bar. in l. sed si uices. §. fi. ff. quod ui aut clam. et in l. 2 ff. siquis in ius uo. non ierit.

e VIN. GOD. Adde de actione populari, q̄ scribit Rom. cōs. 152. ꝑlens. nu. 2.

reſponderi ad l.licet,& ad ſi.ꝙ propter periculũ, quod ſubit accuſator poſt inſcriptionem,per quam obligatur ad proſequendam litem vſque ad finem,alias ſubiicitur pœnis deſiſtentium, de quibus in c.licet. s̃.eo. ipſe habeat plus poteſtatis quam ille, qui agit actione populari ante litem cõteſtatam. Et ad hoc mult tum facit text.in d.l.j,ver. plane.qui ſimpliciter dicit, ꝙ in cauſa appellationis accuſator conſtituit procuratorem.& tamẽ ſi partes ſunt præſentes,lis in iſta cauſa eſt de nouo conteſtãda. & ſic accuſator non poſſet cõſtituere procuratorem in qualibet parte illius cauſæ,quod videtur contra mentem illius literæ. Preterea ſaltem ante litem conteſtatam in aliquo caſu fortius dicere tur repelli procurator accuſatoris in crimine publici iudicij, q̃ procurator rei, cum tamen indiſtincte tex.dicat op. in §. ad crimen.diſtinctionem tamen s̃. poſitam ſequuntur hic Mod. qui ita referunt dicta Bar.ſed reuera Bart.ſenſit, vt s̃. retuli. Dicit tamen tex.no.quem ibi ponderat Bar. ad hoc,ꝙ etiam quando ille qui proſequitur cauſam publicam,habet priuatum intereſſe admixtum, non admittitur ad conſtituendum procuratorem ſimpliciter,ſed cã cognita,& cum permiſſione iudicis, ita ꝓbatur in l.non cogen.§.qui ita.ff.de procu.† Et quia hucuſque diximus de actione ciuili, in qua non poteſt conſtitui procurator, duos alios caſus ſingulares tenebis menti,in quibus agens ciuiliter non poteſt conſtituere procuratorem. Vnus eſt in actore,q̃ alienauit ius ſuum in potentiorem, vt eſt caſus not. ſecundum Bar.ibi in l.cum miles.in fi.ff.de ali.iu.mu.cau.fac. Alius in ſeruo,qui prouocat de ſeruitute in libertatem, credo propter magnitudinem præiudicij.& quia magna pręſumptio eſt cõtra eũ caſus eſt ſin.quem ibi ponderat Bal.ad hoc in l.j.in princ. C.de aſſer. tol. & vide Guil.in Spec.in ti.de proc. §.j, ver.item excipitur.Et in illo caſu,ſi agens eſſet impeditus,non poſſet adhuc cõſtituere procuratorem, ſed deberet mittere executorem, ſecundum Bal.ibi.ſed Ang.dicit & no.in l.Pompo.in prin. ff. de procur.vbi notat alium caſum ſing. in quo non licet in cauſa ciuili comparere per procuratorem,quod illud eſt intelligẽdum,niſi impeditus iuſto impedimento. Et quia gl.tua circa prin.dixit,ꝙ in cauſa criminali reus poteſt conſtituere procuratorem ad exceptiones proponendas, reuocatur in dubium cæteris omiſſis, ad quæ non eſt opus addere, † vtrum exceptio declinatoria in iudicio criminali,quæ contingit crimen,poſſit opponi per procuratorem. tolle exemplum ſi opponitur exceptio præſcriptionis contra crimen, iuxta l.querela.C.de fal.& l.j.§.accuſationẽ, & quod ibi per Bar.ff.ad Turpil. quæ poteſt opponi ad proceſſum,ſecundum omnes in c.paſtoralis.s̃.de excep. vtrum iſta exceptio ad repellendum per procuratorem poſſit opponi. Tolle aliud exemplum, † ſi ſtatutum dicat, ꝙ bannitus non audiatur a in criminalibus & in ciuilibus, vel quod bannitus a poſſit impune occidi, quæ exceptiones poſſunt opponi ad proceſſum, vt j. videbis.ſuper quo Bar.in d.§.ad crimen.referens diſputationem Iac.de Are.quam etiam refert & ſequitur Io.An in ti.de accuſatore.§.fi. ver.quid ſi bannitus.diſtinxit,ꝙ aut exceptio declinatoria eſt notoria, puta ſi excipitur ꝙ non debet procedi in accuſatione,quia reus ſemel abſolutus de crimine vel condemnatus & ſoluit.& tunc iſta exceptio poteſt allegari per procuratorem, quia iudex ipſe ex officio poſſet repellere accuſatorem, vt arg.l. Fulcinius,§.ꝙ ſi aduerſus.ff.ex qui.cau.in po.ea.iuncta l.eo tempore.ff.de procur.& quod traditur in l.qui maior, §.ſi libertus, & §.ſi præſens.ff.de bo.lib.vbi patet, ꝙ euidenter calumniãtem iudex ex officio repellit, iuxta l.2, C. de fal. Confirmatur hic ex no per glo.& Doct.in l.vbi pactum. C.de tranſ. Sed contra hãc ſententiam inſurgit hic do.Ant.de But.& Salic.idem tenens,in b l.reos.C.de acc.& mouentur in effectu iſta rõne,quia notoriũ b † releuat ab onere probandi,ſed non proponẽdi,vt in cle.appellanti.de ap.& in l.ſi adulterium.§.idem Pollioni. ff. de adult.& traditur per Io.An,in c.2.s̃.vt li.non conte.Dicitur igitur proponi iſta exceptio notoria . ſed procurator non poteſt eam proponere , quia poteſt per eam legitimare perſonam ſuã in iudicio. ergo non admitteretur ad proponendum . Et vt creſcat dubitatio conſidera,quia non eſt verum ſimpliciter ꝙ iudex poſſit ſupplere defectum partis in opponendo exceptionem notoriam , niſi vel exceptio notoria concludat agentem non habere ius accusãdi ipſo iure vel agendi, vt dicitur in d.l.vbi pactum. Vel ſi iudex non ſuppleret vicem partis,actor locupletaretur cum aliena iactura,ſecundum quod ſin.diſtinguit Bar.declarando ibi gl. in l. ſi vnus.§.pactus ne peteret.in verbo, in opponendo. ff. de pac. Pone ergo, ꝙ obiiceretur ad proceſſum exceptio, quæ elideret potius ius accuſandi, quã tolleret ipſo iure, ſicut ipſa exceptio, ꝙ bannitus non audiatur, vel ꝙ eſt præſcriptum crimen.tunc iudex non poſſet repellere ex officio . ergo nec alius poſſet proponere pro ipſo reo. Do. ſo.de Imo.in §.ad crimen.præal.ſequẽdo communem ſententiam in hoc membro in effectu reſpondet, ꝙ ſpecialẽ eſt in notorio in quo non ſeruatur ordo iuris,ꝙ licet procurator non poſſit legitimare perſonam ſuam, admittatur tñ ad proponen.iſtam exceptionem iuxta c.ad noſtram. de iure

22 iur.Sed iſta ratio non ſatisfacit,quia ſicut † crimen c quomodo-
c cunq; vel quantumcunq; notorium, nõ poteſt puniri per iudicem incompetentem,vt l. magiſtratibus.& ibi per Bar.ff.de iur. om.iudi.ita non dz concedi,ſi procurator non eſt ltĩmus,ꝙ poſſit proponere exceptionem q̃is notoriam. Vnde oz dicere,ſaluando iſtam communem ſnĩam,ꝙ q̃is alias in cauſa criminali perſona procuratoris non eſſet ltĩma,quando tñ proponit exceptionem notoriam,dicetur ltĩma,quia ceſſant rationes, propter quas procurator prohibetur conſtitui in cã criminali,de q. bus dicetur tibi poſtea,& traditur in d.§.ad crimen, in prin.cõmenti.Sed d.Ant.fuit in hac opi.quia ipſe dixit, ꝙ cã cur procu. non admittitur ex parte rei, eſt quia non poteſt ſatiſdare de iudicato ſoluendo,ſicut tenetur facere procu.rei, vt l.j. C.de ſatiſda. Quare iſta ratione attẽta,ipſe dicit quod cum iſta rõ adhuc duret,ſi exceptio eſt notoria,talis exceptio non poteſt proponi per procuratorem.Sed iſta ratio reprehenditur & merito, vt j. videbis,& ideo poterit allegari iſta exceptio, quia aliæ rationes aſſignatæ per Doct.ceſſant, vt dictum eſt. & licet iudex aliqñ ſuper exceptione notoria non poſſit ſupplere,poteſt tñ concedi, ꝙ id quod iudex non poteſt ſine mandato, poſſit procu.cum mãdato. † quia quando ceſſat cauſa diſpoſitionis propter qualitatem 23 notorij adiunctam actui,ceſſat etiam ipſa diſpõ, vt in c.propoſuit.s̃.de ap.& quod ibi no.Et quod s̃.dixi,ꝙ procu. conſtitutus ad vnum articulum non tenetur ltĩare perſonam ſuam per ſatiſdationem de iudicato ſoluendo, vr̃ eſſe veriſſimum, quia cũ ſnĩa lata pro ipſo non valeret,vt l.ſi procur.C.de procur. nec ſit ipſe condemnatus,non eſt interponẽda iſta cautio,nec ẽt reperitur iure cautum, ꝙ talis procu. conſtitutus ad vnum articulũ, teneatur ſatiſdare de iudicio ſiſti. Sed eſt alia reſponſio no.quia 24 † ad proponendas exceptiones ante litem conteſtatam proc.eſt legitimus,licet non ſatiſdet, vt tradit ſing. Spec.in titu.de ſatiſda. §.expedito, ver.ſed pone, procura. Secundo caſu, quando exceptio declinatoria, d quæ proponitur,non eſt notoria,articul⁹ eſt d valde dubius,& fuerunt diuerſæ opi.nam Io. And.hic,in nouel. & Iac.But.in l.2.C.de accu.dicunt ꝙ iſta exceptio poteſt proponi in vim dilatoriæ.& hanc ſententiam ſequitur Ioã. de Imo.in d.§.ad crimen, in effectu tribus rationibus . Prima ratio ſua eſt, 25 † quia in omni diſpoſitione debet attendi id,quod principaliter agitur, vt l.ſi quis nec cauſam,in fi.ff.ſi cer.pet.& in l.j.§.ſi te rogauero.ff.depoſiti.Sed excipiens ad repellendum accuſatorem, licet deducat crimen,ſuper quo eſt facta accuſatio , non tamen deducit ad eum finem,ſed ad finem repellendi : ergo cum non agatur de crimine,prout eſt deductum ad puniendum,vel prout eſt deductum in accuſatione,ceſſabunt iura,quę in illo crimine prohibent conſtitui procura. Sed iſta ratio poteſt reuolui ad oppoſitum,quia quamuis iſte actus opponendi exceptionẽ declinatoriam de ſe non tendat ad punitionem criminis, & ſic ad proſecutionem accuſationis intentatæ, quia tantum actus iſte venit incidenter, & vt pars iudicij criminalis,ſine dubio dicetur actus criminalis,factus ſuper crimine, & hoc videtur ſufficere, vt procu.in eo non poſſit conſtitui, quod ſuper crimine intercedit.quia ſi debet attendi, quod principaliter agitur, ergo ipſum iudicium criminale principaliter intentatum debet conſiderari,vt videamus quid poſſit fieri in illo iudicio,vt patet in l.interdum.§.qui furem.cum ibi no.ff.de fur.Vnde rñdendo formaliter,ego dicam ꝙ debet attendi quod principaliter agitur reſpectu actus principalis deducti in iudicio,non quod agitur principaliter in actu incidenti,qui dz dependere a natura principalis. Pro iſta ꝯcluſione eſt caſus quem ipſe ſcdo loco inducit pro ſe ĩ l.non ſolum.§.fi.ff.de procu.iuncta l.j.§.item ſolet ff.de offi.p̃f. 26 vr. vbi probatur f̃m eundemmet in d.§.ad crimen. ꝙ † q̃is cũ agitur ciuiliter ad remouendum tutorem,in ꝑnam poſſit tutor puniri pęna crĩali,quia tñ iudicium principaliter intentatum eſt ciuile in toto iudicio quo ad omnem effectum poterit interuenire procura.Idem ergo dicamus eꝯ,ꝙ ſi iudiciũ principale eſt crĩale licet actus veniens, vel incidens ei de ſe tendat ad effectum

ciuilem

ADDITIONES.

a Bannitus poſſit impune offendi.An autem tale ſtatutum ualeat, uide Bart.late in l.omnes populi.in 8,col.uer.exiſta theorica.ff.de iuſti.& iu.ubi Mod.latiſ. ſime,adde ẽt per d.Fel.in c.quæ in ecc. in 2,col,de conſt. ponit etiam d.Alex. in conſ.63.alias 65.inci.attenta diſpoſitione ſtatuti,in prin.in 3.uol.

b Notorium releuat ab onere.Vide ad iſtam reg.d.Fel.in c.prudẽtiam. in 3. col. uer,nõ ob.de of.dele.& d.Ia.in l. ex quacũq;. in 6.col.ff.ſiqs in ius uo.nõ ier. VIN. GOD Adde,ꝙ in notoriis ceſſat iuris ſolemnitas, nec eſt neceſſe dare copiam repertorum tali delinquenti notorio, nec poterit dici de nullitate, ſi in iſtis non ſeruetur ordo, aut ſolemnitas.Thom.Gram.deciſ.37.nu.56

c Crimen quomodocunq;.Adde Bar.in l.non dubium.& in l.diuus,ſecũda. ff.de cu.reo.aliquid in l.unica.ad fi.prin.ff.ſi quis ius dic.non obt.& per do.Ant.de But.in c.1.de of.or. et ibi dicit Imo.quod legiſtæ cõiter tenent iſtam opin. tu uide Bal.ꝓrium tenentem in auth.clericus.C.de epiſ.& cle. Ang.in d l.diuus. et in l.j. C.de exhi.reis.Sal in l.ea quidem.in 8.col.C.qui acc.non poſ.et Imo. et do.Abb.in d.c.1.de offi.ord.

d VIN. GOD.Exceptio declinatoria euidenter nota iudici,etiam non oppoſita operatur.Cor.conſ.203.in hac,litera G.lib.2.

ciuilem sicut exceptio ad repellēdum, iudicabitur tamen vt criminalis. facit tex. in l. quotiens. & quod ibi no. C. de iudi. & per hæc tolluntur duo argum. sua. Tertio arguit ipse & inducit tex. in d. §. ad crimen, quia tex. dicit ibi quod ad prosequendum crimen publicum non admittitur procur. prohibetur ergo procur. a prosecutione criminis, sed reus opponendo exceptionem declinatoriam non prosequitur crimē, quinimmo repellit prosequi volentem prosecutionem. ergo procur. iste debet admitti. Sed ista inductio est impertinens, & verba tex. reuoluētur ad oppositum, vt ĩ. videbis. nam tex. dum loquitur de prosecutione, non loquitur in reo, sed in accusatore. In reo autem dicit cō sequenter, ꝙ non potest constituere procuratorem ad defendē
27 dum, sed † defensionis appellatione continetur exceptio declinatoria, vt l. sed si susceperit. §. j. in verbo, alijs defensionib⁹. ff. de iudi. & traditur per Bal. in l. quoniam Alexandum. C. de adulte. ergo ille tex. facit pro sententia communi. Vnde arguo sic formaliter, aut quæris vtrum per verba posita in d. §. ad crimen, accusator videatur prohibitus constituere procuratorem. videt ꝙ sic, quia etiam in controuersia ipsius exceptionis declinatoriæ accusator petit se admitti ad prosequen. ergo non admittitur ꝓcur. vt ibi. Aut quæris, vtrum videatur reus prohibitus ex verbis illius literæ. & videtur prohibitus, quia est prohibitus se defendere per procuratorem, & exceptio declinatoria est defensio, vt dictum est. Vnde his argumentis reiectis, debes considerare in ista materia, quod quamuis ex parte accusatoris accusator non possit dici super exceptione declinatoria prosequi accusationē, quia non prosequitur accusationem, sed petit se admitti ad prosequendum, non obstante exceptione: nihilominus, quia ista petitio est prosecutio causæ criminalis, non quia immediate ꝓpinqua, tamen ad prosecutionem immediatam, quia per hoc quod petit se admitti ad prosequendum, appropinquat ad actū prosecutionis, alias expeditionis causæ. i. ad ipsam prosecutionē dispositio facta super prosecutione principali & immediata de crimine, habebit effectum in isto, per tex. no. in l. qui vxori. ff. de au. & arg. leg. per quem Bar. dixit no. in l. ambitiosa. ff. de decre. ab ordi. facien. quod dispositio facta super vno actu, respicit etiā causam mediatam non multum remotam. licet ergo iura dicunt ꝙ super criminis prosecutione non potest constitui procurator ex parte accusatoris, verificabuntur etiam quando accusator non prosequitur, sed petit se admitti ad prosequendum, maxime, quia verba conueniunt, quoniam disputatur super crimine. Nec ob. si dicatur, ꝙ cum dispositio iuris dicat, ꝙ sup crimine non admittatur procur. ista dispositio non debet extendi ad articulos contingentes crimen, in quibus tamen non tractatur de punitione criminis, iuxta ea quæ tradit Bar. plene in l. solent, in fi. de ali. & ciba. leg. cuius dicta retulimus in c. cum P. s̃. eo. maxime quia non videtur esse eadem ratio repellendi procuratorem in ista exceptione, quæ est in causa principali, quoniam non tractatur de puniendo reum vel accusatorem. & sic videtur cessare ratio potissima, propter quam prohibetur interuenire procur. ex parte vtriusque, ne. s. pœna illudatur. & ideo dispositio. §. ad crimen, non videtur extendi ad hunc casum, arg. c. super his. ĩ. eo. Quia ad hoc respondetur, ꝙ cum hic disputetur de crimine, vt dictum est, & accusator satis dicatur prosequi crimen, vt s̃. declaraui, ex parte accusatoris satis conueniunt verba legis, ex parte etiam rei magis cōueniunt, qui prohibetur cōstituere procuratorem ad defendendum, vt s̃. declaraui. & ideo alia iura loquuntur paulo largius quam tex. in §. ad crimē. quia dicunt, ꝙ in causa criminali non admittitur procur. vt patet in c. j. de iud. lib. 6. & 5. q. 3. in criminalibus. & quamuis tex. in l. j. §. j. ff. an per alium cau. op. red. pos. procurator non potest interuenire in crimine, ex quo sequitur pœna, &c. declaratur tamē per præcedentia & sequentia, quod intellexit in crimine. i. in causa
28 criminis. & sic non ob. ille tex. qui propter † dictionem ex, [a] quæ
a ponitur in tex. quæ significat causam immediatam, vt l. j. §. ex incendio. ff. de incen. rui. & nau. daretur significare, ꝙ solum prohiberetur constitui procurator quando ageretur super crimine ex quo esset pœna imponenda. Et ista conclusio est tenenda, qa communis & vera, licet Bal. aliter sentiat in c. j. §. homicidium,
29 de pace iuramē. firmā. †Sed quia in isto articulo diximus, quod exceptio declinatoria non potest opponi ad processum si cōtingat crimen. Quæritur vtrum exceptio banni in qua ponunt exē plum Doct. sit exceptio declinatoria & vtrum sit peremptoria. ita ꝙ possit opponi vtroque modo. quam q. mouet Io. de Imo. in d. §. ad crimen. & ibi referens dicta Iaco. de Are. & Ioan. And. in titu. de accusatore. §. fi. ver. quid si bannitus, in effectu conclub dit, ꝙ aut statutum dicit, bannitus [b] non audiatur, vel querela deposita pro bannito occiso non audiatur. Aut statutum simpliciter dis ponit ꝙ bannitus possit impune occidi. Primo casu paratur exceptio declinatoria quæ potest opponi ad processum & ēt peremptoria quæ potest opponi ad merita causæ. Vnde est addendus modus opponendi secundum Ioan. An. quia si opponitur non pot est procedi in accusatione, quia occisus erat bannitus. ista exceptio erit declinatoria & ad processum. Si vero reus petat se absolui, quia occisus erat bannitus & non debuit audiri querela pro eo opposita. & tunc ponetur in vim peremptoriæ. †Cui adde ꝙ hanc exceptionem posse opponi in vim declinatorię est verum omnino, vt colligitur per Bar. in l. nam & postea. in prin. ff. de iureiur. & l. cum lex. in fi. ff. de fideiuss. & declarat Ang. eleganter in l. 4. C. pro emp. Nam ipsa verba statuti hoc
31 sonant cum dicunt, querela non audiatur. †Sed dubiū est nunquid quando statutum loquitur isto modo paretur exceptio ꝓemptoria, sicut dicunt Doc. prædicti. nam Bal. & no. in l. peremptorias. C. sen. rescin. non pos. & in l. per hanc. C. de tempo. ap. expresse tenet ꝙ per ista verba, bannitus non audiatur, non pa
32 retur exceptio peremptoria † quia exceptio, quæ causat̃ ex qualitate personæ agentis, & sic repellit personam, est declinatoria sui natura. l. filius. §. veterani. & ibi per Bal. in fi. commenti. ff. de procur. & plene probatur in l. exceptionem. C. de proba. & in c. pastoralis. s̃. de excep. Alibi dicit idem Bal. ꝙ ista exceptio potest opponi etiam post sententiam tanquam exceptio odiosa per l. tam & si. ff. ad Mace. ita no. ipse in l. eleganter. §. si post. ff. de condi. inde. Pro concordia possumus considerare tres casus. Nam aliquando ista exceptio inducitur per statutum prohibens contractum vel depositionem aliquam fieri simpliciter vel sine aliqua solennitate ita ꝙ causa huius exceptionis oritur ex actu magis quam ex qualitate quæ inhęret personæ. & tunc paratur exceptio peremptoria etiam ad merita causæ, sicut patet in l. j. C. ad Mace. & in l. j. ff. ad Mace. quæ iura adducit Bar. in loco, allegato. Aliquando statutum denegat audientiam non bannito ꝓ iniuria vel maleficio commisso in bannitum. & tunc manifeste patet ꝙ ista audientia denegatur non propter qualitatem inhærentem agenti, sed quia statutum non vult maleficium esse punibile. Et tunc dicendum est idem quod in casu præcedenti. qa vt ĩ. videbis quando delictum potest committi impune ipso iure non competit facultas accusandi. ideo accusans agit sine accusatione. quæ exceptio potest opponi ad merita causæ sine dubio sicut ad processum, vt in secūdo articulo dicetur. Si vero statutum negat audientiam ipsi bannito, tunc refert quia aut negat audientiam super actione ciuili descendente ex contractu vel quasi vel ex alijs causis quibus dantur actiones ciuiles: & tūc vera est opi. Bal. in l. peremptorias. ꝙ non paratur exceptio peremptoria sed declinatoria duntaxat, tum ratione. s̃. dicta, tum ratione fortiori. quia si pararetur exceptio peremptoria quę respiceret ipsam causam & non personam iuxta. l. exceptionem. §. rei. ff. de excep. tunc etiam si bannitus esset absolutus a banno obstaret agenti ista exceptio ex quo ius semel fuit elisum vel factum elidibile. item obstaret hæredi banniti. Sed vtrunque est falsum quia immo non obstat. Primum probat tex. singu. in ca. felicis. §. verum. de pœnis. lib. 6. Secundum tenet Iac. de Are. in disputatione sua, & etiam primum, sed non allegat illum tex. Io. And. in titu. de accusatione. §. fi. in vlti. q. addi. magnæ in ver. est alia quæstio. Iaco. de Are. Si vero bannito denegatur audientia in criminalibus pro offensa sibi facta. & tunc articulus est magis dubius. Nam si tenemus quod tenuit Ioan. And. in illa addit. quod per illa verba inducatur delictum non esse delictum. tūc sine dubio parabitur exceptio, & ad processum & ad merita causæ. vnde etiam poterit opponi absoluto a banno & hæredi ipsi⁹. vel saltem si teneremus ꝙ per illa verba in criminalibus ius accusandi videretur sublatum ipso iure vt tenuit Bart. in l. nam & postea, prælleg. & in l. cum lex, de fideiuss. de quo plene scripsi in c. nulli. s̃. eo. vbi videas. Sed si tenemus ꝙ per illa verba non tollatur facultas accusandi ipso iure. tunc forte verior esset opi. Bal. etiam in isto casu. licet ipse Bal. in l. seruum quoque §. publi
33 ce. ff. de procu. in prin. 3. cartę, teneat simpliciter, †ꝙ per bannū paratur exceptio peremptoria non declinatoria. sed ipse non loquitur quando statutum vtitur verbis prædictis. Si tamen vis tenere sententiam communem dicas ꝙ parabitur exceptio peremptoria si agat pro delictis commissis pendente banno, secus si agat pro delictis commissis ante bannū. Et ꝙ ista exceptio respectu actionis ciuilis, tu non debes audiri, inducat declinatoriam & non peremptoriam, satis bene probatur in cle. constitutionem, in prin. iuncto fi. de elec. lib. 6. non debeat audiri ad prosequendum

ADDITIONES.

a VIN. GOD. De ista dictione ex, quod causam significet immediatam, scribit Rui. consi. 162. num. 5 & 7. lib. 5.

b Bannitus non audiatur. An autem tale statutum ualeat. uide Ang. in consi. 230. & Inno. in c. quæ in ecclesiarum, de constitu. Barto. in l. si cum mulier. ff. solu. matri. vbi etiam Nico. de Nea. & Mo. Bal. in l. iubemus. §. sane. C. sacrosan. ecc. vbi allegat. l. si seruus. C. de his qui ad ec. confu. & uide eundem Bal. in q. incip. statuto cauetur & in repetit. d. l. si cum mulier, post gl. in c. 1. de rescri. in 6. Adde etiam Ang. in l. si non speciali. C. de test. & in l. 1. C. de bo. vacan. lib 10. & Lu. Rom. in consi. 20. & Bar. in ru. de exc. & adde bonum tex & ibi Bal. in l. 1. C. de pa. po & in l. plane, de peti. hæredi.

VIN. GOD. Adde ꝙ bannitus non potest acquirere ciuilem possessionem. nec naturalem, Rui. consi. 49. nu. 5. lib. 4.

ſequendum cauſam electionis. Si tamen aduerſarius patitur ꝓbari deducta, valet probatio & eſt caſſanda electio. quod non eſ
34 ſet verum ſi pararetur per iſta verba exceptio peremptoria. Sed poteſt reſpõderi, ꝙ ius deductum in iudicio ibi principaliter reſpiciebat eccleſiam. vnde non potuit parari exceptio quæ perimeret ius eccleſiæ, ſed ſolum repellens perſonam. † Circa ſecun
a dum a caſum, quando ſtatutum permittit bãnitum impune occidi, fuerunt opin. quia Iac. de But. in l. 2. & in l. adulteram. C. de adul. vñ ſenſiſſe, ꝙ per iſta verba paretur exceptio peremptoria, non declinatoria, & Io. An. hic, ſicut refert Io. de Imo. in d. §. ad crimen. Sed Bar. in §. præallegato. Iac. de Are. & Io. An. in addi. præallegata, dicunt contrarium, ꝙ iſta exceptio poteſt opponi ad proceſſum. Et hanc opi. approbat Io. de Imo. quia iſta exceptio oritur ex ſententia lata contra bannitum, quoniã ideo potuit bannitus impune occidi, quia fuit bannitus per ſentẽtiam. ſed exceptio re. iudicatæ poteſt opponi ad proceſſum, vt in c. j. de lit. conteſt. lib. 6. ergo & iſta poterit opponi. Sed tu aduerte, quia iſta exceptio ꝙ de iſta occiſione reus non poſſit accuſari, non oritur immediate & directo ex ſententia lata contra bannitum, ſed ex legis diſpoſitione, quæ vult, bannitum poſſe impu-
35 ne occidi. † vnde priuilegium iſtud, quod oritur ex ſententia, debet intelligi ſtricte de eo, quod immediate ex ſententia oritur, quia ſuper illo lex dicitur finita non mediate. Pro hoc optime facit, quod ponit glo. no. in l. hæredibus. in princ. ff. de dolo. quæ vult ꝙ exceptio, quæ competit contra agẽtem ex cauſa odioſa, non habet locum, ſi agatur ex illa cauſa mediate & non immediate. bene facit tex. gl. & quod ibi per Docto. in l. iuriſgentium.
36 §. quod fere. ff. de pac. † vbi patet, ꝙ aliud eſt probare contra inſtrumentum, aliud cõtra præſumptionem, quæ oritur ex inſtrumento. Pro iſta concluſione videtur caſus ſing. in l. j. §. præterea. in ſecundo reſponſo. ff. de contra. tu. vbi non impropriando tex. videtur probari, ꝙ ſententia lata ſuper exceptione compenſationis, licet pariat exceptionem rei iudicatæ contra agentem, non tamen repellit eum a limine iudicij, vt declinatoria. & tamẽ ſuper illo iure fuerat pronunciatum, licet non directo in forma, in qua agebatur. vnde dato ꝙ in illo caſu obſtaret exceptio litis finitæ, in caſu tamen noſtro non videtur obſtare. & in hanc par
37 tem inclinat Bal. in d. §. publice. Dicamus ergo, † ꝙ iſta opin. eſt vera meliori & fortiori ratione, quam ſentit Bart. in d. l. vbi pactum. Sed clarius ponit eam Bal. reprehendendo dicta Iaco. de But. in l. decurionum. C. de his, qui not. infa. ꝙ ex quo ſtatutum vult bannitum poſſe impune occidi, ſaltem quo ad ius ciuile, & quo ad obligationem pœnæ, iſtud delictum non eſt delictum, & nulla oritur pro ipſo accuſatio. ergo accuſatus poteſt repelli a limine iudicij, ſicut ille qui agit ſine actione ipſo iure, vt eſt caſus not. & ibi per Barto. in l. Papinianus. §. ſiquis impubes. ff. de inoffi. teſta. & eſt bonus tex. de iure canonico, in c. cum ad diſſoluendũ, in prin. de deſpon. impu. & in c. dilecti, de excep. Et quia ſ. diximus, ꝙ vbicunque denegatur audientia, ibi paratur exceptio declinatoria ad proceſſum, vide tex. & Bar. hoc dicentem in l. omnes. C. de fun. pat. lib. 11. & Bal. in l. poſtquam liti. C. de pac. & in l. j. C. de pa. po. Vide etiam Bal. ad articulum præcedẽ-
38 tem in l. legis virtus. in ſecunda lect. ff. de legi. vbi † dixit, ꝙ exceptio banni poteſt opponi etiam poſt ſententiam, tanquam odioſa. Sed cõtrarium tenuit in d. §. publice. vt ſ. dixi. & credo ꝙ melius, quia l. tam & ſi. ff. ad Mace. loquitur in exceptione odioſa, quæ oritur propter odium contractus. vnde quia ibi facit ipſam radicem obligationis, non eſt mirum, ſi eſt fortior. & poteſt op-
39 poni etiam poſt ſententiam. † Conſequenter quærit Bald. in d. §. ad crimen, & referunt ibi Moder. & etiam hic, quid ſi ex forma ſtatuti accuſatus vel inquiſitus de crimine capitali non poteſt ꝓponere aliquam exceptionem vel defenſionem, niſi compareat perſonaliter, vtrum erit aliquod remedium, ſi velit proponere per procuratorem exceptionem banni, vel aliam declinatoriã, quæ ſit notoria. ſuper quo dixit Bal. in d. §. ad crimen, ꝙ iſto caſu reus prohibebitur excipere per procuratorem, poterit tamẽ procur. implorare officium iudicis, vt repellat accuſatorem exiſtentem in euidenti calumnia, ſicut dicitur in d. l. qui cum ma-
40 ior. ſæpe alle. † quia exceptio euidentis calumniæ comparatur exceptioni ineptitudinis libelli, ſecundum Inno. in c. j. de offic. vic. & Ioan. And. in c. conſtitutus, de fil. presby. optime facit ꝙ ponit Bald. in l. j. §. ſed qui. C. de iura. calum. Et hanc opi. dicit fuiſſe Ric. Mal. in l. filius. §. veterani. ff. de procu. eandem doctr. poſuit Ang. licet Moder. non allegent in l. quos prohibet. ff. de poſt. & in l. reos. C. de accu. dicens ꝙ quando procur. implorat officium iudicis, neque excipit, neque defendit, & ſic euitat verba ſtatuti. ſed hoc non videtur verum, ſecundum Ioan. de Imo. in d. §. ad crimen. qui ſub nomine defenſionis, quæ tollitur, ſine dubio continetur officium iudicis, iuxta ea quæ declarat Bar. in l. j. §. j. ff. quod vi, aut clam. & refert Bal. in l. j. C. de con. inde. ſed ſaluando dicta iſta, ipſe reſpondet ꝙ licet ſtatutum excludat defenſionem, non videtur excludere illam, quæ eſt notoria. Pro iſta reſponſione facit glo. no. in c. ex conqueſtione. ſ. de reſt. ſpo-

quam approbant Doc. in c. inter ceteras, de re iudi. quæ vult, ꝙ
41 † remotio appellationis præciſe facta in reſcripto, non tollit ꝙ poſſit appellari ex iniquitate notoria, ſicut in ſi. dicit Bald. in l. j. C. ne lic. in vna & ea. cauſa prouo. ꝙ contra tres ſententias põt opponi exceptio nullitatis euidentis, limitando cle. vt calũnijs, de re iudi. ſuper quo vide quod ponunt Moder. in l. de pupillo. §. qui opus. ff. de no. ope. nun. Sed contra iſtam ſo. multum facit, quia ſecundum hoc ſtatutum vltra ius commune, nihil operaretur contra regulam poſitam in c. ſi Papa. de priuil. lib. 6. & in l. ſi quando. ff. de lega. j. Confirmatur iſta obiectio ex tex. ſing. quem ibi ponderat Bal. ad hoc, in l. 3. §. ſi is pro quo. ff. ꝙ quilq;
42 iuris. vbi probatur, ſecundum eum ibi, † ꝙ ſi ſuperior ex priuilegio tollit in aliquo caſu facultatem excipiendi, ad hoc vt verba priuilegij aliquid operentur, videtur ſublata exceptio, etiam q̃ fundatur in equitate naturali. ꝙ autem iſtud ſtatutum nihil operaretur, patet; quia ſi exceptio eſt notoria etiam de iure, poteſt interuenire procur. vt ſ. diximus. Si ergo ſtatutum limitabitur ad exceptionem, vel defenſionem non notoriam, cum iſtud ſit prohibitum de iure communi, nihil operabitur. nec valet, ſi dicas, operabitur hoc, quod exceptionem etiam notoriam nõ poterit obijcere, ſed bene defenſionem notoriam. ſed iſtud erit imponere legem verbis, vt ſub alio modo proponendi idẽ ius poſ-
43 ſit deduci. † Præterea prohibitus excipere, non videtur prohibitus proponere exceptionem, quæ concludit, agentem non habere ius ipſo iure. vnde prohibitus excipere, non videtur prohibitus opponere exceptionem banni, per quam delictum reddi tur impunibile ipſo iure, quia iſta non eſt proprie exceptio, ſed defenſio, quæ vocatur alias intentio exceptionis & facti, ſicut dicit gl. in l. qui ſe debere. ff. de con. ob cau. ita tradit Bald. no. in l. j. §. Offilius, in vlti. col. ff. ne quis eum, qui in ius vocan. eſt. & idẽ dixit in ſi. q. per eandem regulam, in l. peremptorias. C. ſen. reſcin. non poſ. & in l. in rebus. in fi. C. de iu. do. & in l. reſcriptum. §. ſi pacto. ff. de pac. Si ergo ſtatutum prohibendo reum excipere per procuratorem non compræhendit exceptionem banni. ergo non poterit videri prohibitus excipiens, etiam ſi exceptio ſit notoria. Sed ab hac exceptione repelletur ex ſecundo capite, quia prohibetur ſe defendere. Vnde illa reſponſio non eſſet vera aliquo mõ, ſi teneres prædictas doctri. Bal. quas tamen nõ affirmo pro nunc, quia Doct. communiter ſentiunt in iſta materia, ꝙ veniant ſub nomine exceptionum declinatoriarum. ſed dato ꝙ illæ doctrinæ non eſſent veræ, adhuc nõ placet mihi iſta
44 reſponſio ratione. ſ. dicta. Dicamus ergo, & melius, † ꝙ etiam ſi
b iſtud ſtatutum [b] reſtringatur ad terminos iuris communis, non dicitur ſuperfluum, quia declaratur quod erat dubium de iure communi, ſicut ſæpe facit ius canonicum ad dubia iuris ciuilis & leges nouæ, quę declarant veteres, vt patet in l. ſed & poſterio res. ff. de legi. & in c. Raynutius. de teſta. cum multis alijs. Vel di-
45 cas & ſubtilius, ꝙ † tunc officium iudicis eſt defenſio, quãdo fundatur ſuper æquitate naturali, reſpiciente partem, cum deficit remedium ordinarium. exemplum in l. ſi. & in l. plane. ff. de pehær. Sed quando iudicis officium imploratur, vt euidens calumnia excludatur a iudicio, hoc videtur potius reſpicere in criminalibus vtilitatem publicam, quam ius partis, propter quam introductum eſt, vt calumniator puniatur, ſi non probat crimen, vt l. j. ff. ad Turpil. & hoc ſentit Ang. ſatis clare in d. l. reos. dum dicit, ꝙ implorando officium iudicis euitat nomen defenſionis. Sed quia iſta differentia non probatur iure, ideo doctri. iſta remanet multum dubia, ſequenda tamen eſt, quia videtur multũ
46 communis. † Sed quæritur pro cõplemento iſtius articuli, vtrũ quando reus eſt impeditus impedimento probabili, ſed nõ ꝓciſe neceſſario, puta quia prohibetur comparere in loco ꝓpter inimicitias capitales, vel quia eſt ibi bannitus, vtrum admittatur quilibet excuſator ſine mandato, ſicut admittitur, quando impedimẽtum eſt præciſum. ſuper quo Bar. dixit in loco præal. ꝙ non admittitur tunc excuſator ſine mandato, quia forte im-

peditus

ADDITIONES.

a Circa ſecundum. Adde quæ tradunt Do. ! & maxime Bar. in l. omnes populi. 8. col. ver. ex iſta theorica. ff. de iuſ. & in. uide quæ addidi ſupra, eo. & adde ꝙ ſtante ſtatuto quod occidens bannitum habeat mille pone quidam proiecit indirecte & interfecit bannitum, an habeat præmium, dic quod non. ita dixit Innocen. in cap. ad audientiam. de homi. & Barto. in l. 2. ff. de condi. & demonſtra. & in l. genero. ff. de infa. & in l. nulla macula. C. de dila. lib. 10. adde dom. Abb. in c. eccleſiis. de cen. & in c. nemo. de ſim. Bal. in d. l. qui hæredi. ff. de condi. & demonſtra. & in l. ſi quis in graui. ff. ad Sil. & ibi omnes. adde etiam do. Car. & Barb. in cap. cognoſcentes, de conſtitu. & Barb. in d. cap. ad audientiam, de homi.

VIN. GOD. Bannitus ad ciuitatem reuerſus & per multos menſes a principe toleratus, an pro rebannito haberi debeat ut impune occidi non poſſit. Rui. conſi. 85. num. 2. 9. 15. lib. 4. & uide eundem in conſi. 49. nu. 8. lib. 4.

b VIN. GOD. Nota quod ſtatutum loquens in materia iuris communis recipit omnes interpretationes limitationes ampliationes & reſtrictiones ipſius iuris. Tiraq. in titulo de retrac. lig. q. 5. nume. 55. & uidendum eſt nume. 56. quod late proſequitur.

peditus tali impedimento,non obſtante hoc impedimento, cō-
pareret non obſtante periculo ſibi imminenti, vnde debemus
eſſe certi de voluntate impedimenti, ex quo eſt in poteſtate ip-
ſius, vtrum velit vti hac excuſatione.ſed Bal. in d.§.ad crimē. &
47 Ioā. de Imo.ibi repræhendit iſtud dictum duplici ratione. †Pri-
ma eſt,quia nemo præſumitur in dubio velle ſe exponere peri
culo,licet poſſit, vt in cle.paſtoralis,de re iudi.& quia exponens
ſe periculo,poteſt impune defendi & inuitus, vt l. non tantum.
ff.de ap.Secundo,quia ſi diceremus ꝙ reus, qui non comparet,
non videretur omittere comparitionem ex iſta cauſa, tunc eſſet
contumax,& ſic delinqueret, vt l.omne delictum. §. contumax.
48 de re mili.& l.contumacia.in prin.ff.de re iud.†Sed iſtud in du-
bio non debet præſumi in actu,qui de ſui natura non eſt illicit⁹,
vt traditur in c. j.s̄.de præſump.& probatur in l. merito. ff. pro
ſoc.& in c.eſtote.j̄.de reg. iur. ergo præſumendum eſt, ꝙ nolit
comparere ex hac cauſa,& per conſequens excuſator ſine man-
dato non præſumitur agere contra voluntatem citati.& hoc vi
detur ſufficere,ꝙ admittatur,iuxta regulam.l.liberto.§.fi. ff. de
nego.geſt.& l.ſeruum quoque.§.publice.ff.de procur. Pro veri-
tate iſtius difficultatis ſciendum eſt ꝙ Ange. hanc q.diſputauit
publice,prout apparet in diſputatione ſua,quæ incipit,Bon.qui
dam,in 6.& vltimo dicto ipſius.& ibi concludit, ꝙ quamuis ꝓ-
pter reuerentiam non audeat diſcedere a dictis Inno. & Bar. de
a iure tamen quilibet defenſor a ſine mandato poteſt allegare in
iudicio criminali quaslibet cauſas abſentiæ,etiam ſi aliquis non
teneatur comparere propter locum non tutum, quinimmo ex
ceptiones declinatorias iure non contingentes crimen.vnde in
fert ibi, ꝙ poterit defenſor ſine mandato allegare exceptiones
incompetentiæ contra iudicem ad vtilitatem ipſius abſentis, in
tellige non ad præiudicium ipſius facto defenſore ſine manda-
to poſſit ſibi præiudicare, ſicut declarat Bar.in d.§.publice. mo
uetur quibuſdam rationibus ſatis debilibus,ſed vna eſt quę ha
bet aliquem colorem, quia procura. qui allegat exceptionē de-
clinatoriam,quodammodo ipſo geſtu gerit vtiliter negotiū do
mini. ergo ipſe dominus debet habere ratum, ſicut dicimus in
l.qui vtiliter.cum materia.ff.de neg.ge. ꝙ autem ita ſit, probat,
quia aut dominus poſtea veniens habebit ratam oppoſitionē
per eum factam, & tunc apparet ꝙ fecit iuxta voluntatem do-
mini & liberauit dominum a iudicio,& ſic geſſit negocium ſuū
vtiliter.Aut non habebit ratum, & tunc poterit quandocūque
renunciare huic exceptioni declinatoriæ oppoſitæ per defenſo
rem,& ſic factum defenſoris non poteſt nocere domino, & ta-
men prima facie prodeſt. Sed iſta ratio de facili tollitur, quia li-
cet non inteſitrei,cuius nomine opponitur,intereſt actoris, con
tra quem opponitur, vt defenſor habeat mandatum, ad hoc vt
ſententia lata cōtra ipſum præiudicet domino. vnde iſta eſt cā,
propter quam defenſor ſine mandato non admittitur,niſi ſatiſ-
det de iudicato ſoluēdo,ne iudicium ſit fruſtratorium, vel ſaltē
vt fortius habeat effectum,vt traditur in l. Titius. & ibi per Bar.
ff.de procur.& in d.l.liberto.§.fi.Alias rationes non curo refer-
re: verum tamen placet mihi iſta opi.quicquid dixerit Bar. in §.
ad crimē.ꝙ ſaltem ad allegādas cauſas abſentiæ,quæcūque ſint
illæ,reiecta ſua diſtin.admittitur defenſor ſine mandato.Primo,
quia prc iſta concluſione videtur caſus clarus in l. fin.circa me-
dium.ff.de req.re. vbi tex.dicit, ꝙ ſi reus nō comparet j̄. annum
poſt citationem, vel non habet,qui eum defendat in cauſa capi
tali,poſt annum confiſcantur eius bona.ergo cum tex.non poſ-
ſit intelligi de cauſis innocentiæ, intelligetur de cauſis abſentiæ
excuſatoris,in quibus lex admittit ſimplicem defenſorem. Nec
49 potes dicere,ibi debet ſuppleri ꝙ veniat cum mandato,qa†tūc
non vocatur ſimpliciter defenſor,ſed procur. vt l.reos. C. de ac-
50 cuſa.ſicut etiam vocatur in l.pe.§.ad crimen,præalleg. † Secun-
do hoc idem probo & deduco ſubtilius, quia admittitur defen-
b ſor b ſine mandato, vbicunque in criminalibus reus abſens po-
teſt condemnari ad allegandas cauſas innocentiæ, vt eſt caſus
in §.publice,ſecundum intellectum Bar.& communem,quan-
tum ad hoc.& probatur in l. non ſolum.§. fi. in vltimo reſpon-
ſo.ff.eo.ergo idem videtur dicendum in cauſis capitalibus, quā
tū ad allegandas cauſas abſentiæ. Et ꝙ idem ſit in domino, pro-
bo tibi duplici ratione.Prima eſt,quia tex.in j. & 2. reſponſo, in
§.publice,ex eadem cauſa permittit allegari cauſas inocentiæ in
vno caſu,& cauſas abſentiæ in cauſa capitali . Secunda , quia in
cauſa capitali frequenter poteſt agi de maiori prejudicio, ſi non
admittantur excuſationes defenſoris,quam ſi non admittantur
cauſæ innocentię allegat in alio caſu,quia ſi reus non excuſatur
legitime in cauſa capitali,confiſcantur omnia bona eius & irre
cuperabiliter poſt annū, vt l.2. C.de req.rei.ſed in alio caſu, ſi ꝓ
crimine imponatur pœna pecuniaria,quæ forte non exhauriat
totum patrimonium, ſine dubio minus præiudicium fiet. vnde
ſi ſuccurritur ex æquitate ei, qui poteſt condemnari abſens in
cauſis innocētiæ, ita debet & fortius ſuccurri in cauſis abſentiæ
excuſantibus contumaciam in cauſis capitalibus. Et iſtę ratio-
nes ſatis viderentur probare, ꝙ ad excuſandam contumaciam
poſſit admitti defenſor ſine mandato,etiam ad proponēdas de-
clinatorias iuris quando reus eſſet abſens.quia tamen iura ſim-
pliciter loquuntur de cauſis abſentiæ. i. de impedimentis facti,
in reliquis poſſumus admittere opi.Inno.& Bart.Debes tamen
ſcire,ſecundum Saly.in l.reos,C.de accu.& Moder.in d.§. ad cri
51 men,ꝙ† ſi reus opponit exceptionem loci non tuti, & iudex of-
fert ſibi ſecuritatem, tollitur iſta exceptio quando. ſ. eſſet talis
inimicitia,cui iudex ipſe dando ſecuritatē poſſet prouidere. Exē
plum,ſi aliquis eſſet bannitus,vel condēnatus in loco a republi
ca,ſed ſi timeret inimicitias potētis aduerſarij, quibus iudex nō
poſſet prouidere,vel haberet tranſire per loca inimicorum,pro
quibus iudex ſimiliter non poſſet dare ſecuritatem,tunc iſta ſe-
52 curitas non ſufficeret.†Debet autem locus c eſſe ſecurus nō ſo-
c lum pro reo,ſed pro teſtibus,aduocatis, & alijs perſonis neceſſa
rijs.33.q.2.c.ſiue de coniugij.& debet etiam eſſe ſecurus pro ip-
ſa cauſa agenda,quia ſi aliquis non timeret perſonæ ſuæ, time-
ret tamen propter potentiam aduerſarij non poſſe conſequi iu
ſtitiam in loco iſta eſſet iuſta cauſa non comparendi, ſecundū
Ang.qui ita eleganter no.& omnia.s̄. dicta tradit in diſputatio-
ne prædicta in 4.& 5.dubio.bene facit tex.pro iſto vltimo in ca.
ſtatutum.§.cum autem,de reſ.lib.6.Et præter vltimam conclu
ſionem,pro alijs vide Ioan.And.in titu.de accu.§.fi.ver. quid ſi
bannitus.quem allegant Moder. in d.§.ad crimen. Amplius di-
cunt Domini de Ro.deciſione ſua.315.ſecundum Moder.in lo
53 co alleg.ꝙ† reus citatus non excuſatur a cōtumacia propter ho
ſtilitatem,quæ fit in territorio,vnde habet tranſire,ſi communi
ter tranſeuntes per illa loca ſunt ſoliti obtinere ſecuritates,quia
eſt in culpa ipſe, hocidem non petendo. Pro qua concluſione
vide duo iura vltra Doc.quæ hoc probant, videlicet tex.in l. qui
bus,in prin.& ibi per Bal.ff.de condi. & demonſtra. & tex. cum
gloſ.not. in l. ſed ſi prætorem.§.ait prætor,j.ff. ex qui. cauſ. ma-
54 io. vbi gl.in † effectu concludit,quod impedimentum,quod de
facili poteſt remoueri,non eſt iuſtum impedimentum, ſecus ſi
de difficili,quamuis in remotione eius requiratur auctoritas ſu
55 perioris.†Et adde ad ea,quæ.s̄.diximus,circa declinatorias pro
ponēdas, & reſpōdeo ad dicta do.Anto.ꝙ procur.cōſtitutus ad
vnum arti. non tenetur legitimare perſonam per ſatiſdationē,
vt expreſſe tradit Ang.in l.filius. ff.qui ſatiſda. cog. & ita intelli-
56 gitgl.in l.in eo.§.j.ff.de reg.iur.†Secūdo adde ad id, quod proxi
me fuit dictum,ꝙ exceptiones declinatoriæ non poſſunt propo
ni ſine mandato, ꝙ iſtud videtur verum , niſi exceptio ſit noto-
ria,quę conſtet ex actis,ſed eadem ratio videtur eſſe in qualibet
alia notorietate.ita tradit no. Ang.in l. filius.ff.qui ſatiſda. cog.
allegat Inno.hic,dum reſpondet ad l.exigendi.C.de procura. Et
iſtud procedit iuridice iudicio meo,in exceptione notoria,quę
contingeret crimen,cū illa ſit vera defenſio,ſicut iudex ipſe poſ-
ſet ex officio ſupplere,ita debet admittere defenſorem ſine mā
dato,vt patet ex his,quæ no.Bart. in l.ſeruum quoque. §.publi-
ce,de procu.vbi æquiparat iſta duo: ſed vbi exceptio eſſet mere
declinatoria,non contingens crimē, eſſet maius dubium, quia
Ang.ſimpliciter loquitur de defenſione, quæ cōſtat ex actis.cre
do tamen idem,per ea quæ habētur.2.q.7.c. quærendum. & c.
alieni.& quæ diximus in c.j.s̄. eo.Tertio adde, ꝙ quamuis reus
57 † qui debet comparere perſonaliter ex forma ſtatuti, nullā poſ-
ſit proponere defenſionem,non tamen videtur prohibitus pro
ponere exceptionem incompetentiæ, vt tradit Bal. no. in l.reos.
C.de accuſa.ſic amplius gl.in cle.j.de ſe.poſ. & fruc. Item adde
ꝙ quamuis procur. rei iſto caſu non poſſet implorare officium
iudicis,quia reo aufertur defenſio, iudex tamen, cui liquet de
defenſione,ex actis debet actorem repellere, vel abſoluere diffi-
nitiue,ſi eſſemus poſt li.conteſta.ita tradit ſingu.Bal.in rubr.C.
de indi.vi.in vlti.col.Et ad materiam vide Bald.in l.exigendi.C.
de procu.& in l.2.ff.ſi quis in ius voc.non ie. Et pro declaratio-
58 ne huius gl.& materiæ,quærendum eſt, † quæ ſit ratio tā ex par
te rei,quam ex parte accuſatoris, quare non admittitur procur.
in cauſa a relegatione s̄.Et omiſſis alijs rōnibus,quas plene pro-
ſequuntur Moder.hic,& in d.§.ad crimen.& bene repręhendū
tur per eos ibi, videndum eſt de tribus rationibus, vtrum proce-
dant.Prima ratio,& quæ communiter approbatur ab omnib⁹,
eſt iſta,quia ſi poſſet conſtitui procurator,tunc iudicium poſſet
eſſe eluſorium,quoniam reus vidēs ſe condemnandum,non cō
pareret in iudicio,& ſic nunquam poſſet damnari, quia in cau-
ſis a relegatione s̄.non poteſt ferri ſententia in abſentem,vt l.ab
59 ſentem. ff. de pœnis. & l.j. in prin.ff.de requi.re.† Sed iſta ratio
videtur eſſe inſufficiens propter duo. Primo quidem , quia ſi
nulla

ADDITIONES.

a VIN GOD. Defenſor pro alio unuſquiſque admitti poteſt, ſcribit Ruin. conſi. 118.num.4.lib.4.

b VIN. GOD. Adde ꝙ defenſor vti poteſt exceptionibus ex pſona ſua quas defenſor non poſſet.Cor.conſi.79.in hac,litera.10.lib.4.

c VIN. GOD. Locus tutus debet partibus per iudicē aſſignari. Par. de Put. in trac.de ſindic.c.de offi. ſindic.§.uiſo de modo.

hulla alia ratio prohiberet constitui procurator: ista cõstitutio ꝓ curator. non posset habere locum, quoniam satis dicetur præsens ille, qui esset præsens per procuratorem, qui legitime defenderet causam, nec vocatur iste absens, vt patet ex no. in l. fi. ff. de in inte. re. ti. generali. vbi sententia, quæ fertur contra absentem simpliciter, aliquando est nulla, quæ tamen est valida, si qs fuit
60 per procuratorem legitime defensus. licet † ergo verbum presentia, de proprio significatu importet præsentiam personarũ, vt est tex. cum gl. in cle. dudum, de sepul. in verbo, præsentari. & in c. cum parati. & ibi per Moder. s̃. de ap. interpretatione tamẽ iuris agens per procuratorem non diceretur absens. Vnde ego nego, ꝙ iura dicentia, absentem non posse condemnari, haberent pro absente eum, qui cõstituisset legitime procuratorem, si alia ratione non prohiberetur constitui. Preterea si vera est opi. quam tenet Bar. ꝙ etiam cum imponitur pœna relegationis, non possit interuenire procurator, ista ratio non esset generalis: quia cũ in relegatione possit damnari absens, vt l. absentẽ, ff. de pœ. ergo iudicium non esset elusorium. Vnde assignatur ꝑ ipsum Bar. alia ratio, videlicet ꝙ idem non admittitur procurator: quia si admittetur, reus videns se damnandum, non cõparet, & sic non faciẽdo copiam sui, non posset habere locum executio pœnæ, & per consequens iudicium redderetur sine effectu. Sed ista ratio similiter non procedit. Primo quidem, quia secundum hoc libertus in causa ingratitudinis non posset constituere procuratorem, quia cum agatur de pœna, quæ est maior relegatione, vt fatetur Bar. in d. §. ad crimen, & Doc. hic, præsumitur ꝙ non compareret, vt redigeretur in seruitutem, & similiter non posset constitui procurator ab eo, qui vocaretur in seruitutem ex libertate, quorum vtrunque est falsum, vt patet in l. licet. §. j. vel in l. sed & hæ. §. 2. in fi. de procu. & in l. seruum quoque. §. eum. ff. eo. titu. & in l. j. in prin. de cad. tol. Præterea si ista ratio esse vera, sequeretur ꝙ in casu decre. nostræ posset interuenire procurator contra istum tex. nam hic agebatur ad remotionem ab officio & beneficio, quæ pœna sine dubio non possit eludi, quia trahet secum suam executionem post sententiam, & tamen non admittitur procur. Et aduerte, quia do. Ioan. in d. §. ad crimen, dicit ꝙ ista non est alia ratio de per se, sed est eadem cum præsenti. Sed hoc non est verum, sicut patebit ex j. dicendis in q. seq. Et quia aliæ rationes, quæ assignantur sunt bene reprobatæ per Mod. in d. §. ad crimen. insistendum est in tertia ratione, quæ sequitur, quæ fuit Bart. in d. §. ad crimen, quam ego bene declaratam puto esse verã, vt j. videbitis. Dixit ergo Bar. ꝙ tam ex parte rei, quam ex parte accusatoris, ratio est, quia diligẽtius presumitur causa tractari & agi per ipsos principales, quam per procuratores, vt l. j. in fi. ff. ad Carb. quam tamen rationem debes restringere, vt j. dicam, vel declarare potius. Sed cõtra istã rationem insurgit Bal. & Ioan. de Imo. in loco allegato, dicentes ꝙ ista ratio non est generalis, quia secundum eam sequeretur
a ꝙ carceratus a non deberet audiri per procuratorem, qui tamen auditur, vt fatetur Bar. in d. §. ad crimen. Item sequeretur ꝙ vbicunque potest procedi contra absentem ad diffinitiuã, nõ posset constitui procurator, quod tamen fieri potest, vt l. seruũ quoque. §. publice. ff. de procu. Sed ad ista potest breuiter responde
61 ri. Et primo, quo ad carceratum dicimus, ꝙ † qui est in carceribus, non præsumitur, ꝙ possit esse æque diligens, sicut procurator expeditus, immo non præsumitur ꝙ possit esse diligẽs, sicut natura causæ requirit. Vnde, quia cessat causa vera, admittitur procurator. Et ideo si bene aduertis, iste casus facit pro opi. Bar. Ad secundum dicimus primo, negando ꝙ in illis casibus admittatur ꝑcurator, licet admittatur excusator simpliciter, si teneas opi. Bar. & aliorum, de quo videbimus in q. seq. Sed suppositio ꝙ admitteretur procurator, dico ꝙ ideo nunc admittitur, quia in quibusdam illarum causarum non agitur de tanto præiudicio, sicut agitur in pœnis vsque ad relegationẽ exclusiue vel in-
b cluſiue, secundũ diuersas opin. Et posito ꝙ in quibusdam agere tur de pari ꝑiudicio, sicut est in crimine læsæ maiestatis, & alijs, in quibus proceditur in absentem cõtra regulas iuris est, respondendum ꝙ non requiritur tanta diligentia in examinatione criminis propter immanitatem ipsius, propter quã videmus ꝙ recipiuntur in quibusdam ex ipsis testes non legitimi, vt l. famosi. cum ibi no. ff. ad l. Iul. maie. & permittitur ꝙ procedatur in absentem & contumacem, quamuis reo absente non possit ita plene cognosci de causa, vt in l. qui repudiantis. §. fi. de inoffi. testa. & in l. præses, & quod ibi notatur. C. de pig. ista responsio optime procederet, si teneremus † ꝙ in causa relegationis posset in-
62 teruenire procurator, quæ fuit opinio glossatoris & communior. Sed si teneremus opinionem Bar. de qua statim dicemus, tunc ista responsio non esset tuta, quia posset dici ꝙ in causa relegationis quis potest damnari absens, & tunc non posset interuenire procurator. Dicas igitur & clarius, ꝙ ideo admittitur procurator, cum proceditur contra absentem, quia si non admitteretur, & si reus nollet comparere, posset fieri maius præiudiciũ reo, videlicet ꝙ condemnaretur absens & indefensus, vt dicit tex. no. in l. exigendi. in fi. C. de procur. vnde hoc toleratur, vt eni tetur maius præiudicium, ꝙ causa cognoscatur per procuratorem, ne. s. si reus non compareat, adhuc minus diligẽter cognoscatur de causa, quam si procurator interueniret. Pro ista conclusione facit optime tex. in l. non solum. §. fi. ff. de procu. vbi patet ratione prædicta concedi, quod ille admittatur in causa suspecti, qui alias non admittetur. Vnde si bene respicias, illa ratio quæ facit ꝙ procurator non admittatur, cum reus non põt damnari abs̃, s. maior diligentia in examinatione causæ, illa eadem ratio inducit, vt admittatur procurator, quando potest absens damnari. Et ideo reiectis istis rationibus, quæ non concludunt, dicamus nos potius ex mente Bar. quam ex verbis, ꝙ ideo non admittitur procurator in causis grauioribus, siue in ipsis cõprehendatur relegatio, siue non, quia lex præsumit melius posse liquere de veritate ipsis partibus litigantibus per se. Casus est clarus qui hoc dicit in c. tuę. in fi. s̃. de procu. & satis patet ex his quæ ponit tex. in l. de minore. §. tormenta. ff. de quæst. vbi Iurisconsultus dicit ꝙ ex sermonibus ex trepidatione & constantia
63 partium in iudicio criminali veritas melius innotescit. † Et inde est, ꝙ etiam in alijs causis criminalibus a relegatione. j. iudex po
b test cogere partem, si vult comparere personaliter, b vt tradit Bar. no. in l. 2. §. defendi. ff. ex qui. cau. in pos. ea. & in l. fi. C. de ꝑcur. & in l. seruum quoque. §. publice, in vltimis verbis. ff. eod. Considerauit ergo lex, ꝙ propter magnitudinem præiudicij, q̃ vertitur in causis vsque ad relegationem, non debebat admitti procurator, vt causæ ipsæ perfectius innotescerent & liquidarẽtur. & hoc non solum introduxit in fauorem accusatoris & accusati, sed etiam in fauorem publicum, quia accusatio criminac lis tendit ad vindictam publicam, & interest rei publicæ c maleficia puniri, vt l. ita vulneratus, §. quod si quis. ff. ad l. Aquil. vñ quia agendo causam negligentius præiudicaretur non solũ iuri priuato, sed publi. & agitur de grandi præiudicio partium & ẽt reipublicæ. Istæ sunt causæ propter quas non permisit constitui
64 procuratorem, etiam si partes vellent, † tum quia quando inter esse publicum est inseparabile a priuato, iuri priuato propter publicum renunciari non potest, vt traditur in l. iuris gentium. §. si paciscar. & in l. ius publicũ. ff. de pac. tum quia in criminalibus reus non potest renunciare defensionibus suis, vt l. pactum inter hæredem. ff. de pac. per gl. & ibi per Doc. & no. in l. non tantum, ff. de app. Sed prima ratio magis placet. s. fauor publicus & grauitas causæ. & ꝙ grauitas causæ sit iusta causa, cur non tractetur per procuratorem, patet in causis ciuilibus arduis reus citatus non tenetur comparere per procuratorem, vt l. eũdem. §. j. ff. de leg. & no. in c. querelam. s̃. de procu. per Ang. in l. 2. §. j. ff. si quis caut. Quod ergo pars non tenetur facere in causa priuata, non potest facere aliquo modo in causa publica, vbi agitur de grauissimo præiudicio, vel saltem valde grauatur, ne præiudicetur in re tam graui reipublicæ, tum quia regulariter reus non potest præiudicare vel renunciare defensionibus suis in cã criminali. Et ex hac ratione, quæ est verissima & bene declara-
65 ta, inferetur postea ad quæstiones sequentes. † Consequenter quæritur pro declaratione gl. nostræ, vtrum in causa relegationis possit interuenire procurator. quæ est quæstio multum vulgaris & difficilis, in qua nõ sunt referenda omnia, quæ scribũt Doc. quia nimis longum & tædiosum esset. Dicamus ergo, ꝙ tenentes opi. glo. nostræ hic, principaliter laborant respondere ad tria iura. Primo ad l. j. §. j. an per alium ca. cui non impropriam do literam, sicut facit Bart. & sequentes eum, respondent optime Ric. de Saly. & Bar. eius nepos, in l. eos, sępe allegata, ꝙ ver. sed & in alijs causis, debet intelligi de pœnis, quæ sunt mediæ inter pœnas capitales & relegationem, sicut pœna fustium, vel flagellorum. Item datio in opus publicum ad tempus, de quibus fit mentio in l. capitalium, in prin. ff. de pœnis. Et ista responsio est optima, quantum ad illum ver. nisi aliud obstaret. Secundo respondent Doc. Moder. ad l. fi. C. de iniuri. Et primo respondet Saly. & Ric. in loco allegato, ꝙ ibi non admittitur procurator, quia illustris ꝑsona intulerat iniuriam illustri, vnde in illo casu

cessat

ADDITIONES.

a VIN. GOD. Nota quod carceratus dicitur etiam qui extractus de carceribus uolentibus custodibus posset tetineri. Goz. consi. 6. num. 16.

b Comparere personaliter. Adde etiam quod uoluit Bar. in l. non solum. ff. de procur. & adde quod Bar. in l. qui bona. §. si alieno. ff. dẽ dam. infe. videtur restringere hoc, vt solum procedat in criminalibus. uide etiam per Alex. in l. seruũ. §. pu ff de procu,

VIN. GOD. Adde Afflict decis. Neap. 64. nu. 2.

c Reipublicę maleficia. &c. Adde rex. in l. 2. §. sed si agant. ff. de iu. & in l. bona fides. ff. depos. & in l si operis. C. de pœnis. & in c. ecclesiarum. de vi. & ho. cle. & in c. est iniusta, 23 q. 3. sed tu habes tex. in contrarium cũ glo. in l. 3. §. diuus in verbo fine permissu. ff. de sepu. uio. & tex in l. si longius. §. 1. in ver. impunita. ff. de iud. & ibi Bar. ad hoc notat.

VIN. GOD. Et adde quod maleficium quod quis nomine suo uel alterius mandato sit commissurus ex præfationibus cognosci potest, Ruin. consi. 6. num. 5. lib. 5.

ceſſat priuilegium, de quo in l. fina. ff. eo. videlicet quod nō imponitur eis pena corporis afflictiua propter paritatem perſonę offenſæ. ſed iſta reſponſio eſt multum friuola. Primo, quia iura ſimpliciter dicunt ꝙ honeſtioribus perſonis non imponitur ma
66 ior pœna, &† quia in quocunque crimine quantūcunque atroci, imponitur minor pœna honeſtioribus quam humilibus, vt patet in l. mortis. §. fi. ff. de pœnis. & in l. capitalium. §. non omnes, eo. titu. & tamen poſſet eſſe aliquod delictum grauiſſimū, in quo plus delinqueretur, quam ſi quis inferret iniuriam in illuſtres perſonas. Vnde quia iſta limitatio ſua non probatur Lege, & etiam ratione pręmiſſa, Doc. Mod. repræhendunt eam & recte. Eſt & alia ſol. ſecundum eoſdem, quia in l. fi. non conſtabat iudici, qualis perſona eſſet illa, quæ intulerat iniuriam, vtrū illuſtris, honeſta vel humilis. Et ideo propter hoc dubium non erat admittendus procur. poterat enim eſſe perſona plebeia, cui imponitur pœna corporis afflictiua. Doc. Moder. dicunt, ꝙ iſta ſolu. videtur ridicula, quia communiter qualitas perſonæ illuſtris ſolet eſſe notoria. Et ſi iſta qualitas cauſaret ex dignitate cū adminiſtratione conceſſa in loco, vbi agitur de iniuria, verū diceret, vt eſt caſus & ibi per Bar. in l. j. C. qui, & aduer. quos. Sed ſi iſta qualitas cauſaretur ex genere, vel ſi ageretur de iniuria in loco, vbi quis non geſſit dignitatem: iſta ratio non eſſet ſufficiēs cum reuerentia, quia quod eſt notorium in loco, vbi res eſt geſta, non præſumitur notorium his, qui ſunt extra locum, vt in c. cum tua. s. qui ma. ac. po. & tradit Bar. eleganter in l. is poteſt. ff. de acqui. hæredi. Tu ergo dicas & ſubtiliter, quod ex parte rei, qui habet conſtituere procuratorem iſta ſolu. non poſſet ſtare aliquo modo, quia ſi vult conſtituere procuratorem de iure ſpeciali tanquam illuſtris perſona, hoc non poterit impetrare, niſi
a prius conſtet iudici de iſta qualitate, ꝙ ſit illuſtris, a vt l. diuus. & ibi per Bar. ff. de teſta. mil. & l. ſi quando, & ibi per Bart. C. vnde vi. Aut ergo non probabit hanc qualitatem, & non admittetur. Aut probabit, tunc non erit amplius dubium iudici, quin ſit illuſtris. & ſecundum hoc aut ex parte rei nunquam conſtituetur procurator, aut ſi conſtituetur, conſtituętur de iure communi, nō de iure ſpeciali, quod eſt contra illam. l. Vnde iſtis ſo. reiectis tanquam vanis, ponit Ioan. de Imo. ſo. no. meliorem omnibus alijs ſine dubio: dicens ꝙ etiam in perſonis illuſtribus & honeſtis de iure communi aliquando imponitur pęna maior relegatione. Exemplum in l. j. C. de famo. lib. vbi aduerſus proponentem libellum diffamatorium imponitur pœna capitalis. Secundo, quando eſt facta iniuria, quia homo eſt occiſus, vel percuſſus animo occidendi, nam tunc criminaliter agitur l. Corne. de ſica. & ſic imponitur honeſtioribus pœna deportationis. l. prætor. §. j. ff. de iniu. & l. 3. in fi. ad l. Cor. de ſic. Adde tertio caſum, ſecundum gl. or. ibi, in l. ſi quis in. hoc genus. C. de epiſc. & cleri. vbi pro iniuria illata clericis in eccleſia imponitur pœna capitalis, & eſt crimen publicum. Pro confirmatione huius ſuæ ſo. inducit tex. in l. qui iniuriarum. ff. de iniur. vbi probatur, ꝙ calū niatori in iudicio criminali iniuriarum imponatur pœna exilij,
67 vel relegationis, vel interdictionis alicuius rei. † Vnde pondero, dicit ipſe, ꝙ ibi nomine exilij debet intelligi deportatio, ne nomen ſequens ſit ſuperfluum, ſi nomen exilij ſignificaret relegationem. & ſic patet, ꝙ aliquando in vno crimine imponitur pęna capitalis. Cōfirmatur iſta ſua inductio, quia exilium proprie dicitur, cum quis amittit ciuitatem, & ſic eſt pœna capitalis, vt l. 2. ff. de pub. iud. Sed ad iſtas. ll. videtur poſſe reſponderi, qa tex. in l. fi. in prin. C. de iniur. loquitur, quando pro iniuria intentabatur iudicium, priuatum criminale. & ſic nō loquitur in caſu, quo agitur lege Cornelia, quo agitur iudicio publico, nec etiam videtur loqui in caſu. l. j. de famo. lib. quia & ibi agitur iudicio publico ꝙ iniuria illata. Caſus videtur expreſſus in l. lege Cornelia. §. fi. cum l. ſeq. ff. de iniur. ibi, publico iudicio, &c. & tenet gl. expreſſe in l. & in priuatis. ff. ad Turpil. Et licet Bar. in l. j. ff. de pub. iu. dicat, ꝙ illud iudicium eſt priuatum proprie loquēdo, & nō publicum: hoc tamen non videtur verum, quia ex quo pro ip-
68 ſo imponitur pęna grauiſſima. ſ. capitalis, † & lex appellat iſtud iudicium publicum, dicere ꝙ non ſit publicum proprie, qa non numeratur in l. j. ff. de pub. iudi. inter publica crimina, eſt valde friuolum iudicio meo, quia in alio caſu ipſe fatetur ibi expreſſe,
69 ꝙ illa lex ſuppletur per aliam. † Ad tex. in l. qui iniuriarum, dicamus ꝙ verbum exilium, ibi capitur pro vna ſpecie relegationis, & non eſt ſuperfluum, quia proprie relegatio dicitur concluſio in inſulam: exilium autem dicitur lata fuga de omnibus locis, præter quam in vno, vel de aliquibus locis, vt l. exilium. ff. de inter. & rele. licet leges aliquando abutantur his nominibus, vt etiam relegatio extra inſulam vocetur relegatio, vt patet in l. relegatorum, fere per totam. l. ff. eo. Præterea poſito ꝙ loqueretur in exilio, per quod perditur ciuitas, cum tex. non diſtinguat iniuriam ab iniuria, ſed ſimpliciter dicat, ꝙ aliquando imponit pœna exilij, aliquando relegationis, no poſſumus intelligere ꝙ imponatur pœna exilij, quando iudex ex cauſa alterat pęnam criminis propter magnitudinem calūniæ. Quo caſu propter iſtā alterationem, quæ ex cauſa poteſt fieri, non impediretur procurator admitti in cauſa criminali, vt tradit Bart. & omnes in d. §. ad crimē, & eſt bonus tex. in ſi. in l. qui cum maior. §. his demū, de bo. lib. ſed prima reſponſio magis placet, & eſt verior. Pro ſaluatione iſtius ſo. quæ eſt verior cęteris, adduco tibi duos alios caſus, pro quibus imponitur pœna grauior relegatione. Vn⁹ eſt in l. j. §. j. de extraor. cri. vbi Iuriſconſultus dicit, ꝙ pro iniuria, q̄ infertur contra bonos mores, & ſic non eſt ibi ſimplex iniuria, ſed qualificata. Exemplum ſi aliquis ſpurcauerit faciem alterius ce no, vel aliter, vt ibi exēplificatur, ſolet grauiter in reos animaduerti. Vnde ego conſidero in illo tex. ꝙ ibi aggrauatur pœna ꝓpter qualitatem iam dictam, vnde debet eſſe maior quam pęna ordinaria ſimplicis iniuriæ, quæ eſt relegatio, & hoc ſignificat verbum grauiter, poſitum in tex. Secundo conſidero, ꝙ inter alia exempla ibi ponitur exemplum de eo, qui corrupit ædificia publica, vt puta aquæductus, & ſic fecit iniuriam reipublicæ. & pro omnibus dicitur ꝙ animaduertitur grauiter & pœna imponitur. Vnde etiam ex qualitate ipſius exempli, quod videtur mereri pœnam atrociorem quam ſi inferatur iniuria vni priuato, ſatis demonſtratur ꝙ imponitur pœna maior relegatione. eſt & alius caſus, in quo imponitur pœna capitalis, & tamen de eo non eſt iudicium publicum, de quo in l. ſaccularij. §. ſunt quidā. ff. eo. titu. vbi tex. dicit ꝙ qui comminantur mortem alteri, patiuntur ꝙ comminati ſunt. Vnde ex omnibus prædictis videtur poſſe formaliter reſponderi ad l. fi. præalleg. ꝙ quia etiam in quibuſdam priuatis criminibus pro iniuria reperitur imponi pęna capitalis, vel maior relegatione, conceſſum eſt priuilegium, qđ pro cauſis iudicij priuati, in quibus non admitteretur procurator poſſet admitti ĩter illuſtres perſonas. Vel ſi vis tenere ꝙ ille tex. det priuilegium, etiam cum crimen eſt iudicij publici: dicamus ꝙ illa verba poſita in principio tex. intelligantur hoc modo, ꝙ accuſatio iniuriarum regulariter, & vt in pluribus, eſt priuata, quia tamē aliquando eſt etiam publica & imponitur maior pœna quam pœna relegationis pro illis accuſationibus publicis, videatur conceſſum priuilegium. & iſta videntur poſſe dici cum aliquo colore iu. ſed reuera nimis reſtringunt illum tex. qui indifferenter concedit priuilegium in cauſis priuatis criminaliter motis. vnde reſtringere illam. l. ad tam paucos caſus, eſt contra naturam legis. Et ideo non diſputando vlterius in iſta materia, opi. Bar. & vltramon. videtur eſſe verior, ꝙ in cauſa relegatio
b nis non poſſit interuenire procura. b Hoc probatur clariſſime ex mente literæ in. l. j. §. j. & ſeq. ff. an per alium cau. quem text. induco ſic Ibi enim in ſecundo reſponſo principali dicitur, ꝙ in cauſis capitalibus & alijs vſque ad relegationem nō interuenerit procurator. In tertio reſponſo ſequenti dicitur, ꝙ in cauſis pecuniarijs criminalibus poteſt interuenire ꝓcur. Si ergo dictio, vſque, ſtaret excluſiue ad ſecūdum reſpōſum, ſicut vult Accur. & communiter ſequentes eum ex tribus caſibus, primus & vltimus remanerent determinati. Tertius vero, in quo erat maior dubitatio quam in cauſa criminali, pro qua imponitur pęna pecuniaria, remaneret indeciſus ſaltem expreſſe. Sed tunc ego quęro, quare caſum magis dubium tacite decidit Iuriſconſultus po
c nendo dictionem vſque, ꝙ contra ſignificationem ipſius dictionis, vt patet ex his, quæ tradit Bar. in l. patronus. §. Sempronio. in vlti. q. ff. de leg. 3. & ſic adhuc relinquitur deciſio magis ambigua, & caſum minus dubitabilem expreſſe decidit, in ver. ſe. per tot verba, quæ etiam tacite per dictionem, vſque, poſitam excluſiue, decidebatur certe in Iuriſconſulto, qui vtitur ſermone proprie, ſicut dicit gl. in l. ꝙ ſi nepotes. ff. de teſt. tut. de homine perito iſta non ſunt admittēda, maxime quia tex. in l. pe. §. ad crimē, in fi. expreſſe oſtēdit eſſe aliquem caſum, in quo poſſit ferri ſententia in abſentem, & tamen non poſſit interuenire procur. Et ſi tu dicas, ꝙ Bald. ibi & Moder. exponunt illum tex. de ſententia annotationis bonorum. Reſpondeo tibi, ꝙ magis impropriatur litera iſto modo exponendo, quam improprietur text. in l. ſeruum quoque. §. publice, reſtringendo verbum quo minus, ad eum qui comparet ſine mandato, quia adhuc ſic reſtrictum retinet naturam ſuam diſponendo vniuerſaliter, ꝙ alias inhabilis admittatur ad defendēdum. Et quia Bal. in d. §. ad crimen, & Fran. de Ramp. quos refert ibi Ioan. de Imo. videntur concordā

do

ADDITIONES.

a VIN. GOD. Illuſtris perſona a ſolo principe & non ab alio iudicari debet Thom. Gram. deciſ. 60. num. 22.

b VIN. GOD. Procurator non poteſt interuenire in cauſa relegationis. Tu adde ꝙ quando procurator non admittitur poteſt admittitur defenſor. Ruin. conſi. 118. num. 1. lib. 5.

c Vſque excluſiue. De iſta dictione vide Alb. in authen. quod ius. C. de procura. & Archi. in cap. ſi gracioſe, de reſcrip. lib. 6. & vide Ioan. And de præben. c. quamuis, lib. 6. Hoſt. in ſum. de feriis §. fina. de ui. & ho. cleri. cap. 2 adde quæ tradit Iac. de Are in l. hæreditatum ff ad l. Falc & Dy. in l. patronus §. Sempronio ff. de leg. 3. & Albe. in l. meminiſſe. ff. de offi procon. & leg. & adde tex. Inſti. de pub. iud. §. 1. & in c. qui presbyterum, de præben.

do opi.istas distingue,q aut relegatio fit in certis locis,& tũc nõ possit interuenire procur. quia tunc reus posset eludere pęnam non eundo ad locum deputatum.& sic subest vna ratio,propter quam procur.non admittitur in iudicio criminali. Si vero relegatio sit exilium,idest exclusio ab omni loco præter vnum,tunc quia reus potest ab illo loco excludi, & pœna non erit elusoria, admittatur procur.Dicas reiectis istis fantasiis, super quib. multum dubitat Io.de Imo,& frustra,q l.absentem.ff.de pęnis.quę dicit absentem in criminibus grauioribus non posse condemnari,non fundatur ex eo, quia in illis criminibus reus possit pœnã eludere,sed fundatur,quia cum agatur de grauissimo præiudicio lex noluit causa non plene cognita & defensa reum cõdemnari,ita dicit Iurisconsultus expresse in l.j.in princ. ff.de req.rei. Vnde illatio prædictorum Doct.non est bona,quia quando re° relegatur in certum locum, posset pœnam eludere,ideo nõ posset ferri sententia tunc in absentem,& propterea non potest admitti procurator.quia, vt dixi, ista non est causa, propter quam inducitur, q sententia non possit ferri in absentem.& vltra inductionem factam,pondera tex.in l.j.præal.dum dicit, q nõ est æquum,absentem in causis grauioribus condemnari. Et ex isto etiam intelliges, q ratio assignata per istos non est vera, quia si ex illa ratione impediretur sententia contra absentem,hoc non faceret aliqua æquitas, sed ne maiestas prætoris vel iudicis posset eludi.& sic esset ratio conseruandæ dignitatis publicæ. Præterea etiam si illa ratio esset vera,nonne posset capi, qui est relegandus, vel ab ipso iudice ferendæ sententiæ, vel ab alio & ad eum remitti?vtiq;, ut in auth.qua in prouincia. cũ materia.C. vbi de cri.agi oportet.& in cle.pasto.in gl.ordi. de re iudi. Vnde iste fantasiæ non procedunt.& licet aliquo casu reus posset eludere pœnam latitando,ita q non posset inueniri, per hoc tamẽ non dicetur elusoria,quin frequentius posset habere effectum, licet forte frequenter posset retardari. Et aduerte, quia ad text. in l.seruum quoque.§.publice. ff.de procu. quæ est fundamentum gl.& tenentium opi. suam,potest responderi aliter quam dictum sit,vt dicamus q generalitas illius l.quæ dicit, q vbi potest procedi in absentem,potest interuenire procur.& non procur.debet restringi,nisi in casibus,in quibus specialiter procur. reperitur prohibitus,sicut in causis capitalibus, & in causa relegationis.& ita respondet Ang.in d.§.publice. quãtum est respectu causarum capitalium. sed eadem ratio est, vt possit fieri re-
70 strictio etiam respectu relegationis. quia ista est regula, q † lex generalis sequens vel præcedens,restringitur per legem specialius disponentem,secundum glo.& Doct.in l.sciendũ,in princ. ff.qui satis.cog.& Bar.plene in extrauaganti,ad reprimen. in verbo,non obstantibus.Item aduerte,quia Bal.& Ang. in §.ad crimen.& Ang.in d.§.publice. vtuntur vna ratione contra Barto. quæ est falsa.quia dicunt ipsi,si text.in §.publice. intelligatur de defensore sine mandato, qui possit prodesse & non obesse, tũc sequeretur q posset constitui procurator ab aliquo quantum ad vtilia sibi duntaxat,quod est falsum,& contra gl. not. 12. q.j. c.relatio.& contra ea,quæ no.Inno.in c.constitutus, de procur. & Io.An.in c.exposuit.s̃.de dila. Sed ista ratio concludit,si bene aduertis,q in casu.§.publice.defensor sine mandato non admittitur,quod est contra illum text.& communem sententiam, &
71 contra tex.in l.non solum.§.fi.ff.de procu.†Præterea ista consequentia non est bona,procurator non potest constitui ab homine in facientibus pro se duntaxat, ergo hoc non potest induci aliquo casu a lege,vt patet in l.j.& 2.C.de tut.& cur.qui satis nonded.& declarat Bar.in l.tutor qui repertorium.in prin.ff.de admi.tuto.Sicut videmus, q tutor potest accusare nomine pupilli,secundum Bar.& quosdam alios in l.2.ff.de accusa.& tamen non potest eum obligare ad pœnam talionis. vnde debet sub-
72 scribere nomine proprio,vt l.2.C.qui accusa.non pos.†Et adde in ista materia ad dicta Doct. q sicut in causa capitali nõ potest interuenire procura.ita non potest peti per procuratorem restitutio in integrum aduersus sententiam latam in causa capitali. ita no.sing.Bal.in l.j.§.de quare. ff.de post. Secundo adde, q licet ille qui accusat, in libello accusatorio dicat, accuso nomine talis,libellus tamen substinetur, nec videtur interuenire procuratorio nomine,sed exponitur nomine talis, idest ad vtilitatem talis,vel ad petitionem talis.ita tradit no.Bal.in l.Polla.in vlt.q. C.de his qui.vt indig.alle.tex.in l.j.§.incidit. ff.ad Turpil. Tu vide glo.ordinariam pro hoc,& ibi Bart.qui tamen dicit,q ista est impropria locutio in l.non tantum.ff.de app. Tertio adde text. notab.secundum Bal.in l.2.C.quo.app.non reci. in verbo, sua
73 voce,per quem tex.ipse dicit ibi,q† in causa capitali reus nõ po-
74 test confiteri crimen per procuratorem. † Sed adhuc restat vna
a dubitatio non parua, vtrum procurator[a] in causa capitali possit interuenire p carcerato.super quo opi.Bar.in d.§.ad crimen. est q possit interuenire pro carcerato, præterquam ad actũ sententiæ.Fundamentum suum & tenentium hanc partem, est in duobus.Primo per tex.in l.2.ff.de accu.& in l.seruus. & l.sciendum.ff.de pub.iud.in quibus apparet, q dominus defendit seruum accusatum de crimine capitali. quinimmo & alius nomine domini, vt l.Lucius. ff.de ap. Sed istæ leges facile repellũtur, quia communior intellectus est,q dñs admittatur ad defenden dũ pro suo interesse. Nec mireris,q vbi procurator non admitti tur,admittat tertius p interesse suo.qa hoc reperitur expressum in alio casu,nã dñs,pro quo alius promisit de iudicio sisti sub pę na,non euitat pœnam comparendo per procuratorẽ, vt est casus & ibi clare per Bar.in l.2. in prin.ff.si quis cauti.& tñ fideiuss. sor,q p promisit pro eo, de ipso sistẽdo, p̃t eũ defendere, ẽt quo ad hoc,vt dñs vitet pœnã.casus est sing quẽ ibi no. Ang.ad hoc, & ẽt ibi sentit Bart.in l. si eũ, in prin.vel.§.j.ff.eod.titu. Vñ melius facit pro ista opi.tex.in l.si non defendantur, in fi. ff. de pęn.vbi expresse dicitur,q seruus nõ solum potest defendi per dominũ, sed per alium.& sic videtur,q etiam ille,cuius non interest,possit interuenire pro eo,qui est detẽtus.quia, vt ibi apparet,seruus poterat duci ad supplicium.Et hanc sententiam tenet gl. ordinaria,per illam.l.in l.2.in prin.in verbo,exiero.ff. de cu. reo. Ioan. And.in addi.Specu.in titulo de procuratore.§.j.vers.sed nunqd ad media causæ.addit q reus principalis debet etiam litem contestari,licet sit in carcere.Ad alios autem actus cõcedit q potest admitti procurator.& hanc sentẽtiam secutus est Bal.in l. reos. C.de accu.Hanc sententiam dicit Ioan.de Imo.esse satis rationabilem, vbi refert multos alios tenere hanc opi. quos nunc non attinet referre.Sed fatendum est,q ista opi.est communior. Sed tu aduerte,quia Bar.in l.eos.§.super his, C.de ap. expresse tenet contra.& Bar. in §.publice. & etiam Ang.ibi vtuntur in effectu duabus rationibus. Prima fuit Bal.qui dixit,q cum in causis capitalibus reus debeat capi & detineri,vt l.fi.C. de accusa. & l. 2. & fi.de exhi.reis.sequitur q semper poterit admitti procurator in causa capitali.Sed ad ista respondet optime Ioã. de Imo. in d. §.ad crimen.q leges,quæ dicunt procuratorem nõ admitti, hñt respectũ ad absentiam rei,quando reus non potest haberi in custodia.Pro hoc adducit tex.in §.ad crimen. in ver. sed absentiũ. Sed ista responsio licet possit substineri de subtilitate iuris,videtur tamen nõ esse ex mente legum,quia cum esset locus remissioni in delictis grauibus, vt dixi, quis non videt q frequentius contingebat reum esse in custodia quam non posse detineri? ergo non debuit poni regula in casu,de raro contingenti, sed potius econtra. Secunda ratio est Ang. qui dicit q de ista q.est ca-
75 sus in l.2.ff.de cu.reo.vbi probatur,q † reus[b] qui est in vinculis,
b in examinatione causæ debet audiri apud acta. Et idem probat tex.in l.2.in fi.de exhi.reis.in verbo,adhibita aduocatione crimẽ exploret,per quas leges videtur imponi necessitas reo præsentãdi se in iudicio.Præterea secundum Saly.& subtiliter, in l. reos. C. de accu. ista conclusio probatur recte intuenti in l.j.§.i. an p alium causa ap.quam inducit sic.ibi dicitur, q in causa appellationis reus non potest constituere procuratorem:modo arguitur sic. si contra reum fuit lata sententia,ergo erat præsens in iudicio,alias nõ potuisset damnari in causa capitali,si erat præsens tempore sententiæ,debebat etiam esse detentus & custoditus, & fortius quam ante examinationem negocij, vt l.j.C.de custo. re.ergo præsupponitur q tempore appellationis adhuc erat in carcere,& tamen non potest constituere procuratorem.D. Ioã. in §.ad crimen. nititur respondere ad illum tex.q ille tex.debet intelligi,quando reus post sententiam arripuerat fugam. & sic restringit regulam ibi generaliter positam ad vnum casum,qui
76 licet sit possibilis,de raro tamen contingit,quia † diligentia pre sumitur in dubio in officiali,secundũ Bart. l.damni.§. Sabini.ff. de dam.infe.Pro opi.Bar.& aliorum videtur esse casus in d.§.super his.s̃.allegato.& in l.non tantum.s̃.alle.in quibus patet, q pro detento in causa capitali procurator appellat & illam communem sententiam sequitur Bal.in l.seruus.ff.de sta. ho. Mihi placet opi.Saly.quam ipse optime probat, maxime quia nõ est verum, q cesset ratio in isto casu vera, propter quam prohibetur procurator constitui.Est enim ratio, vt s̃.dixi, & clare sentit eam Bar.in vltima q.in §.ad crimen, & do. Abb. hic in eadem q.vt perfectius possit cognosci veritas criminis,nõ tantum in fauorem partium,sed etiam in fauorem publicum,vt s̃. ostendi: quoniam si carceratus possit comparere per procuratorem,iudex nõ poterit interrogando eũ,& audiendo ipsum ex sermonibus eius elicere veritatẽ criminis,nec videre quo vultu,qua ꝑsũtia, qua trepidatione loquatur,quæ conferunt plurimum ad cognoscendum veritatem,vt dicit Iurisconsultus in §. tormenta. sæpe allegato. Nec dicet reus minus idoneè posse defendi, si tenet ꝑparere per se,quam si esset solutus, quia in actibus iudiciarijs

ADDITIONES.

a VIN. GOD. Procurator & informator potest interuenire in causa criminali Thom.Gram.decis.60.num 72.& 91. num.72.

b VIN. GOD. Adde q licet reus non possit proponere defensiones suas nisi personaliter comparat, tamen non ex hoc videtur prohibitum pro eius parte opponi de incompetentia iudicis, Thom.Gram.consi.1.num.39.

rijs erit ipse præsens etiam cum aduocatis & coadiutoribus cau sæ, vt dicit tex.in illa l.2.in fi. de exhiben. reis. Testes autē & alia præparanda extraiudicium pro defensione causæ, vt possint allegari per reum in iudicio, poterunt parari per coadiutores & instigatores, vt dicit tex. in l.j. §. incidit.ff.ad Turpi.& in l.ob hęc verba,& ibi per gl.ff.de his, qui no.infa.& dato ꝙ propter detētationem non posset omnimodo reus æque diligenter defendi, si habet litigare per se,plus tamen subtraheretur cognitioni veritatis,si non deberet adhibere suam præsentiam, & personaliter audiri,quam adiungeretur,si posset litigare absolute p procuratorem. & ista pars est verior de iure. Non obstant iura allegata in oppositum, quia tex.in l.non tantum, & in §. super his, non loquuntur de prosequente appellationem,sed de appellante duntaxat,& respice quantum vis l.non tantum, quia non loquitur nisi de actu prouocandi. Potest autem reus per procura-
77 torem appellare,† quia actus appellandi est proprie actus iudicialis,quod patet,quia potest fieri die feriata, vt l.j.C.de ferijs.& tenet Bar.expresse per illam.l.in l.si expressim.in 2.col. ff. de ap. & non est actus in quo requiratur inscriptio quę est principium accusationis sicut libellus causæ principalis, quem propter inscriptionem non potest offerre procurator,secundum Specu.in titu.de procur. & Moder.§.in d.§.ad crimen. Ad l.si non defen-
78 dantur.& ad l.2.respondeo dupliciter.Et primo, †ꝙ istud est speciale in seruo, quia cum regulariter non sit legitima persona in iudicijs,non debet admitti ad defensionem,nisi in subsidiū.h.d. tex.clarissime in l.serui. ff. de app. Vel dic, vt colligitur ex eodē
a tex.ꝙ extraneus a & defensor,qui admittitur pro seruo, admittitur nomine domini,& pro interesse domini, non nomine ip-
79 sius detenti.†Et adde ad ea, quæ diximus gl.no.2.quæst.6.cap.si quando.quæ dicit ꝙ consors potest esse procurator pro consorte in causa criminali.de quo tetigit Inno.in c.licet.s̄.eo. & ibi diximus. Adde etiam gl.no.& mēti tenendam. 3.q.6.c.hoc quippe. vbi gl. dicit no. ꝙ quando petitur sententia lata in causa criminali declarari nulla propter iuris ordinem non seruatum, po-
80 test interuenire procurator,quia illa est causa ciuilis.† Sed quæritur pro perfectione materiæ vltimo loco, vtrum si procura.ex parte rei,vel accusatoris,non repellitur, valeat processus ipso iure,an vero sit nullus?super quo longā filateriam scribit Ioan.de Imo.in §. ad crimen. cuius dicta non sunt referenda, nisi quatenus est opus addere.Adde igitur primo ad eius dicta,in quan-
81 tum dicit reprehendēdo ibi Bar. † ꝙ iudex & reus non possunt remittere accusatori pœnam calumniæ,quia istud respiceret p̄iudicium publicum,per ea quæ habentur in l.diuus.ff. ad Silla. & in l.ius publicum.ff.de pac. Adde ꝙ pro ista cōclusione est casus clarus & no.in l.fallitur,in princi.& secundo responso. C.de abo. ex quibus probatur, ꝙ quando accusator instituit accusationem calumniosam, iudex etiam de consensu partis non potest concedere abolitionem,& sic per indirectum remittere pę-
nam calumnię.ergo multo minus directo. vñ dicit Dy. & Bart.
82 post eum,in l.j.§.vsque adeo.C.de iniu.† ꝙ etiam in crimine priuato licet pars quo ad actum ciuilem possit remittere iniuriā, non tamen valet pactum quod non possit accusare criminali-
83 ter.†Secundo adde dictis suis inquantum ipse concludit,ꝙ si accusator sit absens & reus præsens,& pro ipso reo præsente sit liquidatum iudicium,ꝙ reus ipse poterit absolui, licet accusator non possit puniri de calumnia,per l.si accusatoribus.C.de accu. & per ea,quæ no.Bar.in l.absentem.circa prin.ff.de pœ. ꝙ dubitari potest, vtrum sententia lata pro reo in isto casu accusatore absente noceat alijs volentibus accusare,iuxta.c.de his.s̄. eo. Super quo d. Ioan.hic dubitat & quasi videtur sentire ꝙ si sententia non posset præiudicare alijs volentibus accusare reus sit absoluendus.Sed ista sunt diuersa in se,nam dato ꝙ sententia non præiudicaret alijs,tamen posset multum operari, si excluderetur ipse accusator absens. Quid enim si accusator prosequebatur suam vel suorum iniuriam,ita ꝙ ipso exclusō per sententiā forte non præsumatur alius de facile accusaturus. Item quid si sit crimen priuatum,quo casu non admittitur quilibet ad accusandum,vt l.fi.& ibi per Bar.ff.de priua.delic.certe nihil,alias
84 multum posset interesse rei absolui.†Sed quæritur,posito quod sit absoluendus in omnem euentum, siue sententia præiudicet alijs, siue non, vtrum ista absolutoria lata contra accusatorem præiudicet alijs.super quo Io.de Imo.dubitat,vt dixi: quia Bar. no.in l.qui repudiantis.,§.fi.ff.de inoffi.test.videtur velle p glo. ibi positam,ꝙ etiam si actor fuerit præsens vsque ad sententiam exclusiue, tamen sententia lata contra ipsum postea absentem non præiudicat alijs.dicit tamen,ꝙ præiudicabunt acta facta p̄sente ipso.Sed quicquid senserit gl.in d. §. veritas videtur esse in
b oppositum, videlicet ꝙ tunc sententia b lata contra absentem p̄ iudicabit alijs,quia ex quo cœpit abesse finito toto processu,& sic paulo ante sententiam præsentia sua nihil potuisset operari amplius, vt l.si rem quam.§.fi.ff.de eui.& ideo non debet attendi.alias posset de facili concludi per accusatorem vel agentem in præiudicium rei, vt sententia non prodesset sibi quo ad omnes,quod est inconueniens.Et hanc opi. expresse sequitur Bart. in l.si superatus.in prin.ff.de pig.& Bal.in l.j.C.quib.res iud. nō noc. allegat tex. tin.l.2.vel 3.C.de contra. iu.tu. Tertio adde dictis suis,inquantum in secundo casu principali ipse dicit, ꝙ ista exceptio,tu non debes admitti,vt procur.quia causa est capitalis, potest opponi etiam post litem contestatam quousque non finitur liquidatio negocij,quia adhuc durant rationes, propter quas procur.prohibetur admitti,allegans ea quæ no. Saly. in l. quamuis.C. de adult.ꝙ istud dictum non videtur procedere de iure, quia etiam post litem contestatā durat causa, propter quā miles non debet admitti ad procurandum.s.vtilitas publica, neque reus criminis,neque fœmina,neque similes personæ.In milite vtilitas publica,vt l.militem.C.de procu. In alijs causæ particulares assignatæ in illis legibus, & tamen non possunt tepelli post litem contestatam.vnde si iudicium non esse nullum, vt j. dicam,& istud dictum non bene probaretur iure,nec videretur procedere. Et super isto articulo, vtrum iudicium sit nullū, qū procur. interuenit a principio ex parte accusatoris vel ex parte
85 accusati,d.Io.in effectu tenet,ꝙ in duobus casibus iudicium nō sit nullum.Primus est,quando procurator fuit admissus ex parte accusatoris,& plene probauit crimen contra reum præsentē. Secundus,quando procurator interueniret ex parte accusati,& plene constitit de innocentia rei contra ipsum accusatorem prę sentem. Mouetur,quia licet isti procuratores a principio nō debuerunt admitti, quia tamen non fuerunt repulsi, & per ipsos fuit liquidatum crimen,videtur ꝙ debeat ferri sententia, nec sit curandum ꝙ alius diligentius potuisset liquidare, ex quo sufficienter crimē est liquidatum,ar.l. Gal.§.si eius.ff.de lib.& posthu.quia vndecunque crimina claresçant,punienda sunt.24.q.
86 3.c.eccl.†& quia vt dicit Inno.in simili in c.in nostra. de procu. & in c.causam quæ,qui fi.sint legi. & Bar. in l. posthumus. §. si quis ex his.ff.de inoffi.test. sentētia lata pro vno in causa,in qua agens non petit sibi aliquid dari vel fieri, sed solum aliquid fieri a iudice vel declarari,prodest omnibus, vnde sententia lata hic pro procuratore accusante,proderit accusatori,& reipublicę & omnibus,dato ꝙ ille non fuerit legitima persona, vt dicit tex. in §.si quis ex his,prælegato. Et cessant istis duobus casibus omnes rationes,propter quas procurator prohibetur admitti. Nec ob.dicit ipse,si dicatur in secundo casu.s.quando reus constituit procuratorem,& liquidauit innocentiam suam,ꝙ sicut reus absens non potest condemnari,ita non videtur posse absolui, per regulam positam in l.3.ff.de re iu.& l.3.C.vbi Sena. vel cla. per locum a speciali,& in c.cum inferior.de ma.& obe. quia ad hoc respondet ipse,ꝙ illa regula procedit, vbi est eadem ratio: secus
87 si sit diuersa ratio condemnationis & absolutionis.† Ex quo dicto no.singu.ꝙ quamuis reus non possit absens damnari in causis a relegatione s̄. vt l.absentem.ff.de pœn. potest tamen diffinitiue absolui,si iudex patiatur liquidari de innocentia sua.allegat Dominos de Rota hoc tenentes.Mihi placet indistincte sen tētia communior,ꝙ iudicium sit nullum ipso iure.moueor forti ratione & auctoritate siue lege.Ratione quidem, vt s̄.dictum est.Causa,propter quam prohibetur procurator in istis iudicijs, est quia lex non iudicat sufficienter discuti & cognosci de crimine siue de causa, quando partes non sunt præsentes in iudicio. Vnde si processum fuit cum procuratoribus vsque ad sententiam, notorium est ꝙ non fuit cognitum de causa,prout natura causæ requirebat, ergo sententia est nulla,quia causæ cognitio est de essentia iudiicj, vt l.si ex stipulatione.C.de sen.& l.fi.C.cō min.vel epistol.& tradit Barto.in l.prolatam.C. de sen.& est casus in c.cum ex literis.s̄.de resti.in integ.& plene per gl. & Doc.
88 in c.ecclesia sanctæ Mariæ.s̄.de constitu. Vnde dicit † Bar. sing. in extrauaganti,ad reprimē.in gl.super verbo,summarie, ꝙ si iudex in iudicio plenario profert sententiam, in qua dicit se summarie cognouisse,sententia est nulla ipso iure.Nec ob. quod dicit Ioā de Imo.ꝙ satis est in primo casu plene fuisse probatum, vt sequi posset condemnatio,licet possit probari melius,& in secundo casu innocentiā rei esse probatam,vt possit absolui, quia respondeo,ꝙ vtrunque istorum est satis ad ferendam condemnatoriā vel absolutoriam,sed nō est satis quo ad veram liquidationē innocētię in primo casu: & criminis in scdo casu.qa in primo si accusator ipse fuisset præsens, ex sermonibus ex cōstantia & trepidatione potuisset deprehendi innocentia rei & confutari calumnia probationum.& sic patet ꝙ adhuc durat ratio.& si militer in secundo casu,si reus fuisset præsens ex sermone, constantia & trepidatione eius potuisset detegi crimē, quod ꝓpter absentiam fuit occultatum,saltem quo ad aliquod indicium, p

quod

ADDITIONES.

a VIN. GOD. Adde q dicantur extranei, And.Barb.consi. 18. clementissime in fi.col.pen.lib.2.

b VIN. GOD. Nota quod sententia potest ferri in absentem vbi non requiritur alia monitio sed sola calculatio,Rui.consi.111.num.10.lib.1.

quod postea fuisset positus ad torturam. vnde manifeste patet, quod non est plene cognitum de causa, sicut cognosci debuit. Confirmatur ista conclusio ex tex.no.2.quæst.6.c.si quando, iũ cta l.j.in prin.de asser.tol.dicit enim tex.in c.si quando, ꝙ causa criminalis & causa status prohibentur agi per procuratorem,& sic parificat istas duas causas. sed in causa status tex. dicit in l.j. in prin. præalle. ꝙ penitus prohibetur per procuratorem comparere seu litigare,ergo videtur ꝙ iudicium sit nullum in vtro-
89 que casu.†nam dictio a penitus,importat actum esse nullum ip
a so iure,vt l.solutum.§.si in sortem,in fi.ff.de pig. act. iuncta. l. si non sortem,in prin.de condi.inde.bene facit gl.no.in verbo, penitus.in c.Romana.§.in vniuersitate,de senten. excommu. in 6. Cõfirmatur & tertiò ista cõclusio,ga tex.noster dicit, ꝙ iudex nõ potest recipere procuratores in causa criminali, & sic denegatur potentia iudici procedenti cum tali procuratore, ergo processus videtur esse nullus,tenet consequentia per tex. no. quem ibi ponderat Bar.ad hoc,in l.j.in fi.C.de dilati.& est bonus tex. in c.j.s̃.de causa poss.& ꝓprie.bene facit quod no.Bar. in l. suus quoque.ff.de hẽre.insti.Vnde concludamus cum sententia cõmuni, ꝙ in omni casu processus sit nullus ipso iure,attenta potissime prima ratione,quæ est fundamentalis & vera.Posset tamen saluari dictum Ioan.de Imo.in primo casu,quando de crimine cõstaret per spontaneam confessionem rei,quam nulla p̃ cessisset tortura,vel metus toturæ. quia illo casu,etiam si totum iudicium esset nullũ, tamen posset ferri sententia tanquam super notorio,vt no.Inno.in c.qualiter & quando.j̃.eo.& ibi dicemus.& Bar.in l.si confessus.ff.de custo.reo. Pro ista limitatione est tex.sing.in l.ait prætor.§.permittitur.ff.de mino. secundum intellectum,quem sing.ponit Bal.ad illum tex.in l.2.in fi.C. de re iudi.vbi dixit ꝙ inhabilitas personæ agentis non attenditur ẽt vt possit repeti quando constat de eo quod petitur per confessionem. Et ad materiam nostram vide glos.no.in Authen.qui. mo.na.effi.legi.§.si quis quę dicit quòd in casibus in quibus procurator prohibetur constitui,valet actus factus per procuratorem si non opponatur.quam gl. allegat Bart. tanquam no.in l. post mortem.§.fi.ff.de adop.

ADDITIO.

a VIN. GOD. Dictio penitus, importat nullitatem absque aliquo decreto, Alexan in l.qui vsumfructum ff.de verbo.obliga.& in l.imperator.de iu. fis.

SVMMARIVM.

1 *Crimen quotupliciter deducitur in iudicium.*
2 *Denunciationis finis,quis.*
3 *Crimen quando proponitur per viam exceptionis de iure ciuili, vtrum ad pœnam talionis requiratur inscriptio.*
4 *Per electionem & acceptationem ante confirmationem non acquiritur ius in re,sed ad rem.*
5 *Ius in re,an per acceptionem in qualibet electione indigente confirmatione,uel concessione administrationis acquiratur.*
6 *Conseruari se petens,dicitur aliquid iuris petere.*
7 *Arbitrium iudicis,debet ratione regulatum esse, & an appellari possit,si quid eius libero arbit.committatur.nu.52.*
8 *Dispositio iuris, aliquam solennitatem in iudicio criminali requirens, quando ad ciuile trahatur.& latius nu.seq.& 57.*
10 *Loci & temporis appositio in ciuilibus iudicijs, vbi de crimine agitur, est ex extensione l.libellorum.ff.de accus.*
11 *Procurator interuenire potest,si ciuiliter agitur de crimine ad vindictam publicam.*
12 *Procurator interuenit, si agitur contra clericũ,qui petatur priuari beneficio.*
13 *Inquisitionis iudicium,est ciuile.*
14 *Iudex causæ ciuilis, qui alias non posset puniri ordinarie de crimine pœnã extraordinariam imponit pro crimine ipso.*
15 *Pœna priuationis a beneficio si constitutione episcopali esset ordinaria delicti, iudicium esset criminale.*
16 *Electione,quæ expectat confirmationem,ius in habitu acquiritur.*
17 *Electo non confirmato mortuo in curia, non dicitur beneficium per mortem suam.*
18 *Actor nomine alieno accusans, an inscribere teneatur, & vtrum accuset, vt defuncti mortem vlciscatur.*
19 *Maritus accusans iure extranei,subscribere tenetur. & quid in muliere accusante nu.seq.*
21 *Processus an valeat si inscriptio ad pœnam talionis omittatur, ita quod si accusator non probat ex eo,puniatur ad similitudinem pœnæ.*
22 *Solennitatis omissio, quæ a lege ipso iure suppletur, nunquam reddit actum nullum.*
23 *Pœna,quæ non probanti imponitur, intelligitur imposita illi, qui per diffinitiuam succubuit.*
24 *Iudex aliquem iniuste occidens,talioni non subscribit.*
25 *Testis deponens falsum in crimine capitali,punitur talione.*
26 *Lex,accusatore non inscribente, imponit ipsi pœnam talionis, quare introductum fuit,vt cogatur accusator se inscribere,cum promissio superflua non approbetur a iure.*
27 *Pœnæ corporali,an & quando quis possit ex pacto obligari.*
28 *Subscriptionis talioni effectus.*
29 *Litigandi iniusta causa,an in ciuili causa ab expensis excuset.*
30 *Accusans mortuum,ad talionis pœnam inscribere tenetur.*
31 *Talionis in pœna nobilis,ab ignobili distinguitur.*
32 *Exceptio de crimine,quando opponitur in famam,an iudex debeat cogere excipientem ad certam pœnam promittendum,si non probatur.*
33 *Inscriptionis talioni forma,qualis esse debeat.*
34 *Pœna pecuniaria,quando pro crimine est imponenda promissio de litem prosequendo,quid operetur.*
35 *Criminosus an admittatur ad excipiendum contra petentem confirmationẽ, vel conseruationem.*
36 *Excipiens voluntarie,magis tenet actoris locum,quam rei.*
37 *Denunciator criminosus,si ad matrimonium carnale impediendum non admittitur,multo magis excipiens ad spirituale.*
38 *Criminosus non admittitur ad denunciationem canonicam si interesse propriũ non prosequatur.*
39 *Subditus contra prælatum excipiens,proprium interesse prosequi dicitur.*
40 *Confirmatio,& consecutio officio iudicis petuntur.*
41 *Exceptionem proponere differens,vsque ad cõsecrationem,an & quando quia calumniose distulisset,repelli possit.*
42 *Crimine contra aliquem probato exceptionis via, si repellitur alia exceptione de se facta,habilitatur purgationem canonicam subeundo.*
43 *Crimen,quando contra promouendum obijcitur,superior ex officio, an possit purgationem indicere.*
44 *Appellari an possit à pœna iudicis arbitrio relicta.*
45 *Iudex quando vt bonus vir arbitrari debet, an ab eius sententia appellari possit.*
46 *Arbitri a sententia,sicut appellatur,quando loco iudicis subrogatur, ita quando iudex loco arbitri.*
47 *Appellari primo a sententia iudicis recursus sicut dicimus, ita & secundo.*
48 *Appellari ab actu extraiudiciali,qui fit cum iurisdictione,an semper possit.*
49 *Iudex si vt superior adeatur, qualitas arbitratoris, an attendatur, cuius loco subrogatur.*
50 *Ecclesia quando vacante imperio, vel ex præscripta consuetudine in iurisdictione super laicos succedit, an omisso medio ad papam appellari possit ab interlocutoria.*
51 *Appellari a sententia arbitratoris,an possit appellatione extraiudiciali.*
53 *Appellari an possit a cõmissis potestati iudicis, si non vult ipse iudex ea facere.*
54 *Arbitrio iudicis, cui lex committat,vt quid commissum faciat, aliud est, & aliud quod est omnino faciendum a iudice.*
55 *Appellari,an & quando per legem possit a pœna statuti.*
56 *Episcopum electum & confirmatum,quis deponere possit.*
58 *Exceptio, tua non interest,post lit.conte.an opponi possit, & quis probare habet,vtrum ille,qui dicit excipientis non interesse,vel potius ipse excipiens, quod sua interfit.& nu.60.*
59 *Interesse vbi desinit,& actio desinit.*

CAP. XVI.

SVper his. Denunciator criminis non tenetur inscribere,sed accusator tenetur,& excipiens ad pœnam extraordinariam,quando exceptio non repellit simpliciter, sed etiam priuat aliquẽ iure quæsito.& cum agitur ciuiliter de crimine, admittitur procurator in causa. h. d. Et sunt duæ partes principales,secundum Host.secunda est ibi,Licet enim. Tu dicas vnum esse principale quæsitum.Et quod dicitur in ver.licet, est proba tio vltimæ conclusionis principalis quæsiti. Et tria facit principaliter in principali quæsito.Primo enim enumerat modos exponendi crimina,secundo ibi,Quando crimen,&c.agit̃ de modo opponendi crimen per viam denunciationis.tertio ibi,cum excipiendo, &c. prosequitur de modo proponendi crimen per viam exceptionis,qui regulatur ab effectu resultante ex ipsa ex-
1 ceptione.†Nota primo tres modos,per quos deducitur crimen in iudicio à parte.& quamuis reperiatur quartus modus, vt tãgit hic prima gl.in quo quæritur de crimine.s. via inquisitionis, summus tamen Pontifex non est partitus imperfecte,vt dicunt hic Doc. reprehendentes gl. quia in iudicio inquisitionis licet agatur crimen vel discutiatur,non tamen dicitur opponi a parte vel proponi,sed iudex ipse est ille,qui crimen proponit, vt in c.qualiter.j̃.eo.Et ideo videretur dicendum, ꝙ pars quæ ꝓmouet inquisitionem,non dicatur substantiare iudicium in se,nec teneatur litem constari. Contrarium tamen est verum, vt probat tex.in c.fi.j̃.de pur.ca.& plene traditur in c.quoniã frequenter.§.sunt & alij.s̃.vt lite nõ contesta.de quo dicemus in c.qualiter.el.2.j̃.eo.Et considera,secundum Doct. fines istarum viarũ,
2 seu modorum agendi,†quia finis denunciationis est correctio a peccato,non punitio.& tamẽ si aliquis nõ possit corrigi a peccato, nisi dimitteret beneficium, auferretur sibi beneficium, secundum Doc. hic,& in cap.nouit.s̃.de iudi.Finis autem accusationis est punitio,secundum qualitatem delicti.i.impositio pœnæ ordinariæ, quæ pro delicto imponitur,& tamen incidenter aliquando iudex causæ criminalis impedit se de satisfactione ciuili,quæ respicit interesse partis,vt l.medicus.de var.& extraor. cog.& l.interdum.§.qui furem. ff.de fur. & plene per Bart. in l. 2.§.j.circa prin.alias.§.hoc edicto.ff.vi bo.rap. Tertio considera

finem

finē exceptionis, cuius natura est repellere, vt in c. cum dilectus. §. fi. s̄. de ord. cog. & in c. a nobis. s̄. de except. & tamen in consequentiam aliqñ propter connexitatem iurium, sicut repellit a iure quærendo, ita aufert ius quæsitum. nam ille, qui ꝑp crimē impeditur consecrari vel ordinari, ideo perdit ꝓnam in ius sibi acquisitum in beneficio, quia illud est connexum ad ordinationem vel consecrationem, nam qui non potest ministrare in ordinibus pertinentibus ad suam dignitatem, cēsetur inhabilis ad
3 illam. & ideo debet priuari iure iam quæsito. † Vtrum autē qñ crimen proponitur per viam exceptionis, de iure ciuili requirat inscriptio ad pœnam talionis, dic vt plene ponit Bart. in l. si cui. in prin. ff. de acc. & vide, quod ipse no. in l. si præteritus. ff. de bo.
4 pos. ꝯ tab. & dicetur in declaratione materiæ. † Secundo no. ibi, impedit promouen. sed non deijcit iam promotum, secūdum
a Ant. de But. & Mod. ꝙ per electionem a & acceptationem ante confirmationem non acquiritur ius in re, sed ad rem. Quæ aūt sit dr̄ia inter ista duo, vide tex. in c. fi. de concess. præb. li. 6. & in c. pe. de præb. eo. li. & in c. si tibi absenti. Gl. autem in c. quanto. 64. dist. quam adducit hic d. Abb. vr̄ velle, ꝙ per electionem & acceptationē acquiratur ius in re habitu, sed non actu, seu exercitio. quia vere per ista duo ꝯhitur matrimonium spirituale, sed non dr̄ perfectum, quia contrahitur reuocabiliter, quoniam electus ante confirmationem potest transire ad aliam ecclesiam. hoc videtur satis probare tex. in c. licet, circa prin. s̄. de transl. præla. Dicit. n. primo, ꝙ per acceptationē & electionem, matrimonium est initiatum, per confirmationem efficitur ratum, per consecrationem consumatum. Vnde per secundum dictum illius literæ patet, ꝙ primum dictum ideo dicit matrimonium initiatū, non quia totum vinculum nō sit perfectum, sed quia cum possit reuocare ex parte electi non dr̄ adhuc firmum, sicut dicimus de dominio, quod transit in legatarium ipso iure, vt in l. si plurib⁹. ff. de leg. j. & l. si tibi homo. §. cum seruus, eo. tit. hoc etiam ꝓbat tex. in c. inter corporalia. circa medium, eo. tit. in ver. maxime, si secuta sit confirmatio. & tenet glo. in c. cum inter canonicos, de
5 elect. † Vtrum autem in qualibet electione, quæ indiget confirmatione, vel saltem concessione administrationis, acquirat̄ ius in re per acceptationē electionis, est maior dubitatio, quia Bart. super hoc variauit, nam in l. absenti. in prin. ff. de dona. tenuit ꝓ regula, ꝙ per electionem, quam electus non tenetur acceptare, ex sola acceptatione acquiritur ius, ad quod quis est electus, per l. fi. C. de consuli. li. 12. & per l. Publius, in prin. de condi. & dem. sed alibi dicit ꝙ in dignitatibus minoribus sola acceptatio cum electione non acquirit ius, ad quod quis est electus, puta dignitatem, sed solum in maioribus, vt ipse plene disputat in l. fina. ff. de testa. mil. de quo est dicendum, vt in dictis iuribus. Et si volumus tenere, ꝙ per electionem ꝯhatur matrimonium spirituale, cum ecclesia secuta acceptatione, & sic acquiratur ius in re, ad istum tex. habemus respondere, qui fortiter facit in oppositum, ꝙ dr̄ repelli a iure quærendo propter exercitium, quod nō habet, sine quo habitus iure quæsiti & amissio ipsius reputatur
6 modici præiudicij. † Tertio no. ꝙ ille, qui petit se consecrari vel ordinari, dr̄ petere aliquid iuris, quod patet, quia ꝯ ipsum pōt excipi de crimine, quod non posset fieri si restaret sola exceptio facti, vt in c. constitutis, in fi. s̄. de ap. & in c. accedens. & ibi dice-
b tur. j. eo. Et pondera illum ver. ibi dum dicit, aut etiam b ꝓsecrādum, ꝙ per illam dictionem implicatiuam satis ostendit sūmus Pontifex, ꝙ consecratio episcopi habet ordinem in se. de quo vi
7 de gl. in prooemio sexti, & ibi plene per Mod. † Quarto no. & tene menti ibi, secundum arbitrium discreti iudicis, &c. quod arbitrium iudicis, qui habet imponere pœnam arbitralem, dz esse regulatum ratione. & ideo si indiscrete arbitretur, potest appel-
8 lari, vt j. videbis in gl. † Vltimo no. in ver. licet. n. iuncto responso præcedenti, ꝙ dispositio iuris, quæ requirit aliquam solennitatem in iudicio criminali, trahitur ad iudicium ciuile, quatenus in eo est eadem ratio, quæ in criminali. & hoc secundum communem intellectum, qui habet ꝙ in ver. præcedenti excipiens debeat subscribere ad pœnam extraordinariam. Vnde dicit tex. no. in c. tuæ. s̄. de procu. ꝙ quando agitur ciuiliter de crimine, in libello dz poni locus & tēpus, &c. sicut requirit lex ciuilis in ac-
9 cusatione. Et per ista iura pōt inferri duplex no. conclusio. † Prima, ꝙ sicut dispositio c facta in iudiciis ciuilibus respectu processus trahitur ad iudicia criminalia, vbi aliter non reperitur in eis dispositum, vt l. absētem. ff. de pœ. & plene per Bar. in l. inter accusatorem. ff. de publ. iudi. ita eꝯ dispositio facta circa processum in causa criminali, hēt locū in causa ciuili, in qua est ead-
10 ratio. † Secunda conclusio est no. quia vr̄ probari in his duobus iuribus, & maxime in d. c. tuæ. ꝙ appositio loci & temporis & similium circunstantiarum in iudiciis ciuilibus, in quibus agitur de crimine, est ex extensione l. libellorum. ff. de accu. & sic videt̄ posse inferri, ꝙ sicut si ista omittantur in iudicio criminali, libellus est ineptus & iudicium nullum, vt in d. l. libellorum. ver. ꝙ si libelli, canonizata. 2. q. 8. c. libellorum. ita similiter sit in iudicio ciuili, de quo articulo aliqua pulchra scribit Bal. in c. j. quib.

mo. feu. ami. & ego plene scripsi referens dicta sua in l. edita. C.
11 de eden. † Vltimo ex eodem ver. collige, ꝙ licet agatur de crimine ad vindictam publicam non ad priuatam, si tamen agitur ciuiliter & non criminaliter, potest interuenire procurator, & dr̄ iudicium ciuile. & hoc multum ponderat hic do. Abb. Mod. licet enim quo ad beneficium, ꝯ quod opponitur exceptio, istud iudicium ciuile operetur idem, quod iudicium criminale, non tamen operatur per eundem modum, quia si ageretur criminaliter remoueretur iste a beneficio in pœnam, sed in isto iudicio non aufertur sibi beneficium in pœnam, sed potius tanq̄ inhabili, quia ex quo non potest ordinari vel consecrari, consequens est vt non sit habilis ad beneficium retinendum, & per hoc di-
12 cit veram esse doctrinam Fede. de Senis cons. suo 22. † qui dixit, ꝙ quando agitur contra clericum, & petitur priuari beneficio simpliciter, in hac causa potest interuenire procurator, quia iudicium est ciuile, cum non agatur ad remouendum eum in pœnam, sed potius tanquam inhabilem ad beneficium retinēdū. Pro ista conclusione adducit text. quem reputat no. in c. ꝓ tuas. j. de simo. vbi probatur, ꝙ iudicium inquisitionis de iure canonico, in quo agitur ad remotionem a beneficio, quia illa nō est pœna ordinaria delicti, dicitur iudicium ciuile. & ita alias disputando dixi per illum tex. Aduerte tamen, quia sicut hoc est certum, ꝙ quando crimen obiicitur per viam exceptionis, istud est iudicium ciuile, vt est casus hic, quia principaliter agitur ad repellendum, & in consequentiam aufertur ius quæsitum, vt diximus, ita est dubium, quando agitur per viam inquisitionis ad priuandum aliquem beneficio, istud iudicium sit ciuile. nā hic videtur agi principaliter ad pœnam imponendam, vt in c. inquisitionis. in fi. prin. j. eo. ergo cum agatur de pœna non applicanda parti, sed respiciente vindictam publicam, iudicium videtur criminale, iuxta regulam positam per Bar. in l. agraria. ff. de termo. Io. An. in addi. Spec. in tit. de inquisi. §. nunc videndum, re-
13 ferens dicta Damasi in quadam sua disputatione, dicit, † ꝙ iudicium inquisitionis est iudicium ciuile, quinimmo etiam si agatur per inquisitionem de tali crimine, in quo venit imponenda pœna depositionis ab officio, etiam in processu inquisitionis, nihilominus iudicium dicitur ciuile. ita dt̄ singul. Ioan. And. in ca. frequens. de rest. spol. lib. 6. Et potest esse ratio, quia priuatio ab officio venit in consequētiam ad priuationem a beneficio, vel potius fit priuatio ab officio, quia persona est inhabilis ad eius executionem, quam sit pœna formalis delicti. Contra hoc tamen dictum singu. facit tex. in c. inquisitionis. in princip. infra eodem. vbi dicitur ꝙ in tali casu proceditur, sicut in accusationis iudicio. Sed redeundo ad principale dictum, ista conclusio, quæ dicit, ꝙ cum proceditur ad priuationem a beneficio, iudicium dicitur ciuile, videtur fundari in hoc, quia non imponitur pœna ordinaria delicti, sed extraordinaria. ita videtur dicere tex. in d. c. per tuas. Et probatur ista conclusio ratione fortissima, qa cum inquiritur de crīe contra clericum, admittuntur testes laici & fœminæ, vt in c. quoniam, de testib. patet enim, ꝙ ibi iudex procedebat ex officio, licet crīa fuissent sibi denunciata, & ita tenet ibi do. Anto. Sed si iudicium inquisitionis esset crīale, tales personæ non admitterētur contra clericum, vt in c. de cætero. e. tit. & in c. cum P. s̄. eo. Et hanc conclusionem tenet Bar. ꝙ quādo agitur ad remotionem a beneficio, sit remedium ciuile, & non succedat loco accusationis, in l. 2. §. si publico. ff. de adult. & in l. j. §. sciendum ff. de suspec. tuto. vbi declarat dicta Inno. in c.
14 fi. de purg. cano. Pro ista conclusione facit, † quia pœnam extraordinariam pro crīe imponit iudex causæ ciuilis, qui alias non posset punire ordinarie de crimine, vt l. nullum, & quod ibi no.
15 C. de test. Dixit tamen hic do. Ant. de But. † ꝙ si per constōnem
d episcopalem pœna d priuationis a beneficio esset pœna ordinaria delicti, tunc iudicium esset crīale, quia cessat ratio, propter quam dicitur ciuile, in c. per tuas. & hoc sequitur hic do. Abb.
16 Et quia s̄. diximus in vno no. † ꝙ per electionem, quæ expectat confirmationem post se, acqritur ius in habitu, sed non in actu, sicut dixit gl. in c. q̄to. præall. vide ad confirmationem huius ꝓclusionis Bal. in auth. habita, in vlt. char. C. ne fi. pro pa. & ī l. priuatorū. & ī l. fi. in fi. C. de iur. om. iu. & Abb. Mod. ī c. post q̄ s̄. de ele. Lz āt ex electione sola cū acceptatione acqratur ius in re habitu.

ADDITIONES.

a Per electionem. Vide ad hoc Bal. in auth. habita. in ult. char. C. ne fil. pro pat. & in l. priuatorū. & in l. fi. in fi. C. de iur. om. iu. & d. Abb. & Mod. in c. postquam. supra de elect.

VIN. GOD. Adde de electione Papæ ꝓ Cardinales a quo iure habuerit or tū. And. Bar. de ꝓstan. Card q. 1 primæ partis. n. 29. ꝙ hr̄ in li. 10. trac. fol. 241.

b Etiam. Adde quod ista dictio implicat, ut per Bar. in l. etiam. C. si tut. uel cur. & in l. si tertius. § offensum. ff. de aqua plu. arc. Moder. & maxime Iac. in l. 1. in 2. col. uer. in tex. C. qui admit.

c VIN. GOD. Nota ꝙ dispositio simpliciter loquens, simpliciter debet intelligi. Soc. iu. cons. 122. nu. 1. lib. 3. Nec adaptatur dispositio, cui uerba non adaptantur. idem cons. 123. nu. 11. eo. lib.

d VIN. GOD. Dicendum uidetur, ꝙ pœna priuationis non debet habere locum, nisi reperiatur expressa. Soc. iun. cons. 3. nu. 32. lib. 3.

bitu, vt dictum est, dicitur tamen adhuc beneficium vacare an-
17 te confirmationem superioris. † Vnde si electus non confirma-
tus moreretur in curia, non dr̃ beneficium vaca. per mortẽ suã.
Gl. est sin. & vnica, in cle. j. in verbo, collato, vt li. pen. In gl. posi-
ta in verbo, inscribi. enumerat hic gl. aliquos casus, in quib, nõ
est necesse inscribere ad pœnam talionis. aliquos etiã vltra istos,
enumerat gl. 2. q. 8. in summa, & Hosti. & Mod. quorum dictis
18 adde & br̃, inquãtum † volunt ꝙ actor accusans nomine alieno
non tenetur inscribere, & similiter ille, qui accusat vt vlciscatur
mortem defuncti, per l. tutorem. ff. de his, qui. vt indig. ꝙ ista di
cta simpliciter intellecta non sunt vera, quia ista consequentia
non est bona, aliquis excusatur accusando a præsumpta calum-
nia, ergo non tenetur inscribere, vt est casus clarus in l. 2. C. qui
acc. non pos. vbi patet, ꝙ tutor qui excusatur a præsumpta calũ-
nia, nihilominus subscribit, Et quæ sint illę personæ, quæ excusã
tur a calumnia præsumpta, vide per glo. no. in l. j, in princ. ff. ad
Turp. & melius in l. athletas, §. calumniator. ff. de infami. Potest
tamen saluari doctrina Hosti qui dixit, vt dicamus, ꝙ tales non
tenentur subscribere sub forma communi, sed magis stricte, qa
dicunt se obligare ad pœnam, si fuerint deprehensi in, euidenti
calumnia. Et ex his infertur ad intellectum. l. j. C. de fal. mo, nã
ibi non probatur, ꝙ non requiratur subscriptio in accusatione,
sed solum ꝙ accusator non punitur de calumnia, secundũ expo
sitionem glo, quod est intelligendum. s. præsumpta, per ea quæ
habentur in gl. in l. sed si hac. §. finautem. ff. de in ius voc. & in l.
qui cum maior. §. fi. ff. de bon. libe. Et tamen aduerte diligenter
ad tex. in d. l. j. quia si bene respicies, videbis ꝙ etiam nõ probat,
ꝙ ibi dicit gl. nam vt patet ex ver. dispar patrimonium. ꝙ intel-
lectus illius est, ꝙ accusatori probanti accusationem datur præ-
mium immunitatis a muneribus. Et quia diuersæ sunt formæ
immunitatis, quia quædam liberãt a muneribus personalibus,
quædam a realibus, ideo dixit Imperator, ꝙ pro qualitate patri
moniorum ipse statueret immunitatem concedẽdam singulis
accusantibus, nam a muneribus realibus non ita concederetur fa
ciliter excusatio habenti amplas facultates, sicut habẽti medio-
19 cres vel modicas. † Secundo adde ad dicta Doc. dum dicunt cõ-
muniter, ꝙ maritus si accusat iure extranei, tenetur subscribere,
per c. tuæ. s̃. de procu. secus si accuset iure mariti, vt l. quamuis.
la 2. C. de adul. & Saly. in d. l. quamuis, dicit illam l. esse correctã
per ius nouissimum. i. per auth. sed hodie, C. de adul. & sic tex. in
a c. tuæ. intelligeretur simpliciter, siue maritus a accuset iure ma-
riti, siue tanquam extraneus, & ita videtur necessario dicendũ,
quia de iure C. solus maritus & consanguinei vxoris, secũdum
quorundam opi. admittuntur ad accusandum propter iniuriã
sibi illatam, vt dicit tex. in l. quamuis. in fi. ergo maritus non po
test accusare iure extranei, cum extraneus hodie non admittat.
20 † De muliere autem, quæ accusat in casibus sibi permissis, tenẽ
da est sententia gl. nostræ & communis, ꝙ potest accusare sine
subscriptione, quicquid dixerit Io. de Imo. quia tex. clare hoc di
cit. 15. q. 5. c. de crimine. & l. de crimine. C. qui accu. non pos. Et
21 † quia hic agitur de pœna talionis, quærunt Doct. post Io. And.
quid si inscriptio vel subscriptio ad pœnam talionis omittatur,
vtrum valeat processus, ita ꝙ accusator si non probat, ex eo pu-
niatur ad similitudinem pœnæ. super quo communis opin. est
cum gl. in l. 2. & fi. C. de fi. instru. ꝙ omissio istius subscriptionis
non vitiat processum, quia etiam ipsa omissa accusator damna-
tur ex legis dispositione, similitudine supplicij, vt l. fi. C. de accu.
& l. fi. ff. de furt. licet glo, aliter dixerit. 4. q. 4. §. inscriptio. Pro ista
opi. facit optime tex. & quod ibi tradit Bal. in prima lec. in l. his
22 verbis. cum l. seq. ff. de adop. vbi probatur, † ꝙ omissio solenni-
tatis, quæ suppletur a lege ipso iure, nunquam reddit actũ nul-
lum, quia sic suppletio legis esset frustratoria. ad idem tex. in l. j.
in princ. C. de rei vxo. ac. Si ergo lex ipso iure obligat accusatorẽ
ad similitudinem supplicij, supplet defectum solennitatis omis-
sæ. ergo valet iudicium. Sed dubium remanet in hoc, quia le-
b ges dicentes ꝙ accusator b punitur similitudine supplicij, vel pę
na talionis, loquuntur & præsupponunt ꝙ inscriptio præcesse-
rit, & sic iudicium solenniter fuerit inchoatum. Nam si ista so-
lennitas fuisset omissa, tex. videtur dicere ꝙ libellus est ineptus
& iudicium nullum, in l. libellorum, in ver. ꝙ si libelli. ff. de acc.
& reus absoluitur ab obseruatione iudicij, non diffinitiue, vt ibi
23 dicitur. † Sed pœna, quæ imponitur non probanti vel succum-
benti in causa, intelligitur imposita illi, qui succumbit per diffi-
nitiuam, non illi qui repellitur a limine iudicij, vt est casus no,
in l. Papinianus. §. meminisse. iuncto ver. siquis impubes. in pri-
mo responso ff. de inoffi. testa. ergo accusator non debet puniri,
quæ iura inducuntur sic. dicit enim tex. in §. meminisse, ꝙ qui
succumbit, vel non obtinuit in querela inofficiosi, perdit relic-
tum sibi factum in testamento. deinde dicitur in §. siquis im-
pubes, ꝙ si impubes arrogatus dicat testamentum patris arro-
gatoris inofficiosum, dubitari potest vtrum perdat quartã, quæ
sibi debetur de bonis patris arrogatoris. cui quæstioni respõdet
Iurisconsultus, dicens ꝙ iudex nõ debet admittere istum ad di-
cendum inofficiosum testamentum. & si iudex faciat debitum
suum, non procedit quæstio. & sic deciditur clare, ꝙ quando ac-
tor repellitur a limine iudicij, & reus absoluitur ab eius obser-
uatione, non incurrit pœnam amissionis relicti, propter quę ar-
ticulus iste non est expeditus. Saluando tamen communem sẽ-
tentiam dicamus, ꝙ quia tex. in l. j. §. calumniatoribus. ff. ad Tur
pil. dicit, ꝙ pœna talionis, quæ imponitur calumniatori, impo-
nitur per l, satis apparet, quod similitudo supplicij imponitur
accusatori ex legis dispositione, etiam si nulla præcedat promis
sio. hoc etiam probatur in ratione sui, in l. j. §. incidit. eod. tit. vbi
tex. dicit, ꝙ ille qui diffidentia probationis mandauit alteri vt
accusaret, ideo punitur tanquam calumniator, ne lucrẽ ex deli
cto suo, & vt pœnam calumniæ, quam alium supponendo vo
luit fugere, merito subsistineat. Ita ergo dicem⁹ in casu nostro, ꝙ
accusator qui non subscribendo voluit fugere pœnam calum-
niæ, cum subscriptio sit inuenta ad calumniam puniendã, non
lucretur ex delicto suo & eandem pœnam calumniæ patiatur.
24 † Confirmatur ista conclusio, quia si iudex, qui iniuste occidit
aliquem, patiatur talionem, vel qui non punit puniendum, &
tamen non subscribit, eadem ratione punietur accusator non
subscribens. Primum probatur in tex. sing. in l. lege Iulia. §. fi. ff.
ad l. Iul. repe. quem ad hoc adducit Bald. in l. j. in princ. ff. quod
quisque iur. Secundum in l. j. C. de deserto. lib. 12. & ibi hoc po-
25 nit Bart. † Similiter etiam dicimus in teste, ꝙ testis qui deposuit
falsum in crimine capitali, punitur talione, vt est casus sing. 33.
q. 5. c. hæc imago. in fi. & licet glos. ibi teneat oppositum, tamen
tex. hoc probat, & tenet Bal. expresse in c. j. §. homicidium, de pa
ce iura. fir. allegat casum in l. j. in prin. ff. ad l. Cor. de sic. Et licet
inter istas personas posset assignari aliqua differentia, opi. tamẽ
communis potest sustineri, licet non transeat sine dubio. Potis-
sime autem moueor ad tenendũ communem sententiam ex
26 ratione, quæ elicitur ex d. §. incidit. s̃. relato. † Sed quæritur pro
declaratione q. præcedentis, & totius materiæ, si lex etiam accu
satore non inscribente imponit ipsi pœnam talionis, quare fuit
introductum vt accusator cogatur se inscribere, cum promissio
superflua non approbetur a iure, vt l. qui bis idem. ff. de ver. ob.
& l. hæc stipulatio. §. diuus, vt leg. no. ca. Hoc tangit solus Bal. in
l. qui crimen. C. qui accus. non pos. Et ibi videtur assignare duas
rationes. Prima est, quia quod specialiter exprimitur & promit-
titur, magis timetur, quasi sit magis ante oculos, sicut dicimus
de scripturis sacris, quarum præsentia semper admonet iudices
sacramenti & religionis, in l. rem non nouam. §. generaliter. s̃.
de iud. Sed aliud est, ꝙ pœnitentia sacrorum valeat ad confirmã
dum animum iudicis, vt bene iudicet, aliud quia promissio, q̃
c exprimit id, quod tacitè inest, aliquid operetur, quia regula c est
in contrarium, in l. 3. ff. de leg j. vnde ipse infert secundam ratio
nem, quæ est melior, ꝙ ex promissione facta ab accusatore obli
gatur accusator ad pœnam ex obligatione naturali surgente ex
consensu, vbi alias non obligaretur ex tali obłone, sed solũ obli
gatione descendente ex æquitate naturali, sicut plene declarau
mus s̃. in rub. huius tit. declarando dicta Bar. in l. ex hoc iure. ff.
27 de iust. & iu. † Et ex hoc resultat vnum aliquid singulare & pul-
chrum, ꝙ quamuis ad pœnam corporalem non possit aliquis
obligari ex pacto, vt l. liber homo. ff. ad l. Aqui. secundum gl. 23.
q. 5. cum homo. & Bar. in l. interdum. §. qui furẽ. ff. de fur. Istud
est limitandum, nisi aliquis obliget se ad pœnam corporalem, q̃
ex legis dispositione esset oĩno subiturus, & est limitatio iuri cõ
ueniens per ea, quæ habentur in fi. in tex. & glo. in l. legitima. ff.
de pac. Tu potes addere ad istam secundam rationem, quæ est
satis probabilis, ꝙ cum leges dicant, subscriptionem esse inuen-
tam ad compensandam calumniam & ad vlciscendam, si com-
mittatur, vt dicit tex. in d. l. si cui. & in l. quamuis. la 2. C. de adul.
& in l. fi. ff. de fur. sine dubio aliquis notabilis effectus & non le-
28 uis, debet induci ex ista subscriptione. † Dicamus ergo, ꝙ subscri
ptio inducet hunc effectum, quia subscribens & non probans
crimen, in dubio præsumatur calumniari absque eo, ꝙ aliter
probetur calumnia sua. Et sic intelligetur text. in l. j. C. de cal. &
glo. in l. athletas. §. calumniator. de his qui no. infa. Sed si fuerit
omissa subscriptio, tunc non præsumetur in dubio calumnia-
ri, nisi aliter ex coniecturis constet iudici, & sic intelligetur tex.
in l. j. §. calumniatoribus. cum §. sequenti. ad Turpil. nec restrin-
getur ad personas exceptas, vt ibi dicit Barto. & istud dictum
est valde

ADDITIONES.

a VIN. GOD. Adde, ꝙ si maritus etiam parcat uxori adulteræ, tamen ipsa pu
niri debet, ex quo est de casibus ubi proceditur ex officio, & absque accusa-
tore. Thom. Gram. decis. 31. nu. 4.

b VIN. GOD. Accusator, qui debeat puniri similitudine supplicii, quo puniẽ-
dus fuisset accusatus. Alex. ponit in cons. 11. nu. 10. lib. 1.

c Quia regula. Adde tex. in l. nõ recte. C. de fideic. & tex. in l. uerba hæc ff. de ꝓst. q̃
reg. adeo est uera, quod etiam procedit in spiritualibus, gl. est in c. ad audien-
tiam, secundo. in gl. 3. de re. & ibi d. Abb. d Car. & Imo. gl. in c. relatum. in gl.
1. de præb. gl. in c. cũ M. Ferrarien. in uer. perceperit. & ibi do. Anto. de But. in
38, col. de const. gl, in c. olim, primo in gl. 2. & ibi d. Abb. de rest. spol.

eſt valde nouum in iſta materia,& contra communem ſententiam,quæ ſimpliciter dicit,q̃ non probans præſumitur calumniari. Dicamus ergo & alio modo, inhærendo communi ſniæ, q̃ vltra effectum quem dicit Bal. induceretur ex ſubſcriptione, q̃ accuſator qui non probat, difficilius excuſabitur a calumnia, & erit opus clarioribus indiciis & argumentis, vt promiſſio hominis aliquid operetur. ſicut dicimus in ſimili,† q̃ quamuis in-
29 iuſta cauſa litigandi excuſet ab expenſis in iudicio ciuili, ſi tamẽ expenſæ promittuntur per ſtipulationem non excuſatur, ſecundum gl. quam Bal. dicit eſſe ſing. in Auth. de iudi. §. oportet. ſed eſt alia, quæ idem dicit in effectu, in l. ſi mulier. §. ſi rem. ff. de lega. 3. quam Bal. videtur ibi approbare. licet Bart. aliter ſentiat in l. properandum. §. ſi autem alterutra. C. de iudic. Ad minus tñ
30 eſſet concedendum, q̃ iuſtior cauſa requireretur. † Et ad materiam noſtram vide glo. ſing. 24. q. 2. c. ſane. el 2. quæ dicit, q̃ q accuſat mortuum de crimine tenetur inſcribere ad pœnam talionis. Vide etiam Bald. & Gui. de Cun. in l. athletas. §. calũniator.
31 præal. & in l. 2. in fi. C. de fi. inſtru. vbi dixit, † q̃ in pœna talionis non diſtinguitur nobilis ab ignobili, quia lex vult accuſatorem púniri eadem pœna. ſecus ſi lex puniret nobilem & ignobilem eadem lege, quia tunc ſeruatur diſtinctio perſonarum, de qua
32 in l. capitalium, in prin. & in l. in ſeruorũ. de pẽnis. † Vide etiam Bal. ad materiam in l. Caſſius. ff. de ſen. vbi dixit, q̃ quando exceptio de crimine opponitur in famam, intellige de facto, ſicut eſt cum allegatur dolus criminoſi, iudex ſemper debet cogere excipientem ad promittendam certam pœnam, ſi non probatur, ſicut iudex poteſt comminari pœnam tutori, cum conſtituit alimenta pupillo, ſi celet aliquid de ſubſtantia pupilli, vt l. ius alimentorum. §. 2. ff. vbi pup. educ. deb. Sed ibi concurrunt multa ſpecialia, cur iudex ita faciat perfidia tutoris & cã alimẽtorum, quæ eſt fauorabilis, quæ non concurrunt hic, & ideo ſtandũ eſt ſimpliciter huic decre. quæ dicit, q̃ non debet ſe inſcribere etiã ad pœnam extraordinariam, vt patet ex prin. iũcto ver. poſt ꝓfir-
33 mationem, per locum a ſpeciali. † Tractant etiam hic Doc. poſt Io. An. de forma huius inſcriptionis, qualis debeat eſſe. & eſt cõ
a munis concluſio, quam etiam approbat [a] Bar. in l. ſicuti. ff. de accuſa. q̃ inſcribens debeat ſe obligare ad ſimilitudinem pœnę, & promittere de proſequendo litem vſq; ad finem. Primam partem formæ probat tex. in c. tuæ. s̃. de procu. & in l. fi. C. de accuſ. Secundam probat tex. in d. l. ſicuti. in ſecundo reſponſo. & in l. q̃
34 crimen. C. qui accu. non poſ. † Et aduerte, quia quando pro crimine eſſet imponenda pœna pecuniaria, iſta promiſſio poſſet multum operari, quamuis enim lex non aſtringat eum dare fideiuſſorem, ſicut facit in promiſſione de perſeuerando vſq; ad finem habens ſimpliciter promittere nuda cautione, ſaltem deberet obligare bona in genere, vbi vt dixi pœna quæ veniret imponenda, eſſet pecuniaria, iuxta regulam poſitam in text. & in glo. in l. filio vel ſeruo. §. fin. ff. quando dies leg. ced. & in l. Paulus, alias prætoriæ. ff. de præto. ſtipu. Vnde fiſcus pro pœna haberet bona tacite obligata, vbi alias non habet, vt l. j. & ibi no. C. creditorem pœnis fiſc. &c. lib. 10. & no. in l. ſi is qui. ff. de iur. fiſ. Forte tamẽ poſſet dici, q̃ cum leges ſimpliciter & vniformiter aſtringant accuſatorem ad obligandum ſe ad pœnam talionis, ſiue illa ſit corporalis, ſiue pecuniaria, q̃ ſicut in pœna corporali non deberet obligare bona, ita nec in pœna pecuniaria, vt ſic vniformiter illa determinet. Et pro declaratione hui⁹ materiæ quærẽdum eſſet hic, vtrum ſi locus tempus & alia requiſita in accuſatione omittuntur, valeat iudicium parte non opponẽte. Et vtrum ſi crimẽ obiicitur per viam exceptionis, debeat apponi locus, tempus, & ſimilia, de quibus omnib. dicetur plene in c. qualiter. el 2. j. eo. In gl. poſita in verbo, ab accuſatione. ibi, ſed
35 ab excipiendo non repellitur. Glo. † iſta ſecundum Mod. ſentit q̃ criminoſus admittatur ad excipiendum ꝯ petentem ꝓfirmationem vel conſecrationẽ. Super quo Inn. hic poſuit duas opi. Prima opi. diſtinguit, q̃ aut criminoſus excipit pro intereſſe proprio. v.g. patronus eccleſię vel parrochianus, qui eſt futurus ſubditus præla. Aut excipiens non proſequitur proprium intereſſe ſed commune. i. bonum publicum. Primo caſu admittitur cri-
b minoſus [b] ad excipiendum, quia admitteretur ad accuſandum, quod eſt fortius, vt in c. de cætero. in fi. s̃. de teſti. 4. q. 6. c. oĩbus. ſicut & admittitur ad denunciandum, vt no. in c. ex parte Adæ.
25 dicit, † ꝙ reſeruatio iudicis non prodeſt, ſi velit facere actum ex interuallo poſt ſententiam. & hoc etiam ſatis clare tenet Ioã. de Imo. in l. iudex poſtquam, in vlt. char. ff. de re iudi. Vbi autem iudex condemnando vel abſoluendo in eadem ſententia poſt cõdemnationem vel abſolutionem vellet corrigere vel modificare ſententiam, vtrum hoc poſſit. Iſta eſt difficilis quæſtio, ſuper qua multa ſcribit Io. de Imo. poſt Ang. & alios in d. l. iudex poſtquam. & finaliter remanet in iſta concluſione, ꝙ iudex põt modificare & corrigere ſententiam in eodem contextu verborũ. i. vel in vna oratione, vel in duabus, quarum vna ſequitur alterã immediate, ita ꝙ apparet iudicem vnũ ſine alio noluiſſe ſtatuere, ſicut cum dicit, adiudico ibi fundum, ſaluo eo ꝙ ꝯ. dicam, vt dicit gl. in l. itẽ Labeo. ff. fa. erc. benefacit gl. 16. q. i. c. prædicator. quæ dicit, quòd valet iſta ſententia, condemno, immo abſoluo.
a vbi vero modificatio vel correctio[a] non poneretur in eodẽ contextu orationis, tunc dicit ꝙ in eadem ſentẽtia antequam iudex habeat pronunciationem pro perfecta, poterit apponere modificationem, ſeu qualitatem, quam primo non appoſuit, ſed corrigere in totum vel in parte non poterit, quæ differentia non videtur vera, quia ſicut iudex non poteſt mutare ſententiam, ita non poteſt aliquid addere poſtq̃ eam tulit, niſi circa acceſſoria, vt patet in l. Paulus. ff. de re iud. & in l. iudex poſtquam. in prin. in ratione literæ. Præterea hoc videtur expreſſe ꝯ tex. in l. itẽ Labeo, ver. ꝙ ſi pure. vbi text. dicit, ꝙ iudex qui primo adiudicauit fundum alicui pure, non poteſt adiucando fundum alteri parti imponere ſibi ſeruitutem. Nec potes dicere, ſicut dicit Ioan. de Imo. ꝙ ibi ſecũda adiudicatio fuit facta ex interuallo, quia iſtud eſt dicere ꝯ l. in iudicio. ff. eo. vbi probatur, ꝙ abſolutiones & cõdemnationes in iudicio fami. erc. ſunt faciendæ quo ad omnes perſonas, & maxime quia ita fieri conſueuit. vnde Ang. in l. nõ quemadmodum. ff. de iudi. ſequitur ſimpliciter opi. Bar. licet in d. l. iudex poſtquam. teneat ꝯ Bar. & in conſi. ſuo 41. vbi no. loqtur. Et idem tenuit Bald. multum diffuſe in l. quid ergo. §. pœna grauior, in ſua repetitione. ff. de his, qui not. infami. Fundamen-
b tum eorum præcipuum eſt hoc, quia quæ fiunt[b] incontinenti, videntur ineſſe, vt l. lecta. ver. dicebam. ff. ſi cer. pe. vnde ſi iudex condemnauit prius, vel abſoluit ſimpliciter, poſtea antequã habeat ſentẽtiam pro abſoluta & perfecta corrigit eam in totum, vel in parte, vel modificat, perinde eſt, ac ſi in eodem contextu orationis idem feciſſet, iuxta ea quæ tradit Bar. in l. iuriſgẽtium. §. quinimmo. ff. de pact. & in l. in bonæfidei. C. eo. Sed ad iſtam rationem ſufficienter reſpondet loã. de Imo. in d. l. iudex poſtq̃. quia illa iura loquuntur in contractibus, qui poſſunt oratione dari & qualificari, prout partibus placuerit, etiam poſt actum perfectum, quæ ratio ceſſat in ſententia, in qua etiam maior ſolennitas requiritur quam in actu extraiudiciali, & ſine dubio ſi non eſſet text. in l. item Labeo. qui multum vrget pro ſententia Bart. ego per rationem prædictam ſequerer dicta Bal. & Ange. ſed text. obſtat fortiter in dicto ver. ſi pure. Et ad materiam vide Bald. in l. etſi ſeuerior. C. de infam. & Ang. in l. terminato. C. de fruct. & lit. expen. & Pet. de Archa. in quinta & ſexta char. in re-
26 gula, ea quæ fiunt. de reg. iuris. † Item adde dictis Docto. in iſta materia, inquantum ipſi concludunt, ꝙ iudex delegatus nõ poteſt verum pronunciare, ſi nulliter pronunciauit, iuxta l. ſi vt ꝓponis. C. quomodo & quando iudex. ꝙ Ange. intellexit hoc verum in dic. l. iudex poſtquam. in aliis delegatis. Sed in delegato principis dixit, ꝙ poterit cognoſcere de nullitate, & iterum pronunciare in cauſa principali, ſicut ordinarius, cui delegatus principis æquiparatur, vt l. j. in fi. C. qui pro ſua iuriſdict. & in c. paſtoralis, in princ. s̃. de offic. dele. Sed Ioan. de Imo. ibi dicit, quod quantum ad hoc non reperitur iure cautum, ꝙ delegatus Principis æquiparatur ordinario, licet in quibuſdam æquiparetur. Tu adde ꝙ iſta concluſio Ange. non videtur vera, quia ſicut cõcludit glo. Barto. & communiter omnes in l. fin. C. vbi & apud
27 quem. & in l. 2. C. ſi aduer. rem iudi. † delegatus Principis nõ poteſt reſtituere contra ſententiam ſuam, ſicut iudex ordinarius, q eſt de maioribus magiſtratibus, iuxta l. in cauſæ. §. nunc videndum. ff. de mino. licet Bar. aliter ſentiat in l. minor autem. §. fin. ff. eodem. Ergo eadem ratione dicamus, ꝙ non poteſt declarare
28 ſuper nullitate, † cum cauſa nullitatis expediatur per officium iudicis nobile, ſi principaliter intentatur, ſicut reſtitutio in integrum. † Qualiter autem in actibus extraiudicialibus ille, qui fe-
29 cit actum nulliter, poſſit vel non poſſit ipſum expedire. Dic, vt plene declarat Barto. in l. 2. ff. de opti. lega. & Bald. & Moder. in l. ſerui electione. ff. de lega. j. & plene ponunt Archid. & Io. An. in c. is cui, de præben. lib. 6. & Innocen. & Moder. in c. j. s̃. de re
30 iu. & in cap. in literis. ſupra de offic. delega. † Adde etiam dictis Docto. inquantum dicunt hic Moder. ꝙ ſi iudex delegatus tulit ſententiam nullam, deceptus per errorem facti, poteſt iterum iudicare, allegantes Innocen. in c. j. ſupra de offic. deleg. ꝙ iſtud dictum non placet Ioan. de Imo. in d. l. iudex poſtquam. vnde dicit ipſe Innocen. in c. j. de re iudi. non loquitur de actu iudiciali, neque de actu iudicis, ſed de eo, cui committitur prouiſio extraiudicialiter. Et pro hac differentia adducit ipſe dicta Innoc. in c. in literis. ſupra de offic. delega. facientis hanc differentiam inter actus iudiciales & extraiudiciales. Et poteſt eſſe ratio diffe-
31 rentiæ, † quia quando ſuperior mandat prouideri extra iudiciũ, verbum prouidere, ſignificat actum fieri cum effectu. vnde dũmodo ille, qui facit actum inutiliter, non faciat hoc ex certa ſciẽtia, vel errore improbabili, intẽtio ſuperioris videtur eſſe, vt poſſit iterum actum legitime facere. & ita declarat Bart. in l. 2. ff. de opt. leg. Sed in iudice proceditur ſtrictius, vt ſi ſemel pronunciauit, dicatur functus officio ſuo, quia etiam in actu extraiudiciali, in quo non ponitur verbum prouiſionis, ignorantia nõ excuſat, vt ille qui facit actum inutiliter, poſſit iterum facere, vt eſt caſus no. & ibi vide in glo. in verbo, conſenſerit. in c. ſi compromiſſarius, circa medium. de elect. lib. 6. Et ad materiam noſtram vide quod ſcripſi in c. de his. ſupra eodem. vbi retuli dicta domi. Anto. & Bart. ſuper ſuo articulo, vtrum quando iudex fert ſen-
32 tentiam ex officio ſuo poſſit eam mutare vel corrigere. † Extra glo. quia hic Innocen. not. dicit, ꝙ qui promittit non reuelare ſecretum & iurat, poteſt nihilominus cogi ad reuelandum ſecretum, ſi interrogatur in forma teſtis. adde ꝙ ſimiliter poteſt cogi ad reuelandum ſecretum, ſi hoc reſpicit vtilitatem publicã. & ſuper vtroque dicto vide Bal. & Ang. in l. fi. ff. qui ſatiſ. cog. & quod ponunt Moder. in c. intimauit. & c. conſtitutis. de teſti. & hoc eſt tenendum, quicquid dixerit Bal. in l. nullum. C. de teſti. vbi dixit, ꝙ qui iurauit non reuelare ſecretum, ſi vult teſtificari, repellitur, quia aut dicit falſum, aut eſt periurus. alleg. Io. And. in c. literas. de præſump. nam, vt patet ex dictis Inn. hic, iſtud iuramentum non obligat teſtem, ergo non eſt periurus.

ADDITIONES.

a VIN. GOD. Adde, ꝙ in correctoriis non eſt licita extenſio, etiam ex maioritate rationis. Cur. iun. conſ. 5. nu. 7. hinc eſt, ꝙ regula illa, ſi uinco te, uinco uincentem te, non habeat locum in materia correctoria. ibidem, nu. 8.

b Quæ fiunt incontinenti. Ad iſtam regulam uide pulchre Ange. in q. ſua incip. renouata guerra. in primo dubio. in 3. col. uer. his igitur. faciunt ultra eum, quæ tradit Barto. in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iud. & in l. ſi de eo. §. 1. ff. de acquir. poſſ. & in l. 1. ff. de ſo. & in d. l. lecta. ff. ſi cert. pe. in 2. quæſtio. no. Bald. in l. fin. C. de his quæ a non. do. man. & in l. fi. C. de iud. poſt gl. in c. an ſit, de appel. & facit quod no. in c. præterea. de teſtib. cog. & per Mod. in c. ſignificaſti. el 2. de ho. hic omnia refert Alex. in l. idem eſt. §. cum igitur. in addit. ff. de ui & ui ar. & ibi uide etiam Bar. & Bar. in l. quod ait. §. 1. ff. de adulte. & in l. quotiens. ff. ſol. mat. & in l. 1. C. unde ui. & Alex. in conſ. 100. inci. in caſu prædicto. in ult. col. in 3. uol. & in conſi. 90. incip. fere omnis uis, in primo uol. ubi prope loquitur in terminis. Are. hic, & in conſ. 119. inci. omnis uis. in 3. uol. uide etiam Iaſ. in l. error. in 1. col. C. de iu. & fact. igno.

SVMMARIVM.

1 *Monacho, an cauſa committi poſſit.*
2 *Iuramenti forma duplex ab inquiſitis præſtari ſolita.*
3 *Iudicibus pluribus in forma teſtium examinatis, depoſito officio, & eorũ ſcripturis, creditur.*
4 *Teſtes duo ſcripturam authenticam non publicam, an ſemper reprobent.*
5 *Teſtes poſt didicita teſtificata ex parte rei, an produci poſſint in cauſa inquiſitionis, cum agitur ad priuationem beneficij.*
6 *Teſtibus, ſeu eorum productioni, in iudicio criminali, an per reum renunciari poſſit.*
7 *Veritatem reſpondere ſuper articulis, vbi quis ex iuramenti forma, vel legis diſpoſitione debet, ſi reſponſio poſſet interpretari ad plures ſenſus, an iudex admittere debeat.*

8 *Reo confitente aliquid, quod ad plures sensus capi possit, qualis sensus capiatur.*
9 *Iuramento quid facientis, an stetur in dependentibus ab animo.*
10 *Licito & illicito modo vbi quid potest esse factum, modo licito præsumuntur factum.*
11 *Labor litigandi, item pudor & verecundia, pœna aliqua dicuntur.*
12 *Indulgentia proprie, gratia remissionis pœnæ dicitur.*
13 *Timor verecundiæ officium iudicis causat, ex quo contractus rescinditur.*
14 *Simonia in collatione beneficiorum, dilapidatio bonorum ecclesiæ, & furtum ex naufragio, an sint sufficientia crimina ad beneficij priuationem, & an sint digna depositione.nu.20.*
15 *Iurans dicere plenam veritatem, an possit confessionem suam exponere, si omisit quid de veritate tempore responsionis.*
16 *Defensio non repellitur ob periurium.*
17 *Reus, an condemnetur, si per confessionem partis in iudicio constet notorie de crimine, licet crimen oriatur post formatam inquisitionem.*
18 *Reus, si a principio confitetur maleficium, & postea ex interuallo vult dicere, quod hoc fecit ad defensionem suam, an audiendus sit.*
19 *Reus si a principio dicit se ad suam defensionem percussisse, & postea confitetur delictum, quid iuris sit.*
21 *Pars si dicit aliter dixisse, quam sit scriptum in actis cui stabitur, an scripturæ actorum, an assertioni partis.*
22 *Iudex potest partem cogere remotis omnibus respondere positionibus & capitulis.*
23 *Acta an & quando fieri possint sine testium presentia.*
24 *Naufragij res auferens, naufragis fidelibus existentibus, an sit excommunicatus. & nu.seq. & 26.*
25 *Excommunicationi se nouerint subiacere verbis, ab inferatur canon latæ sententiæ ipso iure.*
26 *Naufragij res inuentas capiens, an præsumatur bonum animum habere, vt reddat vero domino.*
27 *Confessionem suam episcopus, an possit reuocare, licet potuerit declarare.*
28 *Confessio facta in iudicio in criminalibus, an & quando reuocari possit. et quid in causa appellationis, allegato tamen errore. nu.seq. & 34.*
30 *Confessio facta in tormentis, ex interuallo ratificata, an dici possit omnino spontanea.*
31 *Coactione, vel metu coactionis quid factum, paria sunt.*
32 *Metus iustus oritur a fieri consuetis.*
33 *Consuetudo inferendi iniurias, an sit sufficiens probatio metus, ad faciendum quem puniri pro metu criminaliter illato.*

CAP. XVIII.

Vm dilecti filij. Qui iurat respõdere ad interrogata, vel ad ea, de quibus fuerit interrogatus, super his de quibus non interrogatur, non tenetur exprimere veritatem. secus si iuret plenam & meram dicere veritatẽ super cõtentis in inquisitione. secunda pars est ibi, quod si excusationes.

1 † No. primo, ℣ de iure isto causa poterat delegari monacho. intellige si fiebat mentio in commissione de monachatu, ita ℣ apparet summum Pontificem ex certa scientia monacho cõmittere, vt dicit gl. no. quam ibi approbant Doc. in c. cum olim. el 2. ℨ. de priui. Hodie autem simplici monacho non potest fieri delegatio a sede apostolica, vt in c. statutum. in prin. de rescrip. lib.

a 6. Si autem esset monachus in ecclesia cathedrali, ita ℣ simul esset monachus & canonicus, tunc vtrum possit fieri commissio, est pulchra dubitatio, quam do. Abb. ponit in c. causam, quę. ℨ. de iudi. & ego ibi scripsi multa addendo. & præsertim dicta do.

2 mei in l. 2. in prin. ff. de verbo. ob. † Secundo no. ibi, vtrum ꝝ iurauerit, &c. duplicem formam iuramenti, quæ solet præstari ab inquisitis. Nam aut iurant meram, & plenam dicere veritatem, aut ad inquisita veraciter respondere. & de effectu vtriusq; for-

3 mæ dicetur inferius in alio no. † Tertio no. & semper tene mẽti, ibi, Fideliter intimare, &c. ℣ de actis & gestis coram se, non solũ creditur pluribus iudicibus examinatis in forma testium, postquam deposuerint officium iudicandi, vt in c. inter dilectos, circa medium, de excess. præla. & in c. 2. de arbi. sed etiam creditur scripturæ eorum, tanquam instructorum & informatorum iudicis, licet non sint recepti in forma testium. Nam si hic fuissent recepti in forma testium, vt dicit d. Floren. & bene, non ipsi intimassent per scripta sua iudicibus veritatem, sed iudices ipsi per

b sonaliter deberent ipsos examinare, quia testes b non possunt deponere per scripturam, & maxime absentes. 3. q. 9. ca. testes. & plene per Bar. in l. Theopompus. ff. de do. præle. Repellitur tamen facilius dictum ipsorum, quam si examinarẽtur in forma testium. Casus est no. hic in ver. aut per depositiones. & in c. cũ

4 a nobis, in fi. ℨ. de testib. per quę iura alias dixi, † ℣ quamuis duo testes non semper reprobent scripturam publicam, sed sit arbitrarium, iuxta no. in c. cum Io. ℨ. de fi. instru. semper tamẽ reprobant scripturam authenticam, quæ nõ est publica, nisi aliud ex-

5 presse disponatur. † Quarto no. ibi, aut etiam aliorum, &c. ℣ in causa inquisitionis, vbi agitur duntaxat ad priuationem a beneficio, non possunt ex parte rei produci testes post didicita testificata. & ita limitatur sing. ℣ dixit Bart. in l. j. in fi. ff. de quæstio. & in l. 2. §. si publico. ff. adult. & quod ego scripsi plenissime post

6 Io. And. in c. fraternitatis. ℨ. de testi. † Quinto no. ibi, nam productioni testium, &c. ℣ in iudicio criminali videtur posse renũciari per reum testibus seu productioni testium. Sed in cõtrarium allegat hic Pe. de Anch. gl. & quod ibi no. in l. pactum inter hæ-

c redem. ff. de pac. vbi concludit, ℣ reus c in criminalibus non potest renunciare defensionibus, sed illa loquitur in iudicio ꝑprie criminali, secundum eum. Iudicium autem inquisitionis de iure canonico est iudiciũ ciuile, vt in c. per tuas. de simo. Et plenè fuit dictum in c. super his. ℨ. eo. Et ex hac so. no. singu. ex isto tex. ℣ in iudicio ciuili, etiam in quo agitur de crimine ad vindictã publicam, potest reus renunciare defensionibus suis. Vel potes dicere ℣ gl. illa loquitur, quando pro crimine posset imponi pę na corporis afflictiua. Tunc enim possent defensiones fieri etiã post conclusum in causa, vt est casus, secundũ Bar. ibi in l. vnius. §. fi. de quæsti. secus in pœna, quæ non esset corporis afflictiua. Et ratio differentiæ sumitur ex his, quæ habentur per gl. 23. q. 5. c. cum homo. & in l. liber homo. ff. ad l. Aqui. quia nemo est do-

7 minus membrorum suorum. † Sexto no. ibi, nisi ad inquisita, &c. ℣ vbi ex forma iuramenti vel legis dispositione, debet respõdere veritatem super articulis, vel super inquisitione, satis videtur satisfacere iuramẽto vel dispositioni legis, licet respõsio possit interpretari ad plures sensus, dummodo respondeat per verba facti: secus si responderet per verba iuris. vnde iudex non debet admittere istam responsionem, dico ℣ non sum culpabilis, secundum Bar. in d. l. j. §. accusationem, in fi. ff. ad Turpil. & Bal. in auth. ꝯtra qui propriã. C. de nõ nu. pe. iuxta fi. commenti. Hoc tamen, quod elicimus est isto tex. debet intelligi esse verũ, quando responsio rei est certa, saltem præsumptione iuris, quia ius in dubio responsioni rei dat certum significatum. nam si omnino esset obscura, non esset admittenda, sicut dicimus in responsione, quæ fit ad positionem & capitula in c. j. de confessis lib. 6. in

8 gl. † Septimo no. ibi, Et si eas probauerint, &c. ℣ quando reus cõfitetur aliquid, quod potest exponi ad plures sensus, si factum illud qđ ꝑfiteť, est de genere prohibitorũ, ĩ dubio capitur sensus, ꝙ est contra reum, nisi reus aliter probet verba sua debere accipi. Ista conclusio probatur in c. fi. ℨ. de transl. præla. & in c. j. ℨ. de ꝑ-

d sum. cum materia. vnde illa regula, d quæ ponitur in §. aliẹ. Inst.

9 de act. per gl. ℣ † in dependentibus ab animo statur iuramento eius, qui fecit, vel dixit aliquid, limitatur nisi sit præsumptio contra dicentem vel facientem, secũdnm Bart. qui ita declarat in l.

10 inter omnes. §. recte. ff. de fur. † Et similiter illa regula, quæ dicit ℣ vbicunque aliquid potest esse factum duobus modis, vno licite, alio illicite, in dubio præsumitur factum tempore vel modo licito, vt l. merito. ff. pro soc. & in c. estote, cum ibi no. ℨ. de reg. iu. cum concordantijs ibi positis. & ponit Bar. eleganter in l. nõ solum. §. sed vt probari. ff. de no. ope. nun. habet locum, nisi præsumptio iuris sit contra facientem, quia attentat aliquid de genere prohibitorum, vel alia præsumptio, quæ oriatur ex alio capite, vt declarat Bar. in d. §. recte, & in l. falsus. §. si autem, de fur. Quæ conclusio probatur optime in ista decre. vt statim dicam.

11 † Octauo not. ibi, Cum & sit repertus, &c. ℣ labor & fatigatio litigandi. item & pudor, siue verecundia, dicuntur aliqua pœna, propter quam in leuibus delictis videtur ℣ iudex posset pœnam ordinariam remittere ex arbitrio. l. quid ergo. §. pœna grauior, de infami. Et hoc probaret iste tex. sine scrupulo, si Princeps ipse non tulisset sententiam, & sic remitteret pœnam gratiose. &

12 hoc significat verbum, † indulgere, positum in tex. est enim in-

e dulgentia e proprie, gratia remissionis pœnæ, vt no. in d. §. pœna grauior. cum gl. & in l. 3. & in l. fi. C. de sen. pass. Quod autem pudor, sit aliqua pœna considerabilis, probatur in l. fi. §. si fęnerator.

ADDITIONES.

a VIN. GOD. Monachus uel canonicus regularis an possit creari Cardinalis. Io. Bert. in trac. de episcop. q. 40. nume. 74. tenet quod sic, quod habetur in lib. 4. tra. fol. 24.

b Testes non possunt. Adde nunquid possint deponere per procuratorem vel per nuncium ut per Bar. in l. qui bona. §. qui alieno. ff. de dam. infec. vbi uidetur tenere quod nõ. & idem tenuit Bal. in rub. ff. de iureiur. & do. Anto. in c. licet, per illum tex. de test. sed Ioan. And. in c. ut circa, de ele. in 6. in nouella tenet contra. faciunt etiam dicta per Bal. in l. bonæfidei. C. de reb. cred.

c VIN. GOD. Nota ℣ reus in iudicio conuentus dicens alieno se possidere nomine & contrarium apparet per instrumentum, an in pœnam mendacii possessionẽ rei perdere debeat, Afflict. decis. 28. post num. 2.

d Illa regula. Adde bene facere illud quod dixit tex. in l. si quis intentione dubia. ff. de ind. quod uerbum in dubio prolatum intelligitur secundum mentẽ proferentis. quod an habeat locum in criminalibus, uide per Alex. in l. diuortio, in 6. col. ff. solu. matri. & faciunt quæ pleniſſime tradit idem Alex. in l. naturaliter. §. nihil commune, in 38. col. ff. de acquiren. possess. & aliquid per eundem Aret. in d. §. nihil commune. in 24. col.

e VIN. GOD. Adde ad hoc ℣ indulgentia ex causa necessaria concessa durat post concedentis mortem, Afflict. decis. 228. num. 4.

13 tor. & ibi per Bald. ff. quod met. causa. vbi est casus, q; † timor verecundiæ causat officium iudicis, ex quo rescinditur contractus, tex. tamen in verbo punitus, hic non videtur se simpliciter fundare in gratia, sed quia propter laborem & pudorem substinuit aliquam pœnam. potest tamen dici, quod illa est causa iustificans gratiam, vnde inferior iudex hoc non posset, licex forte
14 posset diminuere pœnam in aliquo ex istis causis. †No. ibi, q; si excusationis, &c. iuncto ver. pæcedenti, quod quodlibet ex istis criminibus per se, videlicet simonia in collatione beneficij, dilapidatio bonorum ecclesiæ: furtum ex naufragio, videntur esse crimina sufficiẽtia ad priuationem beneficij etiam episcopalis. nam, vt vides, in ver. post excusationes suas. iste debet probare omnes excusationes propositas, ergo videtur quod vnum ex his tribus criminibus non excusatum sufficeret. Et ad materiã istã vide gl. & quod ibi no. in c. q; sicut, in fi. s̃. de elec. & tex. 13. q. 2.
15 apostolicos. †Decimo no. in ver. aut sub prima forma, q; quan-
a do quis iurauit dicere meram [a] & plenam veritatem, verbi gratia super contentis in inquisitione, non potest si omisit aliquid de veritate tempore responsionis postea confessionem suam exponere, sicut potest quando iurauit veraciter respondere ad interrogata, vt patet in ver. vos excusationes. & semper allegat iste ver. ad hoc, q; quamuis confessio non possit reuocari, vel qa nõ allegatur error, vel alia de causa, semper non potest exponi. i. declarari, vt dicit Bald. allegans hanc decre. in l. 2. C. de custo. reo. quem hic allegant aliqui Moder. Sed contra istud multum facit, quia reus excusando confessionem istam, videtur se defendere, exponendo confessionem suam ad actum licitum. Vnde hoc in effectu est auferre reo defensionem propter periurium com-
16 missum, quod est contra regulas iuris, quia † propter crimen p̃. iurij non repellitur a defensione, vt in ca. dilecti, circa medium. s̃. de excep. sicut nec propter aliquod aliud crimen, secundũ gl. in c. super his. s̃. eo. & in c. j. nam si admittitur excommunicatus, vt in c. cum inter. de excep. multo fortius quilibet alius. Potes dicere, sequendo communem intellectum, a quo nullus discrepat, q; ista sit pœna committentis periurium in iudicio, in quo vult se defendere, licet propter periurium aliter commissum qs non repellatur a confessione. Sed istud dicere est valde durum, quia si ille, qui corrumpit testem, vt deponat falsum, non punitur in amissione causæ, secundum Bar. in l. j. §. & generaliter. ff. de calum. & in l. fi. est in l. pe. in fi. C. si ex fal. instru. multo minus videtur puniendus ille, qui incidit in periurium, quia tacuit veritatem, quia si fuisset expressa tempore iuramenti, poterit prodesse sibi. Saluando dicta Doct. dicas, q; reus hic non simpliciter punitur in amissione causæ, sed propter dolum suum inducitur hoc vt præsumptio, quæ oritur ex confessione sua contra eum, non possit purgari, vel excludi per contrariam probationem. sicut videmus in minore, qui dolose asserit se maiorem, in l. si alterius. C. si mi. se ma. dixe. Posset tamen attentari nouus intellectus ad istam decretalem, vt dicamus q; in isto secundo casu, vilicet quando iurauit respondere plenam veritatem, episcopus non priuetur propter crimina intentata contra eum, sed ꝓpter quod confitetur, dicendo se velle proponere, quod tempore re-
17 sponsionis omiserat. †Et secundum hoc hic esset casus singularis, q; vbicunque de crimine notorie constat in iudicio per confessionem partis implicitam vel explicitam, potest reus simpliciter condemnari de crimine, licet crimen oriatur post inquisitionem formatã ex his, quæ facta sunt in iudicio: per ipsum reũ, & sic ampliatur quod no. Bar. in l. si confessus. ff. de custo. reo. lõ autem non admittuntur excusationes super aliis criminibus, qa cum ex solo crimine periurij deberet priuari, frustratorie esset probatio & excusatio aliorum criminum: sed quia hunc intelle-
18 ctum nullus tangit, non esset sequendus in practica. † Retento autem intellectu Docto. videtur singu. decidi ex isto tex. q; si re[9] a princi. confitetur maleficium, & postea ex interuallo vult dicere quod hoc fecit ad defensionem suam, non sit audiendus si iurauit super inquisitione dicere meram & plenam veritatem, secus si iurasset respondere his de quibus esset interrogatus, qa ista allegatio quod fecerit ad sui defensionem, non est peremptio prioris confessionis, sed expositio: nisi forte reus esset cõfessus a principio, se commisisse factum illicite, vel contra formam
19 iuris & statutorum. † Quid autem ecõtra, si reus negauit a principio maleficium intentatum in inquisitione, & iurauit dicere merã & plenam veritatẽ, vtrũ probato crimine possit postea allegare q; fecit ad sui defensionem, vi. Bal. qui solẽniter istam q. posuit, quem allegant hic aliqui Moder. in auth. contra qui pro
20 priam, de nõ nu. pec. & quod no. Bar. in l. nemo. ff. de excep. † Et inquantum s̃. diximus in quodam no. per istum tex. probari, q; quodlibet istorum trium criminum hic positorum erat dignũ depositione, aduerte, qa ver. ille, q; si excusationes. potest adduci in contrarium, dum requirit, vt iste priuetur, si super omnib[9] criminibus deficiat in probatione, & sic datur intelligi q; si super aliquo posset se excusare, non priuaretur. & ideo potest dici q; iste ver. & præcedens faciunt pro vtraque parte, & sic non bene
21 probatur alterum ex eis ex ista decretali. † Vndecimo no. ibi cũ hoc per se probare non posset, &c. q; si pars dicit aliter dixisse q̃ sit scriptum in actis, statur scripturæ actorum, & non assertioni partis. Et sic facit ad q. de teste, qui dixit se aliter dixisse quam no
b tarius[b] scripsit, de qua in c. ad audientiã. s̃. de præscrip. & in l. si qs
22 decurio. C. de fal. & in l. j. in fi. ff. quemad. te. aper. †Duodecimo no. ibi, tanquam qui solum examinabatur, &c. tex. quasi expressum, q; iudex potest cogere partem, remotis omnibus, respondere positionibus & capitulis. Et hanc practicam obseruant quidã iudices, dicit gl. in c. j. de confe. lib. 6. quæ non allegat istum text.
23 optime probantem. †Ex isto etiam ver. colligitur, secundũ Moder. quod acta possunt fieri sine præsentia testium. vnde sufficit q; sint subscripta solum manu notarij absque eo, q; sint inscripti vel subscripti testes, de quo dic vt in ca. quoniam contra, de proba. & in l. in rationibus. C. de dona. In gl. quæ incipit ibi, episcopus, &c. ibi, vnde videbatur propterea excommunicatus. gl. ergo ista sentit id, quod clarius dicit in c. excommunicationi, hic
24 allegato, †q; auferens res ex naufragio, quando naufragi sunt fideles, est excõmunicatus ipso, iure qd̃ tamen debes intelligere si non restituat res, quas ex naufragio cepit. Et aduerte, quia glo.
25 ibi Docto. inter pretantur, q; † per verba posita in illo tex. excommunicationi se nouerint subiacere, inferatur canon latæ sententiæ ipso iure. contra quam multum facit illa litera, quæ in princ. ponit de ijs, qui spoliant nauigan. qui non sunt excommunicati ipso iure, sed excommunicandi, vt patet ex verbis tex. sonantib[9] in futurum & fatentur ibi omnes Doc. præter gl. Postea in ver. illi etiam, per dictionem implicatiuam dicit, Illi etiam, qui spoliant naufragos, nouerint se excommunicationi subiacere. Si ergo primi non sunt excommunicati ipso iure, ergo nec secundi: quia dictio implicatiua implicat idem esse & in eo, quod implicatur, & in extremo a quo fit implicatio, vt l. mutus. §. cum quẽritur, & ibi per gl. ff. de procura. Verba tamen ista de sui significatu videntur hoc importare, secundum gl. in c. j. de iniur. & damda. in 6. & in c. j. iuncta gl. quod me. ca. eod. lib. benefacit glos. in c. non minus, de immu. ec. & in c. fi. §. vt autem, in verbo, incurrat, de offi. dele. lib. 6. Et ad tex. in d. c. excommunicationi. sic inductum possumus respondere, quod ex quo in primo casu illius literæ apparet, q; non infertur canon latæ sententiæ implicatio quæ fit in secundo casu, de primo per dictionem, etiam, non fiat quo ad omnia, sed fiat quo ad pœnam imponendam, nõ tamẽ quo ad modum imponendi ipsam pœnam. Et pro declaratione istius gl. dic breuiter, q; aliquando res iactantur in naufragio per dominum rerum. aliquando reperiuntur in litore vel in mari, quia nauis fuit fracta. Primo casu non semper committit̃ furtum, si quis occupet illas res, sed tunc demum, quando iactans videtur eas habere pro derelictis. Et vtrum in dubio videat̃ habere hunc animum, colligitur ex coniecturis, de quibus ponit glo. & Bar. in l. falsus. §. si iactum, de fur. & hic per Mod. Iurisconsult. tamen in d. §. si iactum. in ver. plerunque. arguendo à communiter accidentibus, videtur sentire q; in dubio iaciens videatur res habere pro derelictis. In secnndo casu est idem iuris, ac si aliquis inueniret aliquam rẽ in platea, vel in via, in quo Bart. dicit in l. falsus. §. j. de fur. q; in dubio non præsumitur res haberi pro derelicta. vnde si occupans tollet rem, dicit q; credebat eã habitam pro derelicta ad excusandum se a furto, non statur suæ assertioni, quia præsumptio est contra ipsum, vt l. fi. C. vnde vi.
26 †Sed dubitatur super isto articulo, nunquid ille qui rem taliter inuentam capit, præsumatur habuisse bonum animum capiẽdi, vt redderet vero domino si inueniret. super quo dixit gl. no. 14 q. 5. c. si quid inueniſti. q; nisi quis protestetur per libellum, q; est paratus eam reddere &c. non pręsumitur bonus animus, sed malus. allegat tex. optime probantem in l. falsus. §. j. præallegato. pro qua conclusione est casus no. in ista decre. vbi patet q; hoc alleganti incumbit probatio, & in dubio præsumitur cõtra ipsum. Quicquid autem sit faceindum, si posito libello in publico, vel proclamate facto nullus compareat, qui dicat rẽ esse suã, & det conuenienti: adicendum est tũc, q; aut ille qui inuenit ero gabit pecuniam vel pretium pauperibus vel ipsam rem, aut cõcedat rem episcopo, qui ita distribuat, ſm Bart. in loco allegato, & Moder. hic qui ponunt vnum ex istis modis, alium ponit Bal.
27 vbi omnino vide, in l. j. in princi. ff. de rerum diui. †Extra glo. opponitur s̃ istum tex. hic, in ver. vos excusationes, videtur satis clare innui, q; episcopus iste confessionẽ suã nõ potuisset reuocare,

licet

ADDITIONES.

a Quando quis iurauit dicere merã veritatem, uide in proposito Alex. notabiliter in consi. 88. incip. quoniam omne datum optimum, in 4. col. uer. 2. respondeo per ea. in 5. uol. post Inn. & Bal. in c. cum super, de conf. & Inn. in c. pastoralis, de exce. quos refert Iaſ. in l. 2. in 2. col. uer. 4 addo. ff. iu. om. iudi.

b Quam notarius scripſit Adde nota. in add. Spe. in fi. de instr. edi. §. restat, in uer. quid si dum. & in uer. & no. & per ipsum Spe. in titu. de teste. §. 1. uer. sed pone ecce iudex. faciunt nota. per Bar. in l. si quis filiabus. ff. de test. tut.

VIN. GOD. Adde Alex. consi. 42. in prin. & in fi. lib. 1. & in consi. 213. col. 11. lib. 2. & consi. 70. col. 12. lib. 3. & consi. 104. prima col. lib. 5.

licet potuerit etiam exponere & declarare. Sed hoc videtur ꝺ̃ iu
ra, quæ dicunt ꝙ cõfessio facta in iudicio potest reuocari vsque
ad tentiam, vt in c.fi.s̃.de confessis.& l.error.C.de iur.& fac.
igno.Hostien.& hic cõmuniter Doc.sequentes eum, dicunt ꝙ
sub quacunque forma iuramenti inquisitus iurauerit, potuisset
reuocari confessio, allegato errore: non allegato autem errore,
28 non posset reuocari, & ita intelligatur iste tex.† Tu vero scias pro
intellectu huius elegantis articuli, quo quæritur vtrum in crimi
nalibus confessio facta in iudicio possit reuocari, ꝙ hanc q. mo-
uet Specu. originaliter in titu. de confessis. §. fi. ver. sed nunquid.
& ibi refert quosdam tenuisse, ꝙ ista confessio in criminalibus
non possit reuocari per l.2.cum materia.C.de custo.reo. Sed ip
se in effectu tenet ibi contrarium, licet d.Anto. aliter alleget eũ,
& non bene, in loco sta tim allegando, requirit tamen ad hoc vt
a possit reuocari confessio, ꝙ allegetur & probetur error.[a] hanc
sentẽtiam tenet gl. expresse in c.Romana. §. finautem, de appel.
lib.6.& in l.creditor. §. iussus. ff. de ap. dum allegat l.j. §. fi. ff. ad
29 Turpil. quam. l. allegando clare† sentit, ꝙ etiam in causa appel-
lationis confessio facta in iudicio criminali potest reuocari, alle
gato tamen errore. & hanc sententiam sequitur Bald. in l.2. cir-
ca prin. C. quo. appel. non reci & sentit gl. satis in ca. ex literis. s̃.
de diuort. iuxta fi. gl. licet do. Anto. aliter eam alleget & non be
ne. Ipse autem Anto. de But. in c.fi. in pe. carta. ver.2. requiritur.
s̃. de confess. latius explicat hunc articulum, & finaliter conclu
dit ꝙ etiam si aliquis iurauerit meram & plenam dicere verita
tem, nihilominus potest reuocare confessionem allegato erro-
re & probato. quia non potest iste reuocans repelli tãquam p-
iurus, quasi iurauerit falsum in confessione. quia ex quo hoc fe-
cit errando & credidit iurare verum, non dicitur esse periurus,
vt in ca. quanto. s̃. de iureiur. Tu vero considera in ista materia
tex. in l.j. §. si quis vltro, circa princ. ff. de quæsti. vbi dicit̃ ꝙ spon
taneę confessioni in criminalibus non semper est credendum,
quia non nunquam metu, aut ex alia causa rei in seipsos mẽtiũ-
tur, per quem tex. Saly. dicit & no. in l.2. C. de custo. reo. ponen-
do nouam lectu. ad illum tex. quod si confessus sponte vult sim
pliciter reuocare confessionem suam sine causa non potest, ga
regulariter confessio spontanea præiudicat confitenti, vt in iuri
bus s̃. allegatis. Sed si allegat aliquam causam vel metus non so
lum inferendi a iudice sed extrinseci, sicut ponit exemplum tex.
in §. si quis vltro, de seruo, qui quoniam metuebat redire in ma
num domini confessus est crimen vel alterius iustæ excusatio-
nis audietur volens reuocare confessionem suam. Et licet ipse
non loquatur ita clare, vt dicturus sum, potest tamẽ dici in hoc
articulo ꝙ aut reus confitetur præcedentibus tormentis & po-
stea ratificat confessionem, quam vult postea reuocare proban
do rẽ aliter se habere, & allegando ꝙ id qđ dixit, dixit metu tor-
mentorum. Aut reus dixit ante tormenta & postea vult reuoca
re confessionem, quam dicit se fecisse, quia metuebat torturam
sibi inferri. Aut allegat causam erroris, cuius prætextu vult reuo
care confessionem. Primo casu videtur posse dici, licet sit nouũ
dictum, ꝙ debeat admitti ad probandum falsitatem confessio-
nis, licet non alleget errorẽ, sed timorem, ita ꝙ confessio in effe
30 ctu reuocetur, probando rem aliter se habere, quia † quamuis
confessio facta in tormẽtis sit ratificata ex interuallo & dicatur
spontanea iuris interpretatione, vt est text. in d. §. si quis vltro,
secundum vnam lecturam, & ibi per Bar. in fi. & per eundem in
§. diuus. ea. l. vere tamen donec ille qui confitetur est in potesta
te rectoris, quia scit si varieta primo confessis se iterũ posse tor-
queri, secundum Bar. in l. vnius. §. cogniturum. ff. eo. ex quo du-
rat potestas coactionis, confessio non potest dici omnino spon-
tanea. ita tradit Bal. no. in l.2. C. quod me. cau. vbi est casus in si-
mili, & est bonus tex. cum gl. in c.j. eo. tit. & idem dicit Bal. in l. si
quis in hoc genus. C. de epi. & cleri. facit optime tex. & quod ibi
per Dy. & Bald. in l. nouissime. §. ꝙ si compulsus. ff. quod fal. tu.
31 aut. vbi probatur, ꝙ† paria sunt, aliquid fieri per coactionẽ, vel p
metum coactionis. Et ista opi. habet magnam æquitatem, quia
experientia discimus ꝙ ita est. Secundo casu est in arbitrio iudi
cis, admittere vel non admittere petentem confessionem reuo-
cari, probando. s. contrarium. nam si erant indicia sufficiẽtia ad
torturam, quæ reus verisimiliter non debebat ignorare esse no
ta iudici, & quæ erant sibi nota, tunc quia probabiliter potuit ti
mere torturam, præsumendum est ꝙ omnino sponte fuerit cõ
32 fessus, † quoniam ab his, quæ consueuerunt fieri, oritur iust⁹ me
tus, vt in c.fi. s̃. de ap. & quod ibi no. & plene tradit Barto. in l. de
pupillo. §. si quis ipsi. ff. de no. ope. nunc. licet ergo lex confessio-
nem factam non præcedentibus tormentis propter vtilitatẽ pu
blicam interpretetur esse spontaneam, fieri non potest, vbi sit
verisimilis præsumptio, vt dixi, quod quis debeat torq̃ri, ꝙ non
sit omnino spontanea, sed possit dici meticulosa, non quidem
quo ad omnem effectum, sed quo ad hoc, vt det facultatem p-
bandi contra ipsam ipsi confitenti, etiam si non allegetur error.
& hoc probat tex. in d. §. si quis vltro. dum dicit, ꝙ non semper
est credendum confessioni spontaneæ, quia aliquando fit per
metum. Nec mireris, ꝙ vnus & idem actus dicatur factus per me
tum, quo ad vnum effectum inducendum & quo ad alium, qa
istud reperitur iure cautum expresse in l.j. §. si quid tamen. & ibi
per Bar. ff. quod vi aut clam. vbi probatur singulariter, secundũ
33 Bar. ibi, † ꝙ quamuis consuetudo inferendi iniurias faciat præ-
sumi iustum metum quo ad excusandum appellantem, vel ha-
bentem facere alium actum ciuilem, non tamen est sufficiens
probatio metus ad faciendum aliquem puniri pro metu illato
criminaliter. & hoc satis ostendit tibi text. in § si quis vltro. qui
primo vocat istam spontaneam confessionem, & postea dicit ꝙ
aliquando fit per metum. si vero non subsint indicia verisimi-
lia, quæ reus sciat nota esse iudici, & tunc non prodesset sibi ista
34 allegatio timoris ad reuocandam confessionem. † Tertio casu
est communis sententia, ꝙ allegato errore admittitur reuoca-
tio. Aduerte tamen, quia non sufficit quilibet error, sed error q
non cadat in latam culpam, vt plene traditur per Bar. in l. nõ fal
lit. ff. de ꝓfessis. & hoc est, quod voluit dicere gl. ī c. ex literis. s̃. al

---

ADDITIO.

a Allegetur & probetur error. Facit gl. in c. fi. in uer. iusta. de iureiu. lib. 6. quam gl. sequitur Bald. in l. edita. in pe. car. in uer. sæpe accidit quod quis uult emẽ dare, C. de eden. & in l. in 7. col. uer. & no. ꝙ interdum. C. de fur. de quo vi-de latius per Moder. in l. error, C. de iu. & fac igno.

VIN. GOD. Nota quod error iustus est loco tituli & inducit bonam fidem. Rui. consi. 24. num. 17. lib. 1.

SVMMARIVM.

1 *Inquisitionem si superior delegat super criminibus, an videatur ordinem iuris tollere ad inquirendum, quòd inquisitus non sit infamatus.*
2 *Denunciatio sola facta de crimine, si fiat a pluribus, vtrum det iustam causam inquirendi iudici, si non constat de fama.*
3 *Iudex cui committitur inquisitio criminis, habet etiam potestatem inquiren-di de fama.*
4 *Libello iudici ordinario oblato, qui alteri causam committat, an reus possit pro ponere declinatorias coram ordinario.*
5 *Reo se sponte in iudicio offerente, etiam non præcedente citatione actus factus valet.*
6 *Consanguinei qui dicantur, & qui complices.*
7 *Crimen quando non probatur contra inquisitum, an cesset infamia prius orta.*
8 *Consanguineus in criminalibus non admittitur in testem, & quid in ciuilibus. nu. seq. 11. 12. & 13.*
10 *Consanguinei vsque ad quem gradum non admittantur in testes.*
14 *Papæ testimonium propter familiaritatem, propter excellentiam dignitatis non repellitur.*
15 *Consanguineus testis instrumentarius esse potest.*
16 *Cognatio, quæ contrahitur per compaternitatem, nunquid quem a testificando repellat.*
17 *Inimicus alicui, præsumitur esse toti suæ cognationi.*
18 *Iniuria illata vni consanguineo, an omnibus illata videatur.*
19 *Inimicitia capitalis, vel quasi, accusatorem & testem repellit.*
20 *Quæstione omnium bonorum vel maioris partis, an resultet præsumpta inimi-citia tutoris ad pupillum.*
21 *Inimicus, an præsumatur habere causam status contra aliquem.*
22 *Testis vel accusator, ut repellatur in leuibus inimicitijs an arbitrarium sit. & quæ dicatur inimicitia, vel offensa grauis. & quomodo debeat regulari arbi trium. nu seq.*
24 *Inimicum capitalem repellere, canonum est mens.*
25 *Inimicitiæ appellatio proprie, & ex interpretatione, quid comprehendat.*
26 *Episcopus si quem iniuste carcerauit, an & quantam fidem in criminali faciat co tra ipsum carceratum. & nu. 33.*
27 *Col habitantes inimicis, an repellantur testes.*
28 *Ali.. dictio est repetitiua qualitatis personæ sequentis in præcedenti.*
29 *Inimico meo confœderatus repellitur testis contra me.*
30 *Inimicus repellitur ab accusando, vtrum hoc sit verum, quando suam vel suo-rum iniuriam prosequitur. & nu. seq.*
32 *Corruptus falsum testimonium dicens, est magis de calumnia suspectus, quam inimicus.*
34 *Turpitudine mea per alium detecta, an possim illam allegare.*
35 *Inimicus de recenti reconciliatus, an repellatur tanquam inimicus.*
36 *Pontifex si committendo inquisitionem narrat reum infamatum, an delegatus super fama, vel infamia quærere teneatur.*
37 *Rescripti verba debent interpretari, vt minus quam fieri potest, partem lædant.*
38 *Constare quid potest, vel iudicialiter, vel extraiudicialiter.*
39 *Famam contrariam ad probandam si quis vellet admitti, an sit denegandum.*
40 *Iudex ordinarius inquisitionem formans, & narrans in ea, famam contra in-quisitum ad se peruenisse, vtrum reo petente, debeat sibi facere fidem de ista infamia. & nu. seq.*
42 *Fama vel infamia præcedens, fundamentum est potestatis procedendi per in-quisitionem.*
43 *Iudici, cum in processu extraiudiciali non teneatur acta facere ad sui instru-ctionem procedendo, an & quando credatur.*
44 *Iudex vel arbitrator, quando sine scriptura procedere potest, statur de actis ordinatorijs suæ scripturæ.*

45 Iudex

45 *Iudex ſicut infamia præcedente, poteſt inquirere de crimine, vtrum ita inquirere poſſit, præcedente aliqua probabili ſuſpitione, licet non præcedat infamia.nu.48.49.& 50.*

46 *Crimine eodem vel connexo probato inter alias perſonas peruenitur ad inquiſitionem contra tertium, abſque alia præcedente infamia.*

47 *Inquiſitio contra reum formatur ex probationibus in iudicio ciuili factis, licet non plene in criminali probent.*

48 *Inquiſitio ex præſumptionibus, vel ex fama, an formari poſſit.*

49 *Superioris ad ſolam denunciationem inferior denũciare, & inquirere debet.*

51 *Iudex inquirens præcedente ſuſpitione, ſi omittat inquiſitionem famæ, an proceſſus ſit nullus.*

52 *Infamia, ſi contra inquiſitionem eſt probata, an reus poſſit probare bonam famam.*

53 *Famæ contrarię, ſi probentur in eodem loco & tempore, & teſtes ſint pares, ſtatur veriſimiliora deponentibus.*

54 *Famę vltimę an ſtandum, ſi duę contrarię in diuerſis temporibus probentur.& nu.ſeq.*

56 *Fama & infamia, qualiter per teſtes probari debeat.*

57 *Teſtis alios nominare an teneatur, ſi a iudice interrogatus eſt a quibus audierit.& nu.ſeq.*

59 *Teſtes deponentes ſuper fama iuriſdictionis, quaſi poſſeſſionis iure decimandi & aliis actibus, nunquid debeant eſſe conteſtes. & ius decimandi per quales actus probetur.nu.66.*

60 *Teſtes ſi non deponũt teſtificando, de cõtrac. vel de loco & tẽpore, qa dicũt ſe nõ recordari, an ſint contrarij, & an multum pro ipſis præſumatur. nu.ſeq.*

62 *Multiplicatio actuum, an & quando præſumatur.*

63 *Teſtis ſi ex ſua conditione ſuſpectus & interrogatus de tempore, dicat ſe non recordari, an repellatur.*

64 *Teſtis ſi non recordatur de loco, qui eſt de ſubſtantia, an probet.*

65 *Teſtis, licet dicat ſe non recordari de contractu facto, dicat tamen ſe ſcire, quòd nulla cauſa in promiſſione fuit expreſſa, an probet promiſſionem ſine cauſa factam.*

67 *Acquirit quis tantum, quantum vtitur.*

68 *Teſtes deponentes de diuerſa fructuum perceptione, an dicantur ſingulares.*

69 *Teſtes ſi dicant ſe vidiſſe vnus poſt alium aliquid fieri, an ſimul vidiſſe dicantur, vt probent.*

CAP. XIX.

Cum oporteat. Delegatus cui committitur inquiſitio criminum debet prius inquirere ſuper fama & ad teſtimoniũ vel proſequen. inquiſitionem, non admittuntur inimici. Et vbi crimen nõ probatur in cauſa inquiſitionis propter infamiam, indicitur purgatio inquiſito. h. d. ſecunda eſt ibi, verum. tertia ibi, diſcretioni veſtræ, &c. in qua. 3. parte tripliciter inſtruit iudices. ſecunda eſt ratio ibi, q; ſi. tertia inſtructio eſt ibi, &

1 ſi nihil. † Nota primo ibi, vobis inquiſitis, &c. iuncto ver. diſcretioni veſtræ, q; ſi ſuperior committit ſeu delegat inquiſitionem ſuper criminibus, non videtur tollere per hoc ordinem iuris, vt poſſit procedi ad inquirẽdũ de veritate, ſi inquiſitus nõ ſit infamatus, iuxta c. qualiter. j. eo. quinimmo etiam ſi committat ſuperior, citari teſtes ſuper veritate criminum, adhuc intelligitur pręcedente infamia, ſecundum Hoſtien. in c. qualiter, ſ. eod. & quãdo committeret inquiſitionem expreſſe non obſtante q; fama non præcederet, præſumeretur reſcriptum eſſe ſubreptiũ vel falſum potius & eſſet expectanda ſecunda iuſſio, ſecundum

2 Hoſtien ibi, vt etiam ibi diximus. † Secundo no. ex eiſdem duobus ver. ſimul iunctis, q; ſola denunciatio facta de crimine, etiã ſi fiat a pluribus, non dat iuſtã cãm inquirendi, iudici, niſi cõſtet de fama vltra denunciationem, & hoc dicit do. Abb. eſſe notab. pro qua concluſione videtur eſſe caſus in c. licet Ely. ver. nos vt prædiximus, de ſy. vbi patet, q; quamuis monachi denunciaſſent, abbatem ſuum de multis criminibus, ſuperior tamen fundat ſe & procedit ad inquirendum ex infamia præcedenti. Sed ad iſtam decre. poteſt dici q; Papa hoc non negat penitus inquiſitionem poſſe committi ad inſtantiam denunciatorum, ſi non præcedat infamia, ſed dicit q; nõ ſubito debet procedi ad inquiſitionem. quæ verba videntur potius ſignificare quod prius debent diſcuti perſonæ denunciatorum. & ſi reperiantur habiles ad denunciandum, & ſic denunciatio fuerit facta legitime, procedatur poſtea ad inquiſitionem, ſicut proceditur ad inquiſitionem ex denunciatione criminis facta per denunciatorem publice deputatum, vt eſt caſus & ibi per Bar. in l. diuus. ff. de cuſt. reo. & traditur in c. præterea. ſ. de teſti. cog. ad rex. in c. licet Ely. poteſt dici q; ideo Pontifex non fundat ſe in denunciatoribus, quia adhuc erat dubium vtrum denunciatio eſſet legitime facta propter charitatiuã monitionem prętermiſſam. vnde iſtud non colligitur ex iſto tex. ſi inſpicias verbaliter. Sed ſi reſpicias communem intellectum, bene colligitur. quid autem iuris ſit,

3 dicemus in c. qualiter. j. e. in materia inquiſitionis. † Tertio no. ex eiſdem, &c. q; iudex, cui committitur inquiſitio criminis, ha-

a bet etiam poteſtatem inquirendi[a] ſuper fama. & ſic ſuper præambulo ipſius negocij, ſine quo negocium expediri non debet. Ad materiam vide quod no. in c. prudentiam. §. ſexta. in c. præterea. & ſane. de offic. dele. & quod ponit Bart. Ang. & Bald. in

4 l. 2. ff. de iuriſ. om. iudi. † Quarto no. in ver. verum, &c. q; ſi libellus eſt oblatus iudici ordinario & ipſe committit cauſam alteri, reus comparens coram iudice ordinario etiam poſt citationem commiſſam a iudice delegato, dummodo citatio non peruenerit ad eum, poteſt proponere declinatorias ſuas coram iudice ordinario, nec eſt opus noua propoſitione coram delegato.

5 † Probat etiam iſte tex. no. q; quando reus ſponte ſe offert in iudicio, licet non præceſſerit citatio, valet tamen actus factus per eum. vnde citatio non eſt principium formale iudicij, quando

6 reus eſt præſens, vt dicit Ioan. And. in c. fi. de elec. lib. 6. † Quinto no. ibi, conſanguineos, &c. q; proprie loquendo alij ſunt con-

b ſanguineij, [b] alij complices. Bal. tamẽ dicit in l. j. C. ſi rec. prouin. per illum tex. q; appellatione complicum, veniunt cõſanguinei

c & domeſtici [c] de quibus in c. ſicut, de verb. ſigni. in 6. Qui autem veniant nomine adhærentium & ſequacium, conſuluit Ang. in conſilio ſuo, quod refert Pe. in cap. j. de conſtit. in ſua repetitio-

7 ne. † Vltimo no. ibi, vos purgationem, &c. q; quando crimen nõ probatur contra inquiſitum, non per hoc ceſſat infamia prius orta, niſi infamatus ſe purget. concordat tex. in c. inter ſolicitudines. j. de pur. cano. In gl. poſita in verbo, conſanguineos. glo. iſta concludit ſimpliciter, q; conſanguineus repellitur a teſtimonio

8 in cauſa criminali. † Super quo Doc. Mod. referũt aliquas opi. Prima fuit opi. gl. hic, quam ſequitur Ioan. And. & Bar. in l. qui teſtamento. §. quicunque. ff. de teſta. qui dicunt q; in criminalibus conſanguineus non admittitur in teſtem, quia iniuria facta vni conſanguineo, videtur facta omnibus de conſanguinitate, vt l. lex Cornelia. in prin. & ibi per Bar. ff. de iniur. & eſt optimus tex. & ibi per Bar. in l. cum ſcimus. C. de agri. & cenſi. lib. 11. ſed vbi agitur ciuiliter de crimine, tunc bene admittitur conſangui-

d neus in teſtem. Intellige, [d] qũ ageretur ciuiliter ad pœnãvel commodũ applicandum parti, nam ſi agatur ad vindictã publicam, ſicut cum agitur per viam inquiſitionis, hoc eſſet contra iſtum tex. q; admitteretur conſanguineus: allegat tex. in c. literas. ſ. de præſump. Et quia hoc non reperitur prohibitum in iure, ergo cenſetur permiſſum, vt l. j. in prin. ff de teſti. & in c. j. eo. tit. lib 6. Secunda fuit opi. Alani, quam refert gl. 3. q. 5. in ſumma dicẽtis, q; non repellitur cõſanguineus abſolute in criminali, ſed eſt in arbitrio & æſtimatione iudicis, & attenta qualitate perſonarum repellere vel non repellere. Sed illam opi. reprobat ibi glo. & in c. j. in fi. gl. magnæ ea. q. tenet opi. ſ. poſitam. l. q; in cauſa criminali repellatur, in cauſa vero ciuili admittatur. Dom. Abb. hic quando conſanguineus vel frater admittatur in cauſa mere ciuili remittit ad no. in l. parentes. C. de teſti. & in d. l. qui teſtamento. §. j. per Bar. & per Specu. in titu. de teſte. §. j. ver. ſed nun-

9 quid frater. † Si verò quæritur vtrum admittantur ad teſtificandum ſuper crimine, diſtingue q; ſi agitur de crimine ciuiliter admittitur, vt dixit Ioan. And. niſi agatur actione iniuriarum, quia cum iniuria illata vni videatur illata toti cognationi, vt l. lex Cornelia, prælegata, non poterit propter communionem iuiuriæ conſanguineus teſtificari. & ita tenet Barto. in d. l. lex Cornelia.

10 † Et ſi quæritur, vſque ad quem gradum prohibeatur conſanguineus teſtificari ratione prędicta, diſtingue vt ponit Ioan. An. de iudice, qui recuſatur ſuſpectus ratione conſanguinitatis in c. poſtremo ſ. de appel. Si vero agitur criminaliter, & tunc ſubdiſtinguit, quia aut agitur criminaliter pro intereſſe publico, ita q; accuſans nõ proſequitur vindictam ſuam vel ſuorum, & tũc dicit q; conſanguineus admittitur & frater etiam ſi non cohabitet fratri, quia ceſſat ratio poſita in d. l. lex Cornelia. Ad hoc adducit tex. in c. cum P. ſ. eo. vbi clericus accuſante fratre fuit in teſtem inductus, nec ibi apparet q; fuerit repulſus. Si vero agitur ad proſequendum iniuriam ſuam vel ſuorum, & tunc dicit q;

repellitur

ADDITIONES.

a Poteſtatem inquirendi. Adde facere quæ tradit Innocen. in cap. licet cauſam. & ibi Bal. in 3. col. de proba. Bar. & alii, in l. a diuo Pio. ff. de reiu. l. qui procuratorem dat, per gl. ibi. ff. de procu.

VIN. GOD. Adde quod poteſtas præiudicandi etiam cum cauſa tertio in iure quæſito, quomodo per principem cenſeatur inferiori conceſſa, Rui. cõſ. 161. nume. 15. & 28. lib. 2.

b Conſanguinei qui dicantur, vide latiſſime per Alex. in conſi. 82. incipi. in cauſa vertente inter, in prima & 2. col. in 1. vol.

VIN. GOD. Nota q; conſanguineorum appellatione. ueniunt omnes agnati non autem cognati, Rui. conſi. 15. num. 2. & 12. lib 3.

c Domeſtici qui dicantur, vide Alex. in conſi. 115. incipi. in cauſa & lite, in 4. col. uer. non probat etiam, in 5. uolu.

VIN. GOD. Domeſtici qui dicantur Soz. conſi. 17. ſupra dicta, uerſi. quoniam edictum, lib. 1.

d Intellige Credo Are. male interpretari mentem Ioan. And. quia immo etiam ſi agitur ad uindictam publicam dummodo ciuiliter, admittuntur conſanguinei, patet per c. literas, allegatum per ipſum Ioan. And. ad teſt. enim reſponde vt hanc per Ioan. And. uel melius, quod iſti conſanguinei erãt periuri & criminoſi ut patet ex litera.

VIN. GOD. Adde quod conſanguinei qui ſunt diuerſæ ſpeciei per inclusionem agnatorum maſculorum non excludunt, Rui. conſi. 107. nu. 6. lib. 4.

repelli tur a testificando, iuxta no. in d. l. lex Cornelia. Vides ergo ꝙ in iudicio criminali dissentit a communi sententia & non recte iudicio meo, quia ipse non videt ꝙ etiam qñ accusator accusat pro bono publico & non prosequitur iniuriam propriam propter periculum pœnæ talionis, & sic propter repellendā iniuriam sibi inferendam, est eadem ratio prohibendi consanguineum vel affinem, qui similiter prohibetur testificari in causa criminali. 3. q. 9 c. absens, el. 2. Præterea ista ratio concludit ꝙ ex parte accusatoris admittitur consanguineus, sed ex parte accusati non admitteretur, quia iniuria illata sibi per accusationem, videtur illata omnibus cōsanguineis. ex hoc autem resultaret inæqualitas in iudicijs, contra. l. fi. C. de fruc. & li. expen. & maxime, quia facilius admittitur ad testificandum persona inhabilis ad absolutionem pro reo, quam ad condemnationem pro accusatore, vt est gl. singu. 81. distin. c. clerici. quam ipsemet Abb. allegat in c. cum P. s̄. eo. vnde Bal. dixit in l. parentes, C. de testi. ꝙ consanguineus & frater admittitur quidem prō fratre reo ad excusandum delictum, sed non pro fratre accusatore. & ita intelligit tex. in c. literas, de præsump Sed istud est de directo contra tex. quem ego reputo singu. in c. filij. §. fi. de hæreti. lib. 6. vbi tex. expresse dicit ꝙ ad excusandum hæreticum ab hæresi nō ad
a mittuntur domestici familiares filiorum hæretici, nec aliqui
11 suorum, sed requirūtur testes, quibus debeat adhiberi fides. † Vnde in ista materia videtur sequenda communis sententia posita s̄. in prima op. ꝙ in causa criminali consanguineus vel affinis repellatur, in causa vero ciuili non repellatur omnino sed minor fides ei adhibeatur. quia si testis valde amicus non est integra persona vt l. 3. in prin. ff. de testi. multo minus cōsanguineus. & hoc tenet Specu. in titu. de teste. §. j. ver. sed nunquid frater. s̄. allegato. Nec ob. tex. præmissę communi sententię in c. literas. s̄. de p̄sump. quia licet Papa ibi narret factum ꝙ frater ibi cum iuramē to purgauit fratrem ab hæresi, non tamen aperit vtrū ista purgatio valuerit vel non. Et si memoria defuncti non potest purgari per consanguineum, cum agitur solum de cōfiscatione bonorum & damnatione memoriæ ipsius, ergo multo magis cum agitur de capite ipsius consanguinei, quia vt dicit tex. 3. quæst. 5. cap. accusator. amor vel affectio carnalis solet impedire veritatem. Ad tex. in c. cum P. potest dici similiter ꝙ ibi non apparet, vtrum testis ille fuerit receptus per iudicem, sed solum ꝙ fuit productus per partem. Præterea etiam si ibi diceretur ꝙ testis probaret quod non dicitur ibi, loquitur in crimine excepto. s. simoniæ, in quo multi alij alias inhabiles admittuntur, vt ibi traditur per gl. Vnde adhuc ille tex. non poneret regulam, nisi in criminibus exceptis. Supposita ergo communi opi. pro vera, q̄ satis probatur in c. j. in c. suspectos. & in c. accusatores. 3. q. 5. quæ
12 iura loquuntur de causa criminali. Adde primo, † ꝙ vbi alias cō sanguineus admitteretur, totaliter repellitur, si sponte se offerrat. Casus est no. secundum Anto. de Bu. ibi, Inno. in c. ex literis, s̄. de rest. in inte. quæ decreta. in verbo, ad plenum. potius facit ad oppositum. Sed vide tex. in c. cum in tua. s̄. de spon. & Bart. qui hoc dicit in simili no. in l. ex libero ff. de quæsti. iuxta fin. per tex. in c. illi qui. 5. q. 5 & est glo. no. in Auth. de testi. §. si dicatur.
13 dum loquitur de proxeneta. † Scias etiam ꝙ dictum Alani positum. 3. q. 6. in summa, potest esse verum in vno casu, videlicet quando consanguineus qui producitur in testē, est persona multum approbata ratione ꝓfessionis, quam gerit, verbi gratia est religiosus de obseruantia, vel episcopus bonæ famæ & religioſę vitæ. Nam si talis non potest recusari suspectus, cum deputatur iudex, vt dicit Vin. in c. postremo. s̄. de appel. & ibi Mod. & Spec. in titu. de iudi. delegato §. supereſt. ver. quid si non est, &c. multo minus videtur posse recusari pro teste, quia facilius repellitur iudex quam testis secundū gl. in c. j. 3. q. 5. & in c. cum R. s̄. de offic. dele. Vnde alibi dicit gl. sing. in cle. Romani. in verbo Bonifa
14 cius. de iureiur. ꝙ † testimonium Papæ non potest repelli propter familiaritatem propter excellentiam dignitatis, propter q̄ etiam sibi soli creditur, vt in c. in literis. de probatio. Vbi autem consanguineus non est repellendus in totum, sicut est regulariter in causis ciuilibus, non potest repelli etiam si prius sit in illa causa recusatus tanquam iudex prætextu consanguinitatis, qđ est mirum, quia non potest negari ꝙ aliquid sit suspitionis, propter consanguinitatem, & tamen Specu. hoc tenuit in titulo de
15 teste. §. j. ver. quid si iudex. † Illud etiam scias ꝙ consanguineus licet non possit esse testis iudicialis, potest tamen esse testis instrumentarius, secundum Inno. & Anto. de But. in c. ex literis, de trā
16 sactio. † Nunquid autem consanguinitas spiritualis. i. cognatio quæ contrahitur per compaternitatem, repellat quem a testificando. Bal. dixit ꝙ repellit, vnde leuans de baptismate non potest testificari in causa leuati, & econtra, vt ipse no. in l. generaliter. ff. de in ius voc. Sed in l. parentes. C. de testi. tenet opi. Pa. & forte melius, quia ista iura exorbitantia contra regulas iuris nō sunt extendenda, vt in regula, quæ contra ius. Et quia etiam. s̄.
b diximus, ꝙ cōsanguineus repellitur b in criminalibus, quoniam iniuria consanguinei pertinet ad eum: vide, quod plene scripsimus in c. cum P. s̄. eo. & quod ponit Bar. no. in l. athletæ. §. dant remissionem, de excu. tu. vbi dixit per tex. in l. j. C. si qua prę po.
17 ꝙ † inimicus alicui præsumitur esse inimicus toti sui cognationi, sicut econtra quilibet cognatus præsumitur inimicus ipsius offendentis. Et ad materiam vide tex. & quod ibi no. Cy. & Ang.
18 in l. j. C. de rap. vir. vbi † dicit ꝙ quia iniuria illata vni consanguineo, videtur illata omnibus, nullus consanguineus in illa causa potest testificari etiam si sit spurius & non legitimus. & hoc dicit Bar. singu. in l. cum scimus, præalleg. & hoc est verius, quam id quod dixit Ioan. An. in addi. Specu. super rubrica de teste. quā refert hic d. Anto. vbi voluit ꝙ consanguinei vel illi qui sunt de genere accusatoris admittuntur ad testimonium in causa accusationis, licet minus eis credatur. Et quia s̄. respondimus ad tex. in c. literas, de præsump. vno modo pōt responderi & secundo. secundum Bal. in l. parentes, præalle. ꝙ ibi frater fuerat product⁹ in testem per iudicem contra fratrem, vnde potuit deponere in consequentiam etiam pro fratre vt in auth. sed iudex. C. de epis.
19 & cleri. † In gl. super verbo, inimicos. ibi, dicas esse arbitrarium, &c. Doc. communiter declarando gl. istam, dicunt ꝙ inimicitia capitalis vel grauis inimicitia, quæ dicitur quasi capitalis, sicut cum est quæstio de omnibus bonis vel maiori parte, sine dubio
c repellit accusatorem & testem, c vt in §. si vero odiosus, in Auth. de test. col. 7. & in c. per tuas, in fi. de ſy. De inimicitiis autē leuibus dicit, ꝙ est in arbitrio iudicis, vtrū testis admittatur vel non, vel accusator, & quantum credatur ipsi testi, si admittatur. Quo
20 rum dictis adde primo, † ꝙ quamuis respectu diligentię adhibē dę in causa communium bonorum vel maioris partis æquiparetur criminali, propter quod sit vt tutor excusetur si habet litē cum pupillo de omnibus bonis vel maiori parte, quia in tāta re debet vti diligentia solum pro se nō pro aduersario vt l. propter litem, in prin. ff. de excu. tu. nō tamē ex hoc resultat præsumpta inimicitia tutoris ad pupillum & econtra. Ita videtur probare tex. singularis in l. si inimicitiæ, iuxta fi. de his quib. vt indig. vbi tex. dicit no. ꝙ si legatarius agit contra testatorem vt reuocet ipsum in seruitutem. & sic agit contra reum causa status non reuocatur legatum sibi factum ipso iure sed aufertur sibi & applicatur fisco, cum tamen ex inimicitia graui superuenienti reuo-
21 cetur legatū ipso iure. † Et sic datur intelligi, ꝙ licet aliquis habeat causam status contra aliquem, non tamen præsumitur esse eius inimicus. nec præsumitur mutatio voluntatis in eum. & est ratio secundum Bar. ibi, quia licet causa status sit grauissima ille tamen qui intentat eam, agit vt cōsequatur ius suum ad sui commodum. vnde quia non facit hoc in contumeliam rei vocati neque vt expectet vindictam, sicut facit accusans reus nō præsumitur mutasse voluntatem contra ipsum & per consequens non præsumitur effici inimicus. & profecto ille tex. est ineuitabilis, nisi dicamus eius saluando communem sententiam ꝙ per litem motam super statu vel de omnibus bonis non probatur plene inimicitia quod requiritur in reuocatione legati. est tamē aliqua suspitio grauis inimicitię, quæ sufficit ad repellendum testem vel accusatorem. 3. q. 5. c. suspectos, & no. Innoc. in c. cum
22 P. s̄. eo. & Bal. in auth. si dicatur. C. de testi. Secundo adde dictis Doc. in quantum dicunt, in leuibus inimicitijs esse arbitrarium vt testis vel accusator repellatur, quod hoc non videtur bene dictum, nisi exponatur, nam propter leuem offensam non præsumitur mutatio animi in beneficio collato, vt dicit tex. in l. 3. §. fi. de adi. lega. ergo multo minus præsumetur rācor & odium ad repellendum testem vel accusatorem, & sic ad auferendū ius cō mune. & ideo gl. no. 3. q. 5. c. accusatores. multum clare dicit, ꝙ pro leuibus inimicitijs isti non repelluntur, sed pro capitalibus
d vel pro grauibus. & quæ sint graues inimicitiæ, d arbitrabitur iudex. In hoc ergo est arbitrium iudicis in videndo, quæ inimicitia debeat æstimari grauis. & hoc sequitur Bal. in auth. si dicatur. C. de testi. Possumus tamen exponere dicta Doc. ꝙ hic pro inimicitia graui assumāt illam quæ est similis capitali, puta causam status, vel maioris partis bonorum, vel cām criminalem, q̄

licet

ADDITIONES.

a VIN. GOD. Nota ꝙ hæretico semiplene probanti contra Christianum non defertur iuramentum in supplementum probationis, econtra autem Christiano semiplene probanti sic. Bundis. in trac. de hæret no. 47. num. 2. quod habetur in lib. 4. trac. fol. 94.

b Consanguineus repellitur. Vide per Alexan. in consi 102 incipi. viso processu causæ uertentis, &c. in 2. col. uer. uideamus ergo, in 5. uolu & quid in matrimonio, per eundem Alexan. in consi. 149. incipi. uiso processu causæ uertentis inter Michaelem, in 1. col. uer. mouetur principaliter in eo. uolu.

c Repellit accusatorem & testem. Vide nunquid ratione inimicitiæ quis repellatur a testificando, ut per Alex. in consi. 150. quod inci. in causa & lite uertente inter dominam Lucretiam, in 2. col. uer. 4. ratione, in quinto uol.

VIN. GOD. Adde ꝙ inimicus testis ad hoc ut tanquam inimicus repelli possit requiritur quod etiā probetur euidens & manifesta inimicitia, Thom. Gram. decis. 86. num. 4. ibidem & num. 6.

d VIN. GOD. Nota istud dictum an & quando dicantur graues inimicitię & quæ repellant & non repellant testē, remittitur hoc arbitrio iudicis, Thom. Gram. decis. 86. num. 26.

licet non ſemper imponat pœnam capitalem, quia tamen plerunque condemnatus infamatur infamia iuris, vt l. infamem. ff. de publ. iudi. vel ſaltem ſigillatur infamia facti, dicitur eſſe ſimilis capitali, ſicut dicit tex. in d. §. ſi vero odioſus. In aliis vero, quę cauſa dicatur grauis, & quæ inimicitia, arbitrabitur iudex. Et ſi quæris, quomodo debuit regulare arbitrium. dicendum eſt, q̃
23 † illa dicitur inimicitia & offenſa grauis, quæ facit iniuriam, vel offenſam atrocem. de qua in §. atrox. Inſtit. de iniur. Iſta concluſio probatur notãter in d. l. ſi inimicitiæ. circa medium. ff. de his quib. vt indig. vbi tex. dicit q̃ inimicitia vocatur grauis, quando quis publice maledicit teſtatori, vel dicit in eum verba infauſta & contumelioſa, nam propter qualitatem illam, quia palam dicit, iniuria dicitur atrox. Ad idem bonus tex. in l. licet. in princ. ff.
24 de arbit. in verbo, infamatus fuerit. † Et q̃ intentio canonum. s̃. allegatorum ſit repellere non ſolum capitalem inimicum, ſed etiam grauiter inimicum, probatur ex c. accuſatoribus. & c. ſuſpectos. vbi dicit, q̃ non ſolum repelluntur inimici, ſed etiam ſuſpecti, per quod verbum videtur ſignificari inimici non capitales, ſecundum glo. tuam, quam tenementi in c. 2. §. inimicitiæ. de procu. lib. 6. ſed Bal. in auth. ſi dicatur, allegans Inn. in c. cum P. s̃. eo. videtur intelligere illa iura de ſuſpecto de capitali inimicitia vt s̃. diximus. ¶ verum tamẽ credo dictum eſſe verum p̃ text. in d. §. ſi vero odioſus. in fi. vbi reſeruatur arbitriũ iudici in ad-
25 mittendo vel non, ſi bene inſpicias. † Et quia appellatio inimicitię de proprio ſignificatu ſuo comprehendit omne genus inimicitiæ, ex interpretatione autem iuris comprehendit capitalem & grauem, vt probatur in l. 3. §. fi. præalle. & in d. l. ſi inimicitiæ. licet Bal. dicat q̃ ſolum capitalis comprehendatur in d. §. dat re-
26 miſ. ſed hoc videtur verius. † Ex iſtis deciditur id, quod tãgit hic do. Ant. referens dicta Io. An. in addit. Spec. ſuper rubrica de teſte. vbi dixit, q̃ ſi epiſcopus carcerauit aliquem pro aliqua cã, ille non repellitur a teſtificando contra ipſum in cauſa criminali, ſed quanta fides ei adhibeatur, eſt in arbitrio iudicis. quod dictum eſt verum, quando ille fuiſſet carceratus iuſte, vel non cõſtaret q̃ iniuſte: ſed ſi iniuſte fuiſſet carceratus, tunc quia fuiſſet ſibi illata atrox vis, vt l. j. in fi. iuncta l. qui in carcerem, ff. quod met. cau. oriretur grauis inimicitia, quæ licet eſſet orta ex culpa accuſati, repelleret tamẽ teſtem, vt plene ſcripſimus poſt Abb. Mod. in c. repellantur. s̃. eo. & eſt bona glo. ſecundum Bal. ibi in
27 d. §. dat remiſ. † Sed quæritur adhuc pro declaratione materiæ & tex. nunquid ſicut cohabitantes inimicis, ſine dubio repellũtur, vt in c. repellantur. s̃. eo. & 3. q. 5. c. accuſatoribus. ita repellãtur qui frequenter cõuerſantur cum inimicis, vt ſunt homines eis valde amici. Et debes præmittere pro euidentia, ſicut tradit Bal. in l. eos. C. de teſti. q̃ amicitia non eſt qualitas totaliter repellens teſtem de ſe, ſi eſt amicus illius qui litigat mecũ, ſed dubium facit quando eſt amicus vel conuerſatur cum eo, qui eſt inimicus meus capitalis vel grauis, vt s̃. Super qua q. aliqui Moder. hic allegant Bal. & bene, in l. ſi quis teſtibus. C. de teſt. vbi referendo dicta Pe. & Cy. videtur concludere q̃ iſta qualitas non repellit omnino teſtem ſed minus ei creditur. quia hoc non reperitur iure cautum & amicus regulariter prætextu amicitiæ non repellitur, vt dictum eſt. Sed iſtud videtur contra iſtum tex. in verbo conuerſentur. vbi videtur ſufficere ſimplex cõuerſatio ſine habitatione. Sed reſpondetur ſequendo illã opi. q̃ iſti repelebantur nõ ſolum ex hac qualitate, ſed quia erãt manifeſti inimici. Et ad hanc qualitatẽ videtur habere reſpectum ſummus Pontifex in ver. prædictos, vel alias, &c. dicendo enim alios eſſe repellendos, qui ſint inimici, oſtendit q̃ & præcedentes repellũ
28 tur tanquam inimici, quia † iſta dictio alia, [a] repetit qualitatem perſonæ ſequentis in præcedenti, vt l. mutus. §. cum quęritur. in
29 tex & gl. ff. de procu. † Si tamen aliquis contraheret parentelam cum inimico meo, vel faceret ligam & confœderationem ſecũ, & maxime contra me, ſine dubio iſte repelletur. ligam intelligo vniuerſalem de iuuando ipſum ſimpliciter, vel contra omnem perſonam. nam ſi liga eſſet limitata quo ad tertium, non ita dicerem. ſic debes intelligere text. in l. j. §. cum patronus. ff. de of-
30 fic. præ. vr. hic alleg. in gl. & Bal. in l. liberi. C. de inoffi. teſt. † Sed adhuc reſtat vna pulchra & noua dubitatio, quia iura dicunt q̃ inimicus repellitur ab accuſando, vtrum hoc verum, qñ proſequitur ſuam vel ſuorum iniuriam. Et hunc articulum non inueni tactum ſpecifice, niſi in quadam apoſtilla, quam habeo in c. cum P. s̃. eo. quæ dicit q̃ admittitur. allegat tex. in cle. conſtitutionem, in principio, de elec. vbi probatur q̃ ille qui alias excluditur ab impugnando electionem & perſonam electi propter formam non ſeruatam, non excluditur ſi proſequatur propriũ intereſſe. ſed illa cle. parum facit, quia ideo ibi non excludit, quoniam intentio c. vt circa. de elec. lib. 6. non fuit tradere formam his, qui proſequuntur ius proprium. Præterea fortior eſt excluſio, quæ fit propter inimicitiam, ex qua præſumitur dolus in accuſatore, & zelus malus, quando quis excluditur propter negligentiam formæ non ſeruatæ. Secundo pro iſta opi. poteſt adduci regula. 4. q. 6. §. omnibus. vbi dicitur q̃ quibuſcunque perſonis permittitur proſequi ſuam vel ſuorum iniuriam, vt videbis in c. cum dilectus. j̃. eodem. Sed ille tex. poteſt reſtringi ad criminoſos, non tamen vt permittat accuſare inimicos. Vnde glo. tua expreſſe, in c. cum P. s̃. eo. ibi, inimici in nullo caſu admittũtur, relata ad principia ipſius, manifeſte decidit contrarium ſi referatur ad accuſatores, ſicut ad teſtes. Et quia iura ſimpliciter dicunt accuſatorem inimicum repelli: iſta opinio videtur tutior. Poteſt tamen limitari, ſecundum ea quę dixi in c. accuſaſti i. s̃. eodem, q̃ tunc accuſator repellatur, quando accuſat malo zelo & animo vlciſcendi, ſecus ſi hoc non appareat, quia tunc præſumitur ſi proſequitur vindictam propriam accuſare pro ſatisfactione iniuriæ quam poteſt licite petere remiſſo rancore, ſecundũ gl. notabilem, 90. diſt. in. c. ſi quis contriſtatus. & in c. prælatis, de homicid. lib. 6. Et in dubio iſta cauſa eſt præſumenda ne alias ſequatur abſurdum q̃ regulariter quis excludatur a proſecutione iniurię proprię, contra c. de cętero. s̃. de teſtibus. Nam pone aliquem accuſare pro iniuria capitali ſibi illata vel conſanguineo ſuo, nec eſſe inimicum capitalem illius ex alia cauſa niſi pro illa pro qua vult accuſare, certe ſi excludimus inimicum ab accuſatione regulariter nullus poterit proſequi vindictam ſuã vel ſuorum niſi probetur q̃ remiſit rancorem & odium, quod videtur abſurdum & contra iura ſimpliciter hoc permittentia. Et ideo dici poteſt abſolute, q̃ ad proſequendam ſuam vel ſuorum iniuriam admittitur quilibet etiam ſi inimicus. Et hoc tenet Archi. 3. q. 5. ca. 2. quando quis eſt effectus inimicus ex cauſa pro-
31 pter quam accuſat. † Sed tu potes dicere, quod etiam ſi prius ex aliã cauſa erat inimicus poteſt nunc accuſare ſi ſuam proſequatur vel ſuorum iniuriam propter generalitatem tex. in c. omnibus. 3. q. 6. & quia inimicus non repellitur accuſando niſi quia præſumitur calũniari propter appetitum vindictæ, vt dicit tex.
32 in c. accuſatores, el. 2. 3. q. 5. ſed non poteſt negari † q̃ ille qui corruptus dixit falſum teſtimonium, eſt magis ſuſpectus de calumnia vel ſaltem æqualiter, ſicut inimicus, ergo ſicut ille admittitur cum proſequitur iniuriam propriam, 2. q. j. c. prohibent, ver. 2. tamen omnes. ita & iſte, & hoc credo eſſe verius. Et qa ſupra-
33 diximus in iſta materia, † q̃ ſi epiſcopus iniuſte carcerauit aliquem, tunc ille repelleretur totaliter a teſtimonio contra epiſcopum accuſatum. Nam hoc debet intelligi & limitari eſſe verum, ſi epiſcopus poteſt admitti ad allegandum turpitudinem ſuam, videlicet q̃ iniuſte carcerauit, q̃ quando ſit, dic vt traditur plene in c. cum ſuper. s̃. de conceſ. præben. per do. Anto. & in l.
34 iuſiur. §. fi. cum l. ſe. ff. de iureiur. † q̃ communiter ſolet dici in illa materia, q̃ quando turpitudo mea eſt detecta per alium, poſſam illam allegare. vnde ſi captura epiſcopi fuerit reuocata tanquam iniuſta, forte poſſet epiſcopus hoc allegare. de hoc tamẽ
35 dic vt in dictis iuribus. † Scias etiam q̃ quidam Moder. hic reprehendunt dicta Inno. & dom. Anto. inquantum dicunt q̃ inimicus de recenti reconciliatus repellitur tanquam inimicus p̃ ea, quæ habentur. 3. quæſt. 5. ca. 2. nam dicunt ipſi hoc eſſe contra caſum in l. athletæ. §. dat remiſſ. ff. de excu. tuto. vbi tex. dicit qđ ſi teſtator eligit aliquem tutorem in teſtamento, qui prius erat ſibi inimicus, hoc ipſo videtur ſibi remiſiſſe inimicitiam, & tamen poteſt fieri q̃ teſtator incontinenti poſt teſtamentum deceſſerit, & nihilominus præſumitur deceſſiſſe amicus. ſed põt dici quod modus reconciliationis ibi hoc inducit, quia in dubio teſtator præſumitur velle eligere filijs tutores amiciſſimos, vt l. amiciſſimos, in prin. ff. eo. titu. & idem poſſet dici, vt dicebã in voce quando reconciliatio p̃ſumeretur ſecuta ex maximo beneficio facto ab inimico, quia illud præſumeretur omnino tollere memoriam præcedentis iniuriæ, ſi eſſet par iniuria vel maior. Extra gl. pro declaratione multarum q. quas poſuit hic Inn.
36 † videndum eſt primum, quando ſummus Pontifex committẽ do inquiſitionem narrat reum fuiſſe infamatum, vtrum iudex delegatus teneatur amplius quærere ſuper fama, vel infamia. Secundo ſi iudex ordinarius format inquiſitionem, narrans in ea famã contra inquiſitum ad ſe perueniſſe, vtrum reo petente debeat ſibi facere fidem de iſta fama. Tertio, vtrum ſicut infamia præcedente iudex poteſt inquirere de crimine, ita poſſit inquirere præcedente, aliqua ſuſpitione probabili, licet non præcedat infamia. Quarto ſi omittitur inquiſitio famæ, vtrum valeat proceſſus. Super primo adde dictis Doc. inquantum dicunt, q̃ ſi Papa facit mentionem de fama aſſertiue, exemplum ſi dicat, cum nobis conſtat talem eſſe infamatum, vel fidedignorũ relatione accepi.

ADDITIO.

a Alia repetit. De natura iſtius dictionis, alius alia, uide gl. in l. ſi fugitiui & ibi Alexan. in apoſtillis. C. de ſer. fu. Bal. in l. conuenticulam. C. de epiſ. & cle. Are. Iaſ. Lancil. & dom. Phi. Dec. in l. pe. per illum tex. C. qui admi. Fel. in c. ſedes in ulti. col. in prin. de reſcri & ultra alle. per eos uide Alexan. in conſi. 11. incipi. viſo ac ut oportet conſiderato, in 3. col. uer. pro quo etiam, &c. in 2. uol. & in ꝑſi. 1. 4. col. ĩ 11. uol. & in ꝑſi. 105. inci. uiſo themate añ poſito. ĩ 3. col. ĩ 3. uol. VIN. GOD. Adde, de natura iſtius dictionis alius alia aliud, eſt denotare diuerſitatem in qualitate & ſubſtantia, Berou. in q. 71. num. 5.

accepimus, talem esse infamatum, tunc iudex delegatus non tenetur amplius inquirere de fama, quia stat̃ assertioni Pontificis, iuxta cle. literis. de proba. & ĩ c. si Papa. de prini. lib. 6. nã hoc
37 dictum, videtur esse dubium, quia † in rescriptis, maxime de iustitia verba debent interpretari, vt minus lædant partem quam fieri potest, vt in c. j. & c. causam, quæ. de rescrip. & in c. dudum.
a j. de decim. ergo verba ista Pontificis a videntur posse intelligi, ꝙ
38 de ista infamia sibi constiterit extraiudicialiter. † potest enim aliquid constare dupliciter, vel iudicialiter vel extraiudicialiter, secundum gl. in cle. vnica, de offi. dele. & Bal. in l. neque natales. in fi. C. de proba. Cum ergo iudex delegatus teneatur ipse iudicialiter se informare de fama, non videtur ꝙ ista cognitio censeatur sublata per informationem extra iudicium datam summo Põtifici parte non citata. sicut enim probationes receptę in iudicio summario non faciunt fidem in ordinario, vt in c. veniens, el. 2. de testi. quia non præsumitur adhibita diligentia, quæ debet adhiberi in ordinario, ita videtur ꝙ instructio recepta extraiudicialiter a summo Pontifice, ex quo nõ asserit se processisse iudicialiter & citata parte, nõ debeat sufficere coram iudice delegato, qui iudicialiter debet recipere probationes super fama. Sed saluando dicta communia Doc. dicas ꝙ iudex ordinarius in receptione probationis infamiæ suæ famæ potest se informare non in forma iudicij, sed ad instructionem suam de plano, vt in c. cũ in tua. s̃. de spon. secundum Inno. & do. Anto. hic. & statim probabitur esse verum in quæstione seq. Vnde instructio recepta ꝑ summum Pontificem quamuis extraiudicialiter esset sufficiẽs si ipse vellet procedere in causa, ergo debet esse sufficiẽs coram delegato ipsius. quia sicut probatur in isto tex. & est clarum de iure, processus factus coram ordinario bene sortitur effectus, si causa postea delegetur etiam coram delegato. licet ergo iudex delegatus si de nouo haberet procedere deberet solenniter inq̃rere super fama, quia non hẽt tãtũ priuilegiũ sicut ordinarius. si tamẽ ordinarius processit super fama debet sufficere proces-
39 sus factus ab eo, modo quo potuit. † Credo tamen ꝙ si quis vellet admitti ad probandum famam contrariam, hoc non esset sibi denegandum, ex quo informatio famæ esset recepta ipsa parte non citata, vt est tex. in simili, in c. quoniã frequenter. in prin. vt li. non contesta. Secundo adde inquantum do. Anto. in ista quæstione dicit, ꝙ si verba commissionis dicant ita, multorum fide dignorum relatione ad nos peruenit talem commisisse talia delicta, ꝙ tunc non tolleretur quin iudex delegatus deberet inquirere super fama, quia ista possunt stare simul, quod per aliquos fide dignos denũciatum fuit delictum sedi apostolicæ, & tamen non sit probata infamia, vt patet in c. inquisitionis. §. tertiæ. j. eo. Sed tu aduerte, quia esto ꝙ non esset probata infamia, non tamen posset negari quin per ista verba iudex ordinari⁹ habet eum suspectum de crimine. ergo etiam non præcedente infamia poterit procedi ad inquisitionem, vt j. videbis late in 3. ar-
40 ticu. † Circa. 2. dicendum est, ꝙ Ang. in l. si vacantia C. de bo. va. lib. 10. in 6. carta, dixit simpliciter ꝙ iudex ordinarius potest inq̃rere etiam si non præcedat fama per tex. in verbo libere, in ca. j. s̃. de offi. ordi. Et si vera esset ista opi. sine dubio fatendum esset, ꝙ quamuis iudex in inquisitione alleget infamiam, non tamen tenetur de ea fidem facere, ex quo sine ea poterat procedere ad inquisitionem, sicut dicitur in simili in cle. sæpe. in fi. de ver. sig. Sed istud suum dictum non procedit, quia est contra tex. in c. licet Hely. j. de simo. ibi, nos vt diximus &c. Præterea tex. in ca. j. non probat dictum suum. non enim dicit simpliciter ꝙ episcopus libere possit inquirere super criminibus, sed addit secundũ
b b canones, & sic debes seruare formam positam in c. qualiter. j. eo. Facit optime tex. & quod ibi ponit Anto. de Bu. in c. irrefragabili. §. j. eo. tit. Vnde, reiecta illa opi. tanquam falsa, dicunt hic communiter Doc. sequendo dicta Innoc. & Abb. antiqui, quẽ sequitur etiam Specu. in titu. de inquisitione. §. nũc tractemus,
41 versi. hoc autem scias, † ꝙ si iudex ordinarius asserit famam ad se peruenisse, non tenetur aliter facere fidem parti de ista fama, quando procedit ex officio mero. secus si procedat ad instantiã promouentis inquisitionem, quia tunc promotor debet famã probare. Mouẽtur per tex. c. inter solicitudines, in prin. j. de purga. cano. & in c. qualiter. j. eo. in quibus dicitur ꝙ episcopus si peruenit ad eum de crimine potest formare inquisitionem. Sed ista iura faciliter possunt euitari, quia licet tex. illi dicant, ꝙ fama publica referente potest formari inquisitio, non tamen dicunt ꝙ famam publicam peruenisse ad iudicem probetur per assertio-
42 nem iudicis. immo regula est in contrarium, † quia cum fundamentum potestatis procedendi per inquisitionem sit fama vel infamia præcedens. ergo de hoc debet constare & fieri fides parti, quæ hoc negat prius quam procedatur ad vlteriora, secundũ gl. in c. j. de offi. dele. lib. 6. Et bene facit tex. & quod ibi per Bart. in l. diuus. ff. de test. mili. & quod ipse no. in l. si quando. C. vnde vi. vnde ista dicta remanent dubia, maxime quia alia ratio quæ assignatur hic per Doc. est longe peior. dicunt enim, ꝙ iudex nõ tenetur facere fidem parti de infamia coram seipso, quia nõ esset coram quo fieret probatio, quæ ratio concludit quod idem sit dicendum in iudice delegato, aut ꝙ si debet fieri fides de fama, probationes non fiant coram ipso delegato, sed coram superiore, quæ sunt manifeste contra istum tex. in ver. læsam noueritis. & cõtra tex. in c. 2. eo. titu. lib. 6. Sed id quod ipsi addunt, videtur esse deterius dum dicunt, ꝙ si pars appellet propter hoc qa iudex non vult facere fidem de fama, tunc debebit fieri de fama fides per iudicem coram superiore, quod videtur mirabile, qa si iudex non tenetur facere fidem, ergo non grauat partem, ergo non potest appellari, vt in c. vt debitus. s̃. de appel. Saluando cõmunem sententiam Doc. potes dicere ꝙ iudex ordinarius in receptione informationis super infamia, licet possit procedere iudicialiter recipiendo testes in forma testium, potest tamen etiã extraiudicialiter per viam instructionis suæ & informationis informare se super fama vel infamia. intelligo nõ citata parte, qđ probatur vltra auctoritatem Inno. hic lege & ratione. Lege quidem, quia hoc probat tex. in c. licet Hely. j. de simo. in ver. tunc enim. & in ver. nos, vt prædiximus. In quibus patet ꝙ informatio famæ defertur a superiore duobus modis vel per publicam vocem & famam, intellige legitime probatam, vel per frequentem insinuationem. vnde patet ꝙ isti duo modi probandi sunt diuersi. & ideo si primus modus continet probationem iudicialiter factam, necesse est dicere ꝙ secundus modus nihil aliud significet nisi diffamationem factam frequenter auribus superioris non in forma iudicij. Ratione, quia sicut probatur in l. 4. ff. ad l. Iul. pecu. & est communis conclusio Bar. & aliorum in l. 2. §. si publico. ff. de adul. ex inquisitione generali in qua iudex procedit non citata parte, sed simpliciter ad sui instructionem, qa nõ
c est quis possit citari, vt dicit Bald. in l. ea quidem. C. de accu. c & recte si iudici constet de crimine oritur præsumptio ex qua potest procedi ad inquisitionem particularem. Et sic patet ꝙ ad ꝑcedẽdum per inquisitionem potest fieri examinatio eius quod facit præsumptionem, propter quam potest inquiri extraiudicialiter & parte non citata. Idem ergo dicendum erit de fama.
43 † Et ex hoc sequitur quòd quia in processu extraiudiciali iudex non tenetur facere acta cum procedit ad sui instructionem, inquantum ad ordinandum iudicium & ad ea quæ sunt modicí præiudicij creditur sibi, licet aliter non faciat fidem. Ista conclusio probatur ex his quæ tradit Bar. in auth. nisi breuiores. C. de sen. ex peri. reci. & dom. Anto. in c. Quintauallis s̃. de iureiuran.
44 † vbi concluditur ꝙ quãdo iudex vel arbitrator procederet sine scriptura, statur de actis ordinatorijs suæ assertioni. Facit optime, quod ipse idem no. in l. ambitiosa. in vltima carta. ff. de decre. ab or. faci. vbi concludit ꝙ officialibus approbatis de publico ad faciendum aliquid extraiudicialiter, datur fides, si asserant aliquid inuenisse ad se pertinere ad sibi commissa. allegant glo.
45 in c. post cessionem. s̃. de proba. † Super tertio articulo multa refert hic do. Anto. & in effectu concludit vna cum Innoc. addito, ꝙ aut loquimur in crimine hæresis, & tunc ex sola suspitione licet non præcedat infamia, potest fieri inquisitio, vt in c. vt officium, de hæreti. lib. 6. Si vero loquimur in alijs criminibus, & tunc sit in arbitrio iudicis. Erit autem arbitrium in hoc, vt videamus qualis sit præsumptio, ex qua iudex vult inquirere, quia debet esse valida fama vel saltem similis famæ, vt dicitur in simili in c. super eo. de eo, qui cog. consang. vxo. suæ. tu vero vide tex. singu. quẽ ibi ponderat Bar. in l. de summersis. C. de nau. lib. 11.
46 probatur ꝙ per † crimen idem vel connexum probatum inter alias personas peruenitur ad inquisitionem contra tertium absque eo ꝙ alia præcedat infamia. idem probatur in l. diuus. § cũ
47 autem. ff. de offi. præsi. † Similiter etiam inuenitur, ꝙ ex probationibus factis in iudicio ciuili contra reum licet non facint plenam fidem in iudicio criminali vt plene traditur in c. cãm quæ. de testi. potest tamen inquisitio contra reum formari, vt est casus no. secundum Bal. ibi in l. quod euitandi. C. de condi. ob tur. ca. vnde Barto. in l. congruit. ff. de offi. prę. expresse fatetur quod
48 † ex præsumptionibus potest formari inquisitio vel ex fama. & idem Bal. in l. ea quidem. C. de accu. licet non allegent illa optima iura quæ. s̃. allegauit † Reperitur etiam vnus casus, in quo
49 ad solam denunciationem superior inferior non solum potest,

sed

ADDITIONES.

a VIN. GOD. Considera ꝙ quicquid potest facere Papa de plenitudine potestatis potest alteri concedere de plenitudine potestatis, Rui. consi. 76. num. 10. & 18. lib. 3. & potest fingere ꝙ non est expressum sit expressum. ibi nu. 12.

b Secundum canones. Adde quod istam dictionem secundum ponderant hic nõ nulli mod. pro opi. Are. de cuius natura est facere, relationem pro quib. adde bene facere Rom. in consi. 336. incipi. circa propositam consultationem. & latiss. d. Pa. de monte pico. præceptorem excellentiss. in l. 1. C. de bo. pos. concrata. in gl. 1. vbi in proposito per istam dictionem decidit multas quæstiones. & inter alia adducit Ioan. And. in titu. de feudis in prin. & Alexan. in consi. 145. quod inci. quoniam abunde, in ult. col. in 2. uol. & Pa. de Ca. & Mod. in l. pen. C. de insti. & substi. post Bar. in l. admonendi, in 2. col. ff. de iureiuran.

c VIN. GOD. Nota quod inquisitio ad hoc ut formari possit debent præcedere indicia Thom. Gram. decis. 48. nu. 6.

ſed debet inquirere quando.ſ.archiepiſcopus,qui viſitauit prouinciam denunciat epiſcopo ſe inueniſſe aliquod delictum, ſuper quo iubet inquiri,ſecundum Archi. & Ioan.And.in ca.j.de
50 cen.lib. 6. †Reperitur etiam caſus econtra,in quo etiam ſi præcedat infamia, & quicquid debet præcedere, iudex tamen non debet procedere ad inquiſitionem inconſulto Romano Pontifice. Et hoc eſt própter qualitatem perſonæ,pro qua inquiritur, vel vniuerſitatis,vel ſimiliter timeretur magnum ſcandalum & magna turbatio,vt tradit ſingu.Ioan.And.in c. inquiſitores, de
51 hæreti.lib.6.& vide bonum tex. in cle.j.eo.ti. † Circa quartum articulum, quem hic attingunt pleniſſime dom.Abb.& aliqui Modern. dicendum eſt,vt plene dicitur, in cap. inquiſitionis. §.
52 tertiæ.j.eo.vbi melius cadit,& ibi eſt caſus.†Quinto pro declaratione materiæ quæritur hic per Doc. vtrum ſi probata eſt infamia contra inquiſitionem, reus poſſit probare econtra bonam famam.ſuper quo articulo do.Bart.conſiderat tres caſus in l. de minore.§.tormenta.ff.de quæſt.cuius dicta plene refert hic do. Abb.addens duo duntaxat. Primum,inquantum Bart.dicit ꝙ ſi fama eſt in diuerſis locis contraria,præualebunt probationes veriſimilius probantes & veriores:nam hoc eſt intelligẽdum quãdo præſumitur quod æqualiter in vtroque loco ęque bene poſſit ſciri veritas, ſecus ſi in vno loco præſumatur melius ſciri veritas quam in alio,& ita intelligit hic dictum Ioan.antiqui ſummi
53 ſtę,& eſt de mente Ioan.And.†Secundo adde,inquantum Barr.
a dicit ꝙ ſi famæ[a] cõtrariæ probantur in eodem loco & tempore & teſtes ſunt pares, tunc ſtatur deponẽtibus magis veriſimilia, nam ipſe dicit ꝙ etiam ſi teſtes ſint diſpares,iſtud eſt dicendum per ea,quæ habentur in c.auditis,de præſcrip.per Inno.4.q.3.c. teſtes. Tu de hoc dic,vt habetur in c.in noſtra.s̃.de teſtib. Tu vero in iſta materia ad ea,quæ dixit Bar.in §.tormenta, adde eundem Barto. qui no. loquitur in l. ſed & ſi lege,§. de eo.ff. de pet.
54 her. vbi dixit, prout etiam dicit in §.tormenta ꝙ † ſi probantur duæ famæ contrarię,vna priori tempore,alia poſteriori,ſtandũ eſt vltimæ famæ.Mouetur, quia quod heri opinati ſunt homines, hodie non poſſunt opinari,¦vt l.qui bona.§. ſi ſtipulatus. de dam.infec.& vide gl.in c.cum cauſam. s̃. de teſti.nihil aliud alleg. Tu vide tex.qui decidit quæſtionem in terminis quẽ Bal. ibi multum no.in l.ſi mater.C.ne ex deli.defu.vbi dicit no.ꝙ vltima fama eſt attendenda.& ibi hoc tenet Bal.ſed ipſe idẽ Bal. multum no.ponit iſtud dictum in c.j.§.no.ĩ vltimis verbis, qui feu.da.poſ.& in c.j.§.item ſi vaſallus,in ſi.de controuer. inue. & in d.§.no.videtur limitare præcedens dictum,quod tunc ſtetur vltimæ famæ, vt etiam dicit tex. in l. 2.in prin.ff.quis or.in bon. poſ.ſer.quem allegat Bar.ad hoc, quando fama ſecunda eſt fundata melioribus vel æque bonis coniecturis, ſecus ſi fama prima ſit magis veriſimilis ex melioribus coniecturis.Tu vero non diſcedas a tex. in d. l. ſi mater. qa dato ꝙ fama haberet meliores coniecturas,mutatio tamen opinionis apud eoſdem, quæ non præſumitur eſſe facta ſine cauſa, reddit eam valde ſuſpectam.
55 †Adde etiam ꝙ ſingulariter tradit Bal.in l.ea,quidem.in vltima carta.C.de accuſa. vbi dicit ꝙ etiam non ſolum fama ſequẽs cõtraria in ſpecie famæ priori addit priorẽ, ſed etiam fama ſequẽs in genere contraria priori. verbi gratia probatum eſt per teſtes aliquem eſſe diffamatum de certo crimine,certe ſi probatur ꝙ poſtea iſte homo eſt reputatus bonæ conditionis & famæ,regulariter iſtud ſufficit.quinimmo ſi iſta probatio fieret per plures vel meliores teſtes,confunderet famam contrariam,etiã ſi vtroque tempore & loco,ſecundum Bal.ibi.Et iſto caſu proprie loquitur ipſe,ſed per ipſum alias iſtum fortius deciditur præcedẽs.
56 † Tractat etiam hic diffuſe Inno.& do.Anto. referens dicta ſua hic,& in c.qualiter.j. eo.qualiter teſtes debeant probare famã & infamiam. & inter alios dicit ꝙ quia aliquis debet eſſe infamatus penes bonos & graues,ſi teſtis dicit aliquem eſſe infamatum, debet etiam non interrogatus dicere a quibus, & ſi non nominat ſaltem duos,non valebit dictum ipſius, quia non poteſt conſtare iudici,niſi nominet aliquos,vtrum illi ſint viri graues & honeſti,a quibus audiuit iſtum eſſe infamatum.ſed in ca.
57 qualiter.j.e.videt dicere,†ꝙ tunc teſtis tenetur nominare alios quando eſt interrogatus a iudice,a quibus audiuit. Et hanc opi. refert Specu.in titu.de noto.crimine.§ fama, alias in titu.de inquiſitione.§.nunc tractemus & Bar.in l. de minore. §. tormẽta. præallegato.& ſimpliciter ſequuntur.& idem ſequitur Saly. in l.ea quidem.C.de accu. Sed Ioan.And.hic & Ang. in d.l.ea quidem,ſequuntur primam opi.Inno.hìc poſitam, ꝙ teſtis etiã nõ interrogatus debeat dicere a quibus audiuit.do.Anto. hic ſatis obſcure loquitur.ſed tamen in fi.videtur ſequi iſtud dictũ Inn. hic dum dicit primum verius. & ita practicatur. Fuit & tertia opi.quam refert hic Inno.aliquorum,qui dixerunt ꝙ nec ſponte, nec interrogatus teſtis debet aliquos nominare, dummodo dicat ſe audiuiſſe a tota vicina vel maiori parte,& ſic formaliter deponat, & recte in cauſa ſcientiæ, quando vult probare famã. Mouentur iſti,quia cum quilibet præſumatur bonus, niſi probetur contrarium,vt in c.j.s̃.de ſcru.& in c.fi.& ibi no. s̃.de præſump.ſatis præſumptiue deponit teſtis famam eſſe apud bonos & graues,vel apud graues & honeſtos,vt vtamur verbis.ca.qualiter.j.eo.Pro concordia iſtarum opi.potes dicere† ꝙ aliquãdo
58 rumor populi & fama vel ciuitatis vel vicinię confirmatur ex veriſimilibus & probabilibus coniecturis:& tunc nõ eſt neceſſe ꝙ teſtis etiam interrogatus dicat a quibus audiuit, quia fama poteſt habere ortum a coniecturis & argumẽtis probabilibus. nec requiritur tũc ꝙ habuerit originem a prouidis & honeſtis, quia defectus perſonarum ſuppletur per argumenta probabilia.ita eleganter vult Bar.in §.tormenta.ver.3.quæro. & ver. ſe. & tenet Bal.expreſſe in l.ea quidem.in vlti.carta. C. de accuſ. & etiam Saly.in tractatu de fama, ver.tertio quæro.Et probatur ratione,quia ſi coniecturæ & probationes ſufficientes tenent locũ famæ,vt poſſit formari inquiſitio, quando ſunt tales, vt æquiua
b leant famæ,vt s̃.dicimus.ergo coniecturæ illæ poſſunt cõfirmare famam & facere eam veriſimilem, dato ꝙ non ſint tot & tantæ ꝙ æquiualeant famæ datæ,quia tunc non eſſet opus famæ [b] dummodo ſint probabiles,quæ concludat iudici vna cum voce populi vel viciniæ. Aliquando non concurrunt præſumptiones ſufficientes ad reddendum vocem populi probabilem & veriſimilem,tunc ſubdiſtingue.quia aut teſtes deponunt de fama ciuitatis vel caſtri inſignis, in quibus ſicut præſumitur eſſe copia peritorum,vt in c.ſtatutum,in prin.de reſcrip.lib.6.& plene per Bar.in l.in bonorum. ff. de bon. poſ.ita præſumitur eſſe copia virorum grauium & honeſtorum. & tunc quia eſt violenta præſumptio contra teſtem ſi dicit ſe audiuiſſe ab omnib⁹ vel maiori parte,cum in tanta multitudine ſunt graues & honeſti, ſicut dicit Bar.in ſi.in l.ſi conuenerit.ff.pro ſo.& in l.de pupillo. §.ſi quis ipſi, ff.de no.op.nũc.adhuc videtur procedere dictũ teſtis,licet interrogatus neſciat dicere a quibus audiuerit. i. dicat ſe non recordari: erit tamen dictum aliqualiter ſuſpectum, qa non eſt veriſimile ꝙ ſi audiuit a tã multis de aliquibus nõ recordetur.Vnde in arbitrio iudicis erit,quantum ei credat, ſi interrogatus non nominauit aliquem.Secundo caſu,quando teſtis deponit de clamore viciniæ vel loci non ita inſignis, & tunc quia poteſt eſſe ꝙ in vicinia illa ſunt aliqui graues,& honeſti viri,poteſt eſſe,aliter relinquimus hanc rem ad arbitrium iudicis, vt ſi interroget teſtem a quibus audiuit & teſtis non nominet ſaltẽ duos non probet: ſi vero non interrogat valeat eius dictum. Cõmunior tamen opi.quæ ſeruatur in practica eſt illa, quam ponit Inno.in c.qualiter.& Bar.in §.tormenta.videlicet ꝙ teſtis interrogatus debeat dicere a quibus audiuit,alias non probet. Illa tamen communis opi.recipit limitationem de mente Bar. Bal. & aliorum quos.s̃.retuli,quando foueretur probabilibus coniecturis, vt s̃.dixi. multa etiam ponit Inno.in c.qualiter.j. cod. &
59 diffuſe refert do.Anto.†hic,nunquid teſtes deponẽtes ſuper fama iuriſdictionis,quaſi poſſeſſionis iur. decimandi & alijs actibus,debeant eſſe conteſtes non ſolum in dicto principali, ſed etiam in modo,ſiue in cauſa cognoſcendi,ſeu probandi dictum principale.& quia multa ſcripſimus de hoc articulo in ca. licet ex quadam s̃.de teſtibus. ideo pauca addemus hic, & breuiter. Adde ergo dictis eorum primo inquantum do. Anto. hic dicit,
60 quod † ſi teſtes non deponunt teſtificando de contractu vel de loco & tempore, quia dicunt ſe non recordari,ꝙ iſti teſtes ſunt contrarij,ꝙ iſta fuerunt dicta Hoſti.originalia, quæ refert Ioan.
61 And.& ipſe do.Anto.in c.ex tenore.s̃.de teſti. †dicentis multũ præſumi contra teſtes, ſi omnes teſtes dicunt ſe nõ recordari de tempore.quãtum tamen eis credatur,dicit eſſe arbitrariũ. Spe. autem in titu.de teſte.§.iam de interrogatorijs, ver. fiunt autẽ, in effectu concludit ꝙ licet teſtes de tempore dicant ſe non recordari,vbi tempus non eſt de ſubſtantia probationis,nihilominus probant.adducit tex.qui hoc optime probat in c.cum Ioannes eremita. s̃.de fi. inſtru. quem induco vltra ipſum ſic. quoniam ibi dicitur,ꝙ quando ex confeſſione partium conſtat vnicum contractum fuiſſe factum,tunc teſtes qui depoſuerunt ſuper contractu,reprobant inſtrumentum, licet dixerint ſe non recodari de tempore. Sed ſi ꝓbatio teſtiũ eſſet imperfecta,non reprobaret inſtrumentum. ergo illa probatio videtur ſufficiens. Quidam tamen dicunt,ꝙ illud eſt ibi, quia conſtabat vnicum actum eſſe geſtum,¦vnde teſtes nõ poterant videri deponere de
c alio & alio actu,[c] & ſic eſſe ſingulares. Sed tamen eſt dicẽdum
62 vt prius, hoc non obſtan.† quia multiplicatio actuum non præſumitur in dubio,niſi forte ad euitandam contrarietatẽ teſtiũ, vt eſt caſus in c.in præſentia, & ibi nota.s̃. de proba.& no. in ca.

cum

ADDITIONES.

a VIN. GOD. Nota quod fama bona in inquiſitum tollit vnum indicium ẽt quod alias eſſet ſufficiens ad torturam, Thom.Gram.deciſ.60. num.12.

b VIN.GOD. Vt dicitur de luſoribus qui ſunt per conſtitutione n regni infames, & prohibiti ſunt teſtificari & teſtimonia facere & incurrunt etiam alias pœnas,Thom.Gram.deciſ.40.num.7.

c VIN. GOD. Aduerte quod actus nominũ diſtinguitnr per uolũtatem & propoſitum Par.de Pu.in trac.de re mil.uerſi.cum inter.num. 5.quod habetur in lib.6.trac.num.5.fol.144.

cum tu fili.s.de testi. Dixit tamen Iac.de Are. & refert Saly. in l.
63 testium. C.de test.† q si testis ex conditione sua esset suspectus, & interrogatus de tempore, diceret se non recordari, repelleret. allegat duo iura parum facientia. Vnde tu dicas & melius, secūdum communem sententiam, quam etiam approbat Inn.in d. c.qualiter. q isti testes in dubio admittuntur, sunt tn magis suspecti, si alias persona testis sit suspecta, & eis minus creditur, q
64 si testis de sua conditione esset integer.† Sed dubium est, quid si testis non recordatur de loco, intellige quando locus non est de substantia probationis. super hoc dixit Bal. in d.l.testium.in vlt. char. q valet dictum eius, & tenet Spe. referendo dicta Innoc.in loco s. alle. quia tamen Inn. dicit, q testis melius debet recordari de loco, quam de tempore, ex hoc elicit Sal.in d.l.testium. q si testis interrogatus de loco, dicit se non recordari, non valet eius dictum. Sed ista non est mens Inn. cum reuerētia sua, qui prius expresse affirmat q vbi locus & tempus non est de substantia, pt testificari his omissis. Nos ergo dicamus q valet dictum eius, vt dixit Bal. fateor tamen q est aliqualiter suspectus. vnde in hoc concordo cum Host. & do. Ant. q quantum sit sibi credendum erit in arbitrio iudicis. Et ad prædicta vide quod sing. ponit Bal.
65 in l.fin.in fi. C.de do.ante nup. vbi dixit † q licet testes dicant se non recordari de ꝺcto facto, si tamen dicunt se scire, q nulla cā in promissione fuit expressa, satis probant promissionem fuisse factam sine causa, quia satis est q concordāt in eo q principaliter
66 est probandum & in quo pendet substantia probationis.† Secū do adde dictis do. Ant. hic, inquātum dicit q vsus iurisdictionis, item & quasi possessio iuris decimandi, probantur per actus diuersos, de quibus singuli testes deponunt, & hanc eandem conclusionem in iurisdictione & decima posuit Bal. in l.de quibus, in vlt.char.ff.de legi. in sua repetitione, & plenius de articulo iurisdictionis in l.j.C.de testa.ver.8.quæro. vbi etiam ponit modū probandi famam. & aliquid tetigit in l.data opera, in 6.char.C. qui accus. non pos. Ego autem super hoc articulo plene scripsi, addendo nouas rationes subtiles, in c.licet ex quadam.s.de test. & plene ponit do. Ioā.de Imo. vbi refert disputationem Pau.de Elez. vnde do. Ant. hic sumpsit suam distinctionem ex parte in l.inter pares.ff.de re iud. Saly. autem in l.testium, præalle. in ista materia addit duo duntaxat. Primo dicit, q si vnus testis in probatione quasi possessionis iuris decimandi, probat perceptam esse decimam de frumēto, & alter de ordeo, q isti testes sunt singulares, quia non deponunt de actibus eiusdem speciei, vn magis vnus supplet dictum alterius, quam sint contestes in eodem dicto, quia ista stant simul, secūdum eum, q mihi ꝓpetat quasi possessio & ius decimandi frumentum & non hordeum, maxime quando ista quasi possessio acquireretur ad præiudiciū alterius, ad quem illud ius prius spectabat, quo casu stat regula, q
67 †tantum acquirit quis, quantum vtitur & non vltra, vt est casus & ibi per Docto.in c.auditis.s.de præscrip. & in l.3.§.siquis hoc interdicto. & ibi per Bar.ff.de iti.actuq; priu. & per eundem in l. si publicanus.§.in vectigalibus.ff.de public. Et ista ratio videtur etiā militare in iurisdictione probanda, vt statim dicam. Sed saluando communem sententiam Doc.hic, potes dicere q qui ac
a quirit quasi poss.decimandi[a] in vna specie fructuum, vr etiam acquisiuisse in omnibus, vt est casus no. secundum vnam lect. quæ videtur verior & magis amica literæ in c. cum in tua.s. de
68 deci. † Et ideo si testes deponūt de diuersa perceptione fructuū, non dicentur singulares, quia deponunt de actibus eiusdē speciei. Secundo addit ipse, & recte iudicio meo, q quādo testes habentes probare iurisdictionem. i. quasi poss. iurisdictionis deponunt de diuersis actibus eiusdem tamen speciei. v.g. vcz de duobus actibus, qui sunt meri imperii, tunc recte procedit doctrina Inn.in d.c.qualiter, q isti testes nō probant. Sed si vnus deponat de actu meri imperii, alter de actu simplicis iurisdictionis, tunc quia isti actus sunt diuersæ speciei nō poterit dici q istæ sint duæ partes tendentes ad idem totum. & istud dictum ego credo esse verum, vbi agitur de acquirēda quasi possessione iurisdōnis in præiudicium alterius, ad quem primo iurisdictio pertinebat, quia sicut dixi tunc vsus vnius speciei non infert ad acquisitionem alterius, vt patet in c.auditis. & in iuribus s.alle. & no.Inn. in c.dilectus.s.de capel.mo. & plene d.Ant.in c.fi.s de cau.pos. & proprie. sed quando ageretur de probando quasi possessionē illius, ad quem iurisdictio pertinet de iure communi, quia tūc per vsum vnius speciei extensiue acquiritur quasi possessio in qualibet specie iurisdictionis, vt est casus no. & ibi Doct.in c.j.s. de relig.domi. isti testes viderentur probare sufficienter, ex quo vterq; istorum actuum infert ad vnum totum, id est ad vniuersalem quasi possessionem totius iurisdictionis. Ego tamen ista dicta Inn.non sum secutus omnino in c.licet ex quadam. Vnde
69 dic plenius vt ibi.† Tertio adde inquantum do. Anto. hic allegat glo.3.quæstio.9.c.nihilominus. quæ vult q si testes dicant se vidisse, vnus post alium aliquid fieri. i. vnum & eundem actum continuatum, satis dicuntur simul vidisse, vt probent, q de hoc est casus no. quem ibi Bart. ponderat in l.quærebatur.in fi. ff.de testam. mili. & est optimus tex. per quem Bal. ita dicit in l. quid ergo.§.quod ait prætor. ff.de infami. & ponit etiam Bald.in l.testium.in vlt.col.C.de testi.

ADDITIO.

a VIN. GOD. Nota q decimas capiens ex frumento, quasi possessionem iuris, uniuersaliter decimandi acquirit. Rui.cons.142.nu.3.lib.5.

SVMMARIVM.

